DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM

Vnà cum glossis,

GREGORII XIII. PONT. MAX.

iussu editum.



ROMAE
In Aedibus Populi Romani
M D LXXXII.

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CVM pro munere pastorali humeris nostris iniuncto id præcipue nobis propositum habeamus, vt omni studio, diligentiaque omnes Christifideles his præsertim tam grauibus, calamitosisque temporibus in recta, & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum, & prouidendum sit, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina, & pietate insignium virorum studio, Decretum Gratiani nuncupatum absque glossis, necnon idem Gratiani decretum cum Decretalibus Gregorij Papæ Noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus glossarum auctoribus, quibus cum viri pij, & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorem in illis, vel quia non dum pleraque à sacris Concilijs diffinita fuerant, liberius locuti sunt: Verum etiam cum his, quæ ab impijs scriptoribus tam extra in marginibus, quàm etiam intra aspersa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipsum Decretum absque glossis à præfatis à nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum existat, ipsiusque maior pars à dilecto filio Paulo Constabili, tunc sacri nostri Palatij Apostolici Magistro vnà cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorij Noni prædecessoris nostri iam impressis recognita, & approbata sit: Reliquum vero eiusdem decreti vnà cum annotationibus prædictis tam absque glossis, quàm ipsum totum cum glossis, Sextumque & Clementinas simul, & Extrauagantes à dilecto filio Sixto Fabri, eiusdem Palatij nostri Apostolici Magistro recognoscenda omnia, & approbanda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potissimum vt libri sacri in ea fideliter, & incorruptè imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impressa diuulgari iusserimus, ac vt ad maiorem Christifidelium vbique tam intra, quàm extra Italiam citra, & vltra montes commorantium commoditatem hoc Iuris Canonici Corpus fideliter, & incorruptè iuxta exemplar hic Romæ impressum à Catholicis Typographis à Romano Populo, siue ab eo Deputatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi possit. Nos opportunè prouidere volentes, vt hoc Ius Canonicum sic expurgatum ad omnes vbique Christifideles sartum tectum perueniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut inuertere, nullaue interpretamenta adiungere, sed prout in hac nostra Vrbe Roma nunc impressum fuit semper, & perpetuo integrum, & incorruptum conseruetur: Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, & singulis in nostro, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio, nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecto commorantibus, vel ad illud quouis prætextu aduenientibus, ac etiam extra dictum dominium vbilibet existentibus Typographis, & librorum impressoribus, ac Bibliopolis, & quibuscumque alijs personis vtriusque sexus cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, & quo ad nunc, & pro tempore in dicto nostro, & Romanæ Ecclesiæ dominio mediate, vel immediate subiecto commorantes, etiam vltra præmissa sub amissionum librorum, ac mille ducatorum auri de Camera pro vna videlicet officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis, & pro alia accusatori, & pro reliqua tertijs partibus Iudici Executori irremissibiliter applicandorum, alijsque arbitrij nostri pœnis eo ipso si & quoties contrafactum fuerit, & per quemlibet contrauenientem incurrendis apostolica auctoritate tenore præsentium inhibemus, & interdicimus, ne ipsius Gratiani Decretum cum annotationibus, & idem cum glossis, Decretalibus Gregorij Noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt præfertur, de cetero per Decennium à Data præsentium sub quouis titulo alibi quam in Vrbe nostra, & in eadem officina impressoria dicti Populi Romani, & ijs, quibus ab eodem Populo Romano, & ab eo ad hoc pro ipso Populo deputatis, tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet facultas, & licentia per dictum

tempus

tempus desuper concessa fuerit, prout nos eidem Populo Romano, & eisdem ab eo Deputatis, vt huiusmodi licentiam, & facultatem tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet cuicumque, & quibuscumque ipsi Populo Romano, seu eius pro eo Deputatis pro tempore videbitur, & placebit, ac pro tempore eidem Populo, & eius Deputatis visum fuerit, significata prius nobis, & approbata persona, concedere, illamque sic concessam prout, & quando sibi placuerit, reuocare libere, & licite valeant, indulgemus, impressum, & imprimendum tenere, vendere, dare, donare, vel aliàs quomodolibet habere, vel transferre: neque etiam ipsi absque expressa etiam in scriptis licentia eiusdem Populi Romani, & ab eo Deputatorum dictum Gratiani decretum cum ipsis annotationibus, & idem cum glossis, Gregorij Noni prædecessoris nostri Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt dictum est imprimere, nec per dictum decennium ab eis, vel alijs præterquam à dicto Populo Romano, & ab eo Deputatis, vel de eorum licentia, vt præfertur, impressum, & imprimendum aliàs habere, seu tenere, aut etiam vendere; vel donare, seu imprimi, teneri, vendi, donari, aut alias transferri facere per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, directe, seu indirecte quouis quæsito colore, vel ingenio audeant, seu præsumant: ita quòd etiam nulli omnino hominum tam in Vrbe, & tota Italia, quàm extra vbiuis Terrarum, Regnorum, Regionum, & Prouinciarum totius orbis liceat huiusmodi libris dicti Iuris Canonici sic, vt præfertur, de mandato nostro recognitis, correctis, & expurgatis quicquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, nullaue interpretamenta adiungere, sed pro ut opus huiusmodi Romæ nunc impressum fuit semper, & perpetuo integrum, & incorruptum conseruetur, statuimus, sancimus, & ordinamus, Mandantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & episcopis, Cererisque locorum ordinarijs, & eorum Vicarijs in spiritualibus, & temporalibus, & in statu temporali sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam Legatis, Vicelegatis, Sedis Apostolicæ, ac ipsius status Gubernatoribus, Potestatibus, & Locumtenentibus, vt quoties pro parte dicti Populi Romani, & ab eo Deputatorum, seu licentiam, & facultatem ab ipsis, vt præfertur, pro tempore habentium, fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, eisdem Populo, & Deputatis, ac ab ipsis licentiam, & facultatem haben. efficacis defensionis præsidio assistentes, præmissa ad omnem Populi Romani & ab eo Deputatorum prædictorum licentiam, seu facultatem haben. requisitionem contra inobedientes, & rebelles etiam per censuras Ecclesiasticas, etiam sæpius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Et insuper quia difficile admodum esset præsentes litteras ad quælibet loca deferri, Volumus, & eadem apostolica auctoritate decernimus, illarum transumptis, & exemplis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Curiæ, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & etiam in ipsis operibus impressis plenariam, & eandem prorsus fidem vbique tam in iudicio, quàm extra iudicium haberi, quæ præsentibus haberetur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quorumcumque locorum, Gymnasiorum, & Vniuersitatum, etiam studiorum generalium iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris apostolicis etiam illis, & illorum, ac quibusuis alijs personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, & approbatis, ac imposterum concedendis, & approbandis. Quibus omnibus etiam si de illis specialis mentio habenda esset, eorum tenores præsentibus pro expressis haben. illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, Contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facien. plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Iulij. M. D. LXXX. Pontificatus nostri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.

DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber Decreti diuiſus eſt in tres partes: quarum Prima eſt de Diſtinctionibus, Secunda de Cauſis, Tertia de Conſecratione. Prima pars diſtincta eſt in Diſtinctiones centum & vnam.

PRIMA Diſtinctio tractat de iure naturali & humano, ius ipſum naturaliter eiusque ſpecies oẽs diffiniens, & inter ius ſcriptum & non ſcriptum differentiam ponẽs. col. 1

¶ Secunda, de iure Quiritum ſiue Romanorum, ipſum per ſpecies diffiniens. 7

¶ Tertia, iuris canonici varia nomina diſtinguit: breuiterque exponit. 9

¶ Quarta, ad quid leges inuentæ ſunt: & quid ſacri canones mandent. 11

¶ Quinta, quomodo ius naturale eſt immobile, nec obſtat quod ibi ponitur. 17

¶ Sexta, an illuſiones nocturnæ ad peccatum imputentur: & circa finem proſequitur de iuris naturalis dignitate. 19

¶ Septima, ponit legiſlatores: oſtendendo qualiter ius inceperit. 25

¶ Octaua, ponit differentiam inter ius naturale & conſuetudinem. 27

¶ Nona, auctoritate & exemplo probat conſtitutiones hominum iuri naturali cedere. 35

¶ Decima, oſtendit, quòd leges Imperatorum vincuntur à canonibus. 39

¶ Vndecima, dicit conſuetudinem legibus approbatis cedere. 45

¶ Duodecima, habet laudabilem conſuetudinem eſſe ſeruãdã: quæ nec canonibus ſacris, nec veritati, nec bonis moribus obuiet. 53

¶ Decimatertia, vult quòd contra ius naturale non admittatur diſpenſatio: niſi in fuga maioris mali. 62

¶ Decimaquarta, quòd quis non debet minus peccatum cõmittere, vt aliud maius euitare poſſit. 67

¶ Decimaquinta, notat de tempore quo ſacri canones, librique & concilia celebrata fuerunt: & quæ opuſcula ſunt admittenda. 67

¶ Decimaſexta, ponit quòd canones Apoſtolorum ſunt recipiendi: poſtea oſtendit quo tẽpore & quo reſidente in papatu, vel imperio quodlibet concilium eſt celebratum. 76

¶ Decimaſeptima, dicit non concilia ſed conuenticula celebrari ſine Papa. 87

¶ Decimaoctaua oſtendit quòd prouincialia concilia nihil generaliter poſſunt conſtituere; ideo conſequenter declarat ad quid ſint vtilia, & quoties in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate ſunt celebranda, & quòd metropolitanus nihil debet exigere ab epiſcopis ad concilium conuenientibus. Addit de pœna epiſcopi qui vocatus ad ſynodũ non venit. 93

¶ Decimanona, vim Decretalium oſtẽdens dicit mandata eccleſiaſtica deuote ſeruãda. 103

¶ Vigeſima, dicit quòd in cauſis diffiniendis ſacri canones: in exponenda vero ſacra ſcriptura ſancti doctores attenduntur. 113

¶ Vigeſimaprima, tractat de diuerſis ordinibus & gradibus miniſtrorum: docendo qui ſunt executores ſiue miniſtri canonum, a maiori vſque ad infimum. Et differentias miniſtrorum locorum aſsignat: probans quòd maior à minori non debet iudicari. 117

¶ Vigeſimaſecunda, de dignitate Romanæ eccleſiæ. & quarumdam aliarum. 129

¶ Vigeſimatertia, de ordinatione miniſtrorũ, incipiens à Romano pontifice, & deſcẽdens vſque ad oſtiarium. 133

¶ Vigeſimaquarta, de examinatione ordinandorum. 159

¶ Vigeſimaquinta, de officiis clericorum, incipiendo ab oſtiario, & aſcendendo vſque ad ep̃m. Circa medium Diſtinctionis, inchoat tredecim præcepta regulæ Apoſtolicæ: & proſequitur ibi, Oportet ep̃m eſſe ſine crimine. Et inde nacta occaſione, ponit varias ſignificationes huius nominis, crimen. Et oſtẽdit quod ſit mortale & quod veniale. 155

¶ Vigeſimaſexta, exequitur ſecundum præceptum Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopũ eſſe vnius vxoris virum. 165

¶ Vigeſimaſeptima, probat quòd volentes vouere continentiam, ad ſacros ordines promouendi non ſunt; aſsignans differentiam inter ſolemne & ſimplex votum. 171

¶ Vigeſimaoctaua, probat quòd clericis habere vxores non licet in eccleſia occidentali: addens de ſubdiaconatu, qui olim prohibitus non erat. Vide quod ibi notatur. 175

¶ Vigeſimanona, oſtẽdit quędam capitula tradita eſſe ex cauſa; quædam ex tempore; quædam ex loco; quædam ex perſona. 187

¶ Trigeſima, quia dictum ſuit 28. diſt. ſupra ꝙ ſacerdotes non debent à ſe abijcere vxores ſuas prætextu religionis; hic dicit ꝙ ex cauſa ſuit hoc ſtatutum: ſcilicet propter quoſdam hæreticos, qui coniugia deteſtabantur. 189

¶ Trigeſimaprima, probat & ponit exempla in terminis qualiter clerici continere debent; & quòd ab omnibus eſt ſeruanda continentia, niſi ab orientalibus. 195

¶ Trigeſimaſecunda, adhuc proſequitur de cõtinentia clericorum. Et dicit quòd conſtituti in quattuor ſacris ordinibus tenentur continere: & ſi habent publicas cõcubinas, nullus eorum Miſſam audiat. 203

¶ Trigeſimatertia, oſtendit quòd bigami, corpore vitiati, vſurarij, publice pænitentes, luſores in ſcena, ludentes, furioſi, arreptitij, accipientes meretrices in vxores, & concubinas habentes promoueri non poſſunt. 215

¶ Trigeſimaquarta, ponit ꝙ oportet epiſcopũ vitare nimiam familiaritatem domeſticarũ perſonarum, & etiam conſanguinearum: & quòd venari non licet. 221

¶ Trigeſimaquinta, agit de tertio capitulo apoſtolicę regulæ, Oportet ordinandum nõ eſſe vinolentum. 231

¶ Trigeſimaſexta, exponendo illud, prudentẽ, dicit quod clerici debent habere peritiam litterarum ſacrarum. 235

¶ Trigeſimaſeptima, oſtẽdit ꝙ clerici non debent libros gentiliũ reſpicere: peritiam tamẽ ſæcularium ſcientiarum debent habere. 239

¶ Trigeſimaoctaua, probat quòd litteris debet eſſe eruditus ſacerdos, & canones ignorare non debet. Ignorantia enim ipſi eſt perículoſa. 249

¶ Trigeſimanona, oſtendit ꝙ oportet ep̃m eſſe prudentem in negotijs ſæcularibus, vt ſua cautela reddantur eccleſiæ indemnes. 255

¶ Quadrageſima proſequitur quintum capitulum Apoſtolicæ regulæ, Oportet epiſcopum eſſe ornatum. Et primo de ornatu interiori, qui conſiſtit in virtutibus. 257

¶ Quadrageſimaprima, tractat de ornatu, qui conſiſtit in grauitate, inceſſu, habitu, & temperantia potus & cibi. 263

¶ Quadrageſimaſecunda, declarat illud, hoſpitalem. 269

¶ Quadrageſimatertia, illa duo, pudicum, & doctorem. 271

¶ Quadrageſimaquarta, illud, non vinolentũ: quod eſt pars eius quod diximus ſupra 35. diſtin. 279

¶ Quadrageſimaquinta, illud, non percuſſorem. 283

¶ Quadrageſimaſexta, illud, non litigioſum. 297

¶ Quadrageſimaſeptima, illud, non cupidum domui ſuæ bene præpoſitum. 299

¶ Quadrageſimaoctaua, illud, non neophytum. 307

¶ Quadrageſimanona, prædicta præcepta apoſtolicæ regulæ ſub compendio, & breuiter recapitulat. Et ponit cauſas & rationes quare criminoſi & vitioſi non debent in epiſcopos promoueri. 309

¶ Quinquageſima agit, de lapſu & reparatione clericorum. 313

¶ Quinquageſimaprima, de curialibus ſiue officiarijs ratiocinijs obligatis, iudicibus & aduocatis ordinandis, vel non. 359

¶ Quinquageſimaſecunda, de præpoſteratione ſacrorum ordinum, ſiue de clerico per ſaltum promoto. 363

¶ Quinquageſimatertia, de curiæ annexis in clero vel monaſterio recipiendis, vel non. Et ibi probat quare curiales & aliter obligati ordinandi non ſunt. 363

¶ Quinquageſimaquarta, de ſeruis à non dominis manumiſsis non promouendis; niſi libertatem ſint conſecuti. 365

¶ Quinquageſimaquinta, de corpore vitiatis, bigamis, illitteratis, publice pænitentibus ordinandis vel non. 381

¶ Quinquageſimaſexta, de filiis presbyterorũ, & natis de fornicatione & adulterio non ordinandis. 387

¶ Quinquageſimaſeptima, de baptizatis in ægritudine an ordinentur. 395

¶ Quinquageſimaoctaua, de monachis non ordinandis ſine licentia abbatis. 395

¶ Quinquageſimanona, de laicis literatis non ſubito ordinandis. 397

¶ Sexageſima, oſtẽdit ex quibus ordinibus aliquis eligendus ſit in præpoſitũ, vel decanũ, vel archipresbyterum, vel epiſcopum. 399

¶ Sexageſimaprima, oſtendit ꝙ laici non ſunt eligendi in epiſcopos, ſed poſtulandi. 401

¶ Sexageſimaſecunda, oſtendit quòd clericorum eſt eligere, & populi conſentire. 415

¶ Sexageſimatertia, probat quòd nullo modo laici debent ſe ingerere electioni epiſcoporum. 415

¶ Sexageſimaquarta, ponit quo tp̃e & quibus præſentibus debent epiſcopi conſecrari. 441

¶ Sexageſimaquinta, dicit quòd præſentibus omnibus epiſcopis comprouincialibus vel ſe excuſantibus debet epiſcopus conſecrari ab ar-

¶ *Secunda pars, quę est de Causis, distincta est in Causas xxxvj. quarum quælibet plures sub se Quæstiones continet.*

¶ *Prima Causa quæstiones habet septem.*

¶ *Secunda causa habet octo quæstiones, & in ea quinta precedit quartam.*

¶ *Tertia causa quæstiones xj complectitur.*

¶ *Quarta causa habet quæstiones vj.*

¶ *Quinta causa habet vj. quæstiones.*

¶ *Sexta causa quæstiones v. continet.*

lancea

¶ *Vigesimaquarta causa habet quæstiones iij.*

¶ *Vigesimaquinta causa habet ij. quæstiones.*

¶ *Vigesimasexta causa quæstiones vij. continet.*

¶ *Vigesimaseptima causa habet quæstiones ij.*

¶ *Vigesimaoctaua causa gerit quæstiones iij.*

¶ *Vigesimanona causa habet duas quæstiones.*

¶ *Trigesima causa habet quinque quæstiones.*

¶ *Trigesimaprima causa habet tres quæstiones.*

¶ *Trigesimasecunda causa habet octo quæstiones.*

¶ *Trigesimatertia causa habet quinque quæstiones.*

¶ *Notandum hic quòd ratione huius tertiæ quæstionis mota agitur de Pœnitentia, cuius tractatus per Distinctiones septem est distinctus.*

¶ *Trigesimaquarta causa habet duas quæstiones.*

¶ *Trigesimaquinta causa habet ix. quæstiones.*

¶ *Trigesimasexta & vltima causa habet duas quæstiones.*

Tertia pars est de Consecratione: quæ quinque Distinctiones dumtaxat complectitur.

DECRETI TOTALIS MATERIA
PER METRA NOTATUR SEQUENTIA.

Decretum domini Gratiani tres habet partes principales. Prima est de Distinctionibus, quæ sunt vna supra centum. Et singulas Distinctiones singuli versus sequentes luculenter aperiunt.

1 Primu legat quisque diuinum ius, hominisq;. col. 1
2 Altera dat textum quo uusces iura Quiritum. 7
3 Canonico varia iuri dat nomina terna. 9
4 Quarta docet legum quæ causa, modusq; statoti. 11
5 Ius naturale probat immotabile quinta. 17
6 Sexta docet vitiom distinctio Iudificatum. 19
7 Septima signat eos qui leges composuere. 25
8 Parte sub octaua mores naturaque pugnant. 27
9 Nona statuta monet naturæ cedere iuri. 35
10 ¶ In decima regum leges canon superabit. 39
11 Canonis & secli superatur legibus vsus. 45
12 Id quod Roma tenet, discretio sæpe relinquit. 53
13 Si perplexum te reddunt malaltune minus imple. 62
14 Non faciat leuia, quo quis vitet grauiora. 67
15 Canonis hæc ortum dabit, apocryphusque libellos. 67
16 Suadet apostolici vim canonis ista teneri. 76
17 Auctor sit Papa, si concilium celebretur. 87
18 Dicitur hic q̄ bis synodus celebretur in anno. 93
19 Hæc decretalis referat quid epistola possit. 101
20 ¶ Bisdena Papæ sanctorum dogmata ceduot. 113
21 Inferior summum non iudicat hac prohibente. 117
22 Ista locos distinguit & ordinat ecclesiarum. 129
23 Ordinat hæc omnes, maiores, siue minores. 133
24 Post examen honos est ordinis attribuendus. 159
25 Optat apostolus hic quòd sit sine crimine præsul. 155
i.e. apostolice regule & 10. 26 Sit post baptisma contentus coniuge sola. 165
27 Nullus post factum præsumat nubere votum. 171
28 Ista sacratorum connubia pagina damnat. 175
29 Hac locus, & causa, tempus, persona notantur. 187
30 ¶ Connubium ter dena probat contra Manichæos. 189
31 Tangitur hic quod contineant offerre volentes. 195
32 Desere presbyterum qui scorta palam retinebit. 203
33 Lusuri, bigamove sacer non traditur ordo. 215
34 Femina pontifici persona domestica non sit. 221
35 Non violentus præsul, sed sobrius esto. 232
§ 3. 4. 6. 36 Instruit hæc, prudens quòd debeat esse sacrandus. 235
37 Hæc prohibet legere gentilia metra sacratum. 239
38 Scripturas sacras sacrandus scire iubetur. 249
39 Vult hæc pontifices callere negotia secli. 255
3. cap. 40 ¶ Internia pars dena quater virtutibus ornat. 257
41 Sit modus ingressu, cunctis: verboque, ciboque. 263
6. cap. & 8. 42 Clericus hospitijs peregrinos collocet omnes. 269
43 Factis & verbis doctor sit, atque pudicus. 271
44 Vites ingluuiem, conuiuia, siue tabernas. 279
45 Atque caue quemquam palma linguave ferire. 283
6. cap. 10. & 46 Respuit hæc hominem distinctio litigiosum. 297
11. & 7. 47 Non bene præpositos domus, cupidosque repelle. 299
53. cap. 48 Abijcitur sacrandus in hac, si neophytus sit. 307
49 Crimina non delet reliquorum, crimine vinctus. 309
50 ¶ An reparetur habet pars quinquagesima lapsus. 313
51 Sacrari vetat hæc homines quos pondera stringunt. 359
52 Præpositus primo datus hic præposterus ordo. 363
53 Est ratio ne quis annexos ordinet vllus. 363
54 Hæc prohibet seruos sine libertate sacrari. 365
55 Cæsos ista viros reijcit, membrisque carentes. 381
56 Condemnatur in hac generatio presbyterorum. 387
57 Qui baptizatur æger, manet ordinis expers. 395
58 Hæc vetat abbate monachos nolente sacrari. 395
59 Officium negat hæc; nisi sit bene quisque probatus. 397
60 ¶ In sacris præsul vult sexagesima quòd sit. 399
61 Non in pontifices laicos assumere debes. 401
62 Clerus, plebs, princeps; hic eligit, hæc petit, hic vult. 413
63 Vsurpans laicus id vt eligat, audiat istam. 415
64 Pars hæc pontifices iubet à tribus esse sacrandos. 441
65 Vt sacretur ab omnibus archiepiscopus, hæc vult. 451
66 Cum dissensio sit, à pluribus edita stabunt. 445
67 Presbyter institui valet hic à præsule solo. 453
68 Si dubitas præsul quos ordinet, hi resacrentur. 455
69 Si benedictus erit lectoratum dabit abbas. 459
70 ¶ Expertes tituli pars septuagesima pellit. 461
71 Respice dicta patrum, ne promoueas alienum. 463
72 Vilis non detur missoriis ut rogitetur. 467
73 Illius hæc nobis formam distinctio præbet. 467
74 Iunctus nullus erit hic ad sacra trahendus. 469
75 Distinguit tempus hæc in quo promoueantur. 477
76 Temporibus vult hæc nos ieiunare quaternis. 483
77 Rectos indicat hæc modulos interstitiorum. 491
78 Ista dat annorum numerum quo promouearis. 497
79 Ad Cardinales spectat electio Papæ. 499
80 ¶ Vrbes præsulibus pars octogesima tradit. 505
81 Crimine quòd careat sacrandus, in hac replicatur. 509
82 Præsul pauperibus dabis, & lapsos reparabis. 523
83 Numquam peccatis consensum des alienis. 531
84 Solicitus quòd sis, & monogamus, iubet ista. 533
85 Non præsul fies: hospes nisi nosceris esse. 539
86 Corrigito, doceas, des; sed non turpibus vllis. 545
87 Libertos, inopes, vidoas defendere debes. 553
88 Respuitur clerus opus exercens, & auarus. 559
89 Ista beneficia te dispensare docebit. 565
90 ¶ Placat discordes pars nonagesima fratres. 569
91 Arte parabis opes: nisi sint satis ecclesiæ res. 575
92 Hęc plus corde probat domino, quàm voce canendum. 577
93 Hæc dat obedire maioribus inferiores. 583
94 Sub leuita vices Papæ gestare valebit. 603
95 Presbyteris præsente licent hic præsule multa. 603
96 Hic secli princeps non ordinet ecclesiæ res. 611
97 Ecclesiæ precibus huic princeps auxilietur. 627
98 Vult ius muniri peregrinos quinque sigillis. 631
99 Vniuersalem nullum sinit ista vocari. 633
100 Pallia prælatis donat centesima multis. 637
101 Absit vt vna duos habeat prouincia partes. 641

DECRETI SECVNDA PARS
principalis est de Causis: quæ sunt xxxvj.

¶ Prima causa.

Causa prior labem condemnat simonialem.

¶ Septem quæstiones primæ causæ.

1 ¶ Delinquit qui res mercatur spirituales. 649
2 Ecclesias intraos non cogatur dare nummos. 745
3 Si pro præbendis dederis quid: dicere Simon. 753
4 Ignaros maculant natos delicta paterna. 767
5 Vult rigor vt linquat natus sibi quæ pater emit. 779
6 Ordinet ignaros si quos Simon, tolerantur. 783
7 Abiurans hæresim præsul poterit tolerari. 785

¶ Secunda causa.

Accusare docet, ac appellare secunda.

¶ Octo quæstiones secundæ causæ: & in ea quinta præcedit quartam.

1 ¶ Si sit causa patens iuris non quæritur ordo. 809
2 Nemo suis rebus dijudicet expoliatum. 823
3 Talio punit eos qui falso crimina ponunt. 835
5 Si cadit accusans: se non purget reus inde. 853
4 Per testes binos præsul conuincitur apte. 861
6 Qui causas differt appellans reijciatur. 863
7 Arguit inferior maiorem crimine vinctum. 903
8 Mandato legis datur accusatio scriptis. 941

¶ Tertia causa.

Tertia restituens tempus dabit induciarum.

¶ Vndecim quæstiones tertiæ causæ.

1 Singula restituit ius omnibus expoliatis. 947
2 Inducias debet varias spoliatus habere. 951
3 Inducijs varium dat tertia quæstio tempus. 955
4 Accusare nequit hominem vir turpis honestum. 991
5 Ipsa domestica vox nulli nocet, aut inimica. 995
6 Sub censore reum proprio producere debes. 973
7 Hic non condemnet, similis quem culpa remordet. 985
8 Solus pontificem iudex non iudicet vnquam. 995
9 Pellitur accusans absentem: testificansque. 997
10 Submoueri à reliquis testem defectus in vno. 1007
11 Mutua numquam sit delatio iure vetante. 1009

¶ Quarta causa.

Quarta quis accuset, quis possit testificari.

¶ Sex quæstiones quartæ causæ.

1 ¶ Accusare nequit aliquos anathemate vinctus. 1013
2 Impubes testis in causa criminis haud est. 1015
3 Qui nequit accusare, nequibit testificari. Ibidem.
4 Testis & accusans nemo simul esse valebit. 1015

Quę

4 Quatuor his genera Varro fert ſortibus eſſe. ibidem.
5 Ceſſent ſortilegi, ne ſint anathemate ſtricti. 2919
6 Quando neceſſe iubeſt, vinctos à præſule ſolues. 2940
7 Aegris non dentur pœnæ, ſed notificentur. 2947

¶ Vigeſimaſeptima cauſa.

Edocet an ſponſas ducant ter nona vouentes.

¶ Duæ quæſtiones vigeſimæſeptimæ cauſæ.

1 ¶ Si ſit ſolenne, dirimit connubia votum. 2957
2 Sponſum ſponſa, verum non vxor deſerit vnquam. 2987

¶ Vigeſimaoctaua cauſa.

Biſdena octaua gentiles nubere noſces.

¶ Tres quæſtiones vigeſimæoctauæ cauſæ.

1 ¶ Inter gentiles connubia dicimus eſſe. 2019
2 Deſerat vxorem vir Chriſtum deſpicientem. 2039
3 Vir poſt baptiſma reliquam ducens, bigamus fit. 2041

¶ Vigeſimanona cauſa.

Coniugium ſeruile tenet vigeſimanona.

¶ Duæ quæſtiones vigeſimænonæ cauſæ.

1 ¶ Connubij vires perſonæ diſſipat error. 2043
2 Inſcia cui nupſit dimittat libera ſeruum. 2047

¶ Trigeſima cauſa.

Terdena claret cognatio ſpiritualis.

¶ Quinque quæſtiones trigeſimæ cauſæ.

1 ¶ Fonte leuans proprium puerum non vincula ſoluit. 2051
2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 2059
3 Tu naturalem non iungito ſpirituali. 2061
4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 2065
5 Fœdera non fiant clandeſtina coniugiorum. 2069

¶ Trigeſimaprima cauſa.

Terdena prima mœcho polluta negatur.

¶ Tres quæſtiones trigeſimæprimæ cauſæ.

1 ¶ Ni certis cauſis mœcham bene ducit adulter. 2079
2 Inuitam ſponſo non det natam pater vlli. 2087
3 Tunc niſi conſenſum dederit: reliquo bene nubit. 2091

¶ Trigeſimaſecunda cauſa.

An meretrix nubat, tangit terdena ſecunda.

¶ Octo quæſtiones trigeſimæſecundæ cauſæ.

1 ¶ Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 2095
2 Obſtat coniugio ſacro complenda libido. 2103
3 Liber auus neptem ſponſat ſeruo patre natam. 2127
4 Illicito prolem coitu quærat ſibi nullus. ibidem.
5 Non ſine mente caro ſeruit violata puellæ. 2131
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 2145
7 Non aliam ducas vxore ſuperſtite prima. 2147
8 Non duc gentilem ſi ſpondeat eſſe fidelem. 2161

¶ Trigeſimatertia cauſa.

Terdena terna friget, compunctio, votum.

¶ Quinque quæſtiones trigeſimætertiæ cauſæ.

1 ¶ Si vir ſit gelidus, ab eo ſeiungitur vxor. 2163
2 Nubere mœcha poteſt mœcho ſeiuncta marito. 2167
3 Quæritur an crimen purget contritio ſola. 2183

TRACTATVS DE PAENITENTIA habens ſeptem Diſtinctiones hic inſeritur.

1 GRatia diuina contritis crimina delet. 2183
2 Perditur hic diuinus amor: non in paradiſo. 2255
3 Fœnam peccator bene pro vitijs iterabit. 2299
4 Iſta probat dimiſſa ſemel peccata redire. 2341
5 Vt purus ſias pro crimine plurima voluas. 2363
6 Crimina presbytero proprio dic, qui ſapiens ſit. 2371
7 Tandem lætus erit, qui continue gemet illic. 2375

¶ Redeamus ad quartam quæſtionem trigeſimætertiæ cauſæ.

4 ¶ Reddito temporibus poſcemus debita ſacris. 2379
5 Mens vtriuſque niſi ſit, non bene continet alter. 2385

¶ Trigeſimaquarta cauſa.

Terdena quarta nubit viuente marito.

¶ Duæ quæſtiones trigeſimæquartæ cauſæ.

1 ¶ Morte viri dubia quæ nupſit, adultera non ſit. 2397
2 Reddatur primo coniunx hæc nupta ſecundo. ibidem.

¶ Trigeſimaquinta cauſa.

Cognatos gradibus numerat trigeſimaquinta.

¶ Decem quæſtiones trigeſimæquintæ cauſæ.

1 ¶ Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 2405
2 Omnes vxoris conſanguineas reprobabis. 2409
3 Copula ſeptenis gradibus talis prohibetur. ibidem.
4 Hic graduum numerus ætates reſpicit orbis. 2419
5 Truncus ponitur hic cum ramis, vt docet arbor. 2420
6 Edocet in teſtes aſſumi ſexta parentes. 2439
7 Filius eſſe nequit, inceſtæ qui genitus ſit. 2445
8 Diſpenſat ſolus cum iunctis ſanguine Papa. 2447
9 Non bene ſeiuncta connubia priſca reformes. 2449
10 Non conſanguineis prolem viduæ dato priſci. 2455

¶ Trigeſimaſexta cauſa.

Vltima de raptis tractabit cauſa puellis.

¶ Duæ quæſtiones trigeſimæſextæ cauſæ.

1 ¶ Raptum committens per vim rapiendo puellam. 2459
2 Hæc vbi iungetur, purgato crimine raptus. 2461

DECRETO TERTIA PARS ADIVNgitur: quæ eſt de Conſecratione quinque diſtinctiones continens.

1 COnſecrat eccleſias, miſſaſque canit tibi prima: 2469
2 Sacrati tractat panis ſacramenta ſecunda. 2503
3 Tertia dat ferias: & poſt ieiunia ponit. 2571
4 Tempora baptiſmi diſtinctio quarta notauit. 2585
5 Frontes confirmans dabit vltima pneuma beatum. 2665

Expliciunt verſus peculiares, quibus ſatis clare vniuerſalis materia Decreti comprehenditur.

¶ Quæſtiones cauſarum ſunt clxxij.

Quæſtio centuplex, & ſeptuageſima duplex.
Eſt in cauſarum tractatu rite notata.

¶ Quot quæſtiones habeat quælibet cauſa, oſtenditur per quinque carmina ſequentia: in quibus ſunt tot dictiones quot ſunt cauſæ, ſcilicet xxxvj. Et quælibet dictio cauſam vnam repræſentat. Prima dictio primam cauſam: ſecunda ſecundam, &c. Item quot ſunt litteræ in qualibet dictione, tot ſunt quæſtiones ſub illa cauſa per illam dictionem repræſentatæ. Verbi gratia: prima dictio, ſcilicet diſcere, quæ primam cauſam repræſentat, ſeptem habet litteras: & hoc ſignificat primam cauſam ſeptem quæſtiones continere. Secunda dictio eſt cauſarum, vbi ſunt octo litteræ: ad denotandum quòd ſecunda cauſa habet octo quæſtiones: & ſic de alijs. Aduerte tamen, quòd ſuperior numerus ſignificat cauſas: & inferior quæſtiones. Verſus.

1 2 3 4 5
7 8 11 6 6
Diſcere cauſarum quarumlibet ordine membra.
6 7 8 9 10 11 12 13 14
5 2 5 3 3 3 5 2 6
Opes vi doceo: ſed non ſis deſes, et anceps.
15 16 17 18 19 20 21 22
8 7 4 2 3 4 2 5
Inſtanti dabitur quod tu vis, quod petis illud
23 24 25 26 27 28 29 30
8 3 2 7 2 3 2 5
Efficies. Res id famatum te dat ad omnes:
31 32 33 34 35 36
3 8 5 2 10 2
Vſu doctrinæ totum ſi conſtituas te

¶ Carmina ſubiecta eamdem prorſus materiam complectuntur, neque ſunt ſententiæ ſalubris expertia.

Tempora labuntur vernantibus indita formis.
Dum te lædit res tua. nam miſer es.
Sperne fluentia, reſpice certa ea non tibi fumes.
Multa recondis, cur? vt moriens ea des.
Da celer. eſt ſiquidem totum da præueniens te.

¶ Do. Baptiſta de ſancto Blaſio in repet. primæ rubricæ Decreti dicit canones eſſe ter mille & nonaginta, ponens tales verſus:

Si numeres caute, ter mille capitula lector,
Atque decem nouies, Decretum continet in ſe.

¶ Cauſæ decreti ſunt trigintaſex.

Sub magni longa Decreti parte ſecunda.
Sex & triginta cauſas reperire licebit.

¶ Cauſæ ipſæ xxxvj. patent per xxxvj. vocabula, in ſeptẽ ſubiectis verſibus poſita: ex quibus non tantum numerum, ſed etiam principalem materiam cuiuslibet facile cognoſces. Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto vltimo, qui ſex habet.

1 2 3 4 5
Simón [a] appellat [b] ſpoliatus [c] teſte [d] libello [e].
6 7 8 9 10
Infames [f] viuens [g] ſucceſſor [h] ſolue [i] regendo [k].
11 12 13 14 15
Cenſuram [l] teſtor [m] funus [n] fœnus [o] furioſus [p].
16 17 18 19 20
Monachus [q] occidit [r] abbates [ſ] clauſtra [t] volentes [u].
21 22 23 24 25
Commendat [x] iurans [y] pugnas [z] hæreſis [a] violatas [b].
26 27 28 29 30
Sortilegus [c] ſponſis [d] infidis [e] ſeruiat [f] infans [g].
31 32 33 34 35 36
Mœcha [h] coit [i] mẽte [k] dubitans [l] gradibus [m] rapiente [n].

SECVNDA PARS DECRETI, vbi tractantur Causæ: quia longe prolixior & difficilior est reliquis: ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum est. Illius profecto obscuritatem paucis elucidatã conspiciet, quisquis hic impressa diligenter adnotauerit.

Simon. Simoniacus est, & peccatum committit, qui spiritualia vendit. Damnantur episcopi per pecuniam facientes ordinationem, & tunc lepram, non officium conferre dicuntur. Simoniacorũ sacramenta effectum gratiæ non habent. Sacerdotes digniores facilius quam reliqui à Deo exaudiuntur. Et ibi de dignitate verbi Christi, qđ eius corpori æquiparatur. cap. interrogo. Et in fine de crimine concussionis tractatur.

1 (margin)

2 Simonia cõmmittitur, si pro ingressu monasterij pecunia exigatur, vel exacta persoluatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet qui bonis patrimonialibus sustentari potest. c. clericos.

3 Simonia an committatur si præbendæ emantur. Inuestitura ecclesiæ à laicis fieri prohibetur. c. saluator.

4 Simonia paterna, an sit ignoranti filio nociua. & ibi tractatur an pro crimine vnius alter pœnam patiatur.

5 Simoniace acqsita ecclesia p patrẽ, an possit p filiũ licite obtineri. Itẽ an possit filius fungi ordinatione, quã paterna pecunia est assecut⁹.

6 Simoniacus est, qui pecuniam largitur, vt eligatur.

7 Simoniaci in ordine male accepto pœnitentiam agere non possunt. & ibi principaliter tractatur, an ab hæresi redeuntes sint in suis ordinibus & dignitatibus recipiendi: & q decreta possunt temperari: & canones quandoque relaxari.

b 1 **Appellat.** Appellare non est opus à sententia à non suo iudice lata: quia talis sententia nulla est. c. in primis. circa fi. & in prima q. huius ij. causæ principaliter tractatur, an ordo iudiciarius, sit in manifestis obseruandus. & q excommunicatio non est ferenda anteq̃ causa fuerit examinata. c. nemo. & iudex peccatum sibi soli notũ damnare non debet. c. si peccauerit.

2 Appellare posset spoliatus si ante restitutionem sibi factam accusatori respondere cogeretur. Nullus enim debet accusari dum suis rebus fuerit spoliatus.

3 Appellandus est calumniator, qui scienter falsa crimina intendit. Præuaricator, qui vera crimina abscondit. Tergiuersator, qui in vniuersum ab accusatione desistit. §. notandũ. & in hac 3. q. principaliter tractatur qua pœna feriendi sunt, qui in accusatione defecerunt.

4 Appellatur purgatio quædam vulgaris, quædam canonica & ibi tractatur, an deficientibus accusatoribus reus sit ad purgationẽ cogẽdus.

5 Appellatur testimonium sufficiens quod ore duorum vel trium firmatur. & ibi tractatur principaliter quot testes requirantur, non tantũ ad conuincendum epm, sed etiam contra quemlibet clericum.

6 Appellatio est remedium cõtra causas vitiatas. Appellatio intra decendium debet interponi. c. anteriorum. & ibi de libellis dimissorijs, & de iudicibus à quibus appellare non licet.

7 Appellatur quis altero maior nõ ratione dignitatis, sed vitæ. c. quãquam. Dignitas enim non facit episcopum, sed vita. c. non omnes episcopi. & ibi tractatur principaliter, an laici possint episcopos accusare. Christiani per infideles accusari non possunt: nec sacerdotes per eos q ad sacerdotium prohibentur eligi.

8 Appellatur & dicitur accusatio rite facta quando fit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad pœnã talionis, præterquam in sex casibus in summa positis.

c 1 **Spoliatus.** Spoliatus & eiectus ante oĩa venit redintegrandus. c. redintegranda. Boni a malis semper molestantur.

2 Spoliatus & eiectus postq̃ fuerit restitutus, quas inducias debet habere anteq̃ cogatur in iudicio respondere. & ibi in summa videas de multiplicitate induciarum.

3 Spoliatis epis, & alijs ad iudiciũ venientibus, induciæ sunt p̃standæ.

4 Spoliati cõione ecclesiæ, & anathematizati, infames, incestuosi, sacrilegi, detractores, & multi alij sunt ab accusatione repellendi. & ibi dicitur q anathema differt ab excommunicatione. c. Engeltrudam.

5 Spoliatis & alijs quibuscumque inimici iudices esse nõ possunt, nec accusatores, nec testes. vox enim inimicorum contra nullos est audienda. Dicitur etiam ibi q testes familiares & domestici & etiam consanguinei non sunt contra extraneos producendi.

6 Spoliatus & quilibet alius si aduersarium vult conuenire, ipsius forum sequi debet. c. pulsatus. Nec episcopi damnari, nec concilia celebrari possunt sine Papa.

7 Spoliati & alij volentes litigare, non debent aduersarios suos coram infamibus trahere: quoniam tales, scilicet infames & criminosi non possunt esse iudices. Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in se habet reprehensibile. c. iudices.

8 Spoliationem vel alium reatum committens episcopus, à quot episcopis est iudicandus.

9 Spoliatorum & aliorum testes, testimonium dicant de his tantum, quæ præsentialiter & veraciter nouerunt. nec contra absentes sunt pducendi. Absentes enim non debent iudicari nec accusari.

10 Spoliatorum & aliorum testes in vno deficiẽtes an sint in alijs admittendi. Et accusans de pluribus criminibus, si in vno deficiat, an in alijs admitti debeat.

11 Spoliati accusantes suos spoliatores & inuasores, ab eis accusari nõ possunt: quoniam accusati nisi prius se purgauerint, alios accusare nõ possunt.

d 1 **Testes.** Testes iuris dispositione excommunicati non possunt ad accusationem admitti.

2 Testis esse non potest qui ad xiiij annum nondum peruenit.

3 Testificantis personam assumere nõ potest qui ab accusatione prohibitus est.

4 Testis, accusator, & iudex aliquis simul esse non potest.

5 Testantur iura illum non esse à communione repellendum, qui die statuta ad causam venire non potuit.

6 Testis est iuris dispositio deficientem in episcoporum accusatione non posse de cetero agere nisi in ciuili & proprio dumtaxat negotio.

e 1 **Libello** Libello famoso vtentes, & ipsum contra aliquem scribentes, qualiter puniendi sunt.

2 Libellum diffamatoriũ scribens, aut aliter reus tribus citationibus debet in ius euocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.

3 Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in iudicio per prouocatorem.

4 Libellus accusatorius si in episcopum datur, idest, si episcopus accusetur: eius causa a xij. episcopis audiatur.

5 Libellum famosum scribẽtes, aut aliorum crimina sponte confitentes, non debent ad accusationem admitti. c. illi. Et ibi habetur q nec qui parcit, est amicus; nec qui verberat, est inimicus. c. non omnis.

6 Libellum famosum in alterum scribens aut alteri crimen inferens, qua pœna ferietur, si crimen illatum non probetur.

f 1 **Infames.** Infames, excommunicatos, & criminosos à sacerdotũ accusatione ius repellit. Et ibi tractatur qui dicantur infames. c. infames.

2 Infamis est quodammodo eps & reprehendendus, qui sibi soli dicit aliquem crimẽ suum fuisse confessum. & ibi dicitur q episcopis alios accusantibus non creditur, nisi probent quod obijciunt.

3 Infamem quocãmodo dicimus & reprehendendũ q ponit falcẽ in messem alienam. c. 1. Et ibi dr q alicui alterius parochianum iudicare non licet. Et quot ciuitates vnaquæque pũincia habere debeat. c. ſcito te. Et q episcopus iudicio primatis, & non aliorum se subijcere debet.

4 Infamia aut criminalis accusatio si imponatur episcopo, idest si episcopus criminaliter accusetur, & episcopi comprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes, quid iuris.

5 Infamis esset quodammodo & reprehẽdẽdus iudex qui vellet reũ cogere ad probandum accusatore in probationibus deficiẽte: quia negatiua per rerum naturam est improbabilis. c. accusator.

g 1 **Viuens.** Viuens si adhuc sit eps, alius sibi succedere non valet, nec in eius locum subrogari: quod verum est, nisi esset depositus, vel de licentia Papæ renunciasset, aut per ambitionem se ad aliam ecclesiam transtulisset. Episcopo autem ægrotanti, aut nimia senectute grauato dandus est coadiutor. Eps ecclesiam suã deserere nõ debet. c. sicut vir. Nec etiam est a suis subditis relinquendus. c. denique. Prælati duo in vna ecclesia esse non debent. c. in apibus. Beatus Aug. accessit & non successit Valerio Hipponensi episcopo. c. non autem.

2 Viuens episcopus aut sacerdos, qui pro ægritudine à missarum celebratione abstinuit: an possit celebrare recuperata sanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.

h 1 **Successor.** Successor an possit eligi ab episcopo viuente, hoc est an successorem sibi possit episcopus eligere. Et ibi habetur q locus regiminis est fugientibus offerendus. Et episcopari potest qui prodesse desiderat. c. qui episcopatum.

2 Successor episcopi mortui non est eligendus munerum datione, aut amicorum patrocinijs.

3 Successor episcopi an post electionem teneatur iuramentum præstare pro indemnitate ecclesię.

4 Successus seu prosper euentus denegatur clericis, qui ante sententiã suspensionis vel depositionis a suo episcopo discedere præsumunt. In tales enim ferenda est censura.

5 Successus non continget epo à sede Apostolica vocato, si ad pp̃ria reuertatur, nisi prius fuerit purgatus, & apostolicis litteris munitus.

i 1 **Solue.** Solue & solui procura tertium ò prælate excommunicate; alias non poteris ordinare: nec tua ordinatio erit rata.

2 Soluti sunt clerici vnius prouinciæ à prælato alterius: adeo quod archiepiscopus, primas, vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non potest ordinare.

3 Soluere vel dãnare subditos suffraganei non licet archiepo illo inconsulto. Solus Papa ab alijs excõicatos & cuiuslibet ecclesiæ clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinariorum. c. cuncta p mũdũ.

k 1 **Regendo.** Regendo vnamquamq; parochiam, & res ipsius disponendo facit eps quod debet. c. regenda. & c. nouerint. Regendi sunt subditi per episcopos visitantes, vt c. placuit.

2 Regendi officium episcopus transgreditur, si bona ecclesiarum vsurpare nititur : quamuis de illis precarias facere posit.

3 Regendi sunt subditi sine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipsius valeat episcopus habere.

l 1 *Censuram.* Censuram formidare debēt qui clericos ad iudices seculares trahunt, c. insolita. & cap. placuit. Et ibi de conuicatoribus, & eorum punitione.

2 Censura ligatus, idest, excommunicatus vel suspensus celebrans est depositione dignus.

3 Censura siue iusta siue iniusta est timenda. Censura ligati sunt vitandi plusquam pagani. c. ad mensam. Censura ecclesiastica terreri debet, & ore dæmonū discerpi qui suo episcopo est inobediens. c. absit. Censurā ex ira proferens grauiter delinquit. c. ira. & c. cum apud. Censura siue sententia vel iudicium quattuor modis peruertitur. c. quattuor modis. Censura ferendi sunt & Iudæ proditori comparandi qui veritatem negant & occultant. c. quisquis. & c. absit Iudas. Censura siue sententia iniuste prolata, viribus caret. Episcoporum præceptis non semper obediēdum est. Censuræ seu anathematis forma habetur in c. debent.

m 1 *Testor.* Testari seu testamenta facere cum de proprio liceat, an permittatur clericis proprium habere. Clericis causas agere non licet. c. duo sunt genera Christianorum.

2 Testamenta condentes clerici an possint quibus voluerint ea relinquere quæ de bonis ecclesiæ acquisiuerunt. Testatur multiplex canon illos esse grauiter puniendos, qui res & prædia ecclesiastica inuadunt. De bonis ecclesiæ quattuor sunt portiones faciendæ. cap. quattuor. Et ipsarum rerum alienatio an sit permissa. c. sine exceptione. & c. terrulas. Liberti ecclesiæ an possint ab ea discedere. Res sacræ ex quibus causis alienari valeant. c. aurum habet ecclesia. Pauperibus est prouidendum. c. gloria episcopi.

3 Testamentum an facere possint illi, qui prius nihil habentes tempore suæ administrationis aliqua acquisiuerunt : & quod iuris de talibus bonis.

4 Testamenta an facere possint clerici de bonis ex suis & rebus ecclesiæ quæsitis.

5 Testamenta facere de rebus ecclesiæ an sit permissum sacerdotibus. Et quis succedat eis ab intestato.

n 1 *Funus.* Funera & exequias suas celebrare, & decimas soluere vbi debent illi, qui se de vna diœcesi aut parochia ad aliam transtulerunt.

2 Funerandi iura an possint præscribi. Funera, idest, corpora mortuorum vbi debent sepeliri. Et an pro sepultura aliquid possit exigi. Funerum, idest, mortuorum animæ quattuor modis soluuntur. c. animæ. Funera, idest corpora mortuorum deflenda non sunt. c. quàm præposterum.

o 1 *Fœnus.* Fœnus siue vsuram quodammodo committit & peccat qui vltra debitum exigit. c. quod debetur. Et ibi principaliter tractatur an clerici possint sua repetere, & pro illis litigare.

2 Fœneraria causa siue criminali aut etiam ciuili an possint produci testes domestici. Et an clerici possint pro sua ecclesia testificari.

3 Fœnus seu vsura committitur si præter sortem aliquid exigitur.

4 Fœnera seu vsuras nec clericis nec laicis licet exercere.

5 Fœnera seu vsuræ an sint aptæ vt inde fiant eleemosynæ.

6 Fœneratores & vsurarij veram pœnitentiam agere non possunt, nisi restituant quæ rapuerunt.

p 1 *Furiosos.* Furiosos punire non decet ex his quæ faciunt, cum sint mente alienati. & ibi habetur de Loth & alijs ebriosis.

2 Furiosis clerici quodammodo comparandi essent si pro patrocinijs impensis munera exigere vellent.

3 Furioso iudex comparari posset, qui ex mulieris confessione clericū condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos testimonium ferre non possunt.

4 Furiosi quodammodo sunt ecclesiæ ministri, qui diebus dominicis & festiuis causas tractare volunt.

5 Furioso similis dici posset iudex qui neganti purgationem indiceret, nisi infamia laboraret.

6 Furoris quodammodo plena res esset si à ministris & subditis confessio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quædam sunt irritanda, quædam relaxanda. c. auctoritate & c. alius. in quo c. habetur quòd solus Romanus Pontifex regem Franciæ tamquam inutilem deposuit. Excommunicatis fidelitas seruanda non est.

7 Furiose procederetur si diaconus vel presbyter sine concilij examinatione deijceretur.

8 Furore quodam plenus censetur qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus & in iudicio confessus vel conuictus, postea præsumit offerre & in ordine suscepto ministrare, quod verum est de crimine depositionem inducente.

q 1 *Monachus.* Monachus an possit licite officia populis celebrare, & pœnitentiam dare, & baptizare. Decimæ de consensu episcopi sacerdotibus dari debent. c. reuertimini.

2 Monachi an possint in suis capellis presbyteros instituere.

3 Monachorum & ecclesiarum iura an per præscriptionē tolli possint.

4 Monachi an possint præscribere cōtra ecclesias & p̄latos seculares.

5 Monachi & prælati res ecclesiæ sua auctoritate repellere nō valēt.

6 Monachi, episcopi, & alij prælati si sua auctoritate vsurpant quæ ad se pertinere putant, an cadant à causa.

7 Monachi & abbates an possint retinere ecclesias, decimas, & iura patronatus de manibus laicorum sibi concessa sine episcopi consensu. Et ibi habetur ꝙ episcopus habet dispositionem omniū ecclesiarum, quæ in sua diœcesi constitutæ sunt. c. omnes basilicæ. Et etiam ibi plene de iure patronatus. c. quicumque. c. filijs. c. decernimus.

r 1 *Occidit.* Occidit seipsum spiritualiter qui à voto resilit.

2 Occidit quodammodo temporaliter seipsum qui suū resignat beneficium: sed si in infirmitate resignauit, an sit ei restituendum postquam conualuerit. Et ibi habetur quòd ante probationem triennij nullus in monasterio debet suscipi.

3 Occidit animam suam monachus ad propria rediens, postquam se & sua monasterio tradidit.

4 Occidens vel percutiens clericos diabolo suadente est excommunicatus ipso iure c. si quis suadente diabolo. & ibi habetur ꝙ ecclesiæ concessa non sunt reuocanda: & qui talia aufert, sacrilegium committit: & ecclesiæ immunitas non est violanda.

s 1 *Abbates.* Abbates aut monachos factos episcopos ius obligat ad relinquendum quod ante habuerunt monasterio: quod post, ecclesiæ propriæ. c. statutum.

2 Abbates sunt a proprijs fratribus eligendi, & non ab episcopis. Abbates expellere non est permissum monachis : neque commatres facere. Abbates & monachos possunt episcopi visitare, & conditiones exigere tempore dedicationis constitutas. Abbates & monachi cum sanctimonialibus habitare non debent: quia sexuum commistio est periculosa. c. diffinimus.

t 1 *Claustra.* Claustra siue religionem intrare volentibus clericis non est à suo episcopo denegandus ingressus.

2 Claustrum ingredi clericis permittitur etiam episcopo inuito.

3 Claustrum vnum petere altero derelicto an sit permissum monachis regularibus canonicis, sine permissione abbatum.

v 1 *Volentes.* Volentes & spontaneos monasterium intrantes pueros an cogant iura religionis propositum tenere. Voluntariè puellæ virginitatis propositum suscipientes, nuptias eligere non possunt.

2 Voluntate patris spreta, si filius religionem ingreditur, an à patre reuocari possit.

3 Voluntariè habitum religionis suscipientes, illum deserere non possunt : sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.

4 Volentes religiosi ad arctius monasteriū transire non sunt impediēdi.

x 1 *Commendat.* Commendatam vnam ecclesiam potest habere clericus in altera intitulatus. Commendandi sunt clerici qui in vna & non in pluribus ecclesiis volunt conscribi. Et ibi habet. ꝙ duobus episcopatibus pōt quādoque quis præfici. c. relatio.

2 Commendandi non sunt clerici qui sine litteris dimissorijs de vna ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter curatum & ecclesiam suam, quæ non debet esse scortum. c. sicut.

3 Commendatio nulla sed potius vituperium est clericis, qui secularium negotiorum procuratores esse volunt.

4 Commendandi sunt clerici, qui vestibus sibi congruentibus vtuntur, vnguenta & fulgida vestimenta fugientes.

5 Commendare non debemus clericum, qui à suo episcopo depositus Imperatorem aut iudicem secularem adit.

y 1 *Iurans.* Iurans verum non peccat: sed secus si peierat. & per creaturas iurare non licet.

2 Iurans falsum quod putat verum, an sit periurus. Quot comites habeat iuramentum: & quot sunt genera mendacij.

3 Periurum prælatum & criminosum ante sententiam diffinitiuam derelinquere non licet.

4 Iuramenta illicita an sint seruanda.

5 Peierare & contra iuramentum suum venire qui cogit aliquem, licet periurus non sit, tamen mortaliter peccat. In qua ætate, quis cogatur iurare. Et ibi ponitur forma iuramenti fidelitatis c. de forma.

z 1 *Pugnas.* Pugnas committere seu militare an sit peccatum.

2 Pugna siue bellum quod dicatur iustum.

3 Pugna an debeat committi pro repellenda sociorum iniuria.

4 Pugna non semper est exercenda contra malos. Mali enim sunt quandoque à bonis tolerandi, & non abijciendi. Quædam tamen mala sunt repellenda & punienda, quædam toleranda. Mali sunt medicinali seueritate ad bonum cogendi. vt Nabuchod. Et hæretici etiam inuiti sunt ad salutem trahendi. Pugnis & bellis sunt coercendi ecclesiasticæ religionis inimici.

5 Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, præcepta non occidendi minime transgressi sunt. Et ibi an mali sint occidendi. Habens gladij potestatem potest occidere, si hoc faciat amore iustitiæ.

6 Pugna & coactio est exercenda in malos vt teneant bonum iam susceptum. Non autem sunt ipsi mali ad bonum non susceptum cogendi.

7 Pugna si iusta sit, possunt hæretici & omnes hostes licite suis rebus spoliari.

8 Pugna seu bellum an possit per clericos committi: & an possint clerici arma sumere. Qui sacramenta Dei tractant, iudicium sanguinis agitare non debent.

a 1 *Hæresis.* Hæresis qualibet ab ecclesia Romana destruitur. Hæreticus an possit alium excommunicare, priuare, vel sententia notare. Excommunicatus alium excommunicare non potest. Hæreticorum consortia & eorum sacrificia sunt à catholicis fugienda.

2 Hæretici etiam post mortem sunt excommunicandi. Ecclesia viuentes & non mortuos an ligare possit vel soluere.

3 Hæreticus si dominus est, aut alio crimine irretitus, an possit excommunicatio ferri in familiam suam pro delicto ipsius domini, & in filiú pro peccato patris. Excommunicandi sunt qui corrigi nolunt: & etiam illi qui duas vxores habent: testes falsi: homicidæ, & multi alij. Hæreticorum tandem variæ species ponuntur.

b 1 *Violatas.* Violatas Romanorum Pótificum censuras à nullo decet esse. Violantes sacros canones in spiritum sanctum blasphemant. Violanda non sunt, sed seruanda sanctorum statuta, & eorum regulæ in synodo constitutæ.

2 Violari non debent priuilegia ecclesiarum: nec archiepiscoporum. Violans ciuitates & occidens suos præsules episcopali dignitate priuatur. c. ita nos.

c 1 *Sortilegus.* Sortilegus quis sit: siue qui dicantur sortilegi.

2 Sortilegum esse an sit peccatum: sortibus an sit credendum.

3 Sortes siue diuinationes a quibus exordium sumpserunt. Et de multiplici genere diuinationis: & quot modis dæmones futura prænoscunt.

4

5 Sortilegi vel diuinatores an sint excommunicandi, si cessare noluerint. Sortilegia & magicam artem debent episcopi eliminare. Sortilegijs vel maleficijs nullo pacto debent sacerdotes operam dare, aliás abijciendi sunt.

6 Sortilegus vel alius ab episcopo excommunicatus an per alium ipso inconsulto possit absolui. Et an presbyteri possint reconciliare pœnitentes. Pœnitentia morientibus non est deneganda etiam à simplici sacerdote.

7 Sortilegis & alijs morientibus non est pœnitentia imponenda, sed bene innotescenda. In pœnitentijs imponendis multa sunt consideranda. Melius est sacerdotem pœnitentiam imponentem esse nimis misericordem, quam nimis seuerum. Sortilegi sunt & excommunicati qui dies, menses & annos paganorum ritu obseruant.

d 1 *Sponsis.* Sponsis Dei se Deo dedicantibus & virginitatem vouentibus nuptias contrahere non licet. Sponsalia de præsenti siue matrimonia per vouentes solenniter contracta non tenent.

2 Sponsa vnius an possit á suo sponso recedere, & alij nubere. Sponsa sine consensu sponsi & econtra religiosam vestem suscipere non potest post copulá carnalem: secus ante. Sponsalia vera an fuerint inter Ioseph & Mariam. Sponsam alterius nullus rapiat. & ibi aliquid de raptu.

e 1 *Infidis.* Infidis seu infidelibus coniugium contrahere licet: & inter eos dicitur esse matrimonium licet nó sit ratum. Infidelis vxor virum cogens ad malum licite dimittitur. Infidelium vt Iudæorum conuiuia & etiam coniugia sunt á Christicolis vitanda.

2 Infidelium vnus si conuertatur ad fidem altero remanente in infidelitate, an possit ad fidem conuersus alij se copulare.

3 Infidelis qui ante baptismum vná vxorem habuit, & post baptismú aliam, bigamus est censendus: nec potest esse episcopus. c. acutius. ibid.

f 1 *Seruiat.* Seruire adstrictus, vt puta seruus si contrahat cum libera, quæ per errorem eum putabat liberum, non est inter eos coniugium: quia error personæ & conditionis impediunt & dirimunt: secus autem est de errore fortunæ & qualitatis.

2 Seruum scienter acceptum in maritum non potest mulier dimittere secus si ignoranter. Serui possunt matrimonia contrahere.

g 1 *Infans.* Infans proprius si teneatur á patre in sacro baptismate: licet per tale factum suæ vxori compater efficiatur: non propter hoc ab ipsa vxore separabitur: nisi ad seruandam continentiam possit induci.

2 Infantes sponsalia contrahere nequeunt: quia in illa ætate consentire non possunt.

3 Infantes siue filij spirituales vel adoptiui an possint naturalibus per matrimonium coniungi.

4 Infantes siue filium aliquem non debet vxor simul cum viro suo in baptismate suscipere. c. si. quia esset eius commater. Et ibi dicitur quòd non potest quis ducere in vxorem relictam compatris sui vxoris: nec etiam duas commatres.

5 Infantibus si conceditur nuptias contrahere, ipsorum & quorumcumque aliorum nuptiæ seu matrimonia non debent clam fieri, sed publice: & sic non debent esse clandestina. Tandem instruuntur iudices ad cuncta rimandum.

h 1 *Mœcha.* Mœcha siue adultera & ab aliquo per adulterium polluta an possit per eum duci in vxorem. Et ibi matrimonia secunda conceduntur. c. quòd si dormierit.

2 Mœcham sæpe mulierem efficit coactio: & ideo nulla mulier est cogenda nubere: quia in matrimonio animus plena libertate potiri debet & gaudere. Non licet viro vxorem deserere, vt fecit Lotharius.

3 Mœchiæ notam an dicitur incurrere filij & filiæ, qui post sponsioné parentum cum alijs cótrahunt: hoc est an filij & filiæ post promissioné & sponsionem parentum suorum possint licita cũm alijs contrahere.

i 1 *Coit.* Coire solita (vt est meretrix) potest in vxorem duci si de eius correctione spes habetur. Coitus siue fornicationis causa potest vxor dimitti.

2 Coitus siue incontinentiæ causa ducta an sit coniunx appellanda. Abortum procurantes an sint homicidæ.

3 Coitus siue copula coniugalis apta puella si habet patrem seruum, & auum liberum in matrimonio contrahendo sequatur de honestate arbitrium aui, & non patris qui liberum non habet arbitrium, cú sit seruus.

4 Coitu ancillari & illicito non licet prolem quærere: viuente enim vxore ex quacumque causa neque ex ancilla neque ex alia licet prolem procreare. Mœchiæ nomine omnis illicitus concubitus intelligitur. c. meretrices.

5 Coire coacta & per violentiam accepta an perdat pudicitiam & virginitatem. Carnis virginitas non seruatur si mens corrumpitur. Viro vxorem extra fornicationis causam derelinquere non licet.

6 Coiens vir cum alia, & sic adulter, vxorem adulteram dimittere non potest.

7 Coitus seu fornicationis causa dimittens vxorem: ea viuente aliam ducere non potest. Coitus contra naturam & cum personis coniunctis est grauissimum peccatum.

8 Coitum siue incontinentiam incurrere non debet aliquis vt aliqua ad fidem conuertatur. Et sic non licet ducere vxorem infidelem sub ea conditione vt conuertatur & fidelis efficiatur.

k 1 *Mente.* Mente seu voluntate mulier cupit vt fiat mater, & habeat liberos: tamen eius vir est frigidus & maleficiatus: an propter hoc sit ab eo separanda.

2 Mens & voluntas est mulieri post mortem viri cum illo contrahere, cum quo prius fornicata fuit: an possit. Viro vxorem dimittere propria auctoritate & sine iudicio ecclesiæ non licet: neque eam occidere. c. admonere.

3 Mentis seu cordis sola contritione absque oris confessione an possint peccata deleri: & vtrum possumus Deo satisfacere. Istam quæstionem prolixe tractat Gratianus: eius occasione interserens tractatum de pœnitentia septem distinctiones continentem.

4 Mentis scrupulo cessante, an possint maritus tempore orationis & pœnitentiæ vxori debitum reddere. Et ibi habetur quòd tempore quadragesimali nuptias celebrare non licet.

5 Mens & voluntas est viro continentiá vouere. Non potest hoc facere sine consensu vxoris tacito vel expresso: etsi sit sponsa nondum cognita. Mulier viro debet subesse: cum vir sit caput mulieris. c. hæc imago.

l 1 *Dubitans.* Dubitans vxor de morte mariti: & credens illum esse mortuum, si contrahat cum alio, an dicatur rea adulterij.

2 Dubitans mulier de morte mariti si cum alio contraxit, & postea maritus eius rediit, an sit cogenda ad eum redire, & primum dimittere.

m 1 *Gradibus.* Gradibus consanguinitatis nobis contingentes mulieres non possumus ducere in vxores. Quare constitutum fuit ne consanguineæ ducantur.

2 Gradu consanguinitatis vxori contingenté non licet vxoré ducere.

3 Gradus consanguinitatis & affinitatis secundum decreta vsque ad septimam generationem habent prohibitionem: hoc est quòd ratione consanguinitatis & affinitatis prohibitum est matrimonium vsque ad septimum gradum.

4 Gradus vij. consanguinitatis quare prohibitus est secundú canones.

5 Gradus consanguinitatis quomodo computandi sunt.

6 Gradibus prohibitis coniuncti ad quorum accusationem vel testificationem sunt separandi. Et ibi de iuramento separationis & reconciliationis. Et de iuramento eorum qui consanguinitatem probant. cap. de parentela.

7 Gradu prohibito coniuncti si adinuicem carnaliter commisceãtur, filij ex tali incestuoso coitu procreati non sunt filij appellandi.

8 Gradus consanguinitatis & affinitatis quis dicatur esse dispẽsabilis, idest quo gradu possit dispensari cum consanguineis & affinibus.

9 Gradu prohibito coniuncti (licet forte sententia pro matrimonio fuerit lata) possunt separari. Sententia enim pro matrimonio vel contra ipsum lata potest retractari veritate comperta: quia talis sententia nullo cursu temporis transit in rem iudicatam. Et ibi dicitur sententiam etiam Romani pontificis in melius posse mutari. c. sententiam.

10 Gradus affinitatis (siue ipsa affinitas) in superstite non deletur. Item soboles ex secundis suscepta nuptijs consanguineis prioris viri copulari non debet secundum decreta: sed hoc corrigitur per c. non debet. de consangui. & affini.

n 1 *Rapiente.* Rapiente virginem per vim ab aliquo raptus committi dicitur.

2 Rapientes violenter puellam potest illam peracta pœnitentia in vxorem ducere. Et sic rapta raptori iure canonico nubere potest. cap. denique. & melius extra de rap. c. cum causa. cum similibus.

DECRETI TOTIVS CANONES HIC SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI IMPRIMVNTVR,

Quod præter ceteras vtilitates multimodæ correctioni est adiumento non mediocri.

De littera A.

Arianoru m

Consti-

D.

De ho-

F.

Fiatu

Illud

Ius

Na-

N

O

P

ε

Pacer

Q

Qu...

Quod

Si quis

Vos

F I N I S.

NOTATV DIGNA IN GLOSSIS
ET NOVIS NOTATIONIBVS.

Ausil-

E

Error

F

Filius

Lineæ

Pagani

Possessio

Notatu digna in glossis,

Sacerdos

Sethiani.

T

Testamentum

Visita-

F I N I S.

Errata hæc, quæ adnotantur, in multis voluminibus magna ex parte suis locis sunt emendata. Vbi autem id factum non est, sic emendentur.

Col. 5. *In margine in fine adnot.* ★ *Vide B. Thomam, &c. habetur c. 3. corrige*, art. 3.

35. *In not.* β ¶ Idem.] *in fine post verbum*, ob glossam. *adde hæc verba*, in ver. Græci.

48. *In margine citatio* Heb. 23.) Heb. 13.

49. *In epistola Græca lin. 7.* ζωπυρεῖτε) ζωπυρεῖτε. *& lin. 8.* οἶοι) οἷοι. *& lin. 9.* τοὺς) τοῖς. *& lin. 10.* ὑμῶν) ὑμῶν. *lin. 14.* ἂν) ἄν. *lin. 18.* τοῦ) τῷ. *ead. lin.* αὐτοῦ τοῖς) αὐτοῖς. *lin. ead.* σιωπᾷ) σιωπᾷ.

81. Cap. Quoniam sanctæ.] *lin. 3.* patre suo) patre tuo.

82. *Adnot.* γ ¶ Confirmamus.] *lin. 6.* ταυτίζω) ταυτίζω.

95. *Adnot.* α ¶ Idest media.] *lin. 7.* ἀπὸ) ὑπό.

118. *In adnot. marginali* ★ Semper fuit, *&c.* licet olius) licet olim.

187. *Adnot.* β ¶ Isidorus.] Nonnihil, &c. *deleatur, & in noua impressione non ponatur.*

193. *In margine est varietas lectionis*, al. ἑαυτοῦ) ἑαυτῷ.
Ibid. *In adnotat.* β ¶ Eos qui suscipiunt habitum.] Græce, &c. *lin. 2.* ὑποσφραγίσουσι) ὑποσφραγίσωσι. *lin. ead.* βιώσουσι) βιώσωσι. *lin. 3.* ἰσοδύναμον) ἰσοδύναμα.

259. *In adnot.* α ¶ Dictis Bonifacij.] *lin. 35.* diciplina) disciplina.

403. C. Miramur.] *lin. 6. post ver.* principatus. *deest nota* α *respondens suæ notationi.*

455. C. Presbyteris) Presbyteri.

493. *Adnotat.* α ¶ Vigesimum.] *lin. 2.* in antecedente capite) in antecedente notatione.

511. C. Quicumque ex his.] *lin. 2. in verbo*, contemptu. *deest græca nota* α *respondens suæ notationi.*

765. C. Peruenit.] *lin. 7. è regione horum verborum*; & sicut Nicæna, *ponatur in marg.* In canonibus Nicænis ex Arabico versis, cap. 49.

801. *In adnot.* α ¶ Negotiorum.] *post ver.* ἀπολύειν, *addatur*, aut fortasse illam in suo codice habuit.

853. C. Quoties frater.] *lin. 22.* vosque adesse) vos, qui adesse.

937. *In margine vbi citatur*, Item Stephanus epist. 2. & Melchiades epistola vnica, *adde hæc verba*, infra 3. q. 4. hi qui.
Ibid. *In adnotatione*, β ¶ Non humanis.] *in penul. lin.* ect) est.

947. C. Redintegranda.] *vltima verba ipsius cap.* & reliqua. *debebant imprimi vario charactere.*

963. C. Hi, qui.] *In margine è regione istorum verborum in lin. 6.* atque decreta habemus, *pone.* 3. 2. q. 7. c. placuit.

979. C. Hæc quippe.] *lin. 17.* approbauerunt nec ipsos) approbauerunt; nec ipsos.

1045. *In adnot.* α ¶ Iudex.] *lin. 3.* testis, autem. *dele comam.*

1159. *In vlt. lin. textus & in vltimo verbo*, ho) hoc.

1393. *In adnot.* ¶ α ¶ Virginitate.] *in fi. adde hæc verba*, Sic etiā §. Quod præcipitur. restitutū est B. Hieronymo.

1443. *Adnotatio*, α ¶ Quosque.) α ¶ Quousque.

1451. *In adnot.* ¶ Caput hoc.] *in fi. adde*, Est aliquid simile in canonibus Nicænis versis ex Arabico. can. 76.

1537. *In prima linea textus est*, vnde alijs) vnde alij.

1591. *Adnotatio*, ¶ Libro quarto regesti.] *lin. 3. habet*, de quo superius) de quo in proximo superiori cap.

1667. Cap. Faciat.] *in extremo*, quod non recte faciat. *Quoniā interpretatio, quæ in casu ponitur, oculos fugerat; sic corrige hunc locum, & sequentem notationem*, quod recte β faciat.
β ¶ Recte. *In originali legitur*, non recte. *sed non est emendatum propter casum.*

1701. 23. q. 1. *Adnotatio post cap. 1.* α ¶ In prouerbijs.] *in 2. lin.* coniucte) coniuncte.
Ibid. *In marg.* Ecclesia aliàs) Ecclesia vniuersalis.

1725. *Adnotatio*, ¶ Sensus huius.] *lin. 2. hæc habet* vers.) ver.

1763. *In marg. vbi ait*, Idē c. 14. &c.) Idē Prosper, c. 14. &c.

1984. *Adnotatio marg.* ★ Non proprie monachi, &c. ibi, votum committentes) votum non emittentes.

2112. *Glossa in verbo*, Sicuti. *prope finem habet*, ex qua voluntas) ex quo voluntas.

2185. *Adnotatio in marg.* ★ Idest solua, &c. *post medium habet*, quare continuo) quare contritio.
Ibid. *Adnotatio*, β ¶ Item.] *vbi ait in penul. linea*, delictum, &c. *adde hæc verba*, Nec multo aliter in sermone 46. de Petri pœnitentia.

2206. *In adnot. marg.* ★ Immo Gratianus, &c. iudicio) inducit.

2222 *In margine est varietas lectionis*, † non pro eo dico vt reget) † non pro eo dico vt roget.

2255. *Adnotatio*, ¶ Burchardus etiam.] *lin. 3. habet*, non siue magno) non sine magno.

2295. *In tex. lin. 12. vbi ait*, Angelicæ virtutes, &c. *è regione in margine pone*, B. Greg. 27. mor. c. 25. & glo. ord. in c. 1. Gen. ad ea verba [Fiat firmamentum] ex Grego.

2341. C. Si Iudas.] *lin. 1. in fi. habet*, ve) vel.

2393. *Adnotatione quæ incipit* γ ¶ Imaginem.] *adde in fi. hæc verba*, & Origenes Periarchon, lib. 3. c. 6.

2545. *Adnotatio*, α ¶ Corpus.] *illa verba sub parenthesi* (de Paulo loquitur) *imprimenda erant vario charactere.*

2589. *Adnotatio*, β ¶ Carnem peccati.] *lin. 6.* erat peccati; non caro peccati, quomodo) erat peccati, non caro peccati; quomodo.

2639. C. Si multa.) Si nulla.

Si qua alia occurrent, æquus Lector veniam dabit.

EA DE QVIBVS LECTOREM principio visum est admonere, hæc sunt.

IN Ecclesia Romana omnium ecclesiarum magistra solitos esse asseruari conciliorum canones, & Pontificum decreta, ac ceteris ecclesiis communicari plane compertum est. Atque in vsu præcipue videtur fuisse collectio illa, quam Nicolaus Papa in c. si Romanorum. dist. 19. Codicem canonum nominat: in quo continebantur canones, & regula illa, quæ recensentur à Leone IIII. cap. de libellis. dist. 20. Huius codicis tria manuscripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impressus Moguntiæ An. Sal. M. D. XXV. Repertus est autem in vetustissimo Cardinalis Vercellensis codice Cresconij ad episcopum Liberinum quidam quasi nomocanon: in quo, cum pluribus causarum titulis propositis, exponatur deinde, quibus synodorum, ac Decretalium epistolarum locis causæ illæ tractentur; capita capitibus Moguntini codicis, & numeri numeris optime respondent. Quæ quidem à Cresconio adhibita diligentia satis indicat frequentissimum fuisse huius collectionis vsum: & hæc ea est, quæ in notationibus, quæ nunc eduntur, absolute codex canonum vocatur. De codice canonum

Ceterum inter priuatos collectores, qui multo plura congerere studuerunt, perantiquus est, Isidorus: cuius collectio protenditur à canonibus Apostolorum vsque ad concilium Hispalense secundum: habeturque in duobus codicibus Vaticanæ bibliothecæ, & vno monasterij Dominicani sanctæ Mariæ supra Mineruam: extat autem impressa in editionibus conciliorum, in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autem, multis alijs concilijs, scriptisq. admistis. Isidorum hunc Igmarus archiepiscopus Remensis in libro de synodis celeberrimum illum Hispalensem fuisse affirmat, à quo testatur etiam Trittemius librum Decretorum esse conscriptum: ac certe multa verba, quæ in præfatione huius collectionis leguntur, sunt in libro quinto Etymologiarum. In codice autem Dominicanæ bibliothecæ initio præfationis ita legitur, Isidorus mercator seruus Christi lectori conseruo suo, &c. *nec multo secus in Vaticanis: quo loco in impressis est,* Isidorus peccator seruus Christi, &c. *Secutus deinde est (vt de ijs primum, quorum opera typis excusa sunt, loquamur) Burchardus Vuormaciensis episcopus Othonis III. & Henrici II. Bauari Imperatorum ætate: qui non ordinem temporum, & prouinciarum, vt Isidorus, sed rerum, & causarum sibi sequendum putauit. Iisdem vestigijs institit non ita multo post Iuo Carnotensis episcopus: sed exorta interim Berengarij hæresi multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis, & codice: dum de laicorum quoque officijs sibi agendum putat: quod Burchardo minus necessarium visum fuerat. Extant autem duo volumina Iuonis nomine inscripta, eamdemque habentia præfationem: quorum vnum, quod Pannormia, alterius, quod absolute Decretum inscribitur, quasi epitome quadam est. Verum in hoc eodem campo alij etiam grauissimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in priuatis bibliothecis manuscripti habentur) Cresconius, Anselmus, Deusdedit Cardinalis, Gregorius presbyter: qui volumen suum Polycarpum* De collectione Isidori Burchardus Iuo Pannormia Cresconius Anselmus Deusdedit cardinalis

ζ

Gregorius presbyter auctor Polycarpi. *lycarpum inscripsit, aliique nonnulli praeclare se exercuerunt, suamque operam probauerunt. Nouissimus istorum omnium praeter auctorem Pannormiae (nam is recentior fortasse est)* GRATIANVS *Gratianus Monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis, quod superiores fecerant, operam dedit: sed Iuonis fortasse praefatione excitatus eo potissimum incubuit, vt certis quaestionibus propositis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter se nonnumquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret; omninoq; eorum varietatem, quae speciem dissensionis habebat, ad concordiam reuocaret. Ceterum in longo, ac perdifficili opere multa à parum aequis hominibus exagitabantur: nonnulla pij etiam & verecundi interdum desiderabant.*

Quamobrem ne huiusce vtilissimi & grauissimi codicis vacillaret auctoritas, placuit primum Pio iiij. ac subinde Pio v. & Gregorio xiij. (apud quem etiam huius perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit,) vt illi corrigendo summa opera daretur, menda librariorum tollerentur, si qua etiam in re Gratianus vt homo minus vidisset, modeste notaretur, ipsaque omnino capita suis auctoribus quamdiligentissime restituerentur. Itaque & Romae Vaticana bibliotheca, & monasterij Dominicani supra Mineruam, aliaque non pauca excussa sunt; & ex alijs vrbibus, atque regionibus inuitati doctissimi homines, qui idem facerent; & si quid inuenissent, quod ad hanc rem pertineret, pro sua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud factum est, vt cum iam magnam partem suum vnicuique tributum sit, ac propterea intelligi plerumque possit, quae synodorum generalium, quae summorum Pontificum, quae prouincialium conciliorum, quae Patrum decreta, ac sententiae, atque inter haec, quae sanctae Romanae sedi probata sint, quae minime; vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa vero pro incertis suspecta habere posthac queat. De citationibus. *Quod ad citationes auctorum pertinet, vbi error euidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atque ab alijs collectoribus allata citatione consentiebant, sublatis falsis inscriptionibus vera sunt restituta. Vbi vero, quamuis caput apud alium auctorem esset inuentum, fieri tamen poterat, vt illius quoque esset, quem Gratianus citaret; (sunt enim haud raro decreta tralatitia, & sententiae similes in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione satis visum est locum, vbi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est, qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde sunt mutata; id quoque est indicatum, adscriptumque praeterea in margine, quo loco idem caput in glossa Bibliorum ordinaria, in libris sententiarum, & apud ceteros collectores habeatur, eos praesertim, qui in huius operis emendatione magno vsui fuerunt. Animaduersum vero est multa olim fuisse (quorum nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex varijs auctoribus collectarum volumina: quibus homilijs nomen auctoris aut non esset praepositum, aut etiam mutatum: quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occasionem. Saepe etiam Gratianus multas Patrum sententias simul colligit, atque in vnum caput concludit, (quamuis in uulgatis codicibus plerumque in diuersa capita sint distracta, sed fere sine rubrica:) idque cum facit, non ipsa prorsus auctorum uerba affert: sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur: quod*

tur: quod etiam Burchardus, & Iuo faciunt, cum citant hoc modo, ex dictis Augustini, ex dictis Hieronymi.

In emendando textu, primum initia capitum ob vsitatas doctorum citationes non sunt mutata: sed vbi ab originali discrepabant; in margine, aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde hac glossa ipsius habita ratio est, vt nihil in textu sit mutatum; vbi mutatio ipsa impeditura erat, quominus quid sibi auctor glossa voluisset, animaduerti posset: sed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum est indicatum. Vbi vero hac non obstabant, hac fere seruata corrigendi ratio est: vt si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, & interdum etiam non leui proposita vtilitate, aliqua adderentur: nisi sicubi vulgata lectio visa est melior: nam tunc illa retenta notatum est, quomodo originale ipsum habeat. Sin autem Gratianus non eadem prorsus verba afferre voluerat, sed aut in summam quamdam ipse redigere, aut ab alijs redacta, vt ab auctore glossa ordinaria, ab Iuone, & alijs collectoribus referre; tunc nihil fere emendatum, vel additum est: nisi forte Patris illius, vnde collector acceperat, restituta lectio magnam afferre visa esset vtilitatem: multisque locis id notatum est, & verba ipsius originalis allata: vt lector identidem in memoriam huius adhibita cautionis reuocaretur, & labore ad originalia adeundi leuaretur. Quod si idem caput ex pluribus vicinis alicuius Patris locis confectum est; (nam qua multum distabant, satis plerumque fuit in margine indicare) adiecta sunt in textu particula illa, & supra, & infra: *Scilicet, vbi seriem & nexum collectionis impeditura non erant. Vbi vero Gratianus ipse loquitur, ex manuscriptis huius libri exemplaribus pura, germanaque lectio est restituta.* De emendatiōe textus.

In codice canonum capita, qua ex gracis synodis recitantur, sunt à Dionysio Exiguo in linguam latinam conuersa: cuius prafatio manuscriptis ipsius codicis exemplaribus praposita legitur. Isidorus autem partim hac ipsa Dionysij versione, quamquam raro, partim fortasse prisca illa, cuius mentionem in prafatione sua Dionysius facit, vsus est aut integris, aut aliquantulum immutatis, partim etiam alijs, qua tunc, vt ipsemet Isidorus testatur, extabant, hodie, praterquam apud istos decretorum collectores non extant. Quocirca mirandum magnopere non est; si ceteri collectores, & omnium fere postremus Gratianus, qui & codicem illum canonum, & Isidori collectionem, & alias etiam habebant, eumdem canonem non semper ex eadem versione recitent. Qua de re sape in notationibus lector est admonitus, & vbi necessarium visum est, graca canonis verba cum versione noua sunt allata: idemque in ceteris Patrum gracorum sententijs factum est. De versionibus.

De nomine Palea sunt varia doctorum hominum sententia. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leues continerentur, hoc nomine appellari censuerunt: alij quasi τὰ παλαιὰ, *id est antiqua: alij quasi additiones quasdam, deriuata, aut potius deprauata voce ab aduerbio* πάλιν, *id est, rursum, quo scriptores etiam latini tempore Gratiani vterentur. Verum Ioannes Andrea in addition. ad Specul. tit. de dispu-* De paleis.

sputation. & allegation. prope finem (quem Imola in rubri. de verborum obligation. Alexandrinus in proœmio Decretal. Iason in rubr. tit. de action. & alij sunt secuti) putat quemdam Protopaleam, quem Iason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita hæc adiunxisse. Atque vt in re tam incerta aliquid elici coniectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obseruatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex huiusmodi capitibus habentur. In vno valde emendato sunt apposita in margine sine vlla nota, sed non omnia, quæ in impressis: quamuis vicissim in illo additiones aliquæ sint, quæ in his non habentur. In alio litteris perantiquis descripto, Paleæ ipsæ recentiori scriptura toti volumini præponuntur. In ceteris habentur aut omnes, aut pleraque, & partim quidem cum paleæ nomine, partim vero sine vllo à ceteris capitibus discrimine. Ex qua obseruatione illud videtur posse colligi, has paleas esse additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum coniunctè cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quòd multæ & in Decretalibus, & apud vetustiores Gratiano collectores habentur: quod suis locis indicabitur.

De titulo. *In plerisque vetustis huius collectionis exemplaribus hæc tamquam inscriptio rubris litteris posita est,* Concordia discordantium canonum, *addita in quibusdam dictione,* Incipit, *sine vlla Gratiani mentione. Verum in Vaticano illo vetustissimo, cui voluminis ipsius initio recentiori scriptura paleas esse præpositas dictum est, ante ipsas paleas est hic titulus,* Decretum Gratiani monachi sancti Felicis Bononiensis, ordinis sancti Benedicti, compilatum in dicto monasterio Anno Domini Millesimo centesimo quinquagesimoprimo, tempore Eugenij Papæ tertij. *In alijs vero duobus codicibus, in extremo est.* Explicit Decretum compilatum à Gratiano monacho monasterij sancti Felicis de Bononia. *In chronico, quod inscribitur* Pomærium Ecclesiæ Rhauennatis, *qui liber in Bibliotheca Vaticana seruatur, hæc de Gratiano leguntur,* Anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo primo, Gratianus monachus de Classa † ciuitate Thusciæ natus Decretum composuit apud Bononiam in monasterio sancti Felicis. *Idem testatur Hugutio vetustissimus huius codicis interpres secunda, quæstione sexta, cap. post appellationem. & Vincentius in libro Historiarum bis, semel libro vigesimotertio, capit. trigesimoprimo, loquens de Isidoro, & iterum libro vigesimoquinto capit. octuagesimo quarto, agens de Iuone, & alijs Decretorum collectoribus: & sanctus Antoninus par. tertia histor. titulo decimooctauo, capit. sexto. Trittemius vero in libro de scriptoribus ecclesiasticis Gratianum agnoscit huius collectionis auctorem: itemque in libro secundo de viris illustribus ordinis sancti Benedicti,: quo tamen loco addit (ipsam fortasse operis inceptionem spectans) fuisse ab eo compositum Anno Domini Millesimo centesimo*

† Alij, Clusio, alij Ginsa.

ſimo vigeſimoſeptimo. Hanc collectionem Innocentius tertius in epiſtola ad Archiepiſcopum Compoſtellanum vocat corpus Decretorum. Ob has igitur auctoritates, & receptam apud omnes opinionem in prima huius voluminis pagina præpoſitus eſt titulus nomine Gratiani.

Quod ad gloſſas pertinet, quæ pios & catholicos auctores habuerunt; quæ in illis errata paulo maioris ponderis pro humani ingenij infirmitate obrepſerunt, ea in margine ſunt notata, & quid catholice ſentiendum ſit, oſtenſum eſt. Hæ autem notæ, quibus aſteriſcus affixus eſt, neceſſario poſthac in omnibus impreſſionibus apponendæ erunt. **De notationibus in gloſſas.**

INDEX LIBRORVM QVI VARIIS EX LOCIS SVNT HABITI.

A

Ambrosii sermones aliquot, qui adhuc non extant impressi, ex bibliothecis Vaticana, & monasterij Mediolanensis sancti Ambrosii.

Anselmi collectio canonum ex Vaticana, & Hieronymi Parisetti.

Alexandri ij. epistolæ aliquot, partim missæ ab Antonio Augustino archiepiscopo Tarraconensi, partim ex bibliothecis, Vaticana, Nicolai Ormanetti episcopi Patauini, Michaelis Thomasii episcopi Ilerdensis.

Anastasii bibliothecarij chronicon, & versio septimæ synodi, & octauæ sub Hadriano ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

B

Bonifacij Papæ concilium ex Hispania ex vetusto codice monasterij Populeti.

Bonifacij martyris epistola ex bibliotheca monasterij B. Mariæ supra Mineruam.

C

Cresconij Nomocanon ex bibliotheca Cardinalis Vercellensis.

Capitula aliquot Pontificum ex eodem codice monasterij Populeti.

Capitularium liber septimus, & capitularia adiecta, missa à Iacobo Amioto episcopo Antissiodorensi ex bibliotheca ecclesiæ Belluacensis.

Collectio decretorum Romanorum pontificum ab Augustino archiepiscopo Tarraconensi.

Codex canonũ, qui apud veteres pontifices in vsu fuit, ex Vaticana, Dominicana, & Cardinalis Sirleti.

Collectio canonum incerti auctoris ex Vaticana.

Collectio canonum ex bibliotheca ecclesiæ Mutinensis.

Collectio canonum pænitentialium incerti auctoris ex bibliotheca Michaelis Thomasii episcopi Ilerdensis.

Conciliorum Hispaniensium, & Carthaginensium varietates lectionis ex bibliothecis regis catholici Lucensi, & Soriensi à Cardinali Quiroga.

Centij Camerarij liber de formis iuramentorum ex bibliotheca Achillis Stathij.

Concilij alicuius fragmenta quædam post Anselmi collectionem in codice Hieronymi Parisetti.

Cypriani operum exemplaria ex Vaticana, & monasterio sancti Saluatoris Bononiensi.

D

Decreti huius vndeuiginti exemplaria manuscripta, partim sine glossis, partim cum glossis, duodecim quidem ex Vaticana, reliqua vero ex bibliotheca Marcelli Papæ ij. Cardinalium Vercellensis, & Sirleti, Michaelis Thomasii episcopi Ilerdensis, Achillis Stathij.

Decretorum excerpta ex bibliotheca sancti Trudonis ab Alberto Leonino nomine vniuersitatis Louaniensis.

Deusdedit Cardinalis collectio canonum, & libri quattuor de rebus ecclesiasticis ex Vaticana.

E

Eugenij ij. concilium ex Vaticana, & tertij ex Vaticana, & ex Gallia.

Emeritense concilium à Cardinali Quiroga.

Ephesini concilij primi antiqua versio ex Vaticana.

F

Fulberti episcopi epistola descripta ex vetusto codice ecclesiæ Belluacensis à Iacobo Amioto episcopo Antissiodorensi.

G

Gregorij iij. epistola ex bibliotheca monasterij supra Mineruam.

Gelasii scripta quædam, & aliorum Pontificum epistolæ ex Vaticana.

Gelasii epistola ab Antonio Augustino archiepiscopo Tarraconensi.

Gregorij primi epistola manuscripta ex Vaticana, & episcopi Ilerdensis.

Gregorij vij. regestum ex Vaticana, & multis priuatis.

Gregorij iiij. epistola ad vniuersos episcopos per Galliam, &c. ex bibliotheca monasterij supra Mineruam.

Gregorij x. epistola ad regem Armeniorum ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Græcorum patrum commentarij in sacram scripturam, aliaque eorumdem scripta, & cõcilia ex Vaticana.

H

Humberti legati Leonis ix. ad libellum Nicetæ contra Latinos responsio ex monasterio S. Mariæ nouæ.

I

Isidori Hispalensis operum codex ex monasterio Neapolitano sancti Augustini in Carbonaria.

Isidori collectio canonum ex Vaticana, & Dominicana supra Mineruam.

Ioannis viij. epistola ex Vaticana.

Isidori collectionis canonum præfatio alia à vulgata; missa ab archiepiscopo Tarraconensi, & Aluaro Gomez ex bibliotheca ecclesiæ Toletanæ.

Isidori epistola ad Laufredum ex bibliotheca supra Mineruam.

Innocentij ij. concilium ex Vaticana.

Isidori Hispalensis regula monachorum ex Hispania.

L

Leonis iiij. epistolæ duæ, vna ex bibliotheca M. Antonij Mureti, altera ex bibliotheca Francisci Turriani.

Leonis ij. epistola à Cardinali Quiroga ex vetusto codice regia bibliotheca.

Leonis iiij. concilium ex Vaticana.

Nicolai

Hæc sunt, quorum nunc memoria suppetit. Ceterum & alia aliunde habita: & omnium fere librorum, quorum in hoc opere mentio fit, editiones cum manuscriptis codicibus Vaticanæ, & aliarum bibliothecarum diligenter collatæ sunt.

GREGORIVS PAPA XIII.

Vniuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

EMENDATIONEM Decretorum, locorumque à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis, & testimoniorum deprauationibus plenissimus,) à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris optimo consilio susceptam, selectisque ad id negotium sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & alijs eruditissimis viris adhibitis commissam, multis autem, varijsque impedimentis hactenus retardatam, nunc tandem vetustissimis Codicibus vndique conquisitis, auctoribusque ipsis, quorum testimonijs vsus erat Gratianus, perlectis, quæque perperam posita erant suis locis restitutis, magna cum diligentia absolutam, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita est operis ipsius dignitatis, & publicæ eorum præsertim, qui in hoc studio versantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quæ emendata, & reposita sunt, omnia quamdiligentissime retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die secunda Iunij. M. D. LXXXII. Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Ant. Buccapadulius.

CONCOR-

Glossa Ioannis suppleta i mul. Bart. Brix.

QVONIAM nouis superuenientibus causis, nouis est remedijs succurrendum: idcirco ego Bartholomæus Brixiensis confidēs de magnificentia Creatoris, apparatum Decretorum duxi in melius reformandū, non detrahēdo alicui, nec attribuendo mihi glossas, quas non

uerso verbum rogandi pro verbo pcipiendi ponitur 11.q.3.rogo. f ¶ *Prohibetur.*] Nunq̄ inuenimus expresse phibitum in lege, vel in Euangelio, nisi per quandam consequentiam. Nam vbi vnum cōtriorum præcipitur, per consequens aliud phibetur: sic vbi aliqd iudicatur meū esse, p consequens indicat tuum nō esse. ff. de pcu. Pomponius. §. 2.

De hoc titulo dictum est in præfatione.

CONCORDIA

DISCORDANTIVM CANONVM,

AC PRIMVM DE IVRE DIVINAE & humanæ constitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

HVmanum genus[a] *duobus*[b] *regitur, naturali*[c] *videlicet iure, & moribus*[d]. *Ius naturale est, quod in lege & Euangelio continetur: quo quisq; iubetur alij facere, quod sibi vult*[e] *fieri; & prohibetur*[f] *alij inferre*[g], *quod sibi nolit fieri. Vnde Christus in Euangelio*[h]: [*Omnia quæcunque vultis*[i] *vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc est enim*[k] *lex & prophetæ.*]

Matth. 7.

Hinc[l] *Isidorus in quinto lib. etymologiarum. c. 2. ait.*

NOT. a ¶ Ac primum.] *Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim vero legitur.* De iure scripto, & non scripto, & quod cui præponatur, & legum auctoribus, & duorum malorum electione, siue dispensatione. *Aut,* Ac primum de iure constitutionis naturæ diuinæ, & humanæ. *Aut,* De iure naturæ, & humanæ constitutionis, *quam Dominicus de Geminiano agnoscit, & extat in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut,* De iure naturæ, & constitutionis: *quæ inscriptio maxime videtur conuenire tractationi Gratiani, qui sæpe ad hæc capita reuertitur, vt initio distin. 5. 7. 8. 15. & 11. q. 1. c. si quæ causa. hunc totum locum indicans scribit:* Require in principio, vbi differentia signatur inter ius naturale, & ius constitutionis. *Veruntamen in hac tanta varietate, quæ, vt alia coniectura mittantur, argumento esse potest, nullam hic à Gratiano ipso positam esse rubricam, satis visum est retenta vulgata lectione cæteras indicare.*

¶ Diuinæ leges natura, humanæ moribus constant. C. I.

OMnes leges[m] aut diuinæ sunt, aut humanæ. Diuinæ natura, humanæ moribus constant: ideoque hæ discrepant[n]; quoniā aliæ alijs[o] gentibus placēt. ¶ Fas lex diuina est: ius lex humana. ¶ Transire per† agrum alienum[p] fas est[q]; ius non est.

† per alienum.] in Isid. manusc.

non feci: sed supplēdo defectū solūmodo, vbi correctio necessaria videbatur, vel propter subtractionem decretalium, & diminutionem earumdem, vel propter iura, quę superuenerit de nouo. Interdum etiam solutiones interposui, quæ prætermissæ fuerant à Ioāne. Hoc feci ad honorem omnipotentis Dei, & Ecclesiæ Romanæ, & ad cōem vtilitatem omnium studentium in iure canonico. Bar.

HVmanum genus.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima probat per quattuor canones, q̄ humanum genus regitur duobus, scilicet iuribus, & cōsuetudinibus. In secūda parte, quæ incipit ibi, *Est & alia.* ponit septem differentias iuriū. Ioan. de Fant. & Pet.

CASVS. Iste sic ponitur. Dicitur hic q̄ duo sunt instrumenta per quæ genus humanum regitur & gubernatur, scilicet ius naturale, & consuetudo siue mos. Ius naturale est quod in lege & in Euangelio continetur: quo iure quisq; iubetur alij facere, qđ sibi vult fieri: & hoc prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri: & hoc pbatur auctoritate Christi dicentis: Omnia quæcumq;, &c.

a ¶ *Humanum genus.*] Tractaturus dominus Gratianus de iure canonico, primo incipit à simplicioribus sm naturam, scilicet à iure naturali, qđ antiquius & dignius est[1]; Cœpit enim ab ipsa rationali creatura, vt Instit. de re. diui. §. commodius. Assignat ergo multas differentias iuris naturalis ad alia iura, vsq; ad 15. distin. in qua aggreditur principale propositum de iure canonico, originem eius assignans.

b ¶ *Duobus.*] Signat ꝯriū j. 96. dist. duo. sed illis duob' regit tamq̄ auctoribus, istis tamq̄ instrumentis. 11. q. 1. c. sicut enim. §. ex his.

c ¶ *Naturali.*] idest, diuino[a].

d ¶ *Moribus.*] idest, cōsuetudinario iure, vel etiam iure humano, siue scripto, siue non scripto. 25. q. 2. institutionis.

e ¶ *Vult.*] Sed nonne ego volo q̄ alter det mihi rem suam, nō tñ ego volo ei dare rem meā? Expone ergo, vult, idest debet velle. & sic exponitur ibi, Habe charitatem, & fac quod vis. & sic exponit lex. d. de solu. l. 1. vel expone, iubetur, idest consulitur[b]. sic econ-

Ius naturale reliquis antiquius.

[1] Vt 5. distin. c. 3. in prin.

[a] Idem Alexā. & Ioan. in l. ... C. de test. milit.

Volo, idest, velle debeo.

[b] Consiliarius maleq... non ... praecipit.

lex humana continetur. In tertia parte dr̄, q̄ trāsire p agrū alienū fas est, idest iure diuino permittit: ius aūt non est, idest, non permittitur iure humano. Secūda pars incipit ibi, *Fas.* Tertia ibi, *Transire.*

m ¶ *Omnes leges.*] idest, omnis lex. & ponitur plurale pro singulari. si enim demonstrares duas leges, vnam diuinam, & aliam humanam, nō potest vere dici: istæ leges aut sunt diuinæ, aut humanæ. Et valet talis interpretatio in rescriptis qnq; cum ita scribitur: si ista vera sunt, idest, si hoc verum est, & si illud verum est: sic extra de appel. significauit. in fin. & extra de præben. cum iam dudum. & extra de rescrip. ex parte. sic. j. 2. q. 1. in primis[c]. & ff. de cond. & demon. falsa. & ff. de statu homi. summa.

n ¶ *Discrepant.*] Non tamen sunt cōtrariæ. nam transire per agrū alienum diuina lex permittit, humana prohibet: sed prohibitio & permissio non sunt ꝯria. nam Dominus permittit vxorem infidelem dimitti, Apostolus prohibet, vt 28. q. 1. iam nunc.

o ¶ *Alijs.*] vt j. 12. distin. illa. & j. 32. dist. placuit.

p ¶ *Alienum.*] Sed nonne iure naturali omnia sunt cōmunia, vt j. cap. ius naturale. & j. dist. 8. quo iure. nō ergo aliquis ager alienus est, ideo expone, alienum, idest, qui est alienus modo.

q ¶ *Fas est*] idest, æquum est[d] cum subest causa, & innoxius est trāsitus, vt 23. q. 2. c. vlt. Item iure diuino licitū est comedere vuas in agro alterius, sed non exportare, conterere spicas & comedere licitum est. 6. q. 3. c. 1. sed non mittere falcem, vt j. de conse. dist. 5. discipulos. sed licet sit æquum iure diuino, tñ non est ius, idest, ius non dat eiusdem actionem. Vbi enim aliquid mihi prodest, & tibi non nocet: æquum est vt mihi non prohibeas, licet ius ibi deficiat, vt ff. de aqua plu. arcē. in summa. §. item Varus. Transire tñ p agrū alienū licet in casibus, scilicet, si seruitutē debeat, vt C. de serui. per agrum. Itē si thesaurū suū quis vult effodere. ff. ad exhib. thesaurus. in fi. Item si glans mea decidit in agrum suū. ff. de glan. legen. l. vnica. & dum quęro hoīem fugitiuum. ff. de ser. fugi. diuus. & in alio casu. 23. q. 5. c. vlt. Item dum via publica destructa est, vt ff. quemadmo. ser. amit. si locus. §. vlt. In.

est: sibi exponas vult ex eodem naturali dictamine, non aute ex perturbatione concupiscentiæ.

g ¶ *Inferre.*] Sed nōne iudex vult iferre mortem reo, sed tñ non vult vt sibi mors inferatur? Sed dic, q̄ iudex non infligit mortē, sed lex, vt 23. q. 5. homicidas. & c. cum homo. Vel intelligas hæc omnia de operibus misericordiæ, ad quæ q̄libet tenetur, vt 86. dist. non satis. Ioan.

Iudex non condēnat, sed lex.

h ¶ *In Euangelio.*] Matthæi. 7.

i ¶ *Vultis.*] idest, debetis velle.

k ¶ *Hæc est enim.*] idest, in his cōsistit. sic ponitur ibi, Deum time, & mandata eius obserua, hoc est omnis homo, Ecclesiastici 12. de pœn. dist. 2. charitas.

l ¶ *Hinc.*] Ad pbandā diuisionē supradictā.

OMnes leges.] C. a. CASVS. Capitulū istud diuiditur in tres partes. In prima parte dr̄, q̄ legum aliæ sunt diuinæ, aliæ humanæ, diuinæ natura, humanæ aūt moribus constāt: & quia mores hominū sunt diuersi, pp quos humanæ leges statuunt, ideo humanę leges discrepāt: qm̄ aliæ alijs placēt, & aliæ alius. In secunda parte dr̄ q̄ hoc nōie, fas, lex diuina: hoc nōie, ius,

Plurale in singulare resoluit.

[c] Ibi, si alij necessarium, &c.

Prohibitio & permissio contraria nō sunt.

Omnia sunt cōmunia iure naturali.

[d] Vel dic, i. licitum est, & domino non prohibente. Prohibitio enim domini tollit hanc permissionem. ... esse in sua natura, & à iure naturali permissum, & à l. Mosaica non ... sed ex ... semper ... est, secundum Laur.

EX VERBIS. CASVS. Cõcludit Gratian^a ex supradicto cap. differentiã esse inter legẽ diuinã & legẽ humanã: cũ omne ꝙ fas est, noĩe diuinæ vel naturalis legis intelligatur: noĩe vero legis humanæ mores cõscripti & traditi intelligant. In fine dicit, ꝙ ius est generale nomen multas continens species. & hoc probat per sequentia.

I Vs generale.] Casus trium capitulorum sequẽtium planus est: & per te videbis.

a ¶ Ius generale.] quia iustum est: nec iudex dr̃ nisi iustus sit, vt 23. q. 5. c. 1. Qñq; est aliquod ius qđ non est æquũ nec iustum, vt si alicui^9 vxor adulteratur, ꝙ ille non possit promoueri, vt 34. dist. si cuius. qđ intelligo si ille postea cognouerit eam 1 : qa sine culpa sua puniri nõ debet, vt 26. q. 7. inuentũ. Item æquũ & iustum est, vt nemo cum alterius iactura locupletetur, vt extra de pœnis, suam. & ff. de condi. inde. nã hoc. & tñ ꝫ illam æquitatem inducta est vsucapio siue præscriptio. Itẽ iniquũ est vt vnus puniat pro alio: qa nõ debet vltra ꝑgredi pœna q̃ reperiat delictũ, vt extra de his q̃ fiũt a ma. pār. cap. q̃uit. tñ ꝫ hãc æqtatẽ multa iura loquũtur, vt 1. q. 4. ecclesia. §. item ex peccato Achor. & 6. q. 1. sunt plurimi §. verũ. & extra de ĩpõ. nõ est vobis. Sed dic ꝙ in oĩbus casib^9 ex causa & ꝓ bono pacis vel publico inducit qñq; rigor ꝫ naturalem æquitatem, qñq; tñ sine ratione inducitur rigor ꝫ æquitatem: & hoc solum pro ratione sufficit, ꝙ ita scriptum est, vt ff qui & a quib. manu. libe. non fi. l. prospexit.

Rigor quãdoq; præfertur æquitati.

b ¶ Lex est, &c.] iustum præcipiens, & ꝫrium prohibens. 23. q. 4. si ecclesia. in fi. & dr̃ lex eo ꝙ legitime ligat. 2. dist. oĩs. Archi.

Consuetudo quot vicibus inducatur.

c ¶ Mos est longa.] Quam consuetudinem dicis esse longam, vel quot vices dicis inducere consuetudinem? nunquid illud qđ bis factum est, vt 25. q. 2. ita nos. Vel illam quæ ter facta est, vt extra de elect. venerabilem. in fi. Vel illam quæ sæpius q̃ ter est facta, vt extra de causa pos. & proprie. cum ecclesia Sutrina. Vel illã quæ decies facta est: sicut lõga ꝑscriptio dr̃ quæ est x. annorum, vt C. de præscrip. lon. temp. per totũ. Vel illam cuius nõ extat memoria, vt 3. q. 6. hæc quippe. ff. de aqua quoti. hoc iure. §. ductus aquæ? Dici consueuit ꝙ in criminalibus duæ vices inducunt cõsuetudinem: sed in alijs tres non sufficiunt. C. de epi. aud. l. 4. in fi. Io. Hoc teneas pro certo, ꝙ s̃m ius canonicum non valet consuetudo, nisi ꝑscripta sit & rationabilis, vt extra de consue. cap. vlt. Vr̃ tñ hic ꝙ quaternarius actus inducat consuetudinẽ. C. de ser. l. vlt. Bar. Brix.

d ¶ De moribus.] Hæc descriptio dupliciter vr̃ inconueniens, & quia idem ponitur in descriptione quod in descripto: & quia idem ponitur pro specie & genere. Sed dic ꝙ aliter sumitur hic hoc nomen, mos; & aliter hoc nomen, moribus: & aliter hoc nomen, cõsuetudo. Nã mos sumitur pro iure non scripto, consuetudo sumit generaliter pro iure scripto & non scripto, vt ĩ. cap. prox. sed hoc nomen moribus, sumit hic pro frequentibus actibus hominũ. Ioã.

Mos & consuetudo differunt.

C Onsuetudo.] CASVS. Capitulũ illud diuiditur in tres partes. In prima parte ponitur diffinitio consuetudinis, quæ talis est. *Consuetudo est ius quoddam, &c.* In secunda parte quæ incipit ibi, *Nec differt*, dr̃ ꝙ non refert vtrum consuetudo sit scripta, an sola ratione, idest sine scriptura constet: qm & legem ratio commẽdat. In tertia parte quæ incipit ibi, *Porro*, dicitur ꝙ lex est ratio: quia rõnem habet: & cõsuetudo erit lex, idest, seruabitur pro lege, quæ rõnem habet, dummodo religioni congruat, disciplinæ conueniat, saluti proficiat. & dicitur consuetudo, quia in vsu cõi est.

Consuetudo an egeat institutione.

e ¶ Institutum.] Videtur hic manifeste, ꝙ plures vices non sufficiunt ad hoc vt aliquid dicatur consuetudo: nisi institutum sit, ꝙ illud pro consuetudine amodo seruetur. nam potest esse ꝙ ex gratia vel tolerantia hoc sæpius permissum sit, vt extra de verb. sig. abbate. & 1. c. q. 3. quia cognouimus. vnde licet aliquid sæpius factũ sit: nisi eo animo factum sit vt in posterum fieret: etiam si suo iure id faceret, talis vsus non dicitur vsus, vt ff. de tunc. actuq; priua. l. 1. §. Iulianus recte ait & l. vlt. Item alia ratione patet, ꝙ solæ vices non inducunt consuetudinem: quia licet pluribus vicibus aliquid iudicatum sit, non ideo in posterum ita iudicandum est: quia non exemplis, sed legibus est iudicandum, vt C. de sen. & inter. nemo. sed secundum consuetudinem bene iudicatur 2, vt extra de eo qui mit. in pos. cum venissent. 12. dist. illa. & 32. dist. placuit. Item multa alia requiruntur ad hoc, vt aliquid dicatur consuetudo, vt dicemus ĩ. dist. 8. frustra.

Ex verbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex diuina & humana; cum omne quod fas est, nomine diuinæ vel naturalis legis accipiatur; nomine vero legis humanæ, mores iure cõscripti, & traditi intelligantur. Est autem ius generale nomen, multas sub se continens species. Vnde in eod. lib. Etymolog. c. 3. Isidorus ait.

¶ Ius genus, lex autem species est. C. II.

IVs generale^a nomen est; lex autem iuris est species. Ius autem est dictum: quia iustum est. Omne autem ius legibus, & moribus cõstat.

¶ Quid sit lex. C. III.

LEx est ^b constitutio scripta. Isid. eod. c. 3.

¶ Quid sit mos. C. IIII.

MOs est longa ^c consuetudo de moribus ^d tantummodo † tracta. Isid. ibidem Iuo p. 4. c. 200. † tantundem.] in orig. manusc. & aliquot Gratiani.

¶ Apud Isidorum hæc antecedunt. Mos est vetustate probata cõsuetudo, siue lex non scripta. Nam lex a legendo vocata est, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est, &c.

¶ Quid sit consuetudo. C. V.

COnsuetudo autem est ius quoddam moribus institutum ^e, quod pro lege suscipitur, cum deficit lex ^f. ¶ Nec differt, an scriptura, an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. ¶ Porro si ratione ^g lex constat: lex erit omne iam quod ratione constiterit; dumtaxat, quod religioni conueniat ^h, quod disciplinæ congruat ^i, quod saluti proficiat ^k. Vocatur autem consuetudo, quia in cõmuni est vsu.

Isid. ibidem Iuo ibidem. Pann. l. 2. c. 162. Tertullianus in l. de corona militis.

f ¶ Cum deficit lex.] Hic vr̃ ꝙ tunc demum recurrendum est ad consuetudinem, cum lex deficit. Et sic est arg. ꝙ nunq̃ s̃m consuetudinem est iudicandum, si ius ꝫrium præcipiat, & arg. ĩ. 11. dist. consuetudinis. & cap. consequens. & ĩ. dist. 8. si consuetudinem. & cap. consuetudo. & extra de sen. & re iudi. cum causa. & extra de foro compe. quod clericis. R̃ndetur, ꝙ non s̃m cõsuetudinem, sed s̃m iura est iudicandũ, vt ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus. s̃m hoc multa occurrunt ꝫria, vt ĩ. dist. 32. placuit. & extra de eo qui mit. in pos. cum venissent. & extra de cog. spi. super eo. & extra de arbi. dilecti. & extra de consue. cap. 2. & extra de testa. cap. ad hæc. Ex istis omnibus habetur, ꝙ consuetudini statur ꝫ ius scriptum. Solutionem asst istius qñ consuetudo ꝑiudicet iuri, dicemus ĩ. 8. dist. cap. frustra. Ioan. Hoc tene, ꝙ consuetudo rationabilis & ꝑscripta iuri scripto præiudicat. ita mihi vr̃, vt extra de consue. cap. vlt. etiã si alia non interueniant, de quibus facit mentionem Ioan. in illo cap. frustra. B. Sed ad quam consuetudinem dicis recurrendum? an ad consuetudinem terræ: an ad Romanam consuetudinem; an ad consuetudinem loci vbi ꝯctum fuit: an ad consuetudinem vicinarum prouinciarum? Videtur ꝙ ad consuetudinem Romanam, vt ĩ. 11. dist. cap. vlt. Insti. de satisd. §. vlt. Econtra vr̃, ꝙ ad consuetudinem loci, vt 12. dist. illa. & C. de ædi. priua. an in totum. & iura præalleg. ad hoc inducas. Ad hoc dico, ꝙ iudex maxime delegatus primo s̃m canones iudicabit: deficientibus canonibus iudicet s̃m leges 3, vt extra de no. oper. nunt. intelleximus. & ĩ. distin. 10. si in adiutorium. deficiente omni iure procedat ad generalem consuetudinem 4, vel etiam particularem, cum defuerit generalis; licet quidam tunc dicant recurrendum ad consuetudinem Romanam: deficiente iure & consuetudine procedat de similibus ad similia, vt 20. dist. de quibus. ff. de legib. l. non possunt. oĩbus deficiẽtibus, ad Romanam consuetudinem procedat, vt ff. de legi. & const. de quibus, in princ. licet sit arg. ꝙ ad consuetudinem vicinarum prouinciarum sit recurrendum, vt extra de cen. super eo.

Consuetudo vera præiudicat iuri scripto.

Iudex per quæ iura debet iudicare.

g ¶ Ratione.] Arg. ꝙ deficiente lege vel canone potest allegari ratio, vt 19. dist. si Romanorum. & dist. 8. frustra.

h ¶ Quod religioni conueniat.] multa enim sunt cõtra rationem ^*, tamen congruunt religioni, vt virginem peperisse.

i ¶ Quod disciplinæ congruat.] quia licet prælatus de rõne possit coercere subditum delinquentem: tñ disciplinate tenetur ipsum coercere, vt proficiat ei ad salutem, vt 45. dist. cum beatus.

k ¶ Quod saluti proficiat.] licet ratio ^* sit ꝙ homo debeat ꝑsequi inimicum, tamen non proficit hoc ad salutem.

CVM ITAQVE. Casvs. Infert ex supradicto cap. consuetudo dicens, cum non refert, an scripta sit consuetudo, vel non sit scripta: apparet quòd quædam cōsuetudo est tradita in scriptis: quædam moribus vtentium reseruatur. quæ aūt scripta est, constitutio siue ius vocatur; quæ scripta non est, consuetudo vocatur. Et di-

d ¶ Educatio.] Patres enim thesaurizant filijs, non filij parētibus, vt 16. q. 1. pdicator. similiter filius patrem egentē cogit alere. 2. q. 4. inter. & C. de alend. lib. l. 1. & 2. & in casu mater filium, & libertus patronū, vt ff. de lib. agno. si quis. §. idē in liberis. & §. solēt.

e ¶ Cōis omnium.] idest, nihil erat ppriū alicui iure diuino. Vel dic cōis, idest, cōicanda tpe necessitatis, vt 47. dist. sicut. nam etiā s̄m legē Rhod. tpe periculi cibaria maxime erāt cōia, vt ff. ad leg. Rhod. l. 2. §. cum in eadē naue. in fin. 12. q. 1. dilectissimus.

Filius egenum patrem cogitur alere.

Cōcor. tex. in Lex hoc...

Tpe necessitatis omnia sunt cōia...

Quādo ita sim pliciter, vt ex nūc statuitur: sed si cōsuetudo publica auctoritate in scriptis redigit. & auctoratur, ne dubitetur, et alia probatione opus sit; nihilominus consuetudo est.

Cum itaque dicitur, non differt vtrum consuetudo scriptura, vel ratione consistat; apparet, quòd consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantum vtentium est reseruata. Quæ in scriptis redacta est, constitutio, siue ius vocatur†: quæ vero in scriptis redacta non est, generali nomine, consuetudo videlicet appellatur. Est autem & alia diuisio iuris; vt in eodem libro 5. c. 4. testatur Isidorus ita dicens.

¶ Quæ sint species iuris. C. VI.

IVs† autem aut naturale est, aut ciuile, aut gentium†.

† Ius aut naturale.] orig. & aliquot Gratiani codices.

¶ Quid sit ius naturale. C. VII.

Isid. eod. c. 4.

IVs naturale[a] est commune omnium nationum, eo quòd vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur; vt viri & feminæ coniunctio[b], liberorum successio[*][c], & educatio[d], cōmunis omnium[e] possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum, quæ cælo, terra, mariq; capiuntur[f]; item depositæ[g] rei, vel commendatæ† [h] pecuniæ restitutio, violentiæ per vim repulsio. ¶ Nam hoc, aut si quid huic simile est, numquam iniustum, sed naturale, æquumq; habetur.

† al. commodatæ restitutio

* ¶ Successio.] *In tribus codicibus manuscriptis Isidori, & aliquot Gratiani legitur,* liberorum susceptio, & educatio: *quæ lectio conuenit cum l. 1. ff. de iust. & iur. vers. hinc descendit.*

f ¶ Capiuntur.] Hæc enim & alia, quæ in nullius bonis sunt, cedunt occupanti, vt Insti. de re. diui. §. feræ.

g ¶ Item depositæ.] Fallit in duobus casib⁹, vt j. 22. q. 2. c. ne quis. & si dñs & deponens simul petūt rem, potius restituitur dño, vt ff. depo. bona fides.

h ¶ Commendatæ.] cōmendare idem est qđ deponere, vt ff. depo. Lucius Titius.

i ¶ Per vim.] qđ cuilibet licet, vt ff. de iust. & iur. vt vim. in h. extra de sent. excom. c. 3. §. si vero. in fin. De alia materia habes not. 23. q. 1. in summa. Ioan.

¶ Quid sit ius ciuile. C. VIII.

Isid. eo. l. c. 5.

IVs ciuile est, quod quisque populus, vel quæque ciuitas[k] sibi proprium diuina[l], humanaque causa constituit†.

IVs ciuile.] Casvs. Dr̄ hic ius ciuile qđ populus vel ciuitas sibi proprium cōstituit in causa Dei vel hoīum.

k ¶ Vel quæq; ciuitas.] hic aliqua ecclesia ius sibi statuit, vt j. dist. 11. catholica. & de conse. dist. 3. pronuntiandum.

l ¶ Diuina humanaque.] idest, contemplatione Dei. de conse. dist. 3. c. 3. & hominum, vt ff. de fer. l. 1.

¶ Quid sit ius gentium. C. IX.

Isid. eod. l. c. 6.

IVs gentium est sedium[m] occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes[n], postliminia[o], fœdera, paces, induciæ†, legatorum[p] non violandorum religio, connubia inter alienigenas[q] prohibita. Hoc† inde ius gentium appellatur; quia eo iure omnes fere gentes vtuntur.

† Et inde ius gentium, quia eo.] orig.

¶ Quid sit ius militare. C. X.

Isid. eod. l. c. 7.

IVs militare est belli inferendi solennitas, fœderis[r] faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnæ cōmissio; item signo dato

dicit etiam q̄ est alia diuisio iuris, & ad hoc inducit sequens capitulum. exempla ponendo de quolibet membro diuisionis.

IVs autem.] Casvs. Capitulum istud diuiditur in tres partes. In prima diuidit Isidorus ius trifariam, in ius naturale, in ius ciuile, & in ius gentiū. In scđa parte, quæ incipit, *Ius naturale.* dr̄ q̄ ius naturale est cōe oium nationum, eo q̄ instinctu naturæ pcedit, & non ex constitutione aliqua. In tertia quę incipit ibi, *Vt viri.* ponit viij. quæ ex naturali iure procedunt, vt viri & feminæ coniunctio, &c. nam ista aut his similia de iure naturali procedunt.

a IVs naturale.] Ad intelligētiam istorum nota q̄ natura multis modis dr̄: qñq; dr̄ natura vis insita rebus similia de similib⁹ procreans. Scđo modo dr̄ natura quidā stimulus, seu instinctus naturę ex sensualitate pueniens ad appetēdum, vel ad pcreandum, vel ad educandum. 32. q. 5. horrendus. ff. de ven. inspi. l. 1. §. ius naturale. Insti. de iure nat. gen. & ciui. in prin. Tertio modo dr̄ instinctus naturę ex rōne pueniēs, & ius ex tali natura pueniēs dr̄ naturalis æquitas, & s̄m hoc ius naturę dñr oia cōia, idest, cōicāda tpe necessitatis, vt 47. dist. sicut. Quarto modo dr̄ ius naturale pcepta naturalia, hoc est: Non furtum facies: Nō mœchaberis. 32. q. 7. qd adulterio. Insti. de obli. quę ex delic. nas. circa prin. & oē ius diuinum* dr̄ naturale ius. & s̄m istud ius similiter oia dñr cōia, idest, cōicanda, bene enim fuit aliquid ppriū* de iure diuino. nam ipsi Adæ fuit dictū: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. & alibi: Nō concupisces rem proximi tui 47 dist. virum. Similiter ius ciuile dr̄ varijs modis. Qñq; dr̄ ius ciuile illud ius, qđ non est naturale, vel ius gentium. s̄m hoc ius canonicum dr̄ ius ciuile, s̄m q̄ hic sumitur. Secundo modo dr̄ ius ciuile oē illud qđ non est canonicū ius. Tertio modo ius ciuile dr̄ lex xij. tab. ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis. Quarto modo dicitur ius ciuile ad differentiam iuris prætorij. Io.

b ¶ Coniunctio.] si intelligas de cōiunctione corpum, s̄m hoc est ius naturale pueniens ex sensualitate. Si intelligas de cōiunctione aiorū, est ius naturale ex rōne pueniens. extra de biga. debitū.

c ¶ Successio.] No intelligas de successione quæ fit per hereditatē, cum illa non sit naturalis; sed de successione per carnis ppaginē. Vel etiam intelligi potest de illa qua liberi iure naturæ succedunt parentibus. ff. vnde lib. l. 1. & l. scripto. §. non sic.

IVs gentium.] Casvs. Hic enumerantur xj. quæ pcedunt à iure gentium, scilicet sedium occupatio, &c. & dicitur ius gentium: quia fere omnes gentes indifferenter vtuntur eo.

m ¶ Sedium.] s. hostilium, vt 23. q. 7. si de rebus. & q. 5. dicat aliqs. Insti. de re. di. § item quę ex hostibus. ff. de acq. re. do. naturalem. §. fin. Vel dic sedium vacantium, quæ occupanti cōceduntur, vt Insti. de rer. diui. §. feræ. Alioquin si propria auctoritate raperet etiam rem suā, cadit à dnio³, vt j. 16. q. 6. placuit. ff. quod met. cau. extat. C. vnde vi. si quis in tantam. nisi forte alio modo non posset eā consequi per iudicem, vt 23. q. 2. c. 1. & 2. & ff. quæ in frau. cre. aīt prætor. §. si debitorem. Ioan.

n ¶ Seruitutes.] alibi dr̄ q̄ seruitus sit inducta per ebrietatem. 35. dist. sexto die. alibi vr̄ inducta ex præscriptione septennij, vt dicā j. dist. 7. §. ius autem. in summa. in glo. quæ incipit, a iudicijs. sup illo ver. iustificationibus. sed dr̄ inducta de iure gentium: quia ius gentium eam approbat: non q̄ eam primo inuenerit. Si ergo bellū iustum est, qui capitur, fit seruus capientis, vt 23. q. 5. dicat. & s̄m hoc peccat taliter captus, si recedat a domino suo, vt 17. q. 4. si qa seruum. sed si bellum nō est iustum, licitum est ei fugere dum potest, vt ff. de cap. nihil interest. Ioan.

Ad huius dif. declarationē vide qđ not. extra de causa pos. & propriet. in glo. sed numquid. & in glo. sed si nō possunt.

Captus in bello an licite possit aufugere.

o ¶ Postliminia.] Postliminium est ius quo restituitur alicui res quam per captiuitatem amiserat, vt 16. q. 3. prima actione. & 34. q. 1. cum per bellicam. nisi sint arma, quæ non restituuntur: quia illa turpiter amisit, vt ff. de captu. l. 2.

p ¶ Legatorum.] si quis legatum vel amicorum vel hostium impedit, secundum canones excommunicatur, vt 94. dist. si quis. 24. q. 3. si quis. secundum leges traditur hostibus, vt sit seruus illorum. ff. de lega. l. vlt. Ioannes Theutonicus.

q ¶ Alienigenas.] vt 28. q. 1. c. 1. & cap. seq.

IVs militare.] Casvs. Hic ostendit Isidorus quæ spectant ad ius militare: videlicet belli inferendi solennitates, fœderis faciendi nexus, &c.

r ¶ Fœderis.] idest, pacis componendæ.

Pœnæ fugientis in bello.

a ¶ *Deseratur.*] secundum canones qui fugit in bello publico, infamis est, vt 6.q.1.infames. secũdum leges capite punitur, vt ff. de re mili. omne §. qui in acie. Ioannes Theutonicus.

b ¶ *Modus.*] J.1 2.q.2. Vulteranę. & J.16.q.vlt. c.1. & cap. contra.

c ¶ *Dignitatum.*] quis sit dignior vel superior alio.

d ¶ *Cum corona.*] idest, maius munus.

e ¶ *Vel torques.*] idest, minus munus.

f ¶ *Ac principis portio.*] non ergo oia, quæ capiuntur in bello, sunt principis, & sic est ꝯ 23.q.5. dicat. vbi dr̃ ꝙ regis sunt oia. Sed dic ꝙ principis sunt oia quo ad tuitionẽ: sed ipse tenetur ex diuidere ſm merita personarũ. 12.q.2. Vulteranę. & cap. concesso.

receptio: item flagitij militaris disciplina, si locus deseratur a; item stipendiorum modus b, dignitatũ c gradus, præmiorum honor; veluti cũ corona d, vel torques e donantur: item prædæ decisio, & pro personarum qualitatibus & laboribus † iusta diuisio, ac principis portio f. — † *laboris*] orig.

¶ Quid sit ius publicum. C. X I. — Isid. eod. l. c. 8. l. 1. §. Ius publicum. ff. de iust. & iur.

IVs publicum est g in sacris, & in sacerdotibus, & in magistratibus.

¶ Quid sit ius Quiritum. C. X I I. — Isid. ibid. c. 9.

IVs Quiritum h est proprie Romanorum, quod nulli i tenent, nisi Quirites, idest Romani †. ¶ In quo agitur de legitimis hereditatibus k, de cretionibus *, de tutelis, de vsucapionibus l; quæ iura apud nullum alium populum reperiuntur; sed propria sunt Romanorum, & in eosdem solos constituta.

* ¶ Cretionibus.] *Antea legebatur* vel curationibus, vel de contractibus. *Emendatum est ex codicibus Isidori tam impressis, quàm manuscriptis. Quid autem sit cretio, declarat Vlpianus in suis titulis c. 22. & ipsemet Isidorus eod. lib. 5. Etymolo. c. 24.* — *Alciatus 3. dispunct. c. 7.*

IVs publicum.] CASVS. Ius publicum consistit in sacris, sacerdotibus & magistratibus, quia si aliqs istos vel alias publicas psonas offendit, ius publicum est, & ꝯ publicũ facit, cum hæ personæ principaliter ad statũ reipublicæ spectent.

g ¶ *Ius publicum est.*] Vnde q lædit sacerdotes, vel res sacras, ab oibus tamq̃ ꝓ publico crimine potest accusari, arg. 2. q. 1. ꝗ primis.

IVs Quiritum.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima dicit, ꝙ ius Quiritum est proprie Romanorum, qđ nulli habẽt, nisi Romani, vel eis subiecti. In secunda parte dr̃ ꝙ iure Romanorum agit de legitimis hereditatib', de cretionibus & tutelis, & de vsucapionibus: quæ omnia tantũ Romanis competunt. Scđa pars ibi, *In quo.*

h ¶ *Ius Quiritum.*] à Quirino, i. Romulo.

† Tex. est sumptus in §. sed ius quidẽ ciuile. cum glo. in ver. ius Quiritum. & in versic. à Quirino. Instit. de iur. nat. gen. & ciui.

DISTINCTIO II.

CONstat m autem ius Quiritum ex legibus, & plebiscitis, & senatusconsultis, & constitutionibus principum, & edictis †, siue responsis prudentum. — Ex Isid. ibid. — † antea legebatur] *ex edictis senatorum*

¶ Quid sit lex. C. I.

LEx est constitutio populi n, qua maiores o natu simul cum plebibus aliquid sanxerunt. — Isid. eod. l. c. 10.

¶ Quid sit plebiscitum. C. I I.

PLebiscita p sunt, quæ plebes tantum constituunt: & vocantur † plebiscita, quòd ea plebs sciat; vel quòd sciscitatur, & rogat, vt fiãt. — Isid. eod. l. c. 11. — † *vocata scita*] orig.

¶ Qnid sit senatusconsultum. C. I I I.

SEnatusconsultum est, quod tantum senatores populis consulendo decernunt †. — Isid. eod. l. c. 12.

† Cõcor. tex. in §. constat autẽ. versi. senatusconsultum cum gl. in ver. senatus. Instit. de iur. nat. gen. & ciui.

¶ Qoid sit constitotio vel edictum. C. I I I I. — Isid. eod. l. c. 13.

COnstitutio q, vel edictum est, quod Rex, vel Imperator constituit, vel edicit †. — † antea legebatur] *edidit.*

¶ Quæ sint responsa prudentum. C. V. — Isid. eod. l. c. 14.

REsponsa r prudentum sunt, quæ iurisconsulti respondere dicũtur consulentibus: vnde & responsa Pauli dicta. Fuerunt enim quidã prudentes, & arbitri æquitatis, qui institutiones † ciuilis iuris compositas ediderunt, quibus dissidentium lites, contentionesq; sopirent s. — † *al. constitutiones*

i ¶ *Quod nulli.*] contra C. de Iudæis. Iudæi. vbi dr̃, ꝙ Iudæi vtunt̃ Romano iure. Sed ibi oẽs vocant̃ Romani subiecti Romano imperio: prout dr̃, Proprium Romanorum est habere filios in potestate: prout etiam gentiles sunt sub Romano imperio. nam Imperator est princeps totius mundi. vt 7.q.1. in apibus. sed in diuersis prouincijs diuersi reges sub eo constituti sunt. 6.q.3. scitote. & ff. ad legem Rhod. de iac. qui leuandæ. & l. deprecatio. Qui ergo nõ vult esse sub Romano imperio, nec hereditatẽ habere potest, nec alia quæ hic de iure Romano enumerantur. arg. 8. dist. quo iure.

k ¶ *De legitimis hereditatibus.*] ab intestato vel ex testamento delatis. Et hereditas est successio in vniuersum ius quod defunctus habuit tempore mortis, vel quod superest deducto ære alieno.

l ¶ *De vsucapionibus.*] Vsucapio est acquisitio dominij per continuationem possessionis temporis lege diffiniti. ff. de vsu. l. 3. 1 — 1 De hoc dic. vt plene not. 16. q. 3. in princ.

COnstat autem.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima parte ponit quinque differentias secularium legum. Secunda ibi, *Quadam.* Ioan. de Fantu. CASVS. In superiori dist. facta fuit mentio de iure Quiritum, ideo Gratianus annectit secundam distinctionem, in qua ostendit ꝙ ius Quiritum constat ex legibus, plebiscitis, & senatusconsultis, cõstitutionibus principum, edictis senatorum, & prudentum responsis. Interserit etiam de quibusdã legibus, quæ a nominibus conditorum nominantur, vt consulares & tribunitiæ, &c. Et exempla ponit de singulis. Quattuor autem sequentia capitula plana sunt, & per te videbis.

m ¶ *Constat.*] In hac secunda distinctione agitur quæ sint partes siue species Romani iuris: agitur etiam quare leges consulares vel tribunitiæ vel aliæ sic sunt appellatæ, &c.

n ¶ *Lex est.*] *Populi.* olim populus statuit leges: sed hodie non; quia transtulit hanc potestatem in Imperatorẽ 1, vt Instit. de iure nat. §. sed quod principi. Vel dic ꝙ populus hodie potest, & quod dicitur ibi, transtulit, idest, concessit.

1 Adde an possit facere statutum, & si potest a principe constare in ciuitate non consentiente, not. Bal. in l. hominum. C. de lega.

o ¶ *Qua maiores natu.*] Maiores natu dñr nobilitate, antiquitate, dignitate, scientia, vt 1. q. 7. quærendum. & c. criminationes.

p PLebiscita sunt.] Plebiscita primo facta fuerunt ꝓpter discordiam, quæ fuit inter nobiles & plebeios, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. eisdem temporibus.

q COnstitutio vel edictum est.] Proprie dicuntur constitutiones principum, & edicta prætorum 1. Dicitur etiam edictum iudicis, vt est citatio. 24. q. 3. de illicita. ff. de re iudi. contumacia.

1 De hoc nota. ff. de adul. edic. per totũ. Laurẽ.

REsponsa.] CASVS. Dicitur hic ꝙ responsa sunt quæ iurisconsulti interrogantibus respondebant, vt fuerunt responsa Pauli. Fuerunt enim quidam prudentes electi æquitatis arbitri, qui responsiones suas ediderunt in scriptis, quibus dissidentium lites sopiebant.

r ¶ *Responsa.*] olim * licuit cuilibet totã hereditatem suam relinquere alteri: sed Falcidius statuit, ꝙ quarta pars hereditatis deberet relinqui legitimis heredibus. Est aũt triplex Falcidia. Vna est debita iure naturæ, quæ competit legitimo heredi. Alia est debita iure institutionis, quam potest iure heres institutus petere cum tota hereditas est exhausta. Io. Et istas duas potest hodie habere fili' institutus. extra de test. Raynaldus. & ita cessat opi. dominorum. C. ad leg. Fal. quamquã. B. Tertia quæ dr̃ quarta Trebellianica 1; & competit heredi instituto, qui rogatus est hereditatem alteri restituere, vt legitur extra de test. Raynutius. Ioannes.

* *Hæc glossa est transposita, pertinet enim ad cap. proxime seq.*

1 Adde an appel. Falcid. vel Trebellianica, not. in l. si quis als. tesla. prohi. & in l. 1. ff. de iure codic.

s ¶. *Sopirent.*] nec enim licet iudici ab eorum responsis deuiare, vt Insti. de iure natu. §. responsa.

Q *Vædam etiam.*] Hæc est secunda pars distinctionis, in qua ponit quasdam leges denominatas à conditoribus. Io. de Fan. CASVS. Hic enumerantur septem leges denominatæ à noibus conditorum, quorum quatuor, Octauianum Cæsarem pcesserūt: tres aūt fuerūt sub Octauiano Cæsare: scilicet Papius & Poppæus qui

Omnes hę.] Hæc distin. diuiditur in tres partes. In prima probat quid sit canon. Secunda ibi, *Porro.* Tertia ibi, *Officium.* Ioan. de Fan. CASVS. Ab illo cap. ius aūt naturale. assignauit partes legum sæcularium: sed quia constitutio alia est ciuilis, quę ius ciuile vel forēse appellatur, alia ecclesiastica, de qua principaliter intēdit tractare, ideo supponit dist. 3. i qua ostē dit quo noie lex ecclesiastica censeatur, & dicit q noie canonis cēsetur. Interserit etiam quid sit priuilegiū, & quod sit officiū legis. Casus autem sequētis cap. patet per se.

d *Omnes.*] Sed quia s. tractauit de speciebus secularium legum, modo vult tractare de ecclesiasticis cōstitutionibus, quę variis nominibus appellantur, qnq; illud appellat canon, qnq; decretū, qnq; decretalis epistola. Canon dr id qd statuit in vniuersali cōcilio. extra de biga. altercationis. Decretum dr qd Papa statuit de cōcilio Cardinaliū suorū ad nullius cōsultationem. Decretalis epistola dr quam statuit Papa vel solus, vel cum Cardinalibus ad cōsultationem alicuius. 59. dist. hoc ad nos. 19. dis. si Romanorum. Item adhuc alias inuenimus appellationes canonicę cōstitutiōis, vt dogma, mandatū, interdictum, sanctio, vt 21. q. 2. si qs dogmata. Dogma est, qd consistit in doctrina fidei Christianę. 23. dist. qui eps. Mādatum quod consistit in doctrina de moribus. 13. dist. his igit. Interdictū in quo nulla poena adijcitur. 32. dist. interdicit. Sanctio vbi poena adijcit. 16. dist. c. 2.

e C *Anon.*] Habet aūt canon sub se quatuor species, vt

¶ Quę sint tribunitiæ, vel consulares leges. C. VI.

Isid. ibid. c. 15.

a p̄s Q Vædam etiam leges dicuntur ab ijs, qui condiderunt; vt consulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ. Nam & sub Octauiano Cæsare suffecti consules Papius a, & Poppæus legē tulerūt; quæ à nominibus eorum appellatur Papia Poppæa continens patrum præmia a pro suscipiendis liberis. sub eodem quoque Imperatore Falcidius Tribunus plebis legē fecit; ne quis plus extraneis β in testamento legaret, quàm vt quarta pars superesset heredibus; ex cuius nomine lex Falcidia nuncupata est.

α ¶ Papius.] *Antea legebatur* Papius, & Pōpeius. *& paulo post*, Papia & Pompeia. *Emendatū est ex manuscriptis exemplaribus Isidori. Nam in impressis notauerat errorē Alciatus lib. 3. disp. c. 3. In tabulis autem Capitolinis anno vrbis* DCCLXI. *ex kal. Iul. suffecti consules numerantur M. Papius. Q. Poppæus.*

β ¶ Extraneis.] *Hæc dictio non est in Chronico Eusebij à D. Hieronymo latinitate donato, ac locupletato (vnde hæc videtur sumpsisse Isidorus) neq; in l. 1. §. 2. ff. ad leg. Fal. vbi referuntur propria verba ipsius legis. Est tamen apud Isidorum etiam in codicibus manuscriptis.*

b ¶ Quæ sit lex Satyra. C. VII.

Isid. ibid. c. 16.

† al. Satura

S Atyra † γ b vero lex est, quæ de pluribus simul rebus loquitur; dicta à copia rerum, & quasi à saturitate: vnde & satyram scribere est poemata varia condere, vt Horatij, Iuuenalis, & Persij.

γ ¶ Satyra.] *In aliquot Gratiani manuscriptis codicib. & vno Isidori legitur* Satura, *de qua ita Festus:* Satura est cibi genus ex varijs rebus conditū: & est lex multis alijs conferta legibus. Itaq; in sanctione legū adscribitur; neve per saturā abrogato, aut derogato. *& alia quædam in hanc sententiam.*

¶ Quæ sint Rhodiæ leges. C. VIII.

Isid. ibid. c. 17.

R Hodiæ c leges naualium commerciorum sunt, ab Insula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum vsus fuit.

DISTINCTIO III.

a p̄s *OMnes d hæ species, sæcularium legum partes sunt. Sed quia constitutio alia est ciuilis, alia ecclesiastica; ciuilis vero forense, vel ciuile ius appellatur; quo nomine ecclesiastica constitutio appelletur, videamus. Ecclesiastica constitutio, canonis nomine censetur. Quid autem sit canon, Isidorus in lib. 6. Etymolog. c. 16. declarat dicens.*

¶ Quid sit canon. C. I.

C Anon e græce, latine regula nuncupatur.

¶ Vnde dicatur regula. C. II.

Isidorus ibidē.

† prauūq; quid] orig.

R Egula dicta est, eo quod recte ducit; nec aliquando aliorsum f trahit. Alij dixerunt regulam dictam, vel quòd regat, vel quòd normam recte viuendi præbeat; vel quòd distortum, prauumq; † corrigat.

a p̄s *Porro canonū alij sunt decreta Pōtificū; alij statuta cōciliorū. Cōciliorū*

qui leges condiderunt, præmia pro suscipiendis, idest, susceptis liberis continēes, & Falcidius tribunus plebis, q parētibus pmisit facere de sua substantia quicquid vellent, & extraneis relinquere, præter quartam, quam suis heredibus relinquere tenentur iure naturæ. Casus autem duorum seq. cap. planus est, & per te pone.

a ¶ *Præmia.*] Hæc fuerunt præmia, q si quis haberet Romæ tres filios, in Italia quatuor, in prouincia quinq; non poterat vocari ad onus tutelæ †. Insti. de excusa. tu. in prin. Vel aliter constitutū est, q si quis habet minus q̄ xxv. an. excluditur ab honoribus: sed si esset xx. an. & haberet quinque filios, numerus filiorum supplet numerum annorum. ff. de mu. & ho. ad rem. & ff. de mino. l. 2.

† Is habere prouisum. C. qui numero fi. exc. l. 1.

b S *Atyra.*] De hac satyra nihil habemus; sed tangitur in C. de lati. lib. l. vnica. in princ. & in procemio digestorum §. & antea. in fin. a.

a Dicitur enim hæc lex de latina libertate esse, quæ quasi per satyrā fuit introducta secundum Hugo.

c R *Hodia.*] Iniquissima est illa lex, scilicet q patientibus naufragium inhabitatores omnia auferant, vt ff. eod. Modestinus. Sed hodie lex illa correcta est. C. de fur. Auth. nauigia. & extra de consue. c. fin. immo tales sunt excommunicati ipso iure, vt extra de cap. excommunicationis.

25. q. 2. si quis dogmata.

R *Egula.*] CASVS. Regula dicta est, eo q recte ducit: nec aliorsum nos trahit q̄ ad rectitudinem. Alij dixerunt regulā esse eo q regat, vel qd normam viuēdi pbeat, vel prauū corrigat.

f ¶ *Aliorsum.*] Ergo si regula nunq̄ trahit aliorsum, omnis regula est ius. male ergo dicit lex quę ita diffinit regulam. Regula est quę rem breuiter enarrat, non vt ex ea ius fiat. ff. de reg. iur. l. 1. Ad hoc dicas q si illud appellas regulā, in quo aliqd generaliter statuit nō adiunctis exceptionibus, sm hoc ex regula non sumitur ius: & ita loquitur lex. sed si appellas regulam id quod includit in se suas exceptiones, sm hoc regula numquam fallit: & ita sumitur hic.

PORRO. Hęc est ij. pars dist. in qua distinguitur inter concilia prouincialia, & generalia, & priuilegia. Ioan. de Fan.

CASVS. Facit hic Gra. quandā dist. scilicet, canonū alij sunt decreta Pontificum, alij sunt statuta conciliorū vniuersaliū, alij sunt statuta prouincialiū conciliorum, quę qnq; sūt auctoritate Papæ vel patriarcharum, vel archiepiorum: & hæc quidem generales regulæ dicuntur. Sunt aūt quædam priuatæ leges, quæ priuilegia appellantur. & ad hoc inducit seq. cap. cuius casus planus est.

Legatus verum possit concilia habere.

a ¶ *Legato.*] ad hoc specialiter destinato. licet enim aliquis sit generalis legatus, non tamen potest facere generale, vel etiam prouinciale concilium; quia ea quæ specialiter Romano Pontifici conceduntur, mandata generali iurisdictione non transferuntur, vt extra de offi. leg. c. translationem. & mandata generali iurisdictione concilium non potest exercere is cui mandatur, vt ff. de offi. ei cui man. est iu. l. 2. Sed nunquid metropolitani in suis concilijs possunt condere canones? Non vr, vt j. 17. dist. nec licuit. et c. seq. Arg. ɔ. j. 11. dist. catholica. & de conse. dist. 3. cap. 1. Dicas quod de paruis negotijs, & de his quæ spectant ad onus, possunt condere canones. de magnis rebus non possunt, vt 17. distin. multis. & 24. q. 1. quotiens.

Metropolitani vtrum possint canones condere.

ADDITIO. Et de hoc no. 18. dis. in summa. & hanc sequitur de verbo ad verbum. Ioan.

¹ Hanc sententiam hic anter Huguc. 18. dist. in sum.

b ¶ *Priuilegia.*] *Priuatorum.*] Priuati dicuntur proprie qui non sunt constituti in aliqua dignitate, vt 24. q. 1. §. Sed hic priuati dicuntur oēs excepti a iure cōi siue sit collegium, siue aliqua specialis psona. 7. q. 1. petisti. Hic patet rō quare verba posita in priuilegiis potius ponuntur cautaliter quam conditionaliter, cū dr sicut iuste possides. si illud verbū inuenias in priuilegio, exponas, sicut, pro quia: & hac rōne, quia cū priuilegiū sit lex, & lex debet esse certa, vt j. dist. 4. xi cap. erit. & verba priuilegij debēt esse certa ². hanc rōnem assignat Innocen. extra de verb. sig. abbate. & sup ver. pteriti ipis mora.

Priuati dupliciter dicuntur.

Priuilegiorum verba caulaliter ponenda sunt.

² Aliàs inutile esset priuilegiū. extra de priui. in his. arg. ff. de leg. 2. si quādo. Io.

c ¶ *In priuato.*] idest, in priuatis.

ent potest dicere ius interroganti: sed non potest illud suscipere vel consulere. fic. 5. q. vlt. delatori. 23. q. vlt. pessimā. Ioan. sed videtur hodie correctum de exces. præla. ex litteris. B.

f ¶ *Fecerit.*] vt de pœni. dist. 1. si quis cum telo.

g ¶ *Eius.*] idest, legis.

Pre-

vero alia sunt vniuersalia, alia prouincialia. Prouincialium alia celebrantur auctoritate Pontificis Romani, præsente videlicet legato ᵃ *sanctæ Romanæ ecclesiæ: alia vero auctoritate patriarcharum, vel primatum, vel metropolitanorum eiusdem prouinciæ. Hæc quidem de generalibus regulis intelligenda sunt.* ¶ *Sunt autem quædam priuatæ leges tam ecclesiasticæ, quàm sæculares, quæ priuilegia appellantur: De quibus. 5. lib. Etymolog. c. 18. Isidorus ait.*

¶ Quid sit priuilegium. C. III.

PRiuilegia sunt leges priuatorum ᵇ, quasi priuatæ leges. Nam priuilegium ᵃ inde dictum est, quòd in priuato ᶜ feratur.

a ¶ Priuilegium.] *Cicero. 3. lib. de legibus hæc habet:* Maiores nostri in priuatos homines leges ferri noluerunt: id est enim priuilegium. *Verum non semper eadem notione hanc vocem vsurpari solitam fuisse Budæus, & alij notarunt.*

3 gr. *Officium vero sæcularium, siue ecclesiasticarum legum est, præcipere quod necesse est fieri* ᵝ, *aut prohibere quod malum est fieri, vel permittere licita, vt præmium petere; vel etiam quædam illicita, vt dare libellum repudij, ne fiant grauiora. Vnde in cod. lib. c. 19. Isidorus scribit dicens.*

β ¶ Fieri.] *Quæ sequuntur, in aliquot vetustis codicibus sic habent,* prohibere, quod malum est fieri, permittere vel licita, vt præmium petere, vel etiam quædam, &c.

¶ Quod sit officium legis. C. IIII.

OMnis autē lex aut permittit ᵈ aliquid, vt vir fortis petat præmiū, aut vetat, vt sacrarum virginū nuptias nulli petere liceat; aut punit, vt qui cædem ᵉ fecerit ᶠ, capite plectatur: eius ᵍ enim præmio ʰ, aut pœna vita moderatur ⁱ humana: diuina ᵞ autem præcipit ᵏ, vt [Diliges dominum Deum tuum. Deut. 6.

γ ¶ Diuina] *Hinc vsque ad finem non sunt in codicibus Isidori: neque in aliquot exemplaribus vaticanis Gratiani. In alijs vero, omissa voce* diuina, *legitur* sic: præcipit, vt diliges dnm Deū tuum.

DISTINCTIO IIII.

1 gr. *CAusa* ˡ *vero constitutionis legum est, humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrænare: sicut in cod. lib. c. 20. Isidorus testatur dicens.*

¶ Quare leges factæ sint. C. I.

FActæ sunt autem leges, vt earum metu humana coerceatur ᵐ audacia, tutaque ⁿ sit inter improbos innocentia; & in ipsis improbis formidato supplicio refrænetur nocendi facultas.

2 gr. *Præterea in ipsa constitutione legum, maxime qualitas constituendarum*

OFFICIVM. Hæc est iij. pars. in qua dicit quid sit officium legis. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicitur quod officiū legis est præcipue necessaria, phibere mala: permittere licita, & quandoque illicita, ne grauiora fiant.

OMnis autem. CASVS. Dicitur hic quod quadruplex est officiū legis. aut enim pmittit aliquid, vt si vir fortis pmium petat: aut vetat, vt monialium petere nuptias: aut punit, vt qui cædem fecerit, capite plectatur: aut præcipit, vt diliges dnm Deum tuum.

Permissio fit triplicitur.

d ¶ *Permittit.*] Tribus modis dicitur aliquid permitti. Vno modo qd nullo iure prohibet, vt secundas nuptias contrahere, vt 31. q. 1. hac ratione. Scdo modo qd contra constitutiones humanas indulgetur, vt contrahere in quinto gradu, vt 35. q. 3. quædam & est hæc vera pmissio: & dr absoluta pmissio. Tertio modo dr illicitum permitti, vt magis illicitum vitetur, vt comessationes die dnico. vt dist. 4. denique. & pmittitur adulterium, ne fiat homicidium, vt 33. q. 2. si qd verius, & pmittitur subdiacono habere vnā feminā, ne peccet cū pluribus, vt extra qui cler. vel vo. significauit. & hæc dr comparatiua permissio ³: sed potius appellatur tolerantia, quam permissio. & secundum hanc permissionem dicit canon quod ea, quæ permittimus, non approbamus, vt 31. q. 1. hac ratione. & secundum hanc permissionem dicit decret. quòd multa toleramus quæ si in iudicium deduceremus, cassarentur, vt extra de præbend. cum iam dudum.

Permissio comparatiua.

³ De hoc loquitur 26. q. 2. illi qui.

Iudex ecclesiasticus an de causa sanguinis se intromittat.

e ¶ *Vt qui cædem.*] Sed nunquid iudex ecclesiasticus potest taliter dictare sententiam in causa sanguinis: cum nec causis sanguinum possit interesse, vt 23. q. 8. his a quibus? Sed dic quod iudex ecclesiasti-

h ¶ *Præmio.*] idest, permissione.

i ¶ *Moderatur.*] passiue.

κ ¶ *Diuina autem præcipit.*] hoc respicit superiora.

CAusa] Hæc dist. diuiditur in quattuor partes. In prima quæritur quare sunt factæ leges. Secunda ibi, *Præterea*. Tertia ibi, *Ideo autem.* Quarta ibi, *Hæc esse.* Ioan. de Fan.

CASVS. Dixit supra qd sit legis officium: in hac 4. dist. ostendit ad quid sit lex instituta, & quid in ea conoueatur, & qn instituitur: & quod etiam quædam capitula sunt abrogata.

l ¶ *Causa.*] Hic intitulatur 4. distin. in qua ostendit qualiter leges sint inuentæ: secundo ostendit quæ sint consideranda in constituendis legibus: vltimo ostendit quasdam leges esse abrogatas per contrariam consuetudinem.

FActæ] CASVS. Quæsitum fuit ab Isido. quare leges sunt factæ & institutæ: & respondet. quod triplici de causa factę sunt. Vna, vt earum metu humana audacia coerceatur. Secunda, vt tuta sit inter improbos innocentia. Tertio, vt vnius supplicio aliorū facultas nocendi refrenetur.

m ¶ *Coerceatur.*] nam per leges nemo cogitur benè facere, sed malefacere prohibetur, vt 23. q. 5. ad fidem.

n ¶ *Tutaque.*] idest, vt boni inter malos quiete viuant, vt 23. q. 5. non frustra. Ioan.

PRAETEREA. Hæc est ij. pars dist. in qua ponit viij. quæ sunt seruanda in legibus promulgandis. Ioan. de Fan.

CASVS.

CASVS. Modo dicit Gra. quæ sint illa quæ in lege constituenda considerantur, vt contineat, &c. & ad hoc inducit c. seq.

LEX.] CASVS. In hoc cap. enumerat Isidorus x. quæ lex in se continere debet, ita quòd hæc, scilicet patriæ, loco, tempori vere conueniens, pro vno ponantur, scilicet honesta, iusta, possibilis, &c.

IDEO AVTEM. Hæc est iij. pars dist. in qua ponit, q leges per desuetudinem abrogantur, & per consuetudinem confirmantur. & hoc probatur per iiij. auctoritates. Io.

CASVS. Dicit Gra. q ideo ista in lege considerantur statuendæ: quia cum institutæ fuerint, non erit liberum de ipsis iudicare: sed postq̃ institutæ fuerint, minori iudici non licebit iudicare de ipsis: sed s̃m ipsas. & ad hoc inducit cap. seq.

IN istis.] CASVS. Dicit Aug. q q̃n leges instituútur, potest quis de ipsis iudicare: sed postq̃ institutę fuerint, minori iudici nõ licebit de ipsis iudicare: sed secundũ ipsas.

c. 11. & l. 2. c. 10. *est obseruanda; vt contineant in se honestatem, iustitiam, possibilitatem, conuenientiam, & cetera, quæ in eod. lib. Isidorus enumerat dicens.*

¶ Qualis debeat esse lex. C. II.

Iuo p. 4. c. 168. Pann. l. 2. c. 142

ERit autem lex honesta [a], iusta [b], possibilis [c], secũdum naturam [d], secundum patriæ consuetudinem [e], loco [f] tẽporiq; [g] cõueniens, necessaria [h], vtilis [i]; manifesta [k] quoque, ne aliquid per obscuritatem in captionem [l] contineat: nullo priuato [m] commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta.

a ¶ In captionem.] *Antea legebatur*, incautum captione. *Restituta est vera lectio ex codicibus Isidori manuscriptis lib. 5. c. 21. & ex impressis etiam lib. 2. c. 10. vbi eadem scribuntur; partimq; ex antiquis Gratiani exemplaribus, à quibus abest dictio*, cautum. *Simili vero locutione utitur Paulus lib. 5. senten. tit. 33. c. 2.* Ne quis, inquit, in captionem verborum in cauendo incidat.

3 Ps *Ideo autem in ipsa constitutione ista consideranda sunt, quia cum leges institutæ fuerint, non erit liberum iudicare de ipsis; sed oportebit iudicare secundum ipsas. Vnde Augustinus ait in libro de vera religione. c. 31.*

¶ De legibus tunc est iudicandum, cum instituuntur; non cum institutæ sunt. C. III.

Iuo p. 4. c. 169. Pann. l. 2. c. 143

IN istis temporalibus legibus, quãquam de his homines iudicent [n], cum eas instituunt; tamen cum fuerint institutæ & firmatæ, non licebit [o] iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas.

Leges instituuntur, cum promulgantur; firmantur, cum moribus vtentium approbantur. Sicut enim moribus vtentium in contrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ [p] sunt, ita moribus vtentium ipsæ leges confirmantur. Vnde illud Telesphori Papæ, (qui decreuit, vt generaliter clerici à quinquagesima [a] à carnibus, & delicijs ieiunent) quia moribus vtentium approbatum non est; aliter agentes, transgressionis reos non arguit.

Telesphorus vrbis Romæ episcopus omnibus episcopis, epist. 1.

a ¶ Quinquagesima.] *Post hoc verbum in codicibus impressis sequebatur*, ieiunandi propositum susciperent, & à carnibus, & delicijs abstinerent: *sed omnes fere manuscripti habent eo modo, quo restitutum est.*

¶ Septem hebdomadibus à carne, & delicijs ante Pascha clerici abstineant. C. IIII.

Iuo par. 4. c. 25 Pann. l. 2. c. 174.

† al. carne, & delicijs

STatuimus, vt septem [q] hebdomadas plenas ante sanctum Pascha omnes clerici in sortem Domini vocati à carne † ieiunent: quia

a ¶ Honesta.] quia in iure non tam desideratur iustitia, q̃ honestas. 35. q. 3. porro.

b ¶ Iusta.] aliter enim non est ius, nisi sit iustum, vt ſ. distin. 1. ius generale.

c ¶ Possibilis.] quia si de impossibilitate legis quis transgrederet, frustra imputaretur ei ad poenam, vt 15. q. 1. non est. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & ff. quando appellan. sit l. 1. §. dies autem istos.

d ¶ Secundum naturam.] idest, naturalem rationem. ſ. dist. 1. consuetudo. Ioan.

e ¶ Secundum patriæ consuetudinem.] quia si est 𝔷 consuetudinem inhabitantium, per contrariam consuetudinẽ abrogatur, vt ῑ eod. §. leges. & cap. statuimus. Item quia consuetudo interpretatur legem, vt extra de verb. sign. abbate. ff. de legib. cum de consuetudine. & l. si de interpretatione.

f ¶ Loco.] quia in aliquibus locis aliqua statuuntur, quæ alibi non reciperentur, vt 31. dist. ante. & c. aliter. Item in iure constituendo cõsideranda est vicinitas locorũ vel remotio, vt 63. dist. cũ longe.

g ¶ Temporique.] Omnia enim debẽt conuenire suis temporibus, vt 23. q. 4. si ecclesia. & 2. q. 1. si peccauerit.

h ¶ Necessaria.] quia non nisi instante necessitate ius statui debet, vt 29. dist. regulæ.

i ¶ Vtilis.] quia inutilis esset abijcienda. 68. dist. corepiscopi. 12. distin. omnia.

k ¶ Manifesta.] 4. q. 3. non in testibus.

l ¶ Captione.] ne aliquis captiose possit eam interpretari, vel etiã ne alicui laqueus paretur per eam 1. 27. q. 1. de viduis. Ioan.

m ¶ Priuato.] Tunc enim esset priuilegium.

† Vide q̃ not. 14. q. 1. plerisq. & ii. de le. Cassa legit. Io. de lan.

n ¶ Iudicent.] cum ergo Papa vult condere canones, epi possunt ꝓdicere, & dicere: canon iste non cõuenit consuetudini regionis nostræ, vt ῑ. cap. ꝓxi. Sed nũquid potius stabitur sniç Apostolicç, vel omnium eporum? vr̃ q omnium eporũ: qa orbis maior est vrbe, vt 93. dist. legimus. Arg. q sentẽtia Papæ præualet. 35. q. 9. veniam. nam etiam error principis ius facit, vt ff. de sup. leg. l. 3. in fin. Dicas q sententiæ Papæ stabitur 𝔷 omnes. 9. q. 3. nemo. & c. cuncta. nisi contra fidem diceret. 25. q. 1. sunt quædam.

Papæ sententia præfertur sententiæ omniũ episcoporum.

o ¶ Non licebit.] ar. q̃d semel est approbatũ, amodo non potest reprobari, vt 8. q. 2. dilectissimi. & cap. licet. & 31. q. 5. horrendus Ioan. Nisi ex noua causa, extra de offi. deleg. cap. insinuante.

Vnde dicas q hæc litera loquatur de inferiori iudice: nã si inferior iudex vellet aliqd proponere quare lex illa non deberet condi, facilius audiretur primo q̃ postea. ad hoc arg. 91. dist. Nicæna. nam multa impetrant primo iuncdum. &c. 15. q. 1. cap. fin. secundum Lau.

LEGES. CASVS. iste §. diuiditur in duas ptes. In prima parte, dr̃ q leges instituũtur, cum ꝓmulgantur: & confirmantur, cũ moribus vtentium approbantur. In secunda parte quæ incipit ibi, *Sicut*. dicitur, q sicut leges moribus vtentium confirmantur: ita quædam leges sunt per desuetudinem abrogatæ: sicut & illud Telesphori abrogatur qd̃ dixit de proposito ieiunandi suscipiendo à clericis à quinquagesima. & ad hoc inducit seq. cap.

p ¶ Abrogata.] Abrogare est in totum tollere legem: derogare est ꝑ parte detrahere legi, vt ff. de verb. sig. derogatur. sed qualiter potest populus abrogare canonem, cum non possit condere canonẽ? maxime ex quo tota potestas translata est in principem. ff. de consti. prin. l. 1. Sed dic quòd non potest abrogare nisi per expressum cõsensum Papę: vt extra de præb. cum iam dudum. licet quidam dixerint, quòd sufficeret sola scientia Papę. Io. Sed credo, q consuetudo rationabilis & ꝓscripta tollit leges, vt extra de cõsue. cap. vlt. etiam sine scientia principis. difficile enim esset eum oẽs consuetudines, quæ seruantur, scire. B.

STatuimus.] CASVS Hoc cap. diuidit̃ i duas partes. In prima dr̃, q clerici debent incipere ieiuniũ a quinquagesima: vt clericorum vita à laicali discernat̃. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Has ergo*. dicitur quòd per septem hebdomadas ante Pascha clerici ieiunando hymnis, vigilijs, & orationibus insistere debent die noctuque.

q ¶ Statuimus vt sept.] istis duobus cap. ob. ῑ. de consec. dist. 3. à sacerdotibus. vbi quadragesima ꝑcipitur seruari. Sed dic q illud cap. non tenet, quia hodie quinquagesima nõ seruatur, cum ipsa celebretur post Pascha. Io.

Quinquagesima hodie non seruatur.

q ¶ Statuimus.] id est, abrogamus: vel ponitur statuimus pro consulimus.

ſicut diſcreta debet eſſe vita clericorum[a] à laicorum cõuerſatione; ita & in ieiunio debet eſſe diſcretio. *& infra.* ¶ Has ergo ſeptem hebdomadas omnes clerici à carne & delicijs ieiunẽt, & hymnis, & vigilijs, atq; orationibus Domino inhærere die noctuq; ſtudeant.

Item Ambroſius in lib. ſermonum[a]:

a ¶ Sermonum.] *Inuenti ſunt Romæ in bibliotheca Vaticana, & Mediolani in bibliotheca monaſterij S. Ambroſij ſermones aliquot manuſcripti, Ambroſij nomen præferentes: inter quos eſt ſermo de ſexageſima, cuius initium eſt:* Adeſt tempus. *unde hoc caput ſumptum eſt.*

¶ Septimam hebdomadam Teleſphorus quadrageſimæ addidit. C. V.

QVadrageſima ſex ſeptimanas habet, cui addidit Teleſphorus Pontifex ſeptimam hebdomadam: & vocatum eſt hoc tempus quinquageſima.

Quod ſimiliter de eo capitulo eſt intelligendum, quod B. Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo ſcribit dicens.

¶ A quinquageſima ieiunandi propoſitum ſumant, quos eccleſiaſtici gradus dignitas exornat. C. VI.

DEnique ſacerdotes, & diaconi, & reliqui omnes, quos dignitas[b] eccleſiaſtici gradus exornat, à quinquageſima propoſitum ieiunandi ſuſcipiant; quo & aliquid ad penſum[c] ſanctæ inſtitutionis adijciant, & eorum, qui in laicali ordine conſiſtunt, obſeruantiam, ſicut loco[d], ita religione præcellant. ¶ De ipſa vero die dominica[e] hæſitamus[f], quid nam dicendum ſit: cum omnes laici, & ſæculares[g] illa die plus ſolito ceteris diebus accuratius cibos carnium appetant: & niſi noua quadam auiditate vſque ad medias noctes ſe ingurgitent, non aliter ſe huius ſacri temporis obſeruationem ſuſcipere putant; quod vtique non rationi, ſed voluptati, immo cuidam mentis cæcitati adſcribendum eſt: vnde nec à tali conſuetudine[h] auerti poſſunt: & ideo cum venia[i] ſuo ingenio relinquendi ſunt; ne forte peiores[k] exiſtant †, ſi à tali conſuetudine prohibeantur. Vt enim ait Salomon. [Qui multum emungit, elicit ſanguinem[l].] *& poſt pauca.* ¶ Par[m] autem eſt, vt quibus diebus à carne animalium abſtinemus, ab omnibus[n] quoque, quæ ſementinam † [o] carnis trahunt originem, ieiunemus: à lacte videlicet, caſeo, & ouis. *& poſt pauca.* ¶ Ceterum piſcium eſus ita Chriſtiano relinquitur, vt hoc ei infirmitatis ſolatium, non luxuriæ pariat incendium. Denique qui à carne abſtinet, nequaquam ſumptuoſiora[p] marinarum beluarum conuiuia præparet. Vinũ quoque ita bibere permittitur †, vt ebrietatẽ omnino fugiamus: alioqui[q] reſtat, vt omnia, quæ corpori libent, ſimiliter faciamus.

4 P̄s *Hæc etſi legibus conſtituta ſunt; tamen quia communi vſu approbata non ſunt, ſe non obſeruantes tranſgreſſionis reos non arguunt: alioquin his non obedientes proprio priuarentur honore; cum illi, qui ſacris neſciunt obedire canonibus, penitus officio iubeantur carere ſuſcepto: niſi forte quis*

Scãdali ratione toleramus crimina.

Iuo par. 4. c. 29.

Prouerb. 30.

† al. ſementinam

† al. permittimur.

Adde fere ſimile per Iaſon. in l. cũ hæc. col. 12. C. de ſum. Trin.

Ex Greg. infra 25. q. 1. hæc conſona.

a ¶ *Clericorum.*] aliàs viles reputentur. 1. q. 1. viliſſimus.

Q *Vadrageſima.*] CASVS. Iſtius cap. patet per ſe. Et hæc duo cap. abrogata ſunt ſicut & ſeq. cap. in prin. & hoc dicit ſequens § quod ſimiliter.

D *Enique.*] CASVS. Iſtud cap. diuiditur in quinque partes. In prima parte quærebat Auguſt. à Greg. an clerici incipere debeant ieiuniũ à quinquageſima. & rñd. q̄ ſic: vt ſicut loco præcellunt laicos, ita & religione præcellãt. In ſecunda parte quæ incipit ibi, *De ipſa vero.* q̄rebatur an laici qui in diebus dñicis conſueuerint ſolennius epulari, debeant à tali conſuetudine remoueri? & rñd. quòd non, ne deteriores fiãt, & hoc probat auctoritate Salo. dicentis, q̄ qui nimis emũgit, elicit ſanguinem. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Et poſt pauca.* quærebatur an tpe ieiuniorum ſit abſtinendum ab ouis, caſeo, & lacte, & rñdet Gre. q̄ ſic: q̄a ſicut à carnibus, ita ab oĩb' quæ trahunt ſementinam originem carnis eſt abſtinendum. In quarta parte quæ incipit ibi, *Et poſt pauca. Ceterum.* quærebatur an piſcibus in quadrageſima ſit vtẽdum: & reſpon. q̄ ſic, ad infirmitatis ſolatium, & non ad luxuriam: & nõ magnis piſcibus, ſed paruis. Quinto loco in fi. cap. quærebatur an vino ſit vtendum, & rñdet q̄ ſic, vt tñ ebrietatem vitemus.

b ¶ *Dignitas.*] Hic habes q̄ quilibet ordo eccleſiaſticus dicetur dignitas vel honor, vt 1. q. 1. reperiuntur. quandoq; ſeculares poteſtates dicũtur dignitates. 23. q. 5. adminiſtratores. q̃q; cõſtantes homines dicũtur habere dignitatem, ſecũdum quod ſerui dicũtur habere dignitatem, vt ff. de vſufruct. ſed & ſi quid. §. 1. Et ex hoc patet clericos nõ eſſe priuatas perſonas; cum illę ſolę dicantur priuatæ perſonæ, quæ non habent dignitatem, vt 24. q. 1. qui contra.

c ¶ *Ad penſum.*] id eſt, ad quantitatem[1], vt ſint duæ partes.

d ¶ *Sicut loco.*] id eſt, dignitate. Et eſt hic argu. quòd qui præcedit alium dignitate, debet etiam præcedere in alijs, vt 1. q. 1. viliſſimus. Ioan.

e ¶ *Dominica.*] carniſpriuij.

f ¶ *Haſitamus.*] Non quid iuris ſit, ſed quid ſtatuendum ſit, ne ſcãdalum oriatur. C. de teſta. l. omnium. 1. q. 1. quam pio.

g ¶ *Et ſaculares.*] Et pro ideſt.

h ¶ *Conſuetudine.*] Arg. quòd conſuetudo excuſat in delictis, vt hic, & 32. q. 4. obijciũtur. & extra de temp. ordin. ſanes. Sed contra, conſuetudo non minuit peccatum, ſed auget, vt 24. q. 1. ſchiſma. 32. q. 7 flagitia. extra de ſi. non ſatis[3]. immo conſuetudo veniale peccatum facit mortale, vt 25. diſt. vnũ orarium. §. criminis. Sol. conſuetudo excuſat a pœna temporali, ſed non a gehennali.

i ¶ *Venia.*] Quid eſt ergo quod dicitur alibi nũquam eſſe veniam datam impœnitẽti, vt 24. q. 2. legatur. ideo intelligas de venia pœnæ, non de venia culpæ. tolerat ergo Gregor. crimen tale propter periculum ſchiſmatis vel ſcandali. vnde non eſt dicendum quòd ignoſcatur eis: licet nõ puniat eos propter multitudinem vel ſcandalum. ſuſtinenda enim ſunt crimina ratione ſcãdali vel ſchiſmatis, vt 23. quæſt. 4. non poteſt. & ratione multitudinis, vt 50. diſtin. vt conſtitueretur. hodie non toleratur, vt extra de vi. & hon. cle. à crapula.

k ¶ *Ne forte peiores.*] hæc eſt comparatiua permiſsio.

l ¶ *Sanguinem.*] ſic qui multum corrigit, offendit, vt 45. diſt. cum beatus. & alibi dicitur: Noli eſſe nimium iuſtus, vt de pœn. diſt. 1. ſerpens. 2. q. 7. c. plerumque. §. de his.

m ¶ *Par.*] id eſt, æquum & iuſtum.

n ¶ *Ab omnibus.*] q. d. ex quo caro prohibetur: ergo & omnia quæ de carne procedunt.

o ¶ *Sementinam.*] id eſt, ſemen.

p ¶ *Sumptuoſiora.*] ſed paruos piſciculos poteſt homo comedere, vt ĩ. 82. diſt. presbyter.

q ¶ *Alioqui.*] Arg. ex quo vnum cõceditur: ergo omnia ſimilia intelliguntur eſſe cõceſſa, vt ĩ. diſt. prox. ad eius. & 27. diſt. quod interrogaſti. 22. q. 2. ſi quis per teſtamentum[4].

HAEC ETSI. Hæc eſt iiij. pars diſtin. in qua ſoluit ſupradicta Arch.

CASVS. Dicit Gra. q̄ hæc tria cap. ſupradicta ſunt abrogata: & ideo qui non obſeruant ea, non dicuntur tranſgreſſores: ſed ſi non eſſent

1 Siue menſuram, ſiue inſtructionem.

Conſuetudo an excuſet in delictis.

3 Vbi plene de hoc. & ĩ. diſt. 8. mala.

3 Extra de conſue. cum tanto.

4 Ad hoc facit gl. in c. & not. 91. diſt. aliud. in gl. arg. omnia, &c.

non essent abrogata, non obedientes eis proprio priuarentur honore: nisi forte quis velit dicere, quòd hæc supradicta cap. loquantur de consilio, & non de præcepto.
a ¶ *Conscripta.*] nam qui exhortatur, mandatoris opera non fungitur. ff. de his qui no. infa. ob hęc verba.

CAnones generalium conciliorũ (vt Isidorus ait lib. 6. etymol. c. 16.) a temporibus Constantini ᵃcœperunt. In præcedentibus namq; annis persecutione feruente, docendarum plebiũ minime dabatur facultas. Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat licentia episcopis in vnũ conueniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere cõgregari. Sub hoc etiã sancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarũ conuenientes iuxta fidem Euangelicam & Apostolicã, secundũ post Apostolos ᵇ symbolum tradiderunt. ¶ Inter cetera autem concilia, quattuor esse scimus venerabiles synodos, quæ totã principaliter fidem complectũtur, quasi quattuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina. ¶ Harum prima Nicæna synodus cccxviij. ᶜ episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est: in qua Arianæ perfidiæ condẽnata blasphemia, ᵈ quam de inæqualitate sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat, cõsubstantialem Deo patri Deum filiũ eadem sancta synodus per symbolũ definiuit. ¶ Secunda synodus cl. Patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli ᵉ congregata est, quæ Macedonium ᶠ spiritum sanctum Deum esse negantem condemnans, cõsubstantialem patri & filio spiritum sanctũ demõstrauit, dans symboli formã, quam tota ᵍ Græcorũ, & Latinorum confessio in ecclesiis prædicat. ¶ Tertia synodus Ephesina ʰ prima cc. episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita est, quæ Nestoriũ duas personas ⁱ in Christo asserentem, iusto anathemate condemnauit, ostendens manere ᵅ in duabus naturis vnam ᵏ Domini nostri Iesu Christi personam. ¶ Quarta synodus Chalcedonẽsis DCXXX. sacerdotũ sub Martiano principe habita est; in qua Eutychem ˡ Constantinopolitanum abbatem verbi Dei & carnis vnam naturam pronuntiantem, & eius defensorem ᵐ Dioscorum, quondam Alexandrinum episcopum, & ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis vna Patrum sententia damnauit, prædicans eadem synodus Christum Dominũ de Virgine sic natum, vt in eo substantiam diuinæ, & humanæ cõfiteamur naturæ. ¶ Hæ sunt quattuor synodi principales, fidei ⁿ doctrinam plenissime prædicantes. Sed, & si qua sunt concilia, quæ sancti patres spiritu Dei pleni sanxerũt, post istorũ quattuor auctoritatẽ, omni manent stabilita vigore: quorum gesta in hoc opere ᵒ cõdita continentur. ¶ Synodus autem ex græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij ᵝ vero nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, cõmuniq; intentione tractabant. Vnde concilium à communi intentione dictum quasi consilium; consilium, quasi considium. d. in l. litterã transeunte: vel cõciliũ dictum est à cõmuni intentione, eo quòd in vnum dirigãt omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorũ sunt: vnde qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non consentiunt in vnum. Cœtus vero conuentus est, vel congregatio, à coeundo, idest à conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus est nuncupatus, eo quòd ibi homines conueniunt in vnum: sicut à conuentu cœtus dicitur, sic & concilium à societate multorum in vnum.

§ *Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Isidori ante ipsius præfationem, non autem in codice bibliothecæ Dominicanæ: in quo tamen vsque ad versiculum.* Inter cetera. *ponitur etiam (quemadmodum & in alijs) ante initium concilij Nicæni.*

α ¶ Manere.] *In plerisque antiquis Gratiani exemplaribus, & Isidori codice impresso legitur vt est emendatum. Sed in alijs eiusdem manuscriptis, & impressis Gratiani legitur,* manere in Christo duas naturas, & vnam Domini nostri Iesu Christi personam.

β ¶ Concilij vero.] *Apud Isidorum in lib. Etymol. locus hic mendose legitur. Verum in præfatione eiusdem Isidori, editione Parisiensi conciliorum præposita, quæ cum aliquot vetustis codicibus collata est, sic legitur:* Concilij vero nomen tractum ex communi intentione, eo q in vnum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt. vnde & qui sibimet dissentiũt, non agunt concilium, quia non sentiunt vnum. Cœtus vero conuentus est, vel cõgregatio à coeundo, idest conueniendo in vnum: vnde & conuentus est nuncupatus, q ibi homines conueniant. Sicut conuentus, cœtus, vel concilium à societate dicitur multorum in vnũ. *In Gratiani codicibus sunt multæ varietates, ex quibus ea lectio retenta est, quæ visa est melior, quamuis adhuc aliquid fortasse desideretur.*

a ¶ Cõstantini.] s. 16. dist. Isidorus. s. ibi dr à tpe Clementis fuerunt celebrata concilia. Rñ. q ante fuerunt celebrata: sed non ita generaliter: & ita hoc verbum, generaliter, soluit Ɔtrarium.

b ¶ Apostolos.] Apostoli enim fecerunt primũ symbolũ, s. Credo in Deũ patrẽ: sed Nicæna synodus fecit, Credo in vnum Deum. & dr à syn, qđ est cũ: & bolos, qđ est morsellus: quia quilibet Apostolorum de suo morsello aliquid apposuit.

c ¶ Cccxviij.] Alibi dicit de ccc. epis, vt 10. q. 1. hãc. Sed dic q minor numerus non excludit maiorem. ff. de in lit. iuran. cum furti.

d ¶ Quam de inæqualitate.] Dicebat. n. prẽm maiorem filio, & filium maiorem spiritu sancto. 24. q. 3. quidam. ver. Ariani. Hug.

e ¶ Constantinopoli.] ĩ. ea. sicut.

f ¶ Macedonium.] q dixit spiritum sanctum seruũ patris & filij. vt 1. q. 1. eos qui. 24. q. vlt. quidã. ver. Macedoniani.

g ¶ Quam tota.] Hoc non habemus: quia non habemus nisi Apostolorũ, & Nicænũ, & Athanasij, Quicumque vult.

h ¶ Ephesina.] ice dicit ad differentiã scdæ, quæ fuit reprobata, vt ĩ. 16. dist. quoniam sanctæ.

i ¶ Personas.] verbi, & hominis.

u ¶ Vnã.] Vna est persona: sed nõ duas naturas, s. diuinam & humanã. j. c. sicut. ver. quoniã.

l ¶ Eutychem.] qui post resurrectionẽ Christum habere vnam naturam dixit, s. diuinam. 16. dist. c. sexta. ver. quarta.

DOSITIO. Habet enim vtrãque, extra de hæreticis, cũ Christus. vbi notat Ala. q ante istam definitionem, de qua loquitur ipsa decr. Ɔtrium dicere licebat, cũ prohibitũ non esset: sed post, nequaq̃. ergo qđ prius non fuit fidei articulus, post Ɔsecratione factus est fidei articulus. Arch.

m ¶ Defensorem.] Peccabat ergo in fide, ex quo erat defensor hæreticorum, vt 24. q. 1. c. 1. & q. 3. qui aliorum. & extra de hære. vergentis 3. sicut dicit lex de latrone. C. de his qui la. oc. l. 1. Sed cõ ra 21. dist. in tantum. & 24. q. 2. sane profertur. vel ff. item Romanorum. ibi enim dicitur, q Dioscorus non peccauit in fide: sed expone, non peccauit in fide, idest, non peccauit in fide tantum: quia in hoc peccauit, q ausus fuit Papam Leonem excommunicare. 21. dist. in tantum.

n ¶ Fidei.] articulos.

o ¶ In hoc opere.] Isidori: nec sic contra 19. dist. si Romanorum. versi. præterea.

Quod dicit litera generaliter: tenent solutionem. Hug. Lau. & Archid.

Notandum q Damasus Papa cõstituit vt symbolũ cantaretur in Missa ex decretis sanctæ synodi vniuersalis apud Constantinopolim celebratæ. Archid.

Parum aut nihil tacet, sed merius nod. cu. ... & c. ... Pet.

De quatuor vero† conciliis scribit B. Gregorius ita dicens, lib. 1. Regesti, epist. 24.

† al. quinque

¶ De auctoritate quatuor conciliorum. C. II.

SIcut sancti Euangelii quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere, & venerari me fateor: Nicænum scilicet, in quo peruersum Arii dogma destruitur, Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii & Macedonii error conuincitur, Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Chalcedonense vero, in quo Eutychis, Dioscorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio: quia in his uelut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ ª, atque actionis norma consistit. ¶ Quintum quoque conciliū pariter veneror, in quo epistola, quæ Ibæ dicitur ª, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris ᵇ Dei & hominum in duabus substantiis ᶜ separans, ad impietatis perfidiā cecidisse conuincitur; & in quo scripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia, dum vniuersali sunt consensu cōstituta; se, & non illa destruit quisquis præsumit ᵈ aut soluere, quos religant †; aut ligare †, quos soluunt.

† al. ligant
† al. religare

a ¶ Cuiuslibet.] *Apud B. Gregorium legitur:* Et cuiuslibet vitæ, atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificiū iacet. Quinctū, &c. *& in sequentib. significantur tria illa capitula, quorū occasione nō nulli quintā synodū nō recipiebāt.*

De ysdem etiam Gelasius in concilio habito Romæ cum 70. episcopis scribit dicens.

Quæ † concilia sancta Romana ecclesia suscipiat. C. III.

† al. Quas scripturas

Burc. l. 3. c. 220. Iuo par. 4. c. 64. Pann. l. 2. c. 91. Poly. l. 3. tit. 20.

SAncta Romana Ecclesia post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet: Sanctam synodum Nicænam cccxviii. patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cælestini, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato: Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto, & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatæ sunt: sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hactenus instituta, post † istorum quatuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus. ¶ Iam nunc subiiciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis episcopi. ¶ Item opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorii Nazianzeni episcopi. ¶ Item opuscula beati Basilii Cappadociæ episcopi. ¶ Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi. ¶ Item opuscula Theophili Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarii Pictauiensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuscula beati Prosperi viri religiosissimi. ¶ Item epistolam beati Leonis Papæ ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum destinatam: cuius textum quispiam si vsque ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema sit. ¶ Item opuscula, atque tractatus omnium patrum orthodoxorū, qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deuiauerunt, nec ab eius fidei prædicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei, vsque ad vltimum diē vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum Patrum consultatione dederūt, venerabiliter suscipiendæ sunt. ¶ Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant. ¶ Quis ita esse catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur: quia & eorū, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdā Quirici † & Iulitæ: sicut Gregorii, aliorumque huiusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictū est, ne vel leuis subsannādi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia nō legūtur. Nos tamē cū prædicta eccle-

† al. prætor

Ans. l. 6. c. 193.

Ede, vel prædicatione] orig. & Burch.

Nicolaus in epistola impressa ad epos Galliæ, cuius initium, [Quamuis]

† al. ista

† al. difficil
† al. Cyrici

Sicut sancti Euangelii.] CASVS. In prima parte huius cap. dicit Greg. quod ita vult seruare quatuor concilia sicut quatuor Euangelii libros: & ostendit in vtroque illorū quid fuit reprobatū. In secūda parte, quæ incipit ibi, Quintum, dicit Greg. quod quintum concilium vult venerari, in quo tria sunt reprobata, s. epistola erroris plena, quæ Ibæ dicebatur, & opinio Theodori, qui personā Christi mediatoris Dei & hominum in duabus substantiis separabat, id est, personis, dicēs Christū duas habere psonas: & scripta Theodori, qui vitam B. Cyrilli, & fidem reprehendebat: & quod supradicta cōcilia nō obseruat, seipsū destruit.

a ¶ Ibæ dicitur.] ab inuentore.

b ¶ Mediatoris.] id est, Christi. Ioan.

c ¶ Substantiis.] scilicet personis.

d ¶ Præsumit.] Vñ ergo, quod Papa non possit destruere statuta concilii: quia orbis maior est vrbe. 93. dist. legimus. circa medium. vnde requirit Papa consensum cōcilii. 19. dist. Anastasius. Arg. contra 17. dist. §. hinc etiam. & extra de elect. significasti. vbi dř quod conciliū non potest Papæ legē imponere. & 35. q. 9. veniam. Sed intellige, quod hic dicitur, circa articulos fidei. 25. q. 1. sunt quidam.

Sancta Romana Ecclesia.] CASVS. In hoc cap. ponuntur fere eadē, quæ dicta sunt in illo cap. canōes. & in c. sicut. Dicit enim Gelasius, quod supradicta quatuor concilia vult venerari: & si qua alia fuerint à sanctis Patribus instituta: & ostēdit quæ opuscula sanctorū Patrum in ecclesia recipiantur.

a ¶ Cy-

cta ecclesia omnes martyres, & eorũ gloriosos agones, qui Deo magis quàm hominibus noti sunt, omni deuotione veneramur. ¶ Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. ¶ Item Actus beati Siluestri Apostolicæ sedis præsulis, licet eius, qui conscripsit, nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur ecclesiæ. ¶ Item scripta de inuentione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis beati Ioannis Baptistæ, nouellæ quidem † reuelationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum hæc ad catholicorum manus peruenerint, beati Pauli Apostoli sententia præcedat, [Omnia probate, quod bonum est, tenete] ¶ Item Ruffinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Ruffino, sed etiam de vniuersis †, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. ¶ Item Chronicon † Eusebij Cæsariensis, atque eiusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici vnum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, vsquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam, miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude preferimus †. ¶ Item Iuuenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Ceterum, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica ecclesia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. In primis Ariminensem synodum à Constantio Cæsare Constantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vsque in æternum confitemur esse damnatam. Item itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis lib. viij. † apocryphũ. Actus nomine Andreæ apostoli, apocryphi. Actus nomine Philippi apostoli, apocryphi. Actus nomine Petri apostoli, apocryphi. Actus nomine Thomæ apostoli, apocryphi. Euangelium nomine Thaddæi, apocryphum. Euangelium nomine Thomæ apostoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabæ, apocryphum. Euangelium nomine Bartholomæi apostoli, apocryphum. Euangelium nomine Andreæ apostoli, apocryphum. Euangelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha. Euãgelia quæ falsauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus. Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, & de obstetrice Saluatoris, apocryphus. Li-

† quod à relationes] orig.

1. Thess. 5.

† al. diuersis] orig.

† al. religiose

† al. Chronica] orig.

† al. proferimus.] orig.

Burch. l. 3. c. 221. Iuo par. 4. c. 65. Pann. l. 2. c. 123.

† decē.] orig.

† al. Esitius, al. Hesychius]

ber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius † discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ, vel † Geneseos, apocryphus. Centimetrum de Christo virgilianis compaginatum versibus, apocryphum. Liber, qui appellatur, Actus Teclæ, & Pauli apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & sancti Xysti † nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus † sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluuiũ pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur testamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia Iamnis, & Mambræ, apocryphus. Liber, qui appellatur, sortes Apostolorum, apocryphus. Liber Lusanæ †, apocryphus. Liber canonum Apostolorũ, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, & B. Ambrosij nomine præsignatus, apocryphus. Historia Eusebij Pamphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani †, siue Africani, apocrypha. Opuscula Posthumiani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi, apocrypha †. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiẽsis †, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegiensis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentij †, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarũ regem, apocrypha. Passio Georgij, apocrypha. Passio Cyrici *, & Iulitæ, apocrypha. Scriptura quæ appellatur, contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quæ non Angelorum, vt illi confingũt, sed dæmonum magis arte conscripta sunt, apocrypha. ¶ Hæc, & omnia his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiã Samosatenus, Photinus & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Montanus quoq; cũ suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valẽtinus, siue Manichæus, Faustus †, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cælestius †, Donatus, Eustathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus, & † Latiensis, Cælestinus, Maximinus, Priscianus † ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus, e quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiã maculauit, Acacius Constantinopolitanus cum cõsortibus suis, nec nõ & omnes heresis †, quas ipsi, eorumque discipuli, siue schismatici docuerũt, vel cõscripserũt: quorũ nomina minime reti-

a * Cyrici] al. Quirici.

APOCRYPHA. Apocryphum dr̃ occultum & secretũ, ab apo, quod est de; & cryfis, quod est secretũ. inde liber dr̃ apocryphus, id est, occultus & secretus: scilicet cuius auctor ignoratur: non tñ ab ecclesia recipitur, sed reprobat. quasi dicat, non in ecclesia, sed remote & secrete ab ecclesia est legendus, sm Hug. Vnde dic apocrypha græce, latine secreta. Et quia in eamotis solant virgines abscondi, & secrete morari, secũdum Ioan. de Fan. inde est, q virgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur secreta.

† al. Lencius] al. Leucius

† abest ab orig.

† al. Sixti

† transitus, id est, assumptio] orig.

† al. Iob] orig.

† qui appellatur, laus Apostolorũ] orig.

† Tertulliani apocrypha. Opuscula Lactantij apocrypha. Opuscula Africani apocrypha] orig.

† Opuscula Commodiani apocrypha] orig.

† Opuscula Tatij, Cypriani, apocrypha. Opuscula Arnobij apocrypha. Opuscula Tyconij apocrypha] orig.

† al. Petabiensis

† al. Frumentij caeci] orig.

† Africanus] orig.

† al. Calistus

† Iulianus Celanensis, Celestinus, &c.] orig.

† orig.] Priscillianus ab Hispania, Nestorius Constantinopolitanus, Maximus Cynicus, Lampetius

† hæreses, eorumque discipuli] orig.

retinentur,non solum repudiata, verumetiam ab
omni Romana, & Apostolica ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata. ¶ Ceterum ε, qui libri in ecclesiasticis officiis per anni circulum à nonnullis legantur (quòd ritum illum Apostolica non reprobat, sed sequitur ecclesia) pro fidelium ędificatione adnotandum censuimus.
Burch. l. 3. c. 222. Iuo par. 4. c. 63. Pano. l. 2. c. 90. Quidam, quòd in Septuagesima ponũt Pentateuchum ζ vsque in xv. diem ante Pascha, xv. die ponunt Hieremiam vsque in cœnam Domini. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ (Quomodo sedet sola ciuitas, &c.) & tres de tractatu sancti Augustini in psalmũ
Psal. 54. 54. η (Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris.) & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad
1. Cor. 11. Corinthios (Conuenientibus vobis in vnum.) Secunda lectio sic incipit, (Similiter & calicem post-
1. Cor. 10. quam cœnauit,) Tertia, (De spiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres.) In Parasceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu sancti Augustini in psalmũ 63. (Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.) & tres de Apostolo; vbi ait in epistola ad Hebræos, (Fe-
Heb. 4. stinemus ingredi in illam requiem, &c.) Secun-
Heb. 5. da lectio, (Omnis namque pontifex.) Tertia, (De quo grandis nobis sermo.) In sabbato Sancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu sancti Augustini in eundem psalmum 63. (Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.) & tres de Apostolo, vbi
Heb. 9. ait in epistola ad Hebræos, (Christus assistens pontifex futurorum bonorum.) Secunda lectio,
Heb. 10. (Vbi enim testamentum est.) Tertia, (Vmbram enim habens lex futurorum bonorum.) In Pascha Domini homilias ad ipsum diem pertinen-
† al. octaua tes, infra hebdomadam homilias. In octauis θ †
Paschæ ponunt actus Apostolorum, & episto-
† al. octauam las canonicas, & Apocalypsim vsque in octauas † Pentecostes. In octauis Pentecostes ponunt libros Regum, & Paralipomenon vsque in kalendas Augusti. In Dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem vsque in kalendas Septembris. In Dominica prima Septembris ponunt
† Iudith, Hester.] Iuo Iob, Tobiam †, Hester, Esdram vsque in kalendas Octobris. In Dominica prima mensis Octo-
† libros] Iuo bris ponunt librum † Machabæorum vsque in kalendas Nouembris. In Dominica prima mensis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danie-
† al. in natali lem, & minores prophetas vsque in kalendas
† al. in vigilia natalis Dñi] Bur. & Iuo, & ordo Romanus Decembris. In Dominica prima mensis Decembris ponunt Esaiam prophetam vsque ad † Natiuitatem Domini. In Natali ι † Domini legunt primum de Esaia tres lectiones. Prima le-
Esa. 9. ctio, (Primo tempore alleuiata est terra Zabu-
Esa. 40. lon, &c.) Secunda, (Consolamini, consolamini.)
Esa. 52. Tertia, (Consurge, consurge.) Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes. In natali sancti Stephani homilia de ipso die. In natali sancti Ioannis similiter. In natali Innocentium similiter. In natali sancti Siluestri similiter. In octaua natalis Domini homilia de ipso die. In Dominica prima post Natiuitatem Domini ponunt epistolas Pauli vsque in Septuagesimam. In Epiphania lectiones tres de
Esa. 55. Esaia. Prima lectio incipit, (Omnes sitientes.)
Esa. 60. Secunda, (Surge, illuminare Hierusalem.) Ter-
Esa. 61. tia, (Gaudens gaudebo in Domino.) Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes.

α ¶ Mandamus.] *Post hoc verbum in Decreto Gelasii sequitur continenter:* Item opuscula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Ivo, & Pannormia habent vt Gratianus. At certe in toto hoc capite tot modis discrepant collectiones ab originali, vt satis certo statui non possit, quæ vera, & pura sit Gelasii lectio; nec magnopere sit mirandum, si nonnulla sint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emendari poterant, ea sunt emendata: ceteris locis partim indicatæ varietates; partim, quoniam omnes indicare infinitum fuisset, labor hic ad libros adeundo accurato lectori est relictus.*

β ¶ Item gesta.] *Hinc vsque ad finem capitis omnia absunt à plerisque vetustis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiusdem Gelasii vsque ad vers.* Ceterum qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proxime post superiora.*

γ ¶ Iuuenci.] *Antea legebatur,* Item Vincentii. *restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hieronymus in Catalogo.*

δ ¶ De sancta Maria.] *In collectione Isidori legitur,* & de Maria & obstetrice. *Apud Burchardum,* & de Maria vel obstetrice. *Apud Iuonem vero,* & de sancta Maria, vel de obstetrice Saluatoris.

ε ¶ Ceterum.] *Hinc vsque ad finem neque in collectione Isidori, neque in vllo vetere codice Gratiani eorum, quæ collata sunt, inuenitur. A verbo tamen,* in Septuagesima ponunt, *referuntur à Burchardo, & Iuone sine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelasio ipso cum lxx. episcopis. Fere autem omnia habentur sparsim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

ζ ¶ Pentateuchum.] *Apud Iuonem legitur,* Heptateuchum, *vt vltra quinque libros comprehendat librum Iosue, & Iudicum, qua voce, ac librorum coniunctione Beatus Hieronymus ad Lucinium scribens vtitur. Alii vero Heptaticum appellant, vt sanctus Gregorius lib. 7. ind. 2. epist. 48. & lib. 10. epist. 22. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus, cap. de Septuagesima.*

η ¶ In Psalmum 54] *sic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, cap. de officiis diuinis a cœna Domini vsque in octauas Pentecostes, & apud Burchardum legitur,* in Psalmum 63. *idest,* Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in cap. de ordine in nocte Parasceues,* Tres de tractatu sancti Augustini de Psalmo 63.

θ ¶ In octauis.] *Ipsam diem octauam solitam fuisse proferri nomine multitudinis, idest octauas, notabitur infra de consecratione dist. 3. c.* pronuntiandum.

ι ¶ In natali Domini.] *Burchardus, & Ivo habent* in Vigilia natalis Domini. *& ita in ordine Romano. cap. quod inscribitur,* In Christi nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in ecclesia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet vt Gratianus.*

DISTINCTIO XVI.

κ ¶ *Apostolorum*[a] *vero canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati*[α], *sunt quinquaginta.*

α ¶ Translati.] *In titulo qui præponitur canonibus Apostolorum in collectione Isidori, & in concilio Stephani Papæ IIII. (cuius magnam partem Deusdedit Cardinalis in sua canonum collectione refert) pro voce,* translati, *habetur,* prolati. *Dionysius certe Exiguus nullam huius versionis mentionem facit. & aliqui scriptores solent epistolas Clementis hoc modo citare,* ex dictis Petri Apostoli per Clementem prolatis; *vt auctor Polycarpi, & alii.*

Apostolorũ. Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *Et si* [illegible]

Casvs. In hac 6. distin. ostẽdit Gratianus canones Apostolorum esse recipiendos. prima tamen ponit quãdam 3rietatem de canonibus apostolorum: primo de non recipiẽdis, & postea de recipiendis; & eam soluit.

a ¶ *Apostolorum.*] hic intitulatur 16. dist. in qua probat, q̃ canones apostolorum sunt recipiendi: postea ostẽdit quo tempore & quo residente in Papatu vel Imperio qđ-libet

libet concilium est celebratum. Et nota ꝙ Gratianus ponit quandam contrarietatem de canonibus Apostolorum, & eã non soluit. probat enim auctoritate Isidori, ꝙ canones apostolorum nõ sunt recipiendi, q̃a sunt apocryphi: postea ꝓbat auctoritate Zepherini & Leonis, ꝙ sunt recipiendi, & nõ sunt apocryphi. Sol. breuis est, quia [b]

d C *Lementis*] idest, qui sub nomine Clementis compositus est ab hæreticis.
e *Itinerarium.*] qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit [a].
f *Exceptis.*] impropria videtur hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falsis.

Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputatos Isidorus scribit dicens.

¶ Apostolorum canones Apostolica reijciuntur auctoritate. C. I.

CAnones [a] qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti Patres illis assensum præbuerunt, pro eo quòd ab hęreticis sub nomine Apostolorum compositi dinoscuntur, quamuis in eis vtilia [b] inueniantur; tamen ab auctoritate canonica, atque Apostolica eorum gesta constat esse remota, atque inter apocrypha [c] deputata.

¶ *Caput hoc est in præfatione Isidori ad collectionem conciliorum, quæ ex bibliotheca ecclesiæ Toletanæ descripta Romam missa est. Nam in illa, quæ vulgata Isidori collectioni, de qua initio dictum est, proponitur, contrarium potius videtur dici. & refertur infra* c. Placuit. *hac ead. dist si modo idem est Isidorus.*

Zepherinus autem econtra scribit episcopis per Siciliam constitutis, epist. 1.

¶ Apostolorum canones sunt recipiendi. C. II.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 105. Polyc. l. 3. tit 50. al. præfixerũt] orig.

SExaginta [a] sententias Apostoli præscripserunt [†] cum alijs plurimis episcopis, & seruandas censuerunt.

[a] Sexaginta.] *Iuo etiam, & auctor Panormiæ habent,* Sexaginta. *Itemque originale in margine. Sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

Item Leo [a] Papa nonus contra epistolam Nicetæ abbatis.

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apostolorum inter apocrypha deputantur. C. III.

Iuo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. c. 124. al. regulis orthodoxã] al. regulis orthodoxiæ]

CLementis [d] librum, idest Petri Apostoli itinerarium [e] & Apostolorum canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis [f] quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ [‡] [g] fidei adiungenda.

[a] Item Leo.] *Hoc caput sumptum est ex responsione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi contra Latinos editum: quæ Romæ in monasterio sanctæ Mariæ nouæ, & in multis priuatis bibliothecis extat manuscripta. Merito autem potuit citari Leo ix. quòd eius auctoritate, & iussione Humbertus legatus sedis Apostolicæ ea scripserit.*

Item vi. synodus, cap. 2.

C. IIII.

Iuo p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 125.

PLacuit [h] huic sanctę synodo, vt amodo confirmata & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula.

Epistola [a] Isidori in capite canonum.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125.

ISidorus [a] seruus Christi lectori suo cõseruo. ¶ Propter eorũ auctoritatẽ ceteris cõciliis pręponimus [i] canones, q̃ dicuntur Apostolorũ, licet à quibusdã apocryphi dicantur, quoniã plures eos recipiunt, & sancti Patres eorũ sentẽtias synodali auctoritate roborauerũt, & iter canonicas

(f, cont.) Non de falsis: quia nullus ex illis obseruatur. Item non de veris: quia nullus eorum est apocryphus. Vel dic ꝙ hoc nomen, canones, sumitur large, tam pro veris, quàm pro falsis canonibus, vt ponitur j. 32. distin. §. verum.

g *Orthodoxæ.*] idest, rectæ. orthos, rectum: doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, idest, catholica recta, scilicet in qua rectè gloriamur. Ioan. de Fan.

h P *Lacuit.*] Ex his tribus cap. surgit contrarietas, quam Gratianus non soluit nec ponit. sexta synodus dicit lxxxv. capitula canonum Apostolorum esse seruanda: Zepherin⁹ lx. & Leo quinquaginta. quidam [‡] ita soluunt, quòd sexta synodus fuit ante Zepherinum, & Zepherinus ante Leonem, & obseruabantur lxxxv. canones, ꝓut dicit sexta synodus. sed postea in desuetudinem abierunt xxv. & remanserũt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore x. ex illis perierunt, & sic remanserũt tantum l. vt dicit Leo. Sed hæc solutio stare non potest: nam Zepherinus præcessit vj. synodum. nam vj. synodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt j. ead. distin. c. sexta. qui lõgo tempore fuit post Zepherinum, vt ex chronicis apparet. Omissis alijs solutionibus, dic quòd non contradicunt sibi: quia dicebat synod⁹ lxxxv. fuisse capitula: Leo dicebat quinquaginta fuisse capitula; Zepherinus non dicit de capitulis, sed de sententiis: & potest esse, quòd in vno capitulo sunt sententiæ plures.

quia illi canones sunt recipiẽdi, q̃ à veris Apostolis sunt editi: sed illi non, qui a pseudoapostolis sunt editi. s. prox. dist. ver. itẽ gesta.

C *Anones.*] CASVS. Quærebatur ab Isidoro an canones qui dicuntur Apostolorum, sint approbandi: & respondet quoniã ab hæreticis sub nomine Apostolorum sunt compositi, nec Rom. eccle. nec sancti Patres eos approbauerunt: quamuis in eis multa vtilia inueniantur, tamen apocryphi reputantur.

a *Canones.*] Sic cõstrue: quamuis in eis canonibus qui canones dicuntur Apostolorum.

b *Vtilia.*] Arg. ꝙ vtile viciatur per inutile [a], vt not. s. dist. 9. si ad scripturas.

c *Atque inter apocrypha*] idest, sine certo auctore [a], vt sapiẽtia Salomonis: liber Iesu filij Sirach, qui dicitur Ecclesiasticus: & liber Iudicum, & Thobiæ: & liber Machabæorum: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur: sed forte non generaliter.

S *Exaginta.*] CASVS tria sequentia capitula plana sunt.

ISIDORVS CASVS. Probat Isidorus in hoc cap. canones Apostolorum esse recipiendos tribus rationibus. Primo, q̃a plures eos receperunt. Secundo, quia sancti Patres eorum sententias confirmauerunt, & eas inter canonicas constitutiones posuerunt. Tertio, quia positi sunt & inserti in Breuiario, in quo decreta diuersorum conciliorũ posita sunt: quod factum fuit à Clemẽte vsque ad Siluestrum. Quæ autem sequuntur, plana sunt.

i *Preponimus.*] Argumen. ꝙ illi qui sunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. distin. in canonicis [b]. vnde licet Ancyrana synodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicęna præponitur, vt j. ead. distin. c. sexta. ibi, *Prima adnotatio, &c.* arg. extra de rescrip. ab excommunicato.

[a] Vel dic ꝙ ideo hinerarium appellatur, q̃a ibi agitur de itinere, idest actione huius mundi, idest de nobis in hoc mundo remanentibus, quid f. facere debeamus. Ioã. de Fan. & Hug.

[‡] Vt Goffredus.

[a] Ad idem 1. q. 7. pura. Arch.

[a] Quamuis libri isti non apocryphi, sed canonici sũt, quamuis olim quidam etiã catholici de illis dubitauerint. Cõc. Triden. sess. 4. de can. scrip.

[b] Ad idem s. de pact. l. maiorem. Archid.

S Extam.] sed dubitatur.

CASVS. Probat Gratianus, quòd sexta synodus canones fecit: & hoc probat per seq. cap.

a ¶ Sexta synodo] Falsa est littera, & debet ibi esse septimæ, synodi. qualiter enim dubitaret sexta synod' de eo qđ ipsa fecerat. stiogue tempora, & concordabis scripturas. 2. q. 7. multi.

e ¶ Eadem] Not. q eadem dicitur synodus, quia ijdē patres illic conuenerunt. simile 7. q. 1. denique. & ff. de iud. proponebatur. Et est hic arg. q eadem sit causa, appellationis, cum causa principali. 2. q. 6. si quis in quacumque.

Tu dic, q in sexta synodo fecit mentionē de sexta synodo congregata, quæ debet septima dici: sed propter eos patres, qui in vtraque fuerunt, non mutat nomen, & per hoc patet, q illa littera septimæ &c. est falsa, & illa sextæ est vera, secundū Io. de fant. Archid.

H Abeo.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q sexta synodus canones fecit, quæ cōgregata fuit sub Constantino Imperatore, reprobans perfidiam hæreticorum quorūdam dicentium, Christum fuisse tantū operatum secundum opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera, vt resuscitare mortuos, & ambulare super aquas, phantastica fuerunt, & non vera. & hoc in prima parte. In secunda parte quæ incipit ibi, *Et soluta* dicit, q hæc sexta synodus fuit postea congregata sub Iustiniano filio Constantini: in qua ijdem plures patres eosdem canones condiderunt, qui primo fuerant conditi in eadem sexta synodo. In tertia parte quæ incipit ibi, *Eadem sancta*. repetit fere ea, quæ dicta erant in secunda parte.

¶ Casus §. planus est.

b ¶ *Voluntatem.*] quidam dicebant tantum vnam fuisse voluntatem in Christo. Sed dicendum est, quòd duæ fuerunt voluntates in eo quòd homo fuit, vna sensualitatis, secundum quam ipse dixit: Pater si fieri potest, transeat à me, &c. alia rationis, secūdum quam ipse dixit: veruntā non sicut ego volo: sed sicut tu vis.

Voluntates duæ fuerunt in Christo.

c ¶ *Constantini.*] non illius magni Constātini, qui fuit tpe Siluestri: sub eo enim fuit Nicænum concilium tempore Siluestri.

e ¶ *Constantino.*] ℥ Insti. de do. §. est & aliud. Insti. qui non est. per. fa. te. §. secus. vbi Iustinianus vocat patrem suum Iustinum. Sed Inquit hic de alio Iustiniano, sub quo sexta synodus celebrata fuit tpe Agathonis Papæ, vt J. ea. c. sexta. Sub Iustiniano autem, cujus leges leguntur, celebrata est quinta synodus, vt J. eo. c. sexta.

d ¶ *Sub Iustiniano.*] Sed certe nec sic cessat contrarietas: quia tam Leo quam synodus loquitur de cap. Tu di-

posuerunt constitutiones. *Item infra.* ¶ Primo quidē ordo, vt prædictū est, de celebrando concilio insertus habetur: & postmodum canonum Apostolorum, ac primorum apostolicorum (idest à sancto Clemente vsque ad sanctum Siluestrum) decretorum, atque diuersorum conciliorum breuiarium interpolatur sequens ordinem suum. a Q ...

Idem Spec. & Io. An. in tit. de treu. calum. Secuitur. vet. qđ de causa. & plene per Cy. & Sa. in l. 1. 6. C. de preca. & per Alex. de Imo in l. 1. ... cod., col. 3. ...

a ¶ Epistola.] *Hæc epistola ab Iuone vocatur præfatio in opus canonum, & est ea, quæ Isidori nomine est praeposita tomis conciliorum, licet in vetustiore editione, in qua purior est Isidori collectio, nonnulla verba desiderentur. Est autem confectum hoc caput ex duobus locis illius præfationis. Nam verba illa,* Propter eorum auctoritatem, & c. *vsque ad* vev. constitutiones. *non longe absunt ab initio. Reliqua vero sunt in extremo.*

A ¶ Isidorus seruus.] *In Pannormia est eodem modo atque apud Gratianum. Apud Iuonem, & in manuscriptis collectionis illius codicibus est,* Isidorus Mercator seruus Christi conseruo suo, & parenti fideli† in Domino salutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus,* Isidorus peccator, seruus, &c.

† al. fideli.

Item cum Hadrianus Papa sextam synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta octo vniuersalia concilia professione Romani Pontificis sint roborata; in sexta† autem synodo, siue in septimo concilio, Apostolorum canones sint recepti & approbati: patet, quòd non sunt inter apocrypha deputandi: Vnde scribit Hadrianus Papa Tharasio Patriarchæ.

† al. septima synodo, siue concilio.] al. sexta synodo, siue in sexto concilio.

¶ Sexta synodus auctoritate Hadriani corroboratur. C. V.

S Extam ᵃ synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis. Iuo p. 4. c. 122.

a ¶ Sextam.] *Hoc habetur in secunda actione septimæ synodi in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba synodica epistola à Tharasio ad se missa. Et hic Gratianus non refert propria eius epistola verba. In versione enim Anastasii bibliothecarij sic legitur,* Inuenimus autem in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei, & confessionem sacri symboli, & omnium sanctarum sex synodorum, & de sacris & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare & easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quæ iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatæ sunt. *Et hæc quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasii epistola: quod ex concilio Græco, & noua interpretatione clare apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quarta actione sextæ ᴮ synodi facile absoluitur.

B ¶ Sextæ] *In secundo & xij Vaticanis est,* sextæ, *aliàs* septimæ, *& vere septima est, sed ob glossam nihil est mutatum.*

Ait enim Petrus episcopus Nicomediæ.

¶ Sexta synodus canones conscripsit. C. VI.

H Abeo ᵞ librum continentem canones sanctæ sextæ synodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam scandalizantur per ignorantiam pro canonibus istis, dicentes; numquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant vnam operationem, & vnam voluntatem ᵇ esse in Christo: in qua sancti Patres illos, vt hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2 ¶ Et soluta synodus est Constātini ᶜ xiiij. anno. Post quattuor vero, aut quinq; annos ijdem sancti Patres congregati sunt sub Iustiniano ᵈ filio Constantini, & prædictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, ijdem ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim vt synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. *Item.* ¶ Sancta sexta synodus post promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Constantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo post defuncto, & Iustiniano eius filio regnante pro eo. ¶ Eadem ᵉ sancta synodus diuinitus inspirata, iterum Constantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero cij. ad correctionem ecclesiæ promulgauit.

Ex actiōe quarta septimæ synodi.
Iuo p. 4. c. 121.

Ex sexta actione septimæ synodi.

γ ¶ Habeo librum.] *Verba sunt Petri episcopi Nicomediæ, ac Tharasii patriarchæ Constantinopolitani actione quarta septimæ synodi: quod quidem ipsi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iustiniani Rhinotmeti secundo anno suæ reuocationis ad Imperium, editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasii apparet, eos canones non*

nenes non esse proprios sextæ synodi; quia fatetur post annos quattuor, aut quinque, quàm ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos; quo tempore certissimum est neque eumdem Romanum Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quamquàm in hac ratione temporis potius credendum est diligentissimo chronologo, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco, quod in bibliotheca Vaticana extat, satis fideliter tralata leguntur apud Franciscum Turrianum libro de vi. vij. & octaua synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quàm Tharasio. Illi enim non quattuor, aut quinque, vt Tharasius, sed viginti septem annos à fine sextæ synodi tempore Agathonis habitæ, vsque ad hanc huiusmodi Decretorum editionem asserūt intercessisse. Episcopos vero, qui hos ediderunt, noluisse ipsos edere tamquam canones sextæ synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio testatur. Itaque noua dicenda est hæc episcoporum coitio, ideoque Græci illam, vt scribit Balsamon [Greek illegible], *idest quintam sextam synodum appellant. Ceterum non fuisse omnes illos canones à Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarum peritissimi, Anastasius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus apertè testātur. Humbertus quidem his verbis:* Non autem miror, si Agathoni Papæ, & sanctis Patribus sextæ synodi vestra imputetis deliramenta, & quæ aut corrupistis, aut finxistis capitula: cum & ipsi Domino Iesu, & Apostolis eius imputetis figmenta. Vnde nos scientes sextā synodum ad destruendam hæresim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas cōstitutiones congregatam, capitula, quæ nobis sub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apostolica sedes nec aliquando ea accepit, nec obseruat hactenus. *Anastasius vero in præfatione in septimam synodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita scripsit:* Ergo regulas, quas Græci in sexta synodo perhibent editas, ita in hac septima synodo principalis sedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduersæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in ceterarum Patriarchalium sedium, licet græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis: nimirum, quia nulla earum, cum ederētur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inuenta est. Quamquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inuenti: sed nullis certe probare possunt indicijs.

Ex his ergo colligitur, quòd sexta synodus bis congregata est, primo sub Constantino, & nullos canones constituit: secundo sub Iustiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

Iuo septimā vocat

Vnde sancti Patres in eadem synodo secundo congregati dixerunt.

Iuo par. 4. c. 113.

¶ Constitutiones synodi sextæ. C. VII.

In oratione allocutoria Patrum, qui in Trullo cō uenerant, ad Iustinianum Imperatorē.

QVoniam [a] sanctæ, & vniuersales synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre suo Augusto [β], de mysterio fidei plenissime disputantes, canones non fecerunt, sicut ceteræ quattuor vniuersales synodi; propterea nos conuenientes in hanc Imperialem vrbem sacros canones conscripsimus. *Item.* ¶ Placuit huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula. *Item.* ¶ Confirmamus [γ] & ceteros sanctorum canones, & synodos, id est Nicænam, Ancyranam, Neocæsariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, Sardicensem, & Carthaginensem [δ], & opuscula Theophili Alexandrini episcopi, & Dionysii [ε] Alexandrini episcopi, & Petri Alexandrini episcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæsariensis episcopi, Athanasij episcopi Alexandrini, Basilij Cæsareæ Cappadociæ episcopi, Gregorij Nyseni episcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconiensis episcopi, Timothei Alexandrini episcopi, Gennadij † Constantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginensis episcopi, & synodum [ζ] suam.

c. 2. eius synodi.

ī. ead. c. placuit

Iuo. 4. 106.

Iuo par. 4. c. 134.

Pann. l. 2. c. 117.

† al. Germani.

a ¶ Quoniam.] *Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum, qui sextæ synodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in summam redacta.*

β ¶ De mysterio.] *Græce est,* [Greek illegible], *idest* fidei mysterium paterne declarantes.

γ ¶ Confirmamus.] *Iuo habet,* confirmamus sanctorum Patrum canones, & synodos, &c. *Græce est,* [Greek illegible], &c. id est, obsignando autem confirmamus & ceteros omnes sacros canones, qui á sanctis, & beatis Patribus nostris sunt editi, idest ab ijs, qui Nicææ conuenerunt, &c.

δ ¶ Carthaginensem.] *Apud Iuonem sequitur,* Constantinopolitanam sub Nectario, & opuscula Theodosij, al. Theophili, &c. *Græce autem est* [Greek illegible], id est & eorū, qui rursus in hac a Deo custodita, & imperiali vrbe conuenerunt sub Nectario imperialis huius ciuitatis præside, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit archiepš.

ε ¶ Et Dionysij.] *In canone græco vulgato sere est, quemadmodum antea apud Gratianum,* Dionysij Alexandrini episcopi, & martyris. *Sed apud Balsamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum restitutum est,* Dionysij archiepiscopi Alexādrinorum megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiscopi, & martyris. *Reliquas varietates per se accuratus lector notabit.*

ζ ¶ Et synodum.] *In isto canonis loco est error; quia illa synodus Cypriani probatur, in qua ipse cum multis aliis Africæ episcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptisma non recepisse: cum tamen B. Augustinus asserat aliam extitisse traditionem Apostolorum, & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis concilio exclusam fuisse tollitur.*

a QVoniam sanctæ.] CASVS Dicitur in hoc c. q quinta, & sexta synodus non ita plene canones fecerunt, sicut ceteræ synodi, & ideo sancti patres eiusdem sextæ synodi cōuenerunt apud Constantinopolim, vt canones conderent in eadem sexta synodo sub Iustiniano cōgregata super quo iam primo fuerant congregati, & dicitur quinta primo congregata sub Iustiniano propter maiorem auctoritatē, quia in ea confirmati fuerūt canones facti sub Constantino, quæ etiam sexta fuit. Sequentia capitula plana sunt vsque ad cap. quod dicitis.

b Sancta.] viij. hæc concilia dicuntur octo; quia octies sunt celebrata, vt hic dicuntur, & quattuor, quia in quattuor locis celebrata, vt ī. dist. proxi. sicut.

c Sexta synodus, &c.]

Item ex diurno [a] libro professio Romani Pontificis.

¶ Auctoritate Romani Pontificis sancta octo concilia roborantur. C. VIII.

Iuo par. 4. c. 132.

Pann. l. 2. c. 103.

SAncta [b] octo vniuersalia cōcilia, id est, primum Nicænum, secundum Constantinopolitanum, tertium Ephesinum, quartum Chalcedonense, item V. Constantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Constantinopolitanum vsque ad vnum apicem immutilata seruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & statuerunt modis † omnibus sequi, & prædicare; quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

† al. omnimodis. Iuo

a ¶ Item ex diurno.] *Integram professionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deusdedit Cardinalis in collectione canonum, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore sexta synodus, & prima, secunda, tertia, quarta, & quinta congregatæ sint, Beda in libro de temporibus, c. 65. scripsit dicens.

¶ De temporibus conciliorum. C. IX.

Iuo par. 4. c. 115.

Pann. l. 2. c. 113.

SExta synodus [c] vniuersalis Constantinopoli celebrata est, & græco sermone conscripta temporibus Papæ Agathonis, exequente, ac residente piissimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis Apostolicæ sedis, & episcopis cl. residentibus. ¶ Prima enim vniuersalis synodus in Nicæa congregata est contra Arium cccxviij. Patrum, temporibus Iulii [a] Papæ sub Constantino principe. ¶ Secunda in Constantinopoli cl. Patrū contra Macedonium, & Eudoxium temporibus

Dama-

Damasi Papæ, & Gratiani principis; quando Nectarius eidē vrbi est ordinatus episcopus. ¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Augustæ vrbis episcopum sub Theodosio magno principe, & Papa Cælestino. ¶ Quarta in Chalcedone Dcxxx. Patrū sub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandissimorum præsulem monachorum. ¶ Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilij Papæ sub Iustiniano principe contra Theodorum & omnes hæreticos.

Pann. l. 2. c. 113.

Iulij.] Certum est synodum Nicænam primam celebratam esse tempore Siluestri. Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est Bedam & alios errasse.

C. V.

Ans. in prolegom. In principio collectionis conciliorum

PRima autem synodus in Nicæa cccxviii. Patrum contra Arium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserebat, patrem scilicet maiorem, filium minorem, spiritum sanctum creaturam temporibus Constantini principis, & Siluestri Papæ Romani, Macharii Hierosolymitani, Alexandri Alexandrini; qui condemnata eadem hæresi statuerunt canones viginti: quorum auctor maxime præfatus† Alexander episcopus fuit. ¶ Secūda in Cōstantinopoli contra Macedonium, Constantinopolitanum episcopum, qui negabat spiritum sanctum Deum esse, temporibus Gratiani, & Theodosij principum, Damasi Papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, Nectarii† Constantinopolitani; qui condemnata præfata hæresi statuerunt canones tres: quorum maxime auctor Nectarius Constantinopolitanus fuit.

† *Sanctus Alexander*] orig.

† *deest in*] orig.

¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, temporibus Theodosii principis† iunioris, Cælestini Papæ Romani, Iuuenalis Constantinopolitani episcopi, Cyrilli episcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Nestorij blasphemiarum totidem capitula auctore eodem sancto Cyrillo anathematizando cōscripserunt. ¶ Quarta in Chalcedone sexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Constantinopolitanum abbatem, qui asserebat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hierosolymitani, Anatolii Constantinopolitani, qui condemnata præscripta hæresi statuerunt canones vigintiseptem: quorum auctor maxime idem sanctus Anatolius Constantinopolitanus episcopus fuit.

† *magni principis*] orig.

¶ Quinta in Constantinopoli contra Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud† esse Dei verbum, & aliud Christum, & sacram virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse, temporibus Iustiniani principis, Vigilii Papę Romani, Domnini† Antiocheni, Eutychii Constantinopolitani; qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & sociorum eius blasphemias.

† *al. alium Deum esse verbum, & aliū Christum*

† *al. Domni*

¶ Sexta in Constantinopoli cl. Patrum contra Macharium Antiochenum episcopum, & socios eius qui vnam volūtatem, & operationem in Christo falsa suspicione asserebant, temporibus Constantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgii Constantinopolitani: qui condemnata hæresi præfata, anathematizando scripserunt nouem capitula inferius annexa.

Prima.] Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetustiore Coloniensi An. M D X X X. & in manuscripta collectione, quam dictum est asseruari in bibliotheca Vaticana: sed non in collectione, quæ est in bibliotheca monastery Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationē, quæ nomen Isidori mercatoris quidem in manuscriptis peccatoris autē in impressis præfert. Et sane in illa præfatione tantum quatuor generalium synodorum mentio fit, sexta vero post Isidori Hispalensis ætatem est habita.

Alexandri.] Apud Anselmum est vt apud Gratianū. In originali, Alexandri Constantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, si vtraque coniungatur. Nam & episcopus Constantinopolis, & episcopus Alexandriæ, tempore illius synodi, Alexandri nomine vocabantur.*

Nectarij.] Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anselmum, Nectarij Alexandrini. *Emendatum est ex originali. Sed fortasse & hoc loco integra lectio hæc est,* Nectarij Constantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

Nouem.] In loco citato ex collectione Isidori legitur, scripserunt octo capitula, *& verba illa,* inferius annexa, *ibi non habetur. In conciliis deinde Coloniæ impressis post actionem sextæ synodi ex vetusto codice monasterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum sunt hæc verba,* scripserunt nouem capitula inferius annexa, *quæ apud Anselmum quoque habentur.*

PRima adnotatio] *Masori.* larg. q. non qui prior est tempore potior est iure, sed melior præferēdus est; quia non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur, vt 23. q. 4. sicut. & 40. dist. non loca. & c. multi. in fin. in Auth. de monachis. §. ordinatione. honestioribus enim honores debentur. arg. l. 25. distin. c. 1. in fin. & ff. de mune. & hono. honores. Argu. contra. C. de offic. magi. officiorum nemo agentiū, & 41. dist. miramur. & arg. contra. 65. distin. c. penul. & vlt. vbi de hoc in fin. & no. de hoc 67. dist. episcopus, Archid.

De hoc & in 74. dist. cōr rā. & facit ad hoc quod dixi l. eo. quoniā in versu. sexto. ibi videas. Archid.

§ epitua-

C. XI.

Deusdedit Cardinalis Anselmus in proleg. Ante eādem Isidori collectionem.

PRima adnotatio Ancyranæ synodi, quæ ante Nicænam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maiorem postponitur; in qua Patres xviii. statuerūt canones xxiiii.† quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus episcopus extitit. ¶ Secunda Neocæsariensis, quæ post Ancyranam, & ante Nicænam legitur fuisse, in qua Patres sexdecim statuerunt canones xiiii.† quorum auctor maxime Vitalis episcopus Salaminius† extitit. ¶ Tertia Gangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres xvi. statuerunt canones xx. propter quasdā necessitates ecclesiasticas; maxime contra Eustathium: qui dicebat, quòd nullus in coniugali ordine positus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quæ possideret, spem apud Dominum haberet; & multa alia venenosa, quæ enumerare longum est. ¶ Quarta Sardicensis, in qua Patres sexaginta statuerunt canones xxi. quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus, & Vincentius Capuanus episcopus, & Ianuarius Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus sanctæ Romanæ ecclesiæ legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix.† statuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Eusebius Palæstinensis episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicensis, in qua Patres xxxii. statuerunt canones lix. quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit. ¶ Septima Carthaginēsis, in qua Patres ccxvij.† statuerunt canones xxxiii. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis episcopus extitit. Etiam sanctus Augustinus Hyponēsis episcopus in eadē synodo legitur fuisse, tēporibus Honorii Augusti. ¶ Octaua Africana sub Theodosio minore Augusto: in qua Patres ccxvii. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuersa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi leguntur esse conscripti. ¶ Nona Arelatensis, in qua Patres cc.† statuerūt canōes quattuor: quorū auctores maxime Siluester vrbis Romę episcopus

in græco uulgato, & apud Balsamonem sunt xxv.

ibidem sunt xv.

al. Salaminianus

al. xxx.

al. ccxvij.

abest numerus à collectione etiam Vaticana

pus, & S. Marinus Arelatẽsis episcopus extiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidã asserunt. ¶ Decima itẽ Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maxime S. Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Vndecima item Arelatensis, in qua Patres xvi. statuerunt canones. ¶ Duodecima item Arelatensis in Vico Hortensij †, in qua Patres xi. statuerunt canones: quorum maxime auctor sanctus Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maxime Sarpidius † Arelatensis episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arausicensis, in qua Patres xvi. † statuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius episcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunensis ζ, in qua Patres xxvi. statuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæsarius episcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathensis, in qua Patres xxix. † statuerunt canones: quorum auctor maxime Cæsarius episcopus extitit. ¶ Septimadecima ⁎ Aurelianẽsis, in qua Patres lxxij. statuerunt canones: quorum auctor maxime Aurelius Arelatensis episcopus extitit, temporibus Clodouei Regis. ¶ Octauadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedonensis episcopus extitit. ¶ Nonadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxx. statuerunt canones, quorum auctor maxime S. Albinus Andegauensis episcopus extitit. ¶ Vigesima Aruernensis, in qua Patres xv. statuerunt canones: quorum auctor maxime Honoratus Breuensis † episcopus extitit. ¶ Vigesimaprima Maticensis †, in qua Patres xxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesimasecunda item Maticensis, in qua Patres lxxxvi. statuerunt canones: quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesima tertia Lugdunensis, in qua Patres xviij. statuerunt canones: quorum auctor maxime Philippus Viennẽsis episcopus extitit. ¶ Vigesimaquarta item Lugdunensis, in qua Patres xx. constituerunt canones: quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

† al. Hortensio

† al. Sapardus] al. Sapidius

† al. xvi.

† al. xxxiiij.

Hactenus in collectione Isidori impressa.

† al. Brinagensis] al. Borturicensis

† al. Matisconensis

Hactenus in collectione Isidori Vaticana

α ¶ Prima.] *Maior pars huius capitis, id est vsque ad finem versiculi,* Nonadecima, *habetur in collectione Isidori impressa, ante præfationẽ ipsius Isidori: In Vaticanâ autem vsque ad finem vers.* Vigesima prima. *Deusdedit, & Anselmus integrum ante suas collectiones habent. Neque vero summula hæc eiusdem Isidori esse potest: nam neque præfationi ipsius, neque collectioni respondet; in qua, vt cætera mittantur varietates, multa referuntur concilia Hispana, quorum hic nulla mentio.*

β ¶ Ante Nicænam.] *Sic est emendatum ex Anselmo, & Deus dedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur,* Antiochenam. *In collectione autem Isidori impressa legitur quidem,* Nicænam, *sed deest vox,* ante. *Sic autem legendum esse, quemadmodum est emendatum, ostendunt verba, quæ ipsum Neocæsariense concilium antecedunt,* οἱ κανόνες οὗτοι ... Νικαίᾳ ... *id est* q. canones posteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis sunt, *quo loco in collectione Isidori impressa mendose est,* Et hi quidem canones secundi sunt eorum, qui in Ancyra, & Cæsarea expositi sunt, *redundat enim illud,* & Cæsarea, *quare in recentioribus editionibus conciliorum omissum est. Similis error est in codice canonum Moguntino.*

γ ¶ Sexaginta.] *In codice canonum lx episcopi reperiuntur subscripsisse: sed postea additur,* & cæteri, & subscripserunt omnes episcopi diuersarum prouinciarum, vel ciuitatum, nu. cxxi. *Socrates lib. 2. c. 16. meo concilio ex occidentis partibus episcopos circiter ccc. conuenisse dicit, ex orientis vero lxxvi. qui etiam secessionem fecerunt. Idem Nicephorus lib. 9. c. 12. & Tripart. 10. Theodoretus autem lib. 2. c. 7. docet ex antiquis narrationibus, episcopos ccl. conuenisse. Omnino & in his, & Patrum, & canonum numeris multa sunt emendata. Sed in multis etiam satis visum est indicare varietates: nonnulla autem lectoris diligentiæ sunt reseruata.*

δ ¶ Et Ianuarius.] *Anselmus habet vt Gratianus. In collectione indicata est,* & Vincẽtius capuanus episcopus, & S. R. E. Legatus extiterunt. *In concilio ipso c. 18. nominatur Ianuarius Episcopus: in subscriptione vero in codice canonum, non nominatur, sed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calepodius Neapolitanus legatus S. R. E.*

ε ¶ Septima.] *hic numeratur tantummodo vnica synodus Carthaginensis, quæ habetur in codice canonum, de qua inferius xx. dist. c. de libellis. dicetur.*

ζ ¶ Epaunensis.] *Ita emendatum est ex aliquot manuscriptis, & collectione Isidori Vaticana. Nam antea legebatur,* Empanchsis. *Verumtamen in concilio Epaunensi impresso nullus Cæsarius nominatur: sed Auiti primum est mentio.*

η ¶ Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianensia, quorum hæc in concilijs impressis indicia continentur. In quinto Aurelianensi, subscribit primo loco Aurelius Arelatensis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonensis. In tertio subscribit quarto loco Albinus episcopus Andegauensis.*

a ¶ Septuaginta.] Sed contra 4. dist. in nouo 68. dist. corepiscopi. ibi enim dicitur, q discipuli fuerunt lxxij. secundum Hug. Dic, q minor numerus non excludit maiorem. arg. 10. q. 1. hâc. sic no. §. 15. dist. c. 1. ver. harum.

Sed quòd Nicæna synodus xx. canones supra statuisse dicitur, contrarium videtur ei, quod in epistola Athanasij inuenitur. Scribit enim Athanasius Alexandrinus episcopus Marco Papæ ita dicens.

In epistola Athanasij, & vniuersorũ Aegypti episcoporũ ad Marcum Papã: sed copiosius, quam hic.

¶ Epistola Athanasij postulantis capitula Nicæni concilij. C. XII.

Septuaginta Nicæni concilij capitula, quæ de præfata synodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, quæ sunt igne combusta, optamus, vt à vestræ sanctæ sedis auctoritate percipere per præsentes legatos mereamur. *Item.* ¶ Præsentibus nobis octoginta capitula in memorata synodo tractata sunt; quadraginta à Græcis, græca edita lingua, & quadraginta à Latinis similiter latina edita lingua. Sed visum est cccxviij. episcopis † spiritu sancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apostolicæ sedis Apocrysarijs, vt decem capitula adunarentur alijs, atque congruis locis insererentur, & ad formam lxx. discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, septuaginta tanti & tam excellentis concilij fierent capitula; quæ omnem Christianorum informarent orbem.

Iuo par. 4. c. 108. Pann. l. 2. c. 106. Ansel. l. 5. c. 59 Polycar. l. 3. tit. 10. Ibidem paulo superius

† Patrib. us] orig.

θ ¶ Septuaginta.] *Ex his Athanasij verbis constat, non omnes Nicænæ synodi canones aut græce, aut latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij multos ex illa canones citant, qui non sunt in his viginti, qui in manibus omnium versantur. De qua re scribit Isidorus in præfatione conciliorum tomis inserta. Et ex epistola quadam Gregorij decimi ad Regem Armenorum, cum concilium Lugdunense indixisset (quam manuscriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armenorum eo tempore extitisse. Sic enim scribit:* Quia vero multipliciter expedit, vt in eiusdem celebratione concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attente, quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica litera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris, celeritate transmittas. *Tomoti quoque, & Alexandria inuenti sunt octoginta canones Arabice scripti sub nomine huius concilij, qui Romæ in Arabica, & Armenia lingua scripti penes eundem Cardinalem Sirletum sunt, & nuper etiam in latinam linguam conuersi sunt, & impressi.*

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicæna synodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (vt Athanasius scribit) in ea statuta monstrentur? ¶ *His ita respondetur: Capitulorum Nicænæ synodi quædam in desuetudinem abierũt: viginti tantum in Romana ecclesia habentur.*

Vnde Stephanus Papa scribit dicens Luythobio episcopo Moguntino.

¶ Nicæni

a ¶ *Viginti.*] A Sardicensi.

Q *Vod dicitis.*] C A S V S. Clerici Constantinopolitani dicebant se non habere statuta concilij Sardicensis, vel sanctorum Patrum, nec recipere, sed Papa redarguit eos dicens, non esse facile credendum eos non habere statuta illa, cum publice penes eos facta fuerunt, & cum tota ecclesia ea recipiat, Constantinopolitana ea recipere debet.

b ¶ *Regionibus.*] hic est duplex arg. vnum tale. ex quo omnes alij hoc faciunt, ergo & tu obseruabis hoc, vt not. s. 12. dist. illud & c. quemadmodum. Item arg. quod nulli licet ignorare ea, quæ publice facta sunt. 12. q. 2. qui & humanis. 8. q. 1. licet. 11. q. 3. cure. 20. dist. si decreta. 87. distin. c. vlt. 33. q. 2. paratus. ff. de institutoria ac. sed & si. §. præscribere. C. de lib. cau. si filia. extra de postu. prælat. ad hæc [1] argu. contra. 82. dist. proposuisti. & 1. q. 1. si qui à simoniacis. & 24. q. 1. si quis dederit. primum regulare secundum casuale propter casum ignorantiæ. extra qui ma. ac. poss. cum in tua.

Facta publice debent ab omnibus sciri.

1 Vnde hoc. & extra. de consti. ex granssommes. magio. vlt. Arch.

dum ad condendum canones cõgregaret: sed Marcellus dicit, quod nõ põt sine licentia Papæ quiuis posset particularem synodũ facere.

d ¶ *Synodum.*] scilicet generalem.

A D D I T I O. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter statuendum. Archid.

¶ Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur. C. X I I I.

V Iginti [a] tantum capitula Nicænæ synodi in sancta Romana ecclesia habentur, sed quo neglectu alia defecerint, ambiguum est. Plurimi arbitrantur ea Antiocheno concilio esse inserta. — Iuo p. 4. c. 232. Pann. l. 2. c. 107

¶ *Apud Iuonẽ parte quarta c. 232. habetur magis integrũ hoc caput.* Capitula Nicæni cõcilij testimonio Athanasij septuaginta in figuram septuaginta discipulorum scripta non dubitamus, è quibus viginti tantum in ecclesia sancta Romana, & quæ sequuntur.

Sardicense quoque concilium auctoritate Nicolai Papæ recipitur. Vnde idem scribit Clero† Constantinopolitano.

† al. clerico

¶ Auctoritate Apostolica Sardicense concilium recipitur. C. X I I I I.

Habetur in epistola 6. quæ prima ad Photium est.

Q Vod dicitis neque Sardicense cõcilium, neque decreta † alia vos habere sanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicense concilium, quod penes vos in vestris regionibus [b] actum est, & omnis ecclesia recipit, qua ratione conuenerit †, vt hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abijceret; &, vt dignum est, non retineret? — Iuo p. 4. c. 135. Pann. l. 2. c. 117. ver. Quod dicitis.]

† decretalia vos

† al. conuenerat

DISTINCTIO XVII.

G *Eneralia [a] concilia quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritas ceteris præmineat, sanctorum auctoritatibus supra monstratum est. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apostolicam sedem est.*

Vnde Marcellus Papa scribit Maxentio [a].

a ¶ Maxentio.] *Antea legebatur*, Maxentio episcopo. *In tomis autem conciliorum in epistola inscriptione est*, ad Maxentium tyrannum, *sed in principio epistolæ ipsius est*, Marcellus Maxentio, *quæ lectio visa est retinenda.*

¶ Absque Romani Pontificis auctoritate synodus congregari non debet. C. I.

S Ynodum [d] episcoporum absque huius sanctæ sedis auctoritate (quamquam quosdam episcopos possitis congregare [e]) non potestis regulariter facere. Neque [a] vllum episcopum, qui hanc appellauerit Apostolicam sedem, damnare, antequã hinc sententia definitiua procedat. Nam si seculares in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, quî super illos sunt? De quibus dictum est [Ego dixi, Dij estis.] — Ansel. l. 2. c. 60. Iuo p. 4. c. 140. Polyc. l. 1. c. al. tit. 13. — Psal. 81.

a ¶ Neque vllum episcopum.] *hinc vsque ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus in rescripto contra orientales pro Athanasio c. xxix.

¶ Non est ratum concilium, quod auctoritate Romanæ ecclesiæ fultum non fuerit. C. I I.

R Egula vestra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc cõcilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ Legatus † [f] interfuit; canonibus præcipientibus sine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum est [g], aut erit vmquã concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate. — Ansel. l. 2. c. 47. Polyc. l. 1. c. 13. — † al. legatio

Item Damasus Papa. I ad Stephanum, epist. 3.

G *Eneralia.*] Hæc distinctio diuiditur in tres partes. In quarum prima magister intendit probare, quod nullum robur habet concilium generale sine licentia Papæ celebratum. Secũda ibi, *Quapropter.* Tertia ibi, *Hinc etiam.* C A S V S. Supra distin. 15. c. 1. & 16. c. sexta. ostensum est quo tempore generalia cõcilia celebrata fuerunt, & quorum auctoritas ceteris præeminebant est similiter ostensum. In hac vero 17. dist. ostendit, quod tãntum auctoritate sedis apostolicæ possunt congregari, & hoc probat per cap. seq.

c ¶ *Generalia quoque concilia.*] In hac 17. distin. ostenditur qui possunt facere concilia. Sunt autem conciliorũ quædam vniuersalia, quædam particularia siue prouincialia, quædã episcopalia. Vniuersale est quod a Papa, vel eius legato cũ omnibus episcopis statuitur: [a] particulare, siue prouinciale est, quod metropolitanus, vel primas facit cũ suffraganeis suis, vt 18. dist. c. 1. 92. dist. si quis eps. Sed vniuersale nõ debet fieri sine auctoritate Papæ, vt hic, nec particulare sine auctoritate metropolitani, vel primatis, nec epale sine auctoritate epi, metropolitanus tamen potest facere conciliũ sine auctoritate primatis, vt 92. dist. si quis eps. similiter eps sine auctoritate metropolitani, vt 38. dist. quando. & 15 q. 2. placuit. Nec ob. quod legitur. 3. dist. prox. c. propter. in fine. & c. pe. quia illud est intelligendum de prouincialibus concilijs, vel intellige illud de canonibus constituendis. Ioan.

a Vniuersale enim concilium sine auctoritate Papæ vel eius legati celebrari nõ potest] c. 1. & 2. 3 dist. 3. §. porro. Archid.

S *Ynodum.*] C A S V S. Maxentius eps volebat generalem synodum ad condendum canones cõgregare: sed Marcellus dicit, quod nõ põt sine licentia Papæ quiuis posset particularem synodũ facere.

e ¶ *Congregare.*] Cum conueniunt epi ad examinandam causam criminalem alicuius clerici in sacris, & secundum hoc est arg. quod talis congregatio episcoporum non dicitur synodus generalis.

R *Egula*] C A S V S. Orientales epi facti hæretici multas fecerunt facto concilio constitutiones: cui cõcilio, nec Papa, nec eius legatus interfuit. Et ideo Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel quod in eo est statutum. & hoc probat auctoritate canonũ dicentiũ, cõcilia sine auctoritate sedis Apo. fieri nõ debere. C A S V S seq. cap. patet.

f ¶ *Legatus.*] ad hoc speciãliter destinatus, aliãs nõ posset legatus facere concilium, vt no. s. dt. 3. c. regula. §. porro. & ext. de off. le. quod translationẽ.

g ¶ *Ratum est.*] arg. quod id quod nullum est, non potest ratum habere,

beri, vt not. 9. q. 2. c. nullus alterius. extra de elect. in fitis.

a *Huic soli sedi concessa.*] Hic expresse habetur, quòd illud quod soli Papæ competit, non transfertur generali mandato: nisi specialiter mandetur, vt extra de off. leg. quod translationem: quæ autem illa sint, dixi 12. dist. preceptis. & alia habes ex-

senten. excom. inter. de iudi. cum venissent.

c *Ad recipiendam.*] Eo ipso quòd quis errat, non dicitur hæreticus, si paratus est corrigi, vt 24. q. 1. hæc est fides. sed si dubitat de fide, hæreticus dicitur, vt extra de hære. c. 1.

d *Per seculares.*] Possunt ergo laici coercere clericos etiam nõ depositos in casibus, vt not. 23. q. 5. principes. aliàs autem etiam depositum non potest laicus punire: nisi incorrigibilis sit, vt extra de iudi. cum non ab homine. nunquam enim clericus quantũcumque sit criminosus tradendus est curiæ seculari, dum modo possit corrigi per ecclesiasticam potestatem, vt 81. dist. dictum. extra de iudi. at si clerici. nisi in crimine falsi litterarum Apostolicarum, vt extra de crimi. fal. ad falsariorum. Itẽ habes hic, quòd vbicumque deficit ecclesiastica potestas, semper recurrit ad brachium seculare, 11. q. 1. petimus. & 23. q. 5. de Liguribus.

Papæ soli competens, generali mandato non transfertur.

Laici vtrum possint aliquando clericos punire. His vtrum quæ leguntur & notantur 17. q. 4. de presbyterorum. Archid.

¶ Nullus vsurpet concessa Romanæ ecclesiæ. C. III.

Ans. l. 2. c. 55. Polyc. l. 1. c. 17.

HVic soli sedi concessa nullus vsurpare sine eius consultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus, vt contemptor, iudicari.

Item Gregorius[a].

al. Pelagius Papa Valeriano Patritio

¶ Absque Apostolicæ sedis auctoritate synodum particularem contra vniuersalem aliquibus congregare non licet. C. IIII.

Iuo p. 4. c. 139. Ans. l. 12. c. 43. Polyc. l. 1. c. 14.

NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem [b] synodum[β] congregare: sed quoties aliqua de vniuersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem, aut sponte ij, qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam sedem pro recipienda ratione conueniant: aut si forte (sicut de talibus scriptum est [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit]) ita obstinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint; eos ab eisdem Apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per seculares comprimi [d] potestates.

Apostolicas sedes] Iuo. *al. percipienda* *al. quibusdam* Prou. 18. *al. opprimi*

a Gregorius.] *Hoc proculdubio est Pelagii, sicut ab Anselmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apostolicas sedes recurrendum esse, cum inferiores episcopi, aut quiuis alii cognoscere desiderarent quid in aliqua vniuersali synodo esset constitutum, & valde illos condemnandos, qui Apostolicis sedibus non communicant, vt 23. q. 5. c. non vos. & c. de Liguribus. Ex hoc autem capite, nos tamen. & capite, istud. 11. q. 1. habetur integra epistola Pelagii, quemadmodum ab Anselmo refertur. Verum in Polycarpo notatur ex Gregorio, & in margine est additum,* ad episcopos Mauritaniæ. *Atque in summariis capitum dictatus ipsius Papæ, qui habetur lib. 2. Registri Gregorii septimo inter cetera hoc est,* quod nulla synodus absque præcepto summi Pontificis debet generalis vocari.

β Synodum.] *Apud Anselmum, Iuonem, & in Polycarpo adduntur hæc,* ad iudicandum vniuersalem synodum. *Hoc enim est, quod prohibetur hoc à Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi peruersitate adducti nolebant quintum concilium recipere, (Qua de re B. Gregorius, lib. 7. epist 53. & alibi sæpe) & particularem synodum vniuersali, ac sedium Apostolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, siue Gregorius, ne episcopi possint diœcesanas, & Metropolitæ prouinciales synodos conuocare, sed ne ipsas ad iudicandam vniuersalem synodum congregent, atque ita est in rubrica emendatum.*

Item Pelagius Papa II. episcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani, epist. 1. c. 1.

¶ Non est concilium, sed conuenticulum, quod sine sedis Apostolicæ auctoritate celebratur. C. V.

Ans. l. 2. c. 36. Polyc. l. 1. c. 14.

MVltis denuo Apostolicis, & canonicis, atque ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis concilia celebrari. Quapropter, vt iam dictum est, rectè non concilium, sed vestrum conuenticulum, vel conciliabulum cassatur, & quidquid in eo actum est, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte, vt nullius hortatu [e] talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communione carere non vultis. *& infra.* Si vero in qualibet prouincia ortæ fuerint quæstiones, & inter ipsius prouinciæ episcopos discrepare cœperit ratio, atque inter ipsos dissidentes non conueniat; ad maiorem [f] tunc sedem referantur. Et si illic facile, & iuste non discernuntur; vbi fuerit synodus regulariter congregata, canonice, & iu-

Cap. 3.

Ad idem 23. q. administratores.

Casus. MVltis.] Hoc ca. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, quòd Cõstantinopolitani episcopi celebrauerunt concilium ad vocationẽ Ioãnnis, qui tũc erat patriarcha: quod factum fuit absque sedis Apostolicæ licentia: quare Papa conciliũ illud euacuat & cassat, & quidquid in eo fuit constitutum, & prohibet ne decetero talia fiant. In secũda parte, quæ incipit ibi, *Si vero.* dicitur, quòd si episcopi cœperunt super aliquo discrepare negotio, referatur quæstio ad sedem archiepiscopi, vel patriarchæ: & si ibi non potest terminari, referuetur ad synodum episcoporum: difficiliores vero quæstiones ad sedem Apostolicam referuentur.

e *Hortatu.*] Argu. quòd auctoritas superioris nõ excusat, vt 11. q. 3. quicumque militum. argu. contra 12. q. 2. de rebus. 63. dist. Salonitanæ. Tu dic, quòd in leuibus excusat, aliàs non.

f *Ad maiorem.*] idest, ad metropolitanum: & ita cum appellatur ab omnibus episcopis prouinciæ ad metropolitanum, videtur, quòd metropolitanus solus maior sit omnibus episcopis prouinciæ: quia de pari ad parem non licet appellare. 2. q. 6. c. anteriorũ. ver. illis videlicet. Item hic appellatur à metropolitano ad concilium metropolitanum. J. 2. q. 6. omnis. & sic cõcilium est maius ipso metropolitano. & sic appellatur ab aliquo ad se ipsum cum aliis, & est simile ff. quando appell. sit l. 1. §. solent. Sed quid est, quòd hic dicitur, quòd si dissentiunt episcopi, recurratur ad superiorem? quare non statur hic sententiæ plurium. 65. dist. sane? Intelligunt quidam, quòd hoc dicitur in causa criminali episcopi, vbi oportet omnes episcopos consentire, vt 6. q. 4. c. 1. & 2. Sed potest intelligi in eo casu, quando in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter episcopos: tunc recurritur ad sedem superiorem. Vel intelligas in eo casu etiam quando dissentiunt episcopi in sententia, non

extra de off. leg. quod translationem:

NEc licuit.] Casus. Celebrato concilio quinto apud Constantinopolim, episcopi Venetiæ, Histriæ & Liguriæ volentes recipere statuta illius concilij, conuenerunt ad examinandũ, an illa statuta essent bona, vel mala, cõtra quos inuehitur Gregorius dicẽs, quòd si aliqua dubitatio emerserit de statutis in eodẽ concilio, mittere debebant ad sedem Apostolicam. Si vero fuerint contumaces, ab ecclesia sunt coercendi, & si per ecclesiam non possunt, per secularem debent comprimi potestatem.

b *Particularem.*] Ad aliquid generaliter statuendum, vel ad reuocandum illud, quod in vniuersalibus concilijs est statutum, vt isti episcopi, qui volebant retractare statuta Constantinopolitanæ synodi. videtur hic, quòd ad solum Papam spectat interpretari statuta vniuersalis concilij, vt extra de concess. præben. & eccles. non vacan. dilectus. Argu. contra, quòd ab omnibus episcopis, vel a sanıori parte eorum qui interfuerunt, potest fieri interpretatio; quia ab eo iudice prodire debet interpretatio, qui ius statuit, extra de

Vel dic quòd per similarum dicitur propter illos, qui partem faciunt, scilicet hæreticorum, quibus nullo modo licet concilium celebrare, secundũ Lauren.

Statuta vniuersalis concilij per quos possint interpretari.

Vbi de hoc. & 86. dist. an putabis. Archid.

Appellatur de episcopis prouinciæ ad metropolitanum.

Ex hoc dicto vt. quòd concilium potest cognoscere de causis dissidentium metropolitanorum. de hoc dicam 11. q. 1. si clericus. ibi videas. Archid.

non ꝙ sententiam aliquam proferant, sed videtur quibusdam vno modo sententia, alijs alio modo.

a ¶ *Maiores.*] vt de fide, vt 24. q. 1. quoties.

C ¶ *Oncilia.*] CASVS. Quidam episcopi singulis annis sine sede Apostolica concilia faciebant, quare Symmachus Papa ea cassat, cum nõ inueniatur aliqd cõstitutũ sine auctoritate sedis Apostolicæ, immo semper ei maiora negocia referuntur.

tur rex conferre decanatum: sed hoc forte ex consuetudine, & ex priuilegio. 16. q. 1. hinc etiam.

g ¶ *Immunis.*] 3. 2. q. 7. §. item cum Balaam. in fi. contra, ibi dicit, ꝙ simoniacus post restitutionem tenetur respondere accusatoribus. Sed dic, ꝙ primo fuit accusatus de hæresi, sed cũ appareret ca-lum-

ste iudicentur. Maiores ᵃ vero & difficiliores † quæstiones (vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur.

† al. difficiles

Item Symmachus Papa.

In lib. Enno. p defensiõe 4 & 5. syn. sub Sym pp

¶ Prouincialia concilia sine Romani Pontificis præsentia pondere carent. C. VI.

COncilia sacerdotum ᵇ ecclesiasticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia præsentiam Papæ non habent, valitudinem perdiderunt ᵃ ᶜ Legistis † insanissimi, aliquando in illis præter Apostolici apicis sanctionem aliquid constitutũ; & non de maioribus negotijs ad cõsultationẽ † , si quid occurrerit, præfatæ sedis arbitrio fuisse seruatũ?

Iuo p. 4. c. 142. Ans. l. 2. c. 56. Polyc. l. 2. tit. 7.

† al. Legite

† collationem] orig.

a ¶ Perdiderunt.] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus est nota interrogationis. Sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tamquam absurdum quidpiam obijcientium. Quibus Ennodius in sequentibus verbis respondet, Legite, &c.*

3 [*Hinc etiam cum auctoritas Theodorici Regis ex diuersis prouincijs ad vrbem Romam sacerdotes conuenire præcepisset* ᵈ; *vt sanctum cõcilium iudicaret de ijs, quæ venerabili Papæ Symmacho præsuli Apostolicæ sedis ab aduersarijs ipsius dicebantur impingi; Liguriæ, & Aemiliæ, seu Venetiarum episcopi suggesserunt ipsum, qui dicebatur, impetitus, debere synodum conuocare, scientes, quia eius sedi, primum Petri apostoli meritum, deinde secuta iussione* † ᵉ *Domini, conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesijs tradidit potestatem, nec antedictæ sedis antistitem minorũ subiacuisse iudicio*]& *infra.*[¶ *Ad hæc serenissimus Rex, Deo adspirãte respondit synodalis esse arbitrij in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam* ᶠ *de ecclesiasticis negotijs pertinere, committens etiam potestati Pontificum, vt siue propositum vellent audire negotium, siue nollent, quod magis putarent vtile deliberarent, dummodo venerandi prouisione concilij pax in ciuitate Romana daretur* † *: episcopi vero in synodo residentes congregata auctoritate eiusdem Symmachi dixerunt: Symmachus Papa sedis Apostolicæ præsul ab huiusmodi oppositionibus* † *impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis* ᵍ, *& liber, cuius causam totam Dei iudicio reseruamus.*] *& infra.*¶ [*De clericis vero memorati Papæ, qui ab episcopo suo ante tempus* ʰ *contra regulas discesserunt, & schisma fecerunt; hoc fieri decernimus, vt* † *illi satisfacientes episcopo suo misericordiam consequantur, & officijs ecclesiasticis se gaudeant restitui.*] *ibidem infra.*¶ [*Laurentius ecclesiæ Mediolanensis episcopus huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi. Petrus ecclesiæ Rauẽnatis episcopus sub eisdem verbis subscripsit, & post eum septuaginta quinque episcopi.*] *Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda misericorditer, & dispensatiue factum dinoscitur.* ¶ *Hoc quoque notandum est, quòd in hoc concilio, & in alia synodo* ⁱ *Symmachi Papæ, ante Rauennatem episcopum Mediolanensis subscripsisse, & respondisse legitur: ex quo & sedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.*

Verba omnia sumpta sunt ex quarta synodo Romana sub Symmacho.

† iussione] Vatic. cod. & Nicola⁹ ad Michaelem Imper. pag. 501.

† Christianis omnibus redderetur] orig.

Ibidem infra

† al. propositionibus] orig.

† vt eos satisfacientes episcopo suo misericordia subsequatur] orig.

Ait enim Gregorius primus lib. 7. reg. epist. 112. Syagrio episcopo Augustudunensi.

C. VII.

EPiscopos secundum ordinationis suæ tempus ᵏ, siue ad considendum in concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet alia

Ans. l. 6. c. 134.

b ¶ *Sacerdotum.*] idest episcoporum.

c ¶ *Perdiderunt*] Not. ꝙ aliquis dicitur perdere quod numquam habuit, sic 5. q. 6. quia iuxta. 23. q. 4. Guilisarius. 23. dist. quorumdam ¹ ᵃ, sic 33. q. 2. ꝙ vero, & c. Moyses.

¹ Vbi de hoc. Archid.

HINC ETIAM. Hæc est a pars distin. in qua ponitur quid iuris sit de synodis.

CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ Symmachus Papa erat de quibusdam criminibus diffamatus; Vnde Theodoricus Rex veniens Romam, concilium congregauit, vt examinarentur ea quæ obijciebantur Papæ; Tunc surgentes episcopi Liguriæ & Aemiliæ & Venetiæ dixerũt Imperatori, ꝙ ad Papam spectabat conuocare cõcilium; Imperator ad hoc benigne respondit omnia esse in potestate synodi: cõmittens negotium auctoritati Pontificum, dummodo pax in ciuitate Romana seruet. In scda parte quæ incipit ibi, *Episcopi vero*, dicitur, ꝙ epi ibi cõgregati auctoritate eiusdem Symmachi interueniente absoluerũt ipsum ab humano iudicio, a solo Deo iudicandũ, & restituendos clericos, qui recesserant à Symmacho Papa, in suis officijs decreuerunt; dummodo primo Symmacho satisfaciãt; Cui statuto primo subscripsit Laurent.ᵃ episcopus ecclesiæ Mediolanensis, secundo Rauennas, & postea lxxv. epi. Omnia quæ postea sequuntur, plana sunt vsque ad dist. 18.

d ¶ *Præcepisset.*] Isti episcopi venerunt ad citationem Regis, non quòd venire tenerentur, sed vt reuocarent eum ab errore suo. Simile ad hoc extra de exceptionibus, olim.

ᵃ *Concilia proprie non dedit vnde prima tñ Romanæ ecclesiæ, sed explicarũt datum à Domino.*

e ᵃ *Iussione Domini.*] Habet ergo Romana ecclesia auctoritatem à concilijs, sed Imperator à populo, vt 93. dist. legimus. in fi. Contrarium huic signatur a 21. dist. quamuis. & 22. dist. omnes. vbi dicitur, ꝙ Romana ecclesia habet primatũ à Domino, & nõ à cõcilijs. Sed hic principaliter habuit à Domino, secundario à concilijs.

f ᵃ *Reuerentiam.*] Debet Imperator reuerentiam ecclesiæ; sed de rebus ecclesiæ nihil potest disponere, vt 96. dist. bene. vnde nec dignitates, nec præbendas dare potest ᵃ, vt 16. q. 7. si quis deinceps. arg. contra, extra de consuetu. cum inter. in parte decisa. vbi dici-

ᵃ Contra not. 10. dist. imperiali bi dixi. Arch.

lumnia accusantis, postea fuit absolutus, vt hic dicitur.

h ¶ *Ante tempus.*] quod fieri non debuit, vt 8. q. 4. nonne. §. illud.

i ¶ *Synodo.*] vt 96. dist. bene.

k ¶ E *Piscopos.*] *Tempus.*] Generale est, ꝙ qui prius dignitatẽ receperunt, præferendi sunt alijs ᵃ, vt 74. dist. eporum & 75. dist. c. vlt. & extra de maio. & obed. c. 1. quoniam ille gradus cæteros antecedit, quẽ labor plurior & stipendia lõgiora tẽcerũt antestre, vt C. de offi. ma. offi. l. nemo. nisi aliquis receperit dignitatẽ à principe: ille enim præponitur alijs, vt extra de maio. & obed. per tuas. & ff. de albo scrib. l. 2. & nisi sint loco metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis, qui licet sint posterius ordinati, tamẽ præponuntur alijs, vt hic in Palea, placuit dist. prox.

ᵃ Ordo inter beneficiatos ... Contra 16 ... fin. 6 ... ver. ... nomina ... in d... h.c. ...

E *Piscoporum.*] Hæc distinctio diuiditur in tres partes: In prima probat, quod concilia episcoporum debent fieri bis in anno; & hoc probat per sex canones: quod tamen correctum est. Secunda ibi, *Quoniam quidem.* Tertia ibi, *Singuli.*

bet exigere ab episcopis conuenientibus ad concilium. addit de pœna episcopi, qui vocatus ad synodum non venit. In fine dicit, quod intra sex menses debet episcopus indicare suis subditis ea, quæ in concilio acta sunt.

b *Constituendum.*] Illud non est verum; quia episcopi bene possunt condere canones episcopales, & archiepiscopus prouinciales; quia quilibet populus, & quælibet ecclesia sibi potest statuere aliquod ius, vt 1. distinct. 1. ius ciuile. & 8. distin. quæ cōtra. & 11. distin. catholica. & 12. dist. illa. & de consec. dist. 3. cap. 1. & extra de fer. conquestus. sed de maiorib. negotijs nō possunt aliquid statuere, vt hic, & 12. distinct. præceptis, vbi de hoc.

re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare.

Verum tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur, sicut ex consuetudine Cardinalium sancta Romana ecclesia, & episcoporum vniuscuiusque prouincia euidenter apparet.

DISTINCTIO XVIII.

EPiscoporum [a] *igitur concilia, vt ex præmissis apparet, sunt inualida ad definiendum, & constituendum* [b] *non autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria episcoporū concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etsi non habent vim constitutionis* [†] *habent tamen auctoritatem imponendi, & indicendi, quod aliàs statutum est, & generaliter, seu specialiter obseruari præceptum.*

[*Ex Cabilonensi concilio, c. 6.*]

¶ *In peruetusto Gratiani codice palea hæc est in extremo præcedentis distinctionis, conueniique cum vltimo illius capite*, episcopos. *Ex Cabilonensi autem citant etiam cæteri collectores. extat vero in Bracarensi primo, c. 24. & concordat cum c. 83. concilij Mileuitani, & c. 53. concilij Africani.*

PALEA. C. I.

Burch. l. 1. c. 55. Iuo p. 5. c. 265. Pann. l. 4. c. 20.

[†] *al. sedendi deferat*

PLacuit, vt conseruato Metropolitani primatu cæteri episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alij deferat [†] locum.

Vnde Leo primus, epist. 82. c. 7. Anastasio Thessalonicensi episcopo.

¶ Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrentur. C. II.

Burch. l. 1. c. 43. Iuo p. 4. c. 241. Pann. l. 4. c. 23. Poly. l. 3. tit. 19.

DE conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quàm sancti Patres salubriter ordinarunt, vt scilicet bini [c] conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus [d] querelis, quæ inter diuersos ecclesiæ ordines nasci assolent, iudicetur. At si forte inter ipsos, qui præsunt, de maioribus (quod absit) peccatis causa nascatur;

Poly. l. 1. tit. 15.

quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus [e] curabit instruere [f], & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est, transferatur.

Item ex Nicæno concilio, c. 5.

¶ Quo tempore concilia episcoporum sint celebranda. C. III.

Poly l. 3. tit. 19.

HAbeatur semel cōcilium ante dies quadragesimæ [g], vt omnibus, si quæ sunt, simultatibus [h] amputatis, mundum [¶] ieiunium, & solenne Deo possit offerri: secundum vero agatur circa tempora [i] autumni.

¶ Mundum.] *Caput hoc est ex versione, qua vsus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est,* mundum solenne Deo munus; *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est,* mundū, & solenne Deo munus. *Græce est,* ἵνα πάσης μικροψυχίας ἀναιρουμένης τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ θεῷ, id est, vt omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c. 20.

D *E conciliis.*] CASVS. In hoc c. statuit Leo, vt concilia episcoporū fiant bis in anno, & ibi clericorum quæstiones dirimantur: & si ibi dirimi non possunt, referantur ad primatem: & si nec ibi poterunt terminari, ad sedem Apostolicam referantur.

c *Bini.*] Hoc corrigitur j. eo. quoniam. & extra de accu. sicut olim.

d *De omnibus.*] ad eos spectantibus.

d *Ordines.*] Id est, laicos vel clericos. loquitur Primati vel Patriarchæ.

e *Metropolitanus.*] Nota quòd in magnis negotijs semper consulet archiepiscopus suū Primatem, vt hic, & 65. distinctione, de persona. & 6. quæst. 4. si inter episcopos. Item habes hic, quòd Primas non debet interesse concilio metropolitano. & 92. distin. cap. pen. & 11. q. 1. si clericus aduersus.

f *Instruere.*] Ergo iudex à quo appellatur, potest instruere iudicem ad quem appellatur, & eius causam quare non recipit eius appellationem, & exemplum sibi reddere debet, vt ff. de appella. recip. l. sciendum. non tamen tamquam testis, vt 2. q. 6. statuendum.

Ecclesia quælibet pôt sibi ius statuere.

Primas in concilio archiepiscopi non debet interesse.

CASVS. Dictum est supra & ostensum, quòd episcopi non possunt celebrare concilia sine licentia Romanæ sedis, in quibus aliquid generaliter definiant, vel statuant: ad correctionem tamen concilia celebrare, & indicere quæ iam statuta sunt generaliter vel specialiter, possunt.

a *Episcoporum.*] Hic intitulatur 18. distin. In proxima distinc. magister ostendit, quòd prouincialia concilia nihil generaliter possunt constituere: ideo consequenter ostendit ad quid sint vtilia; addit etiam quotiens in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate sint celebranda; & quòd metropolitanus nihil de-

H *Abeatur.*] Casus trium sequentium capitulorum plani sunt.

g *Dies quadragesimæ.*] In seq. cap. dicitur, quod post tertiam hebdomadā Paschæ, sed iste canon præiudicat illi, quia iste canon est Nicæni concilij; vel loquitur secundum diuersas consuetudines. 16. dist. cap. sexta. ver. primo.

ADDITIO. arg. 76. dist. vtinam. Archidiaconus.

h *Simultatibus.*] Simultas est odium priuatum. 65. distinct. cap. tertio.

i *Circa temporis.*] Idibus Octobris, vt j. cap. seq.

† 18. dist. par. i. c. concilia. secun. clerum Hugonem.

§ vt j. eo. c. 2. & 3. c. personam & c. quoniam.

Oporr.

a Propter.] ¶ Admoneant.] id est, conuocet, vel proprie, & sic est arg. quod mora potest purgari, licet certus dies sit appositus, aliàs quare admonerentur? sic j. ea. dist. quoniam. & extra de concess. præben. & eccle. non va. quia diuersitatem. & ff. de peri. & cō. rei ven. l. 1. §. licet autem. Arg. cōtra extra de elect. cum in cunctis. arg. contra 7. q. 1. præsentiū. & 10. q. 2. puella. & C. de contrah. stipu. magnā. & extra de dolo & contuma. cum dilecti. Sol. vbi dies præfigitur à canone, mora potest purgari: secus si ab homine præfigitur dies. arg. ff. de arb. si cū dies. §. vlti. & l. Celsus. Io. Sed hoc non est verum, vt extra de sup. neg. præ. licet. ibi dici videtur, quod mora purgari non possit. sed certe noua decr. dicit quod in solutione pensionis mora intra breue tempus possit purgari, vt extra de loc. c. vlt. sed illa loquitur in alio casu quam decre. licet. Vel dic, quod illa corrigit decre. licet. B.

celebrabant, quod apparebat ex eo, quòd correctione egebant multæ res ecclesiasticæ, quæ iam neglectæ fuerāt: Quare statutum fuit in synodo, vt bis in anno episcoporum cōcilia celebrentur ad correctionem eorum quæ fuerunt emendanda. Statuit etiam quòd omnes episcopi prouinciæ intersint: nisi necessitate aliqua excusentur,

[1] Id est, aliis diei non fa... aliquem esse in ... Lau.

¶ Ad morum correctionem, & controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat. C. IIII.

Propter ecclesiasticas causas, & quæ existunt, controuersias dissoluendas, sufficere visum est bis in anno per singulas prouincias episcoporum concilium fieri, semel quidem post tertiam hebdomadam Paschalis festiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ consequitur, id est [a] media Pentecoste, concilium compleatur [β]. Admoneant autem comprouinciales episcopos ij, qui in amplioribus, id est in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum vero conciliū Idibus [b] Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi † mensis [c], decimus [γ] inuenitur. In ipsis autem concilijs, & presbyteros, & diaconos præsentes esse oportet, & omnes [d] quotquot se læsos existimant, & synodicam expectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia [e] sine Metropolitanorum episcoporū conscientia facere, quibus de omnibus causis constat [f] permissum esse iudicium.

Burch. l. 1. c. 44. Iuo p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Polyc. l. 3. t. 19.

• Vide in his locis Io. Bap. Pal. annotationem ad ... Kalendas, nonas, & idus.

[a] ¶ Id est media.] *Antea legebatur*, & in medio temporis inter Pascha & Pentecostem, *nec multo aliter apud Iuonem*, id est medio temporis, &c. *Sed repostta est hæc lectio, ex plerisque Gratiani exemplaribus, & collectione Isidori, in qua est hæc eadem versio. Nam cæteri collectores secuti potius videntur versionem Dionysii, quæ est in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Panormia hoc loco habeant*, id est medio Pētecostes, *vel*, in medio Pētecoste. *vbi in versione Dionysii est*, ita vt quarta septimana Pētecostes, *verbū plane e verbo. Græce enim est*: ὥστε τῇ τετάρτῃ ἑβδομάδι τῆς πεντηκοστῆς.

[β] ¶ Compleatur.] *vocem*, ἐπιτελεῖσθαι, *Dionysius vertit*, conueniat.

[γ] ¶ Decimus.] *prorsus ex græco. Dionysius autem, quem Burchardus, & Iuo sequuntur, habet*, Idibus Octobris, id est, quintodecimo die mensis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apostolorum 37. legitur secundam ann synodum celebrandam esse*, ὑπερβερεταίου δωδεκάτῃ, *id est*, duodecimo die hyperberetæi. *Non conuenire autem omnino Latinorum menses cum Græcorum satis constat. Suidas quidem scribit apud Macedonas hyperberetæum eundem esse qui October, Galenus autem Pergami eundem qui September.*

Item ex concilio Laodicen. c. 40.

¶ Semetipsos accusant, qui vocati ad synodum venire contemnunt. C. V.

Non oportet vocatos episcopos ad synodum, cōtemnere: sed adire † debere, & aut docere, aut doceri [g] quæ sunt ad ecclesiæ ceterorumque correctionem vtilia: quòd si contempserint, seipsos videntur accusare [h], nisi forte pro infirmitate ire non possint.

Burch. l. 1. c. 47. Iuo p. 5. c. 157. † al. abire

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 19.

¶ Corripiantur episcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt. C. VI.

Peruenit ad nostras aures, quòd in prouincijs constituta episcoporum concilia minime celebrentur. Hoc [δ] ex eo probatur, quòd multæ [i], quæ correctione opus habent, ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta synodus, secundum regulas Patrum bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula [ε], quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus, & hoc maxime, cum sui corporis sanitate consistentes, etiam ab omnibus alijs vrgentibus necessitatibus † [k], & inexcusabilibus negotijs liberi sunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

Aos. l. 6. c. 199. Iuo p. 4. c. 143.

† abest à collectione Isidori, & Iuone

m ¶ Secundum.] Variis modis ponitur casus huius c. G. inducit quasi sit abrogatũ: & Melendus sentit cũ eo, & omnes q dicũt veritatem sacramentorũ nõ esse apud hæreticos, vt 24. q. 1 schisma. & 1. q. 1. extra ecclesiã. H. dicit q nec capitulũ est reprobatũ, nec auctor pro iis quæ hic continent, damnatus fuit: quia nihil hic continetur qd nõ canonice dicat: sed ideo fuit ille dãnatus: qa cõicauit Photino hæretico: & quia voluit reuocare Acaciũ hæreticum post mortẽ, & ideo ille Anastasius fuit dãnatus, vt]. c. Anastasius. Alii dicunt, q hoc c. cũ auctore reprobatũ est: qa voluit dicere q ordinati ab hæretico sine omni dispensatione de iure possunt sua officia exercere. Dicit enim H. q hæretici habẽt veritatẽ sacramẽtorũ, sed nõ habent executionẽ eorũ, vt de conse. dist. 4. sicut in sacramẽtis. &c. non in vobis. vt noc. 1. q. 1 qui perfectionem. &c. dominus. (Sacramentorum veritas an sit apud hæreticos.)

n ¶ Baptizauit.] in forma ecclesiæ.
o ¶ Munus.] idest, baptisma.
p ¶ Quia vox.] Hic est qui baptizat. de conse. dist. 4. baptism'. in fi.
q ¶ Per columbam.] idest, per spiritũ sanctũ in specie columbæ. Hu.
r ¶ Et igne.] idest, charitate.

a ¶ Nam si visibi ¶.] 1.c.1 si fuerit.
b ¶ Contemeri] idest, perfici.
c ¶ Implente diuinitatis effectu.] idest, Deo cooperante.
d ¶ Plantaui.] prædicando.
e ¶ Apollo] discipulus Pauli.
f ¶ Rigauit] baptizando.

nicauit ei in maleficio, vnde potuit transire ad tertiam personam, vt extra de sent. excom. nuper.
y ¶ Occulte] magis inde præsumitur côtra ipsum, vt extra vt eccl. benefi. vt nostrum. extra de offi. deleg. consuluit. ff. de ritu nupt. pa lam. ff. de admi. tut. non existimo. Lau.

z ¶ Di

visibilis [e] solis istius radij, cum per loca fœtidissima trãseunt, nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius qui istũ visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate cõstringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus, atq; fur, quidquid egit inter Apostolos pro dignitate commissa, beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, declarante hoc ipsum Domino manifestissima voce [Scribæ, inquit, & Pharisæi super cathedram Moysi sedent: quæ dicũt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt.] Quidquid ergo ad hominũ profectũ quilibet in ecclesia minister pro officio suo videtur operari; hoc totum contineri [b] implente † diuinitatis effectu [c]. Ita ille, per quem loquitur Christus, Paulus affirmat, [Ego plantaui [d], Apollo [e] rigauit [f]: sed Deus incrementum [g] dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus.] Adeo autem non quæritur, quis, vel qualis [h] prædicet [i], sed quid † prædicet, vt inuidos [k] etiam bene Christum prædicare affirmet [l]: quo malo ipse diabolus deiectus est, & hoc [m] ipse † prædicare non desinit. Ideo ergo & hic [n], cuius nomen dicimus reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum, quod per illum datum est alijs [o], perfectionem suæ virtutis [p] obtinuit. Quod † quidẽ generaliter [q] verum est, nisi aliquorum in tantum se extenderet curiosa suspicio, vt imaginẽtur [r] prolato a Felice Papa iudicio, postea inefficaciter in sacramentis, quæ Acacius vsurpauit, egisse; ac proinde eos metuere [s], qui vel in consecrationibus, vel in baptismate mysteria † tradita susceperunt, ne irrita beneficia diuina videantur.

Ioan. 12.
Matth. 23.
† al. implendo diuinitatis effectu.
1. Cor. 3.
† al. quem
Philip. 1.
† al. ipso
cap. 8.
† Quod cum ita sit, aliquorum in tantum se extendit curiosa] &c.
† al. ministeria

Quia ergo illicite, & non canonice, sed contra decreta prædecessorum; & successorum suorũ hæc rescripta dedit (vt probat Felix, & Gelasius, qui Acacium ante Anastasium excommunicauerunt, & Hermisda, qui ab ipso Anastasio tertius eumdem Acacium postea damnauit) ideo ab ecclesia Romana repudiatur, & à Deo percussus legitur fuisse hoc modo.

¶ Anastasius à Deo reprobatus, nutu diuino percussus est. C. IX.

ANastasius [a] secundus, natione Romanus, fuit temporibus Theodorici Regis. Eodem tempore multi clerici, & presbyteri se à communione ipsius abegerunt [t], eo quod communicasset sine concilio [u] episcoporum, vel presbyterorum, & cleri cunctæ ecclesiæ catholicæ, diacono Thessalonicensi, nomine Photino, qui communicauerat [x] Acacio: & quia voluit occulte [y] reuocare Acacium, & non potuit, nutu diuino [z] percussus est.

Ex libro (vt in corpore conciliorum citatur) Pontificali. Iuo p. 14. c. 40.

a ¶ Anastasius.] *Caput hoc habetur quidem tomo secundo conciliorum in vita Anastasij: sed esse omnino confictum, cum ex multis alijs argumentis, tum ex hoc manifeste ostenditur, quòd Acacius (sicut Nicephorus lib. 16 c. 12. & Euagrius lib. 3 cap. 18 & sequentibus, & clarissime Anastasius bibliothecarius in chronologia testantur) tempore Felicis vi obijt, eius successit Gelasius. & Gelasius Anastasius, qui iuxta epistola sua, & cap. 1 ad Anastasium Imperatorem, Acacium mortuum iã & ante tribunal Christi vnà cum Felice astare scripsit, vt Gelasius quoque ante ipsum scripserat, & habetur infra 24. q. 2. c.* nec quiquam. *quomodo ergo potuit Anastasius de eo reuocando tractare, qui iam obierat?*

Hinc etiam de Maximo [a] episcopo in Constantinopolitana synodo statutum est sub Damaso Papa, 6.6.

¶ Quæ circa indisciplinatos prælatos, vel ab eis geruntur, in irritum reuocantur. C. X.

PRopter totius indisciplinationis eius doctrinam, quæ Constantinopoli orta est, statutum est, ne Maximus fuisse, aut esse iam putetur episcopus, neq; hi, qui ab eo sunt ordinati, qualemcumque gradum clericatus obtineant [a], omnibus scilicet, quæ circa eum [b], vel ab eo gesta sunt, irritum reuocatis.

a ¶ De Maximo.] *Ex verbis huius canonis præsertim græcis, & interpretatione Balsamonis, ac vi*

g ¶ Incrementũ.] idest, gratiam & remissionẽ peccatorum.
h ¶ Vel qualis.] hoc intellige de toleratis, alias bene quæritur, vt 42. dist. quiescamus. nam nemo potest prædicare nisi mittatur, vt 16 q. 1. adijcimus. & extra de hære. cum ex iniuncto. Vel loquitur secundum antiqua tẽpora, qñ omnes poterant pdicare.
i ¶ Prædicet.] sed quæ prædicet?
k ¶ Vt inuidos.] idest, pseudoapostolos.
l ¶ Affirmet] s. hoc in epistola ad Philippenses, cũ dicit: siue per veritatem, siue alio modo Chrs pdicetur, in hoc gaudeo & gaudebo.
m ¶ Hoc.] i. inuidiam.
n ¶ Et hic.] s. Acacius.
o ¶ Alijs.] scilicet ignorantibus.
p ¶ Suæ virtutis.] quo ad veritatẽ sacramenti.
q ¶ Generaliter.] idest, in nostro sacramento.
r ¶ Vt imaginentur.] scilicet Acacium.
s ¶ Metuere.] s. sm suã opinionẽ falsam. Nam in veritate susceperunt ordinẽ, sed non executionem. 1. q. 1. ordinationes. 1. q. 7. Daibertum.

QVIA ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, & dicit q ga Anastasius ita decreuit, ideo Felix, & Gelasius & Hormisda eum excõicauerunt: sed Acaciũ prius.

ANastasius.] CASVS. Photinus diaconus Thessalonicensis cõmunicauit Acacio in hæresi. Post mortem vero Acacij Anastasius Papa cõmunicauit Photino sine concilio clericorum, & occulte voluit reuocare Acacium defunctum in hæresi, vt orationes pro eo in ecclesia fierẽt, & ideo multi clerici recesserunt ab obedientia eius, & lepra percussus est.
¶ Casus autem sequentis s. planus est.

t ¶ Abegerunt] idest, remouerũt. 32. dist. c. præter hoc §. verum. Sed 8. q. 4. nonne. vbi cõ, q ante tẽpus sententiæ non possunt clerici recedere ab epo. Sed hic non recesserunt ante sententiã: quia inciderunt in hæresim iam damnatam, vt 24. q. 1. c. 1. 2. & 3.
u ¶ Concilio] Videtur ergo q Papa tenetur requirere côcilũ episcoporum: quod verũ est vbi de fide agitur: & tunc synodus maior est Papa, vt 15 dist. sicut. in fi. Arg. ad hoc 93. dist. legimus.
x ¶ Qui communicauerat.] §. 11. q. 3. quoniam. vbi dicitur, q excommunicatio non transit in tertiam personam: sed hic commu-

z ¶ Diuino.] quia dum assellaret, emisit intestina, ignominiose lapsus.
a ¶ Propter.] ¶ Obtineant.] quia præter formam ecclesiæ contulit. 1. q. 1. extra ecclesiam.
b ¶ Quæ circa eum.] Arg. q quidquid fit ab intrusis vel vitiose electis, totũ cassatur, vt 12. q. 2. alienationes. 25. q. 1. omne. Arg. §. 3. q. 7. c. infamis. §. verum tamen. in prin. & C. de sacrosan. eccle. l. decernimus. Sed hic fauor tutorum ecclesiæ: quia aut sunt in vtilitatem ecclesiæ, & tunc valent, alias non. 16. q. 6. §. episcopum.

1. 1. q. 1. c. vlt. Archid.
Sub. qui ex studio bonorum, & causa lucri christi prædicabant. 18 q. 1. tam nunc. in § Archid.
Quia concludit Grac. facile fit forte sub. sciliset, qua asse rit veritatem sacramentorum nõ esse apud hæreticos: quod falsum est. Ioan. de Fant.
q quæ videtur est 1. q. 7. [illegible]
Synodus si [illegible] Papa (de quo nunc glos. loquitur) est maior Papa solo exstante, non tamen Vide Card. Apostolorum parte 1 c. 13. ad 6. & Turrecremata de ecclesia 3. c. 64. Non tamen omnis, si quid facit, aliud concludunt.
Dicitur aut. de elect. nihil. in gloss. vlt. & de schism. c 1. & de consec. dist. 3. hic ergo & 1. q. 1. si qui à pseudo. ibi videas. Archid.

Decreta

Decretales.] Casus. Supra ostendit Gratianus decretales epistolas parem vim habere cum canonibus conciliorum. In hac vero 20 dist. quaerit an expositiones sanctorum Patrum exaequentur canonibus & decretalibus, vel praeferantur. Quòd praeferantur videtur

exponendam praeualet sanctorum auctoritas: quantum autem ad causas definiendas praeualet auctoritas Romanorum Pontificum. b ¶ Scientia.) Arg. quod nullus potest esse iudex, maxime ecclesiasticus, nisi sit peritus, vt extra de consan & affini. ex litteris. in fi. & 2. q. 1. vt euidenter. 11. q. 3 & si ad tempus 1. 24 q. 3. si quis nō. de pœn. dist. 5. consideret. & distin. 6. qui vult. & quia leges scire tenetur. in authent. de iud. colla. 6. §. quia vero. Item quia sententia ferēda est in scriptis, vt 2. q. 1. in primis. in fine. Item quia iudices per se debent scribere sententias & recitare, vt C. de assel. praesides. Sed §. C. de iud. c. certi. vbi dicitur, quod milites possunt esse iudices; quia per quotidianum vsum possunt habere peritiā iudicandi. Mediocris tamen scientia sicut in praelato, ita & in iudice sufficit, vt extra de electio. cum nobis olim.

Auctoritas sanctorum quandoque papali praefertur auctoritati.

Imperitus non potest esse iudex ecclesiasticus.

Ista contra & proxima sequens parū aut nihil faciunt ad hoc. nec est pronunc Hug. & Laur. dicebat. Archid.

na Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum descripta, & alijs ex locis (tametsi Theodoretus videtur parum diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximum nunquam fuisse episcopum, ac propterea voluit statui nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio asserendum. Verba graeca huius canonis haec sunt:

Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης. ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι, ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδή ποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων, id est,

De Maximo cynico, deque ijs rebus, quae nullo ordine circa ipsum Constantinopoli gestae sunt. Neque Maximum aut fuisse, aut esse episcopum, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in vllo cleri gradu censendos: omnibus, quae & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *At de eodem Maximo, quòd nunquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papae scripta Basilio Imperatori, quae habetur actione prima octauae synodi manuscriptae, quae est penes Cardinalem Sirletum. Citans enim Leonem primum ait:* Dicit enim altisona tuba, sanctus videlicet sedis Apostolicae Papa Leo, cuius sententiam, quidquid vbique catholicum est, velut caeleste miraculum celebrat, & veneratur oraculum, Cum saepe quaestio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam illis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium moechum, & Maximum cynicum à synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, distinctionis aliquid esse coniicimus.

DISTINCTIO XX.

1 Decretales[a] itaque epistolae canonibus conciliorum pari iure exaequantur. Nunc autem quaeritur de expositionibus sacrae scripturae, an exaequentur, an subijciantur eis. Quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut pleniori gratia sancti spiritus, ita ampliori scientia alijs praecellentes, rationi magis adhaesisse probantur. Vnde nonnullorum Pontificum constitutis, Augustini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur esse praeferenda.

¶ al. expositoribus] exemp.

2 ¶ Sed aliud est causis terminum imponere: aliud sacras scripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis nō solum est necessaria scientia[b], sed etiam potestas. Vnde Christus dicturus Petro [Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, &c.] prius[c] dedit[d] sibi claues regni caelorum: in altera dans ei scientiam discernendi inter lepram & lepram[e], in altera dans sibi potestatem eijciendi aliquos ab Ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quaelibet negotia finem accipiant vel in absolutione innocentiū, vel in condemnatione delinquentium, absolutio vero vel condemnatio non scientiam tantum, sed etiam potestatem praesidentium desideret; apparet, quòd diuinarum tractatores scripturarum, etsi scientia Pontificibus praemineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum quidem scripturarum expositionibus eis praeponuntur; in causis vero definiendis secundum post eos locum merentur.

Matth. 16.

Vnde Leo Papa IIII. scribit episcopis Britanniae.

In suo registro.

¶ Aliorum scripturae, Romanorum Pontificum decretis non sunt praeponendae. C. I.

Deusdedit p. 2. Poly. p. 3. tit. 20. Ansel. l. 3. c. vlt. Iuo p. 4. c. 72. Pann. l. 2. c. 118.

De libellis[f] & commentarijs aliorum[g] non conuenit aliquem iudicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel de-

c ¶ Prius.] Arg. ex ordine facti aliquid praesumendum, vt 23. q. 4. displicet. & 1. q. 1. vt euidenter. Similiter ex ordine verborum, vt 43. dist. sit rector. & extra de rescrip. cum dilecta. §. de solu. nec ordo. §.

d ¶ Dedit.] G. hic videtur velle, quod alia sit clauis ligandi, & soluendi, alia scientiae: & ita quod sint duae claues. Sed dico tantum vnam esse, sed & dicuntur duae esse per duos effectus. Sed qualiter scientia dicitur esse clauis, cū aliquis possit habere scientiam, qui non habet clauem. & eō? Sed dic, quod licet scientia prius non fuisset clauis ante quam haberet ordinē; tamen post ordinem incipit esse clauis. Si tamen quaeras quid propriè sit clauis sacerdotalis, dico ipsam potestatem sacerdotalem, per quam ligat & soluit.

Clauis sacerdotalis an sit vna an plures.

e ¶ Inter lepram & lepram] id est, inter causam & causam. alludit ei quod fiebat in lege. cum enim dubitabatur de aliquo an esset infectus lepra, ducebatur ad sacerdotes: & secundum eorum arbitrium vel recipiebatur, vel deijciebatur, vt 11. q. 3. quomodo. de pœn. dist. 1. §. ex his. versi. Moysi.

Inter lepram & lepram vnde dicitur.

cernere, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia spiritus sancti ea praecellat. Vnde expositiones Augustini, Hieronymi, & aliorum videntur praeponendae statutis Pontificum. & hoc in prima parte. In secunda parte, quae incipit ibi, *Sed aliud.* soluit Gratianus, & dicit quod in negotijs definiendis non solum necessaria est scientia, sed etiam potestas: quod significatur per claues, quas Christus tradidit Petro. In quarum altera denotatur scientia discernendi inter lepram & lepram: in altera vero notatur potestas soluendi, & ligandi. Cum ergo in causis definiendis necessaria sit potestas, apparet, quòd Pontifices expositoribus praeferuntur. & hoc probatur per sequen.

a ¶ *Decretales.*] In hac 20 distin. magister quaerit de expositionibus sacrae scripturae an sint paris auctoritatis cum canonibus & decretalibus. & infra soluit, quòd quantum ad sacram scripturam

Additio. Hug. & de pœn. dist. 1. §. denique. versi. Moysi. & capit. qui filij sint leg. per venerabilem 4 rationibus. Archid.

De libellis.] Casus. Epi Britanniae iudicabant causas secundum expositiones Aug. & Hierony. & aliorū, postponētes canones conciliorū, & decreta Pontificū: quos Leo redarguit, ostendēs quod in causis definiendis primo recurrendū est ad canones conciliorū, & ad decreta, vel decretales Pontificum. Secundo ad Sanctorū expositiones, s. Hierony. & Aug. & aliorum sanctorū, in quibus si veritas non reperiatur, tunc recurrendum est ad sedem Apostolicam, cuius statuta qui non recipit, haereticus esse conuincitur.

f ¶ *De libellis.*] id est, secundum libellos, & commentarios.

g ¶ *Aliorum.*] id est, Hieronymi & Augu. per quorum scripta non

non est iudicandum omissis canonibus. 50. dist. si ille.

a ¶ *Iunioris.*] Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi videtur reprobari. 32. q. 7. c. quod proposuisti & in seq §. vbi dicit G. quod sunt contraria Euangelio. sed illud cap. intelligitur de arcta, & sic bene tenet. Ioan.

h ¶ *Exempla.*] argu. per exempla posse iudicari, vt 37. dist. qui de mensa. & 24. quæst. 3. si habes. arg. contra. C. de senten. nemo. Sed illud intelligitur cum ius habetur. tunc enim per exempla nō est iudicandum. Vel dic, quòd exemplis priuatorum non est vtendum, sed exemplis publicæ personæ siue authenticæ, vt exemplis

Ad idem 1 q. 5. quia suspecta. C. de edi. prin. an in totum. ff. de leg. nam Imperator. 2. q. 5. de Lipparibus in fi. Archi.

b ¶ *Illorum.*] Hic videtur, quod potius iudicandum sit secundum illum, qui innititur auctoritati canonis, quam secundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi, vel Aug. quod verum est, nisi Augustinus inuetur auctoritate noui vel veter. testamenti, vel etiā aliquo canone. nam licet concilium apud Aquisgranum factum, cōstituerit, quod raptor non possit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36. q. 2. placuit. tamen Hieronymus contrarium statuit, & ei statur, vt 36. q. 2. tria. Sed hoc est quia iuuatur auctoritate Meldensis concilij. ead. causa & quæst. cap. si autem.

Auctoritas canonis maior est auctoritate sanctorum.

Idem Bal. in Auth. ad hæc in 2 col. C. de vsur. & Alex. de Ima. in l. bene ad curationem. ... ff. ... vbi dicit illā gl. sin.

c ¶ *Conuincitur.*] Sed nonne Orientalis ecclesia recipit canones? Videtur, quod non, vt 31. dist. aliter. numquid ergo ipsa est hæretica? Sed dic, quod licet ipsa nō recipiat istos canones, non tamen contemnit eos. Vel dic quòd Papa approbat consuetudinē ipsorum. 5. dist. prima. si Romanorum.

S I *decreta.*] Casus huius cap. planus est.

d ¶ *Non habetis.*] per scientiam.

e ¶ *De neglectu.*] Nulli enim est licitum ignorare canones, vt j. 38 dist. nulli. & cap. omnes. 8. dist. proxima, si Romanorum.

f ¶ *Corripiendi.*] Arg. simile. 10. dist. in. quod dicitis.

D E *quibus.*] C a s v s. Quidā quæsiuit, si aliqua dubitatio emergat in solutione alicuius quæstionis, ad quas scripturas potius sit recurrendum, & dicitur in hoc c. quòd iste ordo seruandus est. Primo enim recurritur ad vetus, & ad nouum testamentum, & ad scripturas Apostolorum: Et si in illis non appareat quid sit faciēdum, ad Græcorum scripturas recurrendum est: postea ad gesta Cōciliorum & Pontificum: deinde ad Sanctorum expositiones, vltimo ad seniores. Sic Beneuenta. posuit casum Hu go sic dicit, quòd primum locum obtinent vetus & nouum testamentum: secundum canones Apostolorum & conciliorū: tertium decreta, & decretales epistulæ Romanorum Pontificum: quartum scripta græca: quintum dicta sanctorum patrum Latinorum: vltimum exempla sanctorum patrum: deinde ad seniores est recurrendum. Tu autem pone secundum quod littera iacet.

g ¶ *Apostolorum.*] idest, Apostolicorum.

cretalium regulas, idest, quæ habentur apud nos simul cum † canonibus. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis vtimur iudicijs, sunt canones [a] Apostolorum †, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium [A], & cum illis regulæ præsulum Romanorum, Siluestri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cælestini, Leonis, Gelasij, Hilarij, Symmachi, Hormisdæ, Simplicis, & Gregorij iunioris [a]. Isti omnino sunt & per quos iudicant episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur, & clerici. Nam si tale emerserit, vel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos definiri; tunc si illorum [b], quorum meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel ceterorum similiter sanctorum doctorum similiū reperta fuerint; magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius, & magna voce pronuntiare non timeo; quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (siue sit ille episcopus, siue clericus, siue laicus) non [y] indifferenter recipere conuincitur [c]; nec catholicam, & Apostolicā fidem, nec sancta quattuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † suum retinere, vel credere probatur.

† al. cum illis in canone

† al. qui dicuntur Apostolorum

Apud Anselmū, & Polycarpum desunt omnia Pontificum nomina.

† al. profectum

[a] ¶ Sunt canones.] *Indicat canones, & regulas, ex quibus constat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quo Romani Pontifices, præsertim in iudicijs vtebantur, in quo codice sunt canones tantum, non synodalia gesta, vt superius Nicolaus, in c. Romanorum, 19 dist. scripsit.*

[A] ¶ Carthaginensium.] *In codice canonum vnica est synodus Carthaginensis, continens canones triginta tres: qui ex varijs concilijs Carthagini habitis collecti fuerunt. Eos canones sedes Apostolica videtur probasse, & vsa eis esse, quando in codicē canonum referendos curauit. Eosdem etiam Græci, quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum synodorum canonibus in linguam suam verterunt, & hi ipsi sunt, quos ijsdem numeris Anselmus, Burchardus, & Iuo citant: quamuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum vero ex singulis Carthaginensibus concilijs canones accipiat: quod suis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginensi synodo intelligendum est, quod habetur supra dist. 16 c. prima annotatio, versi. septima, quod hic declarandum duximus fuit.*

[y] ¶ Non indifferenter.] *Anselmus, Deusdedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent,* qui eadem indifferenter non recipit, ipse se conuincit minime catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum suæ retinere salutis.

Item Nicolaus I. Photio, in epistola, cuius initium est [Postquam beato Petro.]

Est eadem epistola 6. ex qua sumptum est c. quod dicitis. 8. dist. 16.

¶ Corripiendi sunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obseruant. C. I I.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis [d]; de neglectu [e], atque incuria estis arguendi. Si vero habetis, & non obseruatis; de temeritate estis corripiendi [f], & increpandi.

Ans. l. 3. c. 33.

Item Innocentius [e] Papa.

¶ Ad quos sit recurrendum, cum sacræ scripturæ auctoritas non occurrit. C. III.

Polyc. 7. tit. 3. Burc. l. 3. c. 128. Iuo p. 4. c. 70.

DE quibus causis nulla soluendi, ligandique auctoritas in libris veteris testamenti, quattuor Euangeliorum cū totis scriptis Apostolorum [g] appareat; ad diuina recurre scripta græca †. Si neque in illis; canones Apostolicæ sedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas à doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis; sanctorum exempla [h] perspicaciter recordare. Quòd si omnibus his inspectis, huius quæstionis qualitas non lucide inuestigatur; seniores [i] prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namque inuenitur quod a pluribus [k] senioribus quæritur. Verus enim repromissor Dominus ait { Si duo ex vobis, vel tres conueniunt

† al. græca

Matth. 18.

plis Principis primi, siue Apostolicorum, vt 16 quæst. 3. licet. extra de senten. & re iudic. in causis, vel dic, quòd exemplis paucorum non est vtendum, sed plurium bene.

Exemplis quibus est vtendum.

i ¶ *Seniores.*] idest, sapientes, vt 84. dist. porro.

k ¶ *Pluribus.*] Sic extra de offic. deleg. prudentiam. in fi. & respon. nam per ampliores homines manifesta veritas reuelatur, vt C. de fideicom. l. penul. & C. de inge. manu. l. 3. Hic patet, quòd primo ad consuetudinem loci recurritur, cum lex deficit, quam ad consuetudinē Ro. eccl. Sic 12. dist. illa. & ff. de leg. & senatusco. de quibus

Alij

Alij dicūt, quòd primo ad consuetudinem Rom. eccle. recurrendum est, vt arg. ī. 11. dist. c. vlti. Io. quid autem de hoc seruetur, notatur ī. 12. dist. illud melius 1. dist. consuetudo.
Abbas. De hoc etiam not. C. quæ sit lon. consuetu. l. 1. ibi vide. Archid.

Do-

tio incepit à paganis, qui habebant flamines, & archiflamines. Similiter in nouo testamento incepit a Christo, qui Petrum in summum sacerdotem constituit. 21j. Apostolos maiores sacerdotes, lxxij. discipulos minores. Sed nūc loco Petri est Papa: loco duodecim Apostolorum episcopi, loco lxxij. discipulorum sunt archipresbyteri. Leuitas vero statuerunt Apostoli. Ecclesia vero subdiacones, & acolythos sibi constituit.

super terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo.]

a [1] Innocentius.] *Caput hoc non est inter epistolas Innocentij primi, quæ multa extant; neque vero Innocentij secundi esse potest, cum ante ipsum scripserint Burchardus, & Ivo, à quibus hoc ipsum citatur.*

e [1] Canones.] *verba hæc, quæ apud Gratianum desiderantur, sunt apud Burchardum, & Iuonem, & Polycarpum; in quo Polycarpo habentur hoc ipso loco, in quem sunt restituta.*

DISTINCTIO XXI.

Decretis [a] ergo Romanorum Pontificum, & sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia, vt supra monstratum est, terminantur. Ministri vero sacrorum canonum, & decretorum Pontificum sunt summi Pontifices, & infra præsules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri testamento est inchoata, & in nouo plenius consummata. ¶ Summi enim Pontifices, & minores [b] sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysem, qui ex præcepto Domini, Aaron in summū Pontificem, filios vero eius vnxit in minores sacerdotes: Postea vero Dauid, cū ministeria domus Domini ampliaret, ianitores & cātores instituit. Porro Salomon quemdā modum exorcizandi inuenit, quo dæmones adiurati, ex obsessis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorcistæ vocati sunt, de quibus Dominus in Euangelio [Si ego in Beelzebub eijcio dæmonia, filij vestri (videlicet exorcistæ) in quo eijciunt?] Hæc oīa in nouo testamento ecclesia imitata, habet ianitores suos, quos ostiarios appellamus. Pro cātoribus lectores et simul cātores instituit. Exorcistas aūt nomine antiquo, & officio permanente recepit. Pro filijs vero Aaron, oēs infra summum Pontificem sacerdotium administrantes sunt consecrati. ¶ Inter eos quædam discretio seruata est, vt alij appellentur simpliciter sacerdotes, alij archipresbyteri, alij chorepiscopi, alij episcopi, alij archiepiscopi, seu metropolitæ, alij primates [c], alij patriarchæ, alij summi Pontifices. Horum discretio à gentilibus maxime introducta est, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter vero maiorum, & minorum sacerdotum discretio in nouo testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos tamquam maiores sacerdotes, & lxxij. discipulos [d] quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit; dum ei præ omnibus, & pro omnibus claues regni cælorum tribuit, & à se petra, Petri sibi nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt ceteros confirmaret, sibi iniunxit, dicens [Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.] Hanc eamdem formam Apostoli secuti in singulis ciuitatibus episcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas autem ab Apostolis ordinatos [e] legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiacones [f], & aco-

Exo. 28.
1. Paral. 25. & 2. 23.
Luc. 11.
Luc. 22.
Act. 6.

a *Decretis.*] Hic agitur de ecclesiasticis ordinibus, & ostendit originem ipsorum, & vnde sic appellentur: postea ostendit, quod ille qui est in maiori ordine, vel dignitate, non potest iudicari a minori, & sic Papa a nemine potest iudicari. [1] Vt infra eo. inferior. & cap. submittitur. Arch.

b *Et minores.*] Cum ergo Moses elegerit sacerdotes in veteri testamento, & Dominus in nouo, vt ī. ea. in nouo videtur, quod ad episcopū de iure spectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, quod episcopus eligit clericos in Constantinopolita. ciuitate, vt in Authen. de mensura ordinandorū clericorum. in s. §. colla. 3. Ad hoc dicas, quòd episcopus de iure communi cum alijs eliget, vt extra de ijs quæ fiunt à prælatis sine consen. cap. nouit. & cap. ea noscitur. consuetudo tamen est seruā[da], vt extra de electio. cum ecclesia [t]. Item videtur ex loco isto, quod Moses fuit sacerdos, cum vnxerit sacerdotes, & idē dicit Innocen. extra de ma. & obedi. solitæ. Sed contra ho[micid]a fuit, ergo non potuit esse sacerdos, vt 23 q. 3. non inferenda. Sed dic, quòd olim sacerdotes bene erant homicidæ, vt 2. q. 7. §. his ita. Sed Dauid primo fuit prohibitus construere templū,

Id est, quare.

Papa à nemine iudicatur.

Electio canonicorum ad quos spectat.

[t] Hæc sententia communiter approbatur per Io. an. Vinc. Laur. Goffr. & Ber. in illa decret. cum ecclesia.

Decretis.] Hæc distinct. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicit, quod ministri ecclesiæ sunt summi Pontifices & præsules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Secunda ibi, *In nouo.* Tertia ibi, *In his.* [Casus.] Supra actum est de decretis, & canonibus conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac vero 21. distinct. agit Gratianus de ministris ecclesiæ & sacrorum canonum, & dicit quod sunt summi Pontifices & præsules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Et hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Summi enim* dicitur quòd summi Pontifices & minores sacerdotes a Domino per Mosen sunt instituti in veteri testamento, qui vnxit Aaron in summū Pontificem, & filios eius in minores sacerdotes & leuitas. Dauid instituit cantores, & ianitores. Salomon exorcistas: & hæc omnia in nouo testamēto ecclesia imitatur. Habet enim ostiarios, & lectores pro ianitoribus, & habet exorcistas: pro filijs vero Aaron habet omnes positos infra summum Pontificem, pro quo summo Pontifice ponitur Papa. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Inter eos.* dicitur quòd inter istos est discretio seruanda. Nam alij appellātur simpliciter sacerdotes, &c. Et hæc discre-

quia vir sanguinum erat [t] de consecr. dist. 1. c. [..] Quare autem iudices & executores testes & aduocati in causa sanguinis promoueri non possunt, dic vt notaui in quæstionibus in illa quæstione quæ sic incipit: Aliquis ex officio suo hominem interfecit. De hoc dicit quinquagesima distinct. per totum. Quæstio venerialis est. Archid.

c [1] *Alij primates.*] Hæc diuisio non est nisi ratione nominum: 2a ijdem [..] [pri]mates, quod patriarchæ. 99. dist. c. 1.

d [1] *Lxxij discipulos.*] Contra ī. ead. dist. in nouo. vbi dicitur, quod discipuli Domini, id est, Apostoli elegerunt lxxij. discipulos, hic dicitur, quod à Domino. Sed dic, quod Dominus bene dicitur fecisse quod eius minister facit: quia qui per alium facit, per seipsum facere videtur, vt extra de sen. excom. mulieres.

e [1] *Ordinatos.*] vt 93. dist. Dominus noster. & c. diaconi.

f [1] *Subdiacones.*] Non videtur verum dicere, quia tempore Apostolorum aliqui fuerunt subdiaconi, vt 51. distinct. episcopus. quia ille est canon Apostolorum. Sed dic, quòd subdiaconatus tunc fuit: sed non [t] fuit sacer ordo adhuc. extra de ætate, & qualitate, a multis.

[t] Vt 2 q. 7. § qe omnem de hom. facta. dist. 1. & casu Archid.

[t] Semper fuit sacer, licet olim quidā de hoc dubitauerint. Vide glo. in cap. à multis. de æta. & quali. ord. vers. soleo. & D. Thomā 4. sent. distin. 24. art. primo. quæstiuncula 3.

-leros

C *Leros.*] Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Isidorus, quo nomine generaliter ministri ecclesiæ vocentur: & dicit, quod generaliter clerici vocantur: & dicit quare sic vocantur: & ponit nomina, & numerum ministrorum. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Ordo vero.* facit quadrimembrem diuisionē huius nominis episcopi: & ponit ethymologiam eorum, quæ sub diuisione illa continentur. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Pontifex princeps sacerdotum*, ponit officia singulorum ordinum, interserendo interpretationes eorum.

a *Cleros.*] Primo ostendit Isidorus quo nomine vocentur ministri ecclesiæ, & quare sic vocentur ministri ecclesiæ. Secundo ponit quadrimembrem diuisionem episcoporum. Tertio ponit interpretationes omnium ordinum ecclesiasticorum, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, *Ordo vero episcoporum.* tertia ibi *Pontifex.*

b *Matthias.*] Cum quo fuit electus Ioseph. 26. q. 2. cap. 1. Hic habetur, quod hoc nomen clericus a Matthia incepit. ipse enim sorte electus est. Hug.

c *Primum*] In clericum scilicet, alius scilicet Iacobus fuit primo episcopus factus, vt 7. 66. distin. porro. Et est hic arg. pro sorte faciēda, vt ff. de iudi. sed cū ambo. & quod in electionibus tempore necessitatis possumus secundum sortem procedere, vt 26. q. 2. non exemplo. cōtra extra de ele. ecclesia vestra. & ita ista glo. non valet. extra de elec. ga propter. Vel dic tunc esse vtendum sorte, cum est vtrobique paritas in omnibus, & subest causa necessitatis, vt cum est cōtentio de electione. 26. q. 2. non exemplo.

d *Partem.*] id est, decimas & primitias, quæ dicuntur Dei, vt 12. q. 2. ca. quisquis. 10. & c. q. abstulerit.

lythos procedente tempore ecclesia sibi constituit. ¶ *De his ita scribit B. Isidorus lib. 7. etymol. c. 12. nomina illorum, & nominum causas exponens, ita inquiens.*

¶ V[illegible] nomina e[illegible] mari[illegible]

De officijs l. 2. c. 1. Rabanus de isti. cler. l. 1. c. 2.

C Leros [a], & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias [b] sorte electus est, quem primum [c] per Apostolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim græce, sors latine, vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici; quia de sorte Domini sunt; vel quia Domini partem [d] habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christi deseruiunt; quorum gradus, & nomina sunt hæc, ostiarius, psalmista [e], lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus [f]. ¶ Ordo episcoporum quadripertitus est, id est in patriarchis [g], archiepiscopis [h], metropolitanis, atque episcopis. Patriarcha, græca lingua, summus patrum interpretatur; quia primum, id est [*] Apostolicum retinet locum; & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexādrinus. Archiepiscopus græco dicitur vocabulo, quod sit summus episcoporum; tenet enim vicem apostolicam, & præsidet tam metropolitanis, quàm ceteris episcopis. Metropolitani autem à mensura [i] ciuitatum vocantur: singulis enim prouincijs præeminent, quorum auctoritati, & doctrinæ † ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet [k] episcopos: sollicitudo enim totius prouinciæ ipsis cōmissa est. Omnes aūt superius designati ordines vno eodēque vocabulo episcopi nominātur: sed ideo priuato nomine quidā vtuntur, propter distinctionē potestatū, quā singulariter acceperūt. Patriarcha patrum princeps. Ἀρχὸς enim princeps; inde archiepiscopus princeps episcoporum, sicut metropolitanus a mensura ciuitatum. ¶ Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quod ille, qui efficitur † episcopus, superintēdat, scilicet curam gerens subditorum. Σκοπεῖν enim græce, latine intendere dicitur. Episcopi autem græce, latine speculatores interpretantur: nam speculator est præpositus in ecclesia dictus, eo quòd speculetur, & perspiciat populorum infra se positorum mores, & vitam. ¶ Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes, atque leuitas; ipse oēs ordines ecclesiasticos disponit [l]; ipse, quid vnusquisque facere debeat, ostendit. Antea autem qui Reges erāt, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat consuetudo, vt Rex esset etiam sacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates a vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est: nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam. ¶ Antistes sacerdos dictus est, quod antestat: Primus est enim in ordine ecclesiæ, supra se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum ex græco [m] & latino, quasi sacrum dans: sicut enim rex a regendo, ita sacerdos à sacrificando vocatus est; consecrat enim, & sacrificat. Sacerdotes autē gentilium flamines dicebātur. Hi in capite habebant pileū, in quo erat breuis virga [n] desuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœpe-

Act. 1.

† *al. doctrinæ, & potestati*] orig.

† *superefficitur, superintendat*] orig. & Rab.

e *Psalmista.*] Hic patet, quod psalmista, & ostiarius, & lector sunt clerici. 25. distin. perlectis. & 32. dist. irratum. & 72. dist. clericum. & 11. q. 1. de persona. & deponi possunt sicut alij clerici, vt 27. q. 1. si quis episcopus. & qui iniecit manus in illos, excommunicatus est, vt 17. q. 4. si quis. & extra de sentent. excom. non dubium. & c. parochianos. Et per primam tonsuram fit aliquis [illegible] missa, vel clericus, & illa tonsura est sacramentale signum, vt 12. q. 1. duo. Sed si hoc dicatur, tunc erunt nouem ordines: Veruntamen videtur, quod nō sit ordo: quia vbi tractatur, quod clericus alij obedientiam præstabit, nihil agitur de illis ordinibus, vt 93. distin. a subdiacono. similiter ibi, vt 7[illegible] dist. illud. Sed dic quod tantum septem sunt ordines qui cōferuntur cum solemnitate, sed tamen nouem sunt. 10. Sed certe omnes conferuntur cum solemnitate hodie præter Psalmistatum, qui à solo sacerdote confertur, vt 23. distin. psalmista. Bar.

f *Episcopus.*] arg. quod episcopatus est ordo, vt 93. dist. diacones.

g *In patriarchis.*] Quo nomine comprehendit principales patriarchas, vt Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinū, Hierosolymitanum, Antiochenum.

h *Archiepiscopis.*] id est, primatibus, quo nomine comprehendit alios patriarchas siue primates, vt Aquilegiensem, Cantuariensem, [illegible]ricensem.

i *A mensura.*] Quia x. vel xj. debet sub se habere, vt 6. q. 3. scitote. Vel dicitur à metros, quod est mater, & polis, quod est ciuitas, quia est mater aliarum ciuitatum. 12. dist. de his.

k *Licet.*] de ijs, quæ spectant ad totam prouinciam: sed de ijs, quæ ad [illegible] diœcesim spectant, sine eorum licentia possunt disponere. 11. q. 3. c. 1. & 2.

l *Disponit.*] Ergo episcopus confert dignitates ecclesiasticas, vt 75. d. in episcoporum. Arg. contra. 93 distinctione, legimus. vbi dicitur, quòd tantum ad episcopum spectat confirmatio: sed hoc refertur ad diuersas consuetudines, vt extra de electio. cum in cunctis. & cap. cum ecclesia Vulterana. Io. Ego credo, quòd de iure communi tantum electio dignitatum spectet ad capitulum, cum episcopo, vt extra de ijs quæ fiunt à prælatis sine consensu cap. ea noscitur. & cap. quanto.

m *Ex græco.*] scilicet dos, quod est datio.

n *Virga.*] qua arcebant aues a carnibus sacrificiorum

Archiepiscopus quos suffraganeos habeat.

Dignitatum electio ad quos spectat.

runt. Nam nudis [a] penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde à filo, quo vtebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotij eminentia. ¶ Presbyter græce, latine senior interpretatur: non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed etiam propter honorem, & dignitatem [b], quam acceperunt, presbyteri nominantur. vnde [β] & apud veteres, ijdem episcopi, & presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis est, & nō [γ] ætatis [c]: ideo autem & presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut & episcopi; qui licet sint sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent: quia nec chrismate frontem signant, nec

Act.8. paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuum Apostolorum demōstrat. Leuitæ ex nomine auctoris vocati. De Leui enim leuitæ exorti sunt; à quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi græce diaconi, latine ministri dicuntur;

† *al. mysterij.* quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij † dispensatio habetur. Hypodiacones græce, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent præceptis, & officiis leuitarum. Oblationes enim in templo Dei a fidelibus ipsi suscipiunt, & leuitis superponendas altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinæi [d] vocantur. Lectores à legendo, psalmistæ a psalmis canendis vocati: illi enim prædicant [e] populis, quid sequantur; isti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium; licet & quidam lectores ita miserabiliter [f] pronuntient, vt quosdam ad luctum, lamentationemque compellant. Iidem etiam & pronuntiatores vocantur,

† *al. populo* quòd porro † annuntient. Tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt quamuis longe positorum aures adimpleant. Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines latine dicere potuerunt, præcentor, & succentor: præcentor scilicet, qui vocem præmittit in cantu: succentor autem, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur, quia consonat: qui autem non consonat, nec concinit; nec can-

Iuo p.6. c.8. tor, nec cōcentor erit. Acolythi grece, latine ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum est Euangelium, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, vt sub typo luminis corporalis il-

Io.1. la lux ostendatur, de qua in Euangelio legitur [Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum]. Exorcistæ ex græco in latinum adiurantes, siue increpantes vocantur: inuocāt enim super catechumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Ostiarij ijdem, & ianitores, qui in ueteri testamēto electi sunt ad custodiam templi, vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem ostiarij, quòd præsint ostijs templi. Ipsi enim tenentes clauem, omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles [g].

a ¶ Id est apostolicum.] *Antea legebatur*, post Apostolicum. *Restituta est vera lectio non modo ex Isidori, & veterum exemplarium Gratiani fide, sed ex ipsa ab Isidoro allata ratione, quia Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum, Patriarchas propterea vocat. quia Apostolicum locum tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. epist. 37. scribens Eulogio Alexandrino, declarat his verbis:* Itaque cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis sedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est: ipse decorauit sedem, in qua Euangelistam discipulum misit: ipse firmauit sedem, in qua septem annis, quamuis discessurus, sedit. *Atque hoc idem ait Anacletus c. sacrosancta. infra dist. 22.*

β ¶ Vnde & apud.] *Restituta hæc sunt in locum suum, quo loco habentur apud sanctum Isidorum.*

γ ¶ Et non ætatis.] *In originali est, hoc ætatis, & ita apud Hieronymum in epist. 83. ad Oceanum, sed ob glossam non est mutatum.*

Item Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Romana ecclesia à Christo primatum accepit. C. II.

Ansl.1.c.2. Burch.l.1.c.1. Iuo p.5.c.1. Pano.l.3.c.82. *Matth.16.*

IN nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo. quia ipsi primo Pōtificatus in ecclesia Christi datus est, Domino dicente ad eum: [Tu es Petrus [h], & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus

a ¶ *Nudis.*] Arg. quod non incedit nudus qui filum fert in capite.
b ¶ *Dignitatem.*] vt. 84. dist. porro.
c ¶ *Et non ætatis.*] tantum supple: quia alibi dicitur, quod est nomē ætatis, vt 93. dulan. legimus.
d ¶ *Nathinæi.*] Isti dicuntur ministri ministrorum, & interpretantur in humilitate Deo seruientes, vel Deo donati. & sunt dicti ab eo tempore, quo Iosue Gabaonitas donauit ad ministerium templi, scilicet, vt ligna ibi cæderent in ipso, & aquam portarent ad opus sacrificij, de quibus dicitur 1. q. 4. innocens. H. Et not. quod isti Nathinæi lauabāt hostias in probatica piscina. Probaton græce, dicitur ouis latine. sic ergo dicta erat, quia in ea Nathinæi, &c. sicut prædixi, vt legitur in historijs euangelij c. post hoc erat, &c. Arc.

Probaton quid dicatur.

e ¶ *Prædicant.*] id est, legunt recitando, non autem prædicando: quia illud est officium sacerdotum. 16. q. 1. adijcimus.
f ¶ *Miserabiliter.*] Nō per prauam, vel raucā vocem: sed potius per altam vocem & sonoram, & iste intellectus patet ex littera sequenti, vbi dicit, tanta. n. &c.
g ¶ *Et respuunt infideles.*] id est, excommunicatos. Et ita ostiarius remouet [1] excommunicatos ab ecclesia [2], vt hic, & 25. distinct. perlectis.

[1] Scilicet ab ingressu ecclesiæ corporaliter arcendo. Hug.

[2] Arg. contra 5. q. 1. qui studet. in fi. vbi videas quod non ab... ...

IN *nouo testamento.*] Hæc est secūda pars huius distinctionis, in qua probatur, quod Romana ecclesia sit caput, ab ipso Domino specialiter instituta; secūdario a concilijs. Io. de Fan.
CASVS. In hoc cap. ostendit Anacletus, quod primus sacerdos post Christum fuit Petrus, cui data est potestas ligandi & soluendi: cæteri vero Apostoli, qui cum eo parem honorem adepti sunt, ipsum in principem elegerunt, loco quorum hodie sunt episcopi. Videntes autem apostoli prædicatores paucos, elegerūt lxxij. discipulos, loco quorū sunt presbyteri in ecclesia. & qui hos recipit, Christum recipit: & qui hos spernit, Christum spernit, & ab eo spernetur.
h ¶ *Tu es Petrus.*] videtur ergo, quod per hæc verba tu es Petrus, &c. datus fuit Petro pontificat⁹, & ita ante passionem; quia ante fuit ei dictū: & ita vr̄ cōtradicere 50. dist. consideradum, & ca. fideliter. nam ibi dicit, quod post passionem fuit datus ecclesiæ pastor, & non ante. Solut. primo fuit Apostolus ante passionem: sed post passionē fuit pastor creatus per illa verba. Si diligis me, &c. vt extra de electio. significasti. quod & hic innuitur cū dicit: tibi dabo claues, &c. [3] hoc est, promittere, & non dare. [1] ADDI-

[3] Idem tenet Alex. de Imola in ... ...

eam: & tibi dabo claues regni celorũ.] Hic ergo ligandi, atq; soluendi potestatẽ primus accepit à Domino; primusq; ad fidẽ populũ virtute suæ prædicationis adduxit. Ceteri vero Apostoli cũ eodem pari[a] consortio honorem, & potestatem acceperunt; ipsumque principem eorum esse voluerunt: qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt. Ipsis quoque decedentibus in locum eorũ successerunt episcopi: quorum ordinatio prætaxato[b] debet fieri ordine, & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit: qui autem spernit eos; eum, à quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit; & ipse indubitanter spernetur à Domino. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios[c] paucos; rogauerũt[d] dominum messis; vt mitteret operarios in messem suam: inde ab eis electi sunt lxxij. discipuli; quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in ecclesia.

Matth. vlt. Luc. 10. Matth. 9.

Item Gelasius vrbis Romæ episcopus omnibus orthodoxis.

In decretis cũ 70. episcopis.

¶ Primatum Romanæ ecclesiæ non aliqua synodus, sed Christus instituit. C. III.

Polyc. l. 1. tit. 2. Ansel. l. 1. c. 69. Burc. l. 3. c. 220. Pann. l. 4. c. 3.

QVamuis vniuersę per orbem Catholicæ ecclesiæ vnus thalamus Christi sint; sancta tamen Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis synodicis constitutis[e], ceteris ecclesijs prælata est, sed euãgelica voce Domini, & saluatoris nostri primatum obtinuit, [Tu es Petrus (inquiens) & super hanc petram, ædificabo ecclesiã meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cęlis.] Cui data est etiam societas beatissimi Pauli vasis electionis, qui non diuerso (sicut hæretici garriunt) sed vno tempore, vno eodemque die[f] gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarũt[g], eamq; omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima[h] Petri apostoli sedes Romana ecclesia non habens maculam, neq; rugam, nec aliquid[i] huiusmodi.

Matth. 16. Ĵ. dist. 22. c. sacrosancta. ex Anacleto.

3 *In his omnibus, quanto gradus[k] celsior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus si quidem est regendi, & iubendi potestas: in minoribus obsequendi necessitas.*

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola cuius initium est [Proposueramus.]

¶ Inferiorum facta, superiorum sententijs obnoxia sunt. C. IIII.

INferior[l] sedes superiorẽ absoluere non potest. Sola ergo potior in-

---

ADDITIO. Ad huius verbi declarationẽ vide quod legitur & not. 23. q. 6. iam vero. §. ex his. iuxta princ. in gl. sed qualiter. Arch.

a ¶ *Pari.*] Arg. q omnis eps sit par apostolico quantum ad ordinem & rationem consecrationis. 24. q. 1. loquitur in princ. Petrus tamen maior fuit alijs in administratione, vt 2. q. 7. puto. potest enim aliquis esse maior alio in ordine, sed tamẽ minor in administratione, vt archipresbyter maior est archidiacono, vt 25. dist. perlectis. De apostolis quando fuerunt consecrati, nõ legimus: Dicunt tamen quidam q in cœna, quando dictum est eis: Hoc facite in meam commemorationẽ. de cõsecra. dist. 2. in Christo. in fine. Alij dicunt, q cum dictum est eis: Ite, baptizare omnes. de consec. dist. 3. proprie. De Paulo & Barnaba habemus 75. dist. q dic. & de Iacobo. 66. dist porro.

(Petrus in administratione, maior alijs fuit.) (Apostoli quando fuerunt consecrati.)

b ¶ *Prætaxato.*] in parte cap. quæ hic nõ est.

c ¶ *Operarios.*] arg. hic signauerũt doctores[1] q licet sit statutus certus numerus canonicorũ, si tñ excrescant ecclesię facultates, q prębendę debent augeri, vt extra de vita & hone. clerico. quoniam. hoc expeditum est, extra de cõsti. cum M. Fer. & extra de censi. quanto.

(1 Vt Lau.)

d ¶ *Rogauerunt.*] Arg. q non nisi volentibus dabit prælatus, etiam à Papa, vt Ĵ. dist. proxi. sacrosancta. & 8. q. 1. sciendũ. & c. audacter. Dic, à principio non dantur inuitis, sed ex postfacto sic, si sint negligẽtes. 61. distin. nullus inuitis.

(Prælatus nolentibus nõ est dādus.) (Aliud, si ergo.)

QVamuis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q ecclesia Romana caput est aliarum ecclesiarum, & q præfertur alijs. Et hoc probatur duabus rationibus. Prima est, quia Christus dedit ei primatum & auctoritatẽ voce sua, dicens: Tu es Petrus & super, &c. Secunda est, quia Petrus & Paulus vna die gloriosa morte in vrbe Romana sub Cæsare Nerone coronati, ecclesiam Romanam consecrauerunt, & eã alijs sui præsentia prætulerunt. Et ostenditur hic quis minister præsit alijs: vnde bene facit ad propositum Gratiani.

e ¶ *Constitutis.*] scilicet, tantum.

f ¶ *Eodemque die.*] Hic videtur q eodẽ die Petrus & Paulus fuerunt crucifixi. 2. q. 7. beati dicunt tñ quidam q reuoluto anni spatio Paulus fuit decollatus, sed eodem die post annum. Historia[2] tamen dicit, xiiij. an. imperij Neronis eos fuisse occisos.

(Petrus & Paulus eodem die passi sunt.) (2 Scilicet, Romana. H.)

g ¶ *Consecrarunt.*] Sic ergo ecclesia consecratur sanguine alicuius; sicut aliquis baptizatur in sanguine suo, vt de consecra. dist. 4. baptismi vicem.

h ¶ *Prima.*] dignitate. Nam ecclesia Antiochena præcessit istam, vt 24. q. 1. rogamus.

i ¶ *Nec aliquid.*] Arg. q vbicumque sunt boni, ibi est ecclesia.

INferior. Hæc est tertia pars dist. in qua ponit sex cap. de materia de pœnis Ignatij Cõstantinop. patriarchæ, qui fuit depositus à suis subditis & excõicatus, & postea per Romanam ecclesiam restitutus. 63. dist. Hadrianus. Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. quòd quanto gradus est celsior, tanto maior est auctoritas in maioribus, & regendi potestas: in minoribus obsequendi necessitas.

k ¶ *Gradus.*] In ordinibus[4], de quibus Ĵ. dixi ead. dist. cleros.

(4 Et ordinatis. Archid.)

l ¶ *Inferior.*] CASVS. Omnia cap. seq. loquunt de Ignatio Constantinopolitano patriarcha, qui fuit depositus à suis suffraganeis auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris, cõ quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, q suffraganei Ignatium deponere non potuerunt: quia inferior sedes non potest superiorẽ absoluere vel ligare. & hoc probatur auctoritate Esaiæ dicentis: Numquid gloriabitur securis, &c.

l ¶ *Inferior.*] Ex hoc cap. & Ĵ. ea. denique tres colligunt regulæ. Prima est hæc: inferior superiorẽ non potest ligare vel soluere[5]. Secunda hæc est: qui potest ligare, potest & soluere. Tertia: talis q potest soluere, potest & ligare. quælibet harum regularum vr̃ habere exceptionem. Prima regula videtur recipere instantiam cum maior se subijcit arbitrio minoris, vt 11. q. 1. peruenit. Secunda regula similiter fallit in incẽdiarijs & excõicatis, qui debent per Papam absolui. extra de sen. excõ. tua. & extra de offi. deleg. quærenti. & in excõicato p p rem iudicatam vltra annum post sententiam, q per Papam absoluitur. Tertia regula fallit. Ĵ. de conse. dist. 4. sanctum. vbi habes q quidam pœnitens absoluit aliũ tempore periculi: quem tñ ligare non posset. Item fallit 3. q. 6. quamuis. & C. vbi senatores. l. 3. Similiter fallit (vt videtur) cum aliquis confitetur extraneo sacerdoti, q ipsum tunc absoluit: non tñ posset ligare. Ioan. Sed illa exceptio non valet: quia non cõcedo q aliquo modo cõsequat̃ remissionẽ qui confitet̃ extraneo sacerdoti, vt dr̃ extra de pœni. & remis. omnis. nisi prius obtenta licẽtia à proprio sacerdote, vt dr̃ in ea. decre. omnis. nisi i necessitate, vt extra eod. ti. c. vlt. de pœni. dist. 1. quẽ pœnitet. versi. tãta. Bar. Et est hic arg.

(5 De hoc etiam habetur 26. q. 1. in summa. Archidia.) (Cõfitens extraneo sacerdoti non consequitur rem. peccatorum.)

arg. quòd si Papa mandat alicui quòd excōicet aliquem, quòd possit etiā ipsum absoluere: quia excōmunicatio & absolutio pari conditione censentur, vt cui vnū permittitur, & reliquū, vt j. de pœni. dist. 1. verbū. argu. contra. 17. q. 1. si homo 2. Sed ibi Papa præcipit non absolui eius auctoritate, secundū quosdā. In omnibus possunt iudicare minores, & benedicere, sed non econtra. Et hoc probat exemplo Melchisedech, qui sicut legitur in epistola ad Hebræos, benedixit minori, scilicet Abrahæ. Similiter hoc probatur consuetudine ecclesiæ: quia numquam maior legens lectionem, benedicitur à minori. Vnde patet quòd maiores possunt iudicare minores, cum ab eis benedici non possint.

Vid. de hoc extra de mai. & obe. cū inferior. ubi i gl. 1. dic vt ibi. Archid.

feriorē conuenienter absoluit. Hinc [a] liquido peruidetur, quia quem non potest absoluere, non potest iudicio inferior potiorem ligare. & *infra*. Vnde propheta [b] ait: [Nūquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam?] His ita ex diuina scriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, sole clarius exhibuimus [c], non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui maioris potestatis est, iudicijs suis addicere, aut proprijs definitionibus subiugare.

Esa. 10.

Idem eadem epistola.

¶ De eodem. C. V.

NOlite nos existimare facta cuiuscumque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione, velle defendere; sed quòd ita velimus filios circa spiritalem patrem, & discipulos erga magistrū deuotos, ac sobrios esse; vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam (vt non dicam diiudicandam,) sed nec saltem tenuiter reprehendendam [d] prosiliant.

Idem Nicolaus Papa eadem epistola.

¶ Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere possunt. C. VI.

Ans. l. 7. c. 144. Iuo par. 5. c. 17. & par. 6. c. 355. Heb. 7.

DEnique si in epistola legimus ad Hebræos [c], quòd minor à maiore benedicitur; restat profecto, vt exigente ratione etiam maledicatur [f]. Siquidem hæc vtique prænoscentes periculosa tempora illi, qui ante nos fuerunt, prouidam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt; hodieque in Romana ecclesia, quæ magistra est omnium ecclesiarum, impretermissa † seruatur: ita vt nullus sacerdos maiore [g] suo non innuente † consacerdote, cuilibet rei benedictionem †, dare nitatur: sed & anterior stans ad pronuntiandam aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere [h]. Cur hoc? numquid benedicere peccatum [i] est? absit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apostolus; quia regnum Dei non possidebunt: sed per hoc innuitur, quantæ censuræ fræno inferiores quique à suis præpositis iudicandis coercendi sunt, si his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

† al. impreter-missā. † al. iubente. † al. benedicere nitatur.

Gal. 5.

Idem eadem epistola.

De eodem. C. VII.

Poly. l. 1. tit. 10. Ans. l. 2. c. 67. al. 65. Iuo. par. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6.

NVnc autem diuina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostendere vobis (si tamen audire velitis) non posse quemquam rite ab iis, qui inferioris dignitatis, vel ordinis sunt, iudicialibus submitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani [k], & Maximiani Augustorum Marcellinus [l] episcopus vrbis Romæ,

c ¶ *Ad Hebræos.*] vbi legitur quòd Melchisedech benedixit Abrahæ. & per hoc probat Apostol⁹ Melchisedech fuisse maiorem.

f ¶ *Etiam maledicatur.*] Contrariorum n. eadem est ratio, vt j. ea. inferior. ff. de verb. obli. inter stipulātem.

g ¶ *Maiore.*] Argu. φ minor iudex non potest exercere iurisdictionem suam præsente maiore iudice, vt 95. dist. presbyter. ff. de offic. proconsul. l. vlti. Arg. contra. 11. quæst. 1. peruenit. & C. de donat. in hac. 95. distinc. ecce. Dic quòd si minor habet iurisdictionem a maiore, nihil agit, quod fit ad derogationem illius. extra de offic. leg. volentes.

Minor quid faciat præsente maiore.

h ¶ *Benedicere.*] Sed dicitur episcopo, qui postulat hanc benedictionem: Ora pro nobis pater sancte. in quibusdam locis ipse inferior dicit episcopo; Iube domne benedicere. & episcopus benedictione facta legit.

i ¶ *Peccatum.*] Argu. quòd aliquid prohibetur, non quòd ipsum malum sit, sed quòd inde malum potest sequi, vt 22. quæst. 1. in nouo. & 11. quæst. 3. nolite. & 63. dist. cum Hadrianus. §. verum.

NVnc autem.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc c. quòd subditi non possunt iudicare prælatos. Et hoc facit duobus exemplis, scilicet Marcellini Papæ, qui licet confessus fuisset in synodo episcoporum se a Paganis compulsum grana turis diabolo immolasse: nullus tamen episcoporum ausus fuit eum iudicare, sed omnes dixerunt: Ex ore tuo iudica teipsum: quia prima sedes non iudicabitur à quoquam. Et exemplo Xisti Papæ: cui cum in concilio vbi Valentinianus Imperator interfuit, multa obijcerentur: tribuit ei Imperator potestatem iudicandi seipsum: cum ipse non sit subiectus iudicio minorum.

bus istis cap. vsque in finem loquitur de eadē materia, scilicet de facto suffraganeorū Ignatij Constantinopolitani archiepi, qui à suis suffraganeis est depositus fauore Imperatoris.

a ¶ *Hinc.*] Arg. φ idem iuris est in vno contrariorū, qđ in reliquo, vt j. ea. denique. & 26. dist. deinde. & 3. q. 6. hæc quippe. & ff. de verb. oblig. inter.

b ¶ *Vnde propheta.*] Esaias.

c ¶ *Exhibuimus.*] id est, probauimus.

NOlite.] CASVS. Clerici Constantinopolitani obijciebant Nicolao Papæ φ vellet defendere Ignatiū in malo: quibus Nicolaus respondet, dicens se nolle eū in malo defendere: sed vult φ filij sint deuoti patri spirituali, & discipuli magistro: ita vt eos nullo modo iudicent: sed nec etiam reprehendant.

d ¶ *Reprehendendā.*] Sed contra j. 2. q. 7. oues. 2. & ca secuti. & 9. q. 3. si autem. vbi dicitur φ subditi possunt reprehendere prælatos. Sol. triplex est reprehensio; imperiosa, quæ fit imperio potestatis: hæc tantū maioribus conceditur. 43. dist. sit rector. vt hic. Alia socialis: hæc minoribus conceditur. 81. dist. in omnibus. Tertia temeraria est, quæ infamandi causa fit: & hæc nulli conceditur, vt 5. q. vlti. delator.

Hoc cap. post factū pro. quia in eius, procut ibi notatur in glo. vlti. Archi. Reprehensio est triplex.

ADDITIO. Quarta humilis & deuota, vt 2. q. 7. nos si. §. item cum Balaam.

DEnique.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc cap. φ maiores

k ¶ *Diocletiani.*] Nota simul duos fuisse Imperatores. Dic quòd erant duæ personæ, sed tamen erant loco vnius. Sed contra 7. q. 1. in apibus. Sed forte vnus habuit dignitatem; alter administrationem.

Imperatores duo eodem tempore fuerunt.

ADDITIO. Dic quòd huic contrario standum est: quia non debet esse nisi vnus. Ad hoc extra de offi. ordi. quoniā. §. 1. & hoc casuale fuit secundum Pet.

l ¶ *Marcellinus.*] Sed de isto legitur, quòd concilio congregato confessus est quod fecerat, & in se tulit sententiam depositionis: & veniens coram Diocletiano confessus est se Christianum esse: & excommunicauit quicumque eum post mortem sepeliret. Sed videtur quòd hæc sententia, qua præcepit nō sepeliri corpus suū, contineat errorē: vnde nulla debet ei esse: vt extra de sent. exc. per tuas. si quis. n. præcipiat φ corpus suū nō sepeliat, hoc præceptū nō ē adimplen-

adimplendum, vt ff. de condict. institu. quidam. Præterea qualiter poterat iste seipsum excommunicare, vel deponere, cum par in parem non habeat imperium, vt extra de electio. innotuit? Ad hoc potest dici, quod non fuit sententia quam tulit, sed quædam interpretatio, & infuit ei tacita conditio, scilicet, nisi Deus aliter reuelauerit, & Dominus reuelauit aliter: quia sepultus fuit post xxx. dies post mortem. Item quæritur, quare illi episcopi non deposuerunt Papam cum esset confessus de hæresi, vt 40. distinct. si Papa? Dicit Hugo: quia paratus erat corrigi. licet enim Papa, vel alius sit hæreticus, si tamen paratus est corrigi, non deponitur, vt 24. quæstio. 3. dixit Apostolus. Vel ideo non debebant ipsum deponere: quia coactus fecit. 50. distin. presbyteros.

a Videmus, q. hec 11. q. 3. ii ta qui... de hæret. Archid.

b Argu. ad hoc 07. q. 1. §. ubi vero. Arch.

c Immo dicit Hugo, q... non deberent eum condemnare ... quia sponte & humiliter confessus est errorem suum. Tunc enim Papa potest condemnari de hæresi, cum pertinax fuerit, alias non. Hugo.

a Compulsus.] Conditionali non absoluta coactione. si enim fuisset absoluta, non deliquisset, vt 50. distinct. presbyteros.

b Ex ore.] Arg. quòd aliquis potest esse iudex in propria causa. sic. ff. de adop. l. 3. C. de fideicomm. l. vlti. sed iudex ibi impropriè dicitur, id est, arbitrator. in iurisdictione contentiosa non potest, sed in voluntaria sic.

Submittitur.] CASVS. Probat Nicolaus in hoc cap. quòd Ignatius non potuit deponi à subditis, quia canones & exempla sanctorum patrum præcipiunt semper esse recurrendum ad maiorem sedem in causis episcoporum: quod non solum à catholicis, sed etiam ab ipsis hæreticis obseruatur, quia etiam clericus à solo episcopo iudicari non potest; & nisi Dominus Papa intersit vbi episcopus iudicatur, acephalum erit tale concilium.

c Hæreticis.] argum. quòd ab exemplis gentilium est argumentandum, vt 11. quæstio. 3. sacerdotibus. 13. quæst. 2. quæsta. & canon æthinicus.

d Inferioris.] ss. 15. quæst. 7. si autem. in fi. contra, vbi dicitur, quòd solus episcopus illorum causas potest audire. Sed non excluduntur ibi clerici, sed alij episcopi. 15. q. 7. episcopus nullus.

e Præsumptionem.] scilicet depositionem Ignatij.

f Vt Dioscorum.] qui inthronizatus fuit per Regem, & qui postea excommunicauit Papam.

g Quoniam secundis.] Videtur hic, quòd iudex in sententia tenetur exprimere causam quæ ipsum mouit, vt C. de iudic. properandum. §. illo. & ff. de ijs qui not. infa. l. quod ait. §. penul. argu. contra extra de senten. & re iudic. sicut. Ad hoc dico, quòd semper tenetur exprimere causam, si tamen non expresserit, tenet sententia. 2. q. 6. biduum.

qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus [a] est à paganis, vt in templum eorũ ingressus, grana thuris super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numerosiorum concilio episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorũ proferre sententiam in eũ ausus est, dũ ei sæpissime omnes perhiberent: Tuo ore iudica causam tuã, nõ nostro iudicio. Et iterum: Noli, aiunt, audiri in nostro iudicio; sed collige in sinu tuo causam tuam. & rursus: quoniam ex te, inquiunt, iustificaberis, aut ex ore [b] tuo condemnaberis. Et iterum dicunt: Prima sedes non iudicabitur à quoquam. *Idem in eadem.* ¶ Sed & cum quidam tempore quodam contra Xistum Papam tentassent quędam mali † rumoris obijcere, & in concilio, cui & Valentinianus Augustus intererat, dictum fuisset: Non licere aduersus Pontificem dare sententiam; surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præsati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum minorum, vel inferiorum vrbium subactus iudicijs inuenitur.

† al. non boni] orig.

Idem Nicolaus eadem epistola.

¶ Maiores à minoribus iudicari non possunt. C. VIII.

Submittitur Ignatius minorum, inferiorum, & subiectorum deliberationibus, cum sacris canonibus præcipientibus, & exemplis sanctorum Patrum, semper, vbi est maior auctoritas, sit eundum, & in omnibus cõtrouersijs ad potioris sedis iudicia actio † dirigatur. Quod non solum à catholicis, verum etiam ab ipsis constat obseruatum hæreticis [c]. Alioquin acephalum liquet esse concilium, vbi de tanta persona agitur, & maiorum non expectatur sententia; cum nec in causa clericorum inferioris [d] gradus, solius episcopi sui iudicium tantummodo postulandum † sit.

† orig. non habet

† al. postulandũ

Idem Nicolaus ea l. epist.

¶ Sine maiorum sententia, maiores damnari non valent. C. IX.

Intantum hanc præsumptionem [e] sancti Patres apud Chalcedonem detestati sunt, vt Dioscorum [f] Alexandrinum Antistitem inter cetera, idcirco potissimum sine vlla restitutione damnauerint, quia in contumacia [a] permanens erga primæ sedis Romanæ priuilegium, resipiscere à suis superstitionibus, vt seruaretur à prima sede Apostolica, noluit: & ponens in cælo os suum, & lingua eius transeunte super terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictauit, ita vt in sententia contra ipsum prolata, hoc videantur memorare præcipue, dicentes: [Quoniam secundis [g] excessibus priorem iniquitatem valde transcendit. Præsumpsit enim & excommunicationem dictare aduersus sanctissimum, & beatissimum archiepiscopum magnæ Romæ, Leonem]. Numquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, vtrum iuste, an iniuste ipsam Dioscorus excommunicationem dictasset? Non plane: sed absque omni controuersia hoc in eo vlti sunt: quia cum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere cõtumelijs, teste Anatolio Constantinopolitano præsule: qui dicit. [Propter fidem [h] non est damnatus Dioscorus: sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni.]

Poly. l. 3. ti. 10. Ans. l. 2. c. 65. Iuo p. 5. c. 8. Pa. l. 4. c. 6. & 7.

Psal. 72.

In cõcilio Chalcedonen. actione. 5.

a ¶ In contumacia.] Hinc vsque ad verb. ponens. addita sunt ex originali.

Ni tantum.] CASVS. Dioscorus in tribus deliquit, quia scilicet per Regem fuit inthronizatus in ecclesia Constantinopolitana, vnde multi clerici recesserunt ab eo. Item quia factus fuit hæreticus. Post hæc duo delicta ausus fuit excommunicare Papam Leonem: vnde sancti patres apud Chalcedonem congregati ipsum damnauerunt, nõ tantum de hæresi, sed etiam quia ausus fuit suum maiorem excommunicare.

ADDITIO. De hoc not. in prædi. c. sicut. & extra lib. 6. de senten. excomm. cum medicinalis. in princ. Archid.

h Fidem.] tantum, ne sit contra. 15. dist. canones. circa medium versi. quarta synodus.

Qui

Via ergo.] Hæc dist. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *Prima ergo*. CASVS. Dictum est supra, quod maior à minori iudicari non potest. In hac vero 22. dist. videndū est quæ dicatur prima sedes, quæ secunda, & quæ tertia.

O *Mnes.*] CASVS. Mediolanenses nolebāt Ro. ec. sequi, nec ei reuerētiā exhibere, sed Nicolaus Papa probat quod Ro. ec. omnibus est plata, & omnes alias instituit & hoc probat duobus modis. Primo quia illud verbum per quod celū & terra & cetera elementa sunt creata, dedit Petro potestatem cælestis & terreni imperij. Vnde qui priuilegijs Rom. ec. detrahit, hæreticus est: qui vero alijs, iniustitiā facit. Secūdo probat exēplo Ambrosij, qui confessus est in omnibus se velle sequi Ro. ecclesiam.

DISTINCTIO XXII.

*Q**Via*[a] *ergo maior à minori iudicari non debet, videndum est, quæ inter ceteras ecclesias primum locum quæ secundum, vel tertium obtineat. Romana ecclesia (sicut supra dictum est) primum locum inter ceteras obtinet: Alexandrina secundum, Antiochena ecclesia tertium ab ea locum accepit.*

Vnde Nicolaus Papa y. scribit Mediolanensib. per Petrum Damianum legatum suum.

¶ Romana ecclesia ceterarum primatum tenet. C. I.

Anf. l. 1. c. 63 al. 64.

OMnes[b] siue patriarchij cuiuslibet apices, siue metropoleon primatus, aut episcopatuum cathedras, vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana ecclesia. Illam vero solus ille fundauit, & super petram fidei mox[c] nascētis[d] erexit, qui beato æternæ uitæ clauigero terreni simul & cælestis[e] imperij iura commisit. Non ergo quælibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod constructū est cęlum, & terra: per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit ecclesiam. Illius certe priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubium, quia quisquis cuilibet ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam[f] facit. Qui autem Romanæ ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur[g], hic procul dubio in hæresim labitur, & cum ille vocetur iniustus, hic est procul dubio dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit: quæ mater est fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesijs prætulisse cognoscitur *& infra.* ¶ Vnde & ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam profitetur[h] ecclesiam.

Lib 3 de sacramentis c. 1.

Item Anacletus seruus Christi Iesu ad omnes episcopos, epistola 3. c. 3.

In præfatione concilij Nicęni. Poly. l. 1. c. 2. Ans. l. 2. c. 2 & 65. suo par. § c. 2. & 26. Pan. l. 4. c. 2. Matt. 16. 2. dist. 11. cap. quamuis.

¶ Non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Romana ecclesia primatum accepit. C. II.

SAcrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse B. Petro Apostolo dixit: [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduersus eam; & tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cęlis.] Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui vno die, vnoque tempore gloriosa morte cum Petro sub principe Nerone agonizans coronatus est: & ambo sanctam ecclesiam Romanam consecrauerunt; alijsque omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium Sanctorum effundatur oratio: his tamen verbis Paulus beatissimus Apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur dicēs: [Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius: quòd sine intermissione memoriā vestri facio semper in orationibus meis.] Prima ergo sedes est cęlesti beneficio Rom. ecclesiæ, quā (vt memoratum est) beatissimi Petrus, & Paulus suo martyrio cōsecrarūt. Secūda autē sedes apud Alexandriā, B. Petri nomine à Marco[k] eius discipulo atq;

Rom. 1.

Pann. l. 4. c. 4.

b *Omnes.*] Sic construe. Rom. ec. instituit omnes, scilicet plates, siue apicē cuiuslibet patriarchæ, idest, patriarchatus. & per hoc patet quòd sol' Papa nouas facit dignitates. — Ordo literæ.

c *Mox.*] idest ab initio.

d *Nascentis.*] quo ad nouum testamentum.

e *Cælestis.*] Arg. quod Papa habet vtrūq; gladiū scilicet spirituale & tēporalē. 63 dis. tibi dño. & 15. q. 6. alius. & cap. nos sanctorū. & c. iuratos. 1. q. 4. quia pluralitas. & 86 distin. duo. transtulit enim de Græcia imperium, vt ex. ca. de elec. venerabilē. Arg. contra 96. di. duo, & 93. dist. legimus. & 11. d. l. 5. 1. — Papa habens vtrumque gladium translulit imperium. — Excepto, si imperator in priuilegio de hoc &c. q. 6. item cum deus. Arch.

f *Iniustitiam.*] Nec Papa debet vni ecclesiæ detrahere, & dare alteri, vt 99 dist. ecce. & cap. nullus. & 25 q. 2. de ecclesiasticis. nisi subsit causa, vt 9. q. 3. conquestus. & cap. nūc vero. & cap. per principalem. — In cuiusquam enim iniuriā beneficiū tribuere nostri moris nō est, dicit Imperator C. de emā. et nunc autem. ad hoc 14. q. 5. denique. Archi.

g *Conatur.*] solus ergo conatus hic punitur, vt 6. q. 1 § ecce verum. & 1. q. 1. qui studet de pœn. dist. 1 si quis.

h *Profitetur.*] Arg. quod cōfessio plati nocet ecclesiæ suæ. arg. j. ca. de Constantinopolitana. i. ii.

S *Acrosancta.*] CASVS. Capitulum hoc diuidit in tres partes. In prima parte probat Ro. ecc. primā esse siue priorem, & alijs plerasq. & hoc ostendit tribus modis. Primo auctoritate Christi dicentis: Tu es Petrus, &c. Secundo in gloriosa morte Petri & Pauli, qui Rom. ecc. consecrauerunt: & eā alijs sui præsentia prætulerunt. Tertio speciali oratione facta pro Romanis. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Prima ergo.* dicitur quod prima sedes est Romana: secunda Alexandrina: tertia Antiochena. In tertia parte quæ incipit ibi, *Et post pauca.* discretio fuit inter Petrum & alios apostolos: quæ hodie est inter Papam & alios episcopos. Hoc etiam fuit in ueteri testamento. Vnde Moyses & Aaron ceteris præfuerunt sacerdotibus.

& quidē primū locum obtinet Roma. eccle. Alexandrina secundum. Antiochena tertiū. & hoc probat Gratianus per 7. cap. sequentia.

a *Quia ergo.*] In hac dist. ostendit ordinē maiorū ecclesiarū. Et primo ostendit quē ordinem habuerunt secundum antiqua tempora. Secundo ostendit quē ordinem habuerunt postea secundum moderna tempora. Secundū antiqua tempora talis fuit ordo: Prima fuit Romana ecclesia: Alexandrina secunda: Antiochena tertia: quarta Hierosolymitana, vt j. ea. § 1. & c. 2. sed Constantinopolitana nullū locū habuit, ut ea. quia traditione. sed postquam imperiū fuit translatū Cōstantinopolim, Cōstantinopolitana ecclesia obtinuit secundum locū post Ro. Alexādrina: tertiū: Antiochena quartū: Hierosolymitana quintum. & hoc di. j. ea. renouantes. extra de priuileg. antiqua. — Ecclesiarum maiorum ordo.

Casus autem sequen. §. & c. per se patet.

i *Sine intermissione.*] Non tamen in quolibet instanti, sed horis constitutis, sic j. 31. dist. si laicus. & 37. dist. de quibusdam. — Quod fieri sine intermissione dicatur si certis horis assidue in seruientibus. al. fl. de diuinis offi. lege diuinus dici. Arch.

k *A Marco.*] ut 2. q. 4. scitum beatissimus.

E a2 Primam

Euangelista consecrata est: quia[a] & ipse in Aegypto primum verbum veritatis directus à Petro prædicauit: & gloriosum suscepit martyriũ; cui venerabilis successit Abilius. Tertia vero sedes apud Antiochiam eiusdem, idest, beati Petri apostoli nomine habetur honorabilis; quia illic, priusquam Romam veniret, habitauit, & Ignatium episcopum constituit: & illic primum [b] nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. *& post pauca.* Inter beatos Apostolos quædam fuit discretio [†] potestatis: & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen à Domino concessum est (& ipsi inter se idipsum voluerunt) vt reliquis omnibus præesset Apostolis, & Cephas[β] idest caput, & principium teneret apostolatus: qui & eamdem formã suis successoribus, & reliquis [γ] episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in nouo testamento est cõstitutum, sed etiam in veteri fuit: vnde scriptum est [Moyses [c] & Aaron in sacerdotibus eius.] idest primi inter eos fuerunt. *& post pauca.* Hæc vero Apostolica sedes cardo, & caput (vt prætactum est) omnium ecclesiarum a Domino, & non ab alio est constituta: & sicut cardine ostium regitur; sic huius sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ (Domino disponente) reguntur.

Polyc. l. 1. tit. 1. Ansl. l. 1. c. 7. Burch. l. 1. c. 159. Iuo p. 5. c. 269. [†] *al. discretio, & licet.* *Psal. 98.* Poly. l. 1. tit. 1. Ansl. l. 1. c. 2. Burc. l. 1. c. 178. Iuo p. 5. c. 294.

α [Quia] *Hinc vsque ad ver. Tertia addita sunt ex originali: quemadmodum & alia nonnulla.*
β [Cephas] *In Euangelio Ioannis c. 1. Cephas (quæ vox Syriaca est) exponitur πέτρος, quod græce petram significat: idq; docet etiam B. Hieronymus in comm. epist. ad Galatas, c. 2. neq; credendum est ignorasse Anacletum: sed voluisse eam dictionem ad græcam linguam eo tempore notissimã referre. Quod fecit Cyrillus Hierosolymitanus catechesi decima in nomine Iesus, nõ modo hebraicam, sed etiam græcam illi etymologiam tribuens. Atqui hoc ipsum nomen Cephas, Optatus Afer antiquus, & probatus author, quem Hieronymus, & Augustinus magni faciunt, libro secundo eodem modo, quo Anacletus, accipit, his verbis:* Igitur negare non potes, scire te in vrbe Roma, Petro primo cathedram episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: vnde & Cephas appellatus est. *Et Isidorus lib. 7. Etym. c. 9 sic de Petro loquitur:* Cephas dictus, eo quòd in capite sit constitutus Apostolorum. Κεφαλὴ enim græce caput dicitur. *Verum apud Burchardum & Iuonem sic habetur:* vt reliquis omnibus præesset Apostolis Cephas, idest vt Petrus principatum teneret Apostolatus.
γ [Et reliquis.] *In originali est,* & reliquis Apostoli episcopis.

Hac auctoritate, Alexandrina ecclesia secundum à prima locum habere censetur. Sed postea in Constantinopolitana synodo ecclesia Constantinop. secundum à sede Apostolica locum accepit. Vnde in eadem synodo, idest, Constantinop. 1. c. 5. ita constitutum est.

¶ Secundum a Romano Pontifice Constantinopolitanus obtinet locum. C. III

CONstantinopolitanæ [d] ciuitatis episcopũ habere oportet primatus honorem post Romanũ episcopũ: propterea quòd sit noua Roma.

Ex prisca versione. Poly. l. 2. tit. 22.

Canon hic ex ijs est, quos Apostolica Romana sedes à principio, & longo post tempore non recepit: quod ex epistola 51. aliàs 53. Leonis Papæ primi ad Anatolium Constantinopolitanum, & alijs eiusdem epistolis facile est cuiuis cognoscere: itemq; ex duabus epistolis Leonis noni, vna aduersus præsumptiones Michaelis, & Leonis, c. 28. altera ad eumdem Michaelem. Sed multo clarius ex B. Gregorij epistola 31. lib. 6. ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum: atq; ex epistola Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem: quæ incipit, Proposueramus. *Quanquam Constantinopolitani episcopi, Imperatorum potentia freti secundum locum Patriarchalium sedium sibi vsurparunt: idq; tandem pacis, & tranquillitatis causa fuit ipsis concessum, sicut in c. antiqua, de priuileg. Innocentius Papa iij. declarauit.*

Item Gregorius Ioanni Episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 63.

¶ Apostolicæ sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam. C. IIII.

DE Constantinopolitana [e] ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi Apostolicæ esse subiectam? quod & D. pijssimus Imperator, & frater noster Eusebius eiusdem ciuitatis episcopus assidue profitentur? Tamen si quid boni, vel ipsa, vel altera ecclesia habet, ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus [f] est enim, qui in eo se primum existimat, vt bona, quæ viderit, discere [g] contemnat. *Idem ibidem, epistola 64.* Nam, quòd Primas Byzantenus [h] sedi Apostolicæ dicit se subijci [i], si qua culpa in episcopis inuenitur, nescio [k] quis [†] ei subiectus non sit: cum vero culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis [l] æquales sumus.

Ansl. l. 5. c. 66. [†] *al. ei episcopus subiectus.*

Hoc caput sumptũ est ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: sed in epist.

a [Primum.] vt 7. q. 1. mutationes.
b [Christianorum] Primo enim omnes fideles fuerunt dicti discipuli. de conse dist. 2. prima. vel fratres. 11. q. 3 c. ad mensam. sed postquam Apostoli fecerunt concilium Antiochenum, dicti sunt Christiani. 24. q. 1 rogamus.
c [Moyses.] Licet Moyses & Aaron primi & summi dicti sint sacerdotes: tñ Moyses fuit maior q̃ Aaron in administratione, non quò ad consecrationẽ sacerdotalẽ. In hoc enim ambo pares fuerũt: Moyses tamẽ hostias non offerebat: sed vota offerebat pro populo, vt 36. dist. si quis vult. & 88. dist. decreuit. Itẽ & in hoc erat maior Moyses, q̃ Aaron: quia instruebat & redarguebat eum tanquam minorem [l], vt de pœn. dist. 3. inter hæc hircum.

[l] Nam in hoc casu discipulus maior [illegible] poenitentia alio. 2. q. 7 Paulus Petrum Arched.

d [Constantinopolitanæ.] § Roma noua.] dicta est Constantinopolis: quia Constantinus illuc cũ alijs Romanis iuit, & eam construxit. vnde & Constantinopolis & Roma noua est dicta. 96. dist. in. Constantinus.

DE Constantinopolitana.] CASVS. Dicit Grego. in hoc cap. q; nullus debet dubitare Constantino. ecclesiam esse Romæ subiectam: & tñ si quid boni habet ipsa, vel alia ecclesia, libenter sumere ab ea paratus est: quia stultus, &c. Nam cũ Constanti. eps confiteatur eam esse subiectam Romanæ eccle. nullus de hoc dubitare debet.
e [De Constantinopolitana.] Immo ipse Imperator eã fatẽ subiectã Ro ece. vt in Auth. de ecc. ti. i prin. coll. 9. ADDITIO Et C. de sum. tri. l. inter claras. Lau.
f [Stultus.] Stultus, ta, tum. dr quasi extultus, ab extollo, lis. q2 se extollit. vel dr stultus, quasi statim vltus, ab vlciscor, eris. quia stultus statim vltionẽ expetit: nec deliberat. Vel dic q; proprie stultus est qui per stuporem non mouet iniuria; sæuitiam enim pfert, nec vltus est, nec vllo ignominiæ mouet dolore: quia stultus est hebetior corde. vnde qdam ait: Ego me esse stultũ existimo: fatuum esse non opinor, id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis: secundum Pap. & Hug.

Stultus vnde dicitur.

g [Discere.] Arg. est hic q̃ seniores qui erubescunt discere a iuuenibus. sic 38. dist. nullus. & 24. q. 3. si habes. & 84. dist. peruenit. Item habes hic q; maiores tenentur sequi exempla minorũ si bona sunt. 1. q. 1. si fuerit. & c. neq; in homine. & 19. dist. secundum.

Seniores non debent erubescere à iunioribus discere.

h [Bizantenus.] id est, Constantinopolitanus. prius enim Cõstantinopolis dicta fuit Bizantium.
i [Subijci.] ita demum si qua culpa, &c.
k [Nescio] q. d. ex quo Cõstantinop. eps fatet se esse subiectũ Ro. ecc. multo magis & alij tenẽt fatẽri. Sic vt q; cõfessio plati nocet ecclesiæ, vt extra de ca. mo. dilectus. & de sen. & re iu. suborta. & de postu. pla. ad hæc. 1oã. qđ credo verũ esse si de cõsensu sui capituli facta est in iudic. o, vt extra de iudi. causã & de pcu. c. 1. B.

Prælati confessio an noceat ecclesiæ.

l [Humilitatis.] Hoc vult dicere, q; oẽs essent equales, si omnes vellent esse boni: sed qa aliq peccare volũt, necesse est q; aliq sint maiores

De hoc tamen vt legis extra lib. 6. de re iud. præsenti. quæ est Innoc. 4. & no. de cle. decim. S. Ar. clud.

Culpa est subiectionis causa.

maiores qui puniant peccata eorum.culpa enim causa subiectionis est.nam non peccantes legi non subijciuntur,vt in Authen. de incest.nup.§.si vero.coll.5.19.q.2.duæ sunt.Et aliter nõ posset cõsistere genus humanum nisi quidam essent maiores, & alij minores,sicut est in Angelis,vt 89.dist.ad hoc.

Qua

d ¶ *Qui sacri.*] ironice dicit.

e ¶ *Nullum nomen.*] quia tẽpore Gelasij Constantinopolitana ecclesia non habuit secundum locum adhuc. vel nullum vocat propter hæresim ibi statutam.

f ¶ *Renouantes.*] ¶ *Similia.*] Simile priuilegium habet in quibusdã,q.ad ipsum appellatur medijs prætermissis, vt 11.q.1.si clericus. Et q.a deponit epm,vt vñ,xi 3.q.5.qa suspecti. Et Imperator dicit, q idẽ iuris habet i suis subditis,qd Papa in suis,vt in Auth.de eccle.tit.§.1.coll.9.Similiter Alexãdrina ecclesia forte in pdictis simile habet priuilegium Romanæ,vt 65.dist. quoniã.&c. mos antiquus.

g ¶ *Priusquam.*]Sic ergo aliqua ecclesia priuať iure suo sine culpa sua, & hoc fit: qñq; pp fauorẽ, qñq; pp odiu. Propter fauore multipliciter. vno modo vt hic: alio modo fauore sacerdotij,vt 54.di. frequẽs. Et alio modo pp vim consecrationis, vt 14.q.6.cõperimus.Qñque pp fauorẽ religiosis,vt extra de ecc.ædi. ad audiẽtiã 2.Qñq;pp scãdalũ, vt extra de cle.egro. tua. Qñq; pp defectũ sacramenti, vt 34.dist.si cuius.Itẽ pp odium alterius, vt 70. dist.oẽminẽ.16.q.7.decernimus. Propter paupertatẽ.10.q.3.c. vnio. Itẽ pp ordines,vt dist.54.frequẽs.Alias regulare est, q nemo sine culpa sua priuãdus est iure suo,vt 16.q. 7. inuentũ. & 16. dist. satis peruersum 3. Hic põt habere locũ distinctio, q qñq; perdit priuilegiũ pp fauorẽ, vt hic, qñq; pp enorme damnũ,vt extra de deci.suggestũ. qñq; pp abusũ. 11.q.3.priuilegiũ.qñq; pp delictũ.25.q. 2.ita nos.quandoq; propter negligentiã.ff.de nundinis.l.1. quandoq; propter contrariũ factum.extra de priui.si de terra.& c.accedentibus.Et not. q licet quis sine culpa perdat priuilegium,numquam tamen sine causa.extra vt lite non contesta.quoniam frequenter.§. porro. vnde versus:

Paupertas,odium,vitium, fauor,& scelus,& ordo.

Personas spoliant & loca iure suo.

Appellatio potest ad Papam omisso medio interponi.

Iure suo multis modis quis priuatur.

63. ex qua accepta est prior pars,agitur de Constantinopolitana ecclesia: in sequenti vero 64.agitur de Primate Byzaceno prouincia Africa,non autem Constantinopolitano,quod videntur & Gratianus, & Anselmus,apud quem eodem modo legitur,voluisse;adducti fortasse summula illa, qua præposita est epistola Gregorij. Auctor quodã glossa,quod Gratianũ putauit sensisse, aperte exposuit,

Item Gelasius Papa 1.ad Faustum magistrum legationis.

¶ Constantinopolitanus episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur. C. V.

Iuo p.5.c.9.

QVa traditione maiorum, Apostolicam sedem in iudicium vocant [a]? An secundæ sedis Antistites, & tertiæ, ceterique bene sibi conscij sacerdotes depelli [b] debuerunt;& qui religionis extitit inimicus [c],depelli nõ debuit? Viderint ergo,si alios habent canones,quibus suas ineptias exequantur.Ceterum isti, qui sacri [d],qui ecclesiastici,qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt, & Constantinopolitanæ ciuitatis episcopus, quæ vtique per canones inter sedes nullum nomen [e] accepit, in communionem recidens perfidorum,non debuit submoueri?

Item ex vi.synodo sub Iustiniano congregata,c.36.

¶ Constantinopolitana ecclesia secundum a Romana obtinet locum. C. VI.

† *Petimus,id est, statuimus.*

REnouantes [a] sancti Cõstantinopolitani decreta cõcilij,petimus †, vt Constantinopolitana sedes similia [f] priuilegia, quæ superior [β] Roma habet, accipiat; nec nõ [γ] in ecclesiasticis rebus magnificetur,vt illa: sed hæc secunda post illam existens, prius quàm [g] Alexandrina sedes numeretur; deinde Antiochena, & post eam Hierosolymitana.

α ¶ Renouantes.] *Hic agitur de quinto illo canone primæ synodi Constantinopolitanæ, de quo supra ead.c.Constantinopolitana dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones,qui sextæ synodo tribuuntur,videnda est notatio ad c.sextam.supra 16.dist.*

β ¶ Superior,] *Ita habetur in aliquot vetustis exemplaribus: nam in vulgatis erat,* inferior. *græce est,* γῆς πρεσβυτέρας ῥώμης. *id est* antiquioris uel senioris Romæ,*vt infra ca.proximo.Omnino autem caput hoc longe breuius est in hac versione,quàm in græco exemplari,vno tantum loco copiosius,quòd Antiochenam numerat sedem:cuius in græco vulgato nulla mentio.*

γ ¶ Nec non.] *sic emẽdatũ est ex aliquot manuscriptis,& græco:antea enim legebatur*, non tñ.

Hinc datur intelligi,quòd Alexandrina ecclesia de secunda facta sit tertia,& Antiochena de tertia sit quarta, nisi forte quis duas contendat esse secundas,vt Constantinopolitanam,& Alexandrinam parem suæ dignitatis velit locum obtinere.

Vnde in viij.synodo habita sub Hadriano Papa ij.can.21.

¶ Quæ Patriarchalium sedium primũ,vel deinceps teneat locum. C. VII.

Deusdedit p.3. Ansel.l.2.c.72.

DIffinimus neminẽ prorsus mũdi potentũ,quemquã eorũ, qui Patriarchalibus præsunt sedibus,inhonorare, aut mouere a proprio throno tentare;sed omni reuerẽtia, & honorẽ dignos iudicare,pcipue quidẽ sanctissimũ Papã senioris Romæ,deinceps aũt Cõstãtinopoleos Patriarchã,deinde vero Alexãdriæ,ac Antiochiæ,ac Hierosolymorũ [h].

DISTINCTIO XXIII.

i [a] BReuiter [i] *qua inter ecclesiastica officia sit differẽtia,mõstrauimus.Nunc à summo incipientes,& vsque ad vltimũ gradũ descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari,sanctorum auctoritatibus ostendamus.*

Vnde Nicolaus Papa ij.in conc.Lateranensi.

QVa traditione.] CASVS. Acacius Constantinop. patriarcha cũ esset in hæresi,excõicauit Alexandrinũ,& Antiochenũ patriarchas,& eos à suis sedibus fecit expelli,quia sibi nõ fauebãt in suo errore.quare Gelasius Papa in illa synodo cõgregata excõicauit Acacium & Constantinopolitanos ei fauentes q inciderãt in hæresim iã dãnatam. Acacius vero Constantinopolitanus eps & cõplices cõquerentes dicebant, Papã non debuisse eos excõicasse nisi in synodo cõgregata,& sic volebant cogere Papam congregare cõciliũ,vt de suo facto iterũ cognosceret in synodo, & hoc intẽdebant probare auctoritate quorumdã canonum,quos fallaciter inducebant.Sed Gela.ↄ eos dicit, q iustissime sunt damnati, cũ illi iniuste cõdẽnauerint Alexandrinũ, & Antiochenũ patriarchas:nec auctoritates quas allegant,eos defendere possunt [1].

¶ Capitula quæ sequuntur cũ §.plana sunt vsque ad finem dist.

a ¶ *Vocant.*] ad concilium faciendum [2].

b ¶ *Depelli.*] ab Acacio Constantinopol.patriarcha.

c ¶ *Inimicus.*] Acacius.

h ¶ *Diffinimus.*] ¶ *Ac Hierosolymorum.*] Sunt & alij [4] patriarchæ, vt Bituricen.Aquilegien.vt 9.q.3. conquestus. & c. nunc vero.ĩ.32.dist.erubescant.

BReuiter.] Hæc distinct. diuiditur in sex partes, in quarum prima ponit quid iuris sit de electione Romani Pontificis. Secunda ibi, *Episcopi vero.* Tertia ibi, *His igitur.* Quarta ibi, *Dalmaticam.* Quinta ibi. *Quarterus.* Sexta ibi, *Subdiaconus.*

CASVS. Supra ostensum est quæ differentia sit inter ecclesiastica officia,& ministros ecclesiæ in illo cap.cleros. In hac vero 23. distin.ostenditur qualiter quisque debet ordinari a summo vsque ad vltimum gradum.

i ¶ *Breuiter.*] In hac dist.23. ostenditur qualiter singuli ordines

1 De hac materia loquitur 24. q.3.c.l quibus.

2 Scilicet quia dicebant illi, quod Papa non posset sine concilio aliquẽ damnare,quod falsum est. Hu.

3 De hoc etiam extra de priui.antiqua. Arc.

4 Scilicet qui patriarchalibus sedibus præsident, vt Pisanus, Bituricensis,Gradẽsis ac plures debent esse qui in capite cuiusque prouinciæ, &c. 99 dist.c.1.secundum Hug.

sunt conferendi. Et primo ostendit qualiter debet Papa eligi & ordinari [1]. Secundo qualiter ordinandus in episcopum debeat examinari [2]. Tertio qualiter episcopus, & alij inferiores sint ordinandi [3]. Quarto annectit de habitu clericorum, & quòd moniales non debent contingere sacra vasa.

1 ¶ s. eo. c. 1.

2 ¶ s. eo. c. 2.

3 ¶ eo. c. 3. & 4. Et annectit & quid sequitur si in aliqua ordinatione fuerit contradictio in ordinatione episcopi, & de professione obedientiæ, quam debent inferiores facere suis prælatis ¶. eo. ca. illud. & c. seq. in de fen.

respectu Cardinalium, sed aliorum clericorum. Vel religiosos appellat hic episcopos Cardinales.

k ¶ *Legitimus.*] id est, canonicus.

l ¶ *Nulla.*] .dist. 62. c. 1.

m ¶ *Funguntur.*] Non tamen ideo sunt maiores Papa; quia cõsecrant eum

Sed aliis religiosis vasis vel sacris renunciare. Lau.

Consecratus est inferior consecrato.

I[N nomine Domini.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte ponuntur verba notarij. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Nouit beatitudo.* dicit Nicolaus, quod mortuo Stephano Papa, ecclesia multas passa fuit tribulationes, & iniurias. & ideo volens futuris casibus prouidere, statuit, vt quoties mortuo Papa electio de successore eius imminet facienda, conuenire debeant Cardinales, & vocare qui vocandi sunt, qui debent eligere vnum de seipsis, si ibi idoneus inuenitur: alioquin de alia ecclesia eligatur, & consecrabitur a Cardinalibus, sicut archiepiscopi cum episcopis suis consecrant, & confirmant episcopos: & hæc electio fiat in ciuitate Romana, vel alibi in necessitate, & ex sola electione habeat potestatẽ disponẽdi de rebus ecclesiæ, & ordinandi Rom. Eccle. si inthronizari non pōt. In tertia parte quæ icipit ibi, *Quod si quis contra hoc*, maledicit ei qui contra hoc decretum fuerit ordinatus, cum suis fautoribus, pœna depositionis adiuncta; & benedicit omnibus obseruatoribus. Et no. quod ab illo verbo, *Nouit beatitudo*, vsque in finem, sunt verba Nicolai.

Cas. §. seq. p se patet.

a ¶ *In nomine.*] hæc sunt verba notarij vsque ibi, *Nouit beatitudo.*

¶ Decretum Nicolai Papæ de electione summi Pontificis. C. I.

IN nomine [a] Domini nostri, & saluatoris Iesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem M L I X. mense Aprili, indictione [b] xij. propositis sacrosanctis Euangelijs, præsidente quoque reuerẽdissimo †, ac beatissimo Nicolao Apostolico Papa in basilica Lateranẽsis Patriarchij [c], quæ cognominatur Constantiniana, considentibus etiam reuerendissimis episcopis abbatibus, presbyteris, diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione summi Pontificis, inquit. ¶ Nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres, & coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædecessore nostro, hęc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deseruio, quot aduersa pertulerit, quot denique per simoniacæ hæresis trapezitas [d] repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subiacuerit; adeo [e], vt columna Dei viuentis iam iam pene videretur concussa nutare, & sagena summi piscatoris, procellis intumescentibus cogeretur in naufragij profunda submergi. Vnde, si placet fraternitati vestræ, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus [f] prudenter occurrere; & ecclesiastico statui, ne recidiua † (quod absit) mala præualeant, præcauere. Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque statuimus, vt obeunte huius Romanæ vniuersalis ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales episcopi diligentissime simul de electione tractantes [g], mox Christi † clericos Cardinales adhibeant: sicque reliquus clerus, & populus ad consensum nouæ electionis accedat; nimirum prę cauentes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Et ideo religiosissimi [h] viri preduces [i] sint in promouẽda Pontificis electione; reliqui autem sequaces. Certus vero, atque legitimus [k] hic electionis ordo perpenditur: si perspectis diuersorum Patrum regulis, siue gestis, etiam illa beati Leonis prædecessoris nostri sententia recolatur. [Nulla [l], inquit, ratio sinit, vt inter episcopos habeantur; qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati]. Quia vero sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesijs, atque ideo super se metropolitanum habere non potest; Cardinales episcopi proculdubio metropolitani vice funguntur [m]; qui videlicet electum episcopum ad Apostolici culminis apicem prouehãt. Eligatur autem de ipsius ecclesiæ gremio [n], si reperitur idoneus; vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur; saluo debito honore, & reuerentia dilecti filij nostri Henrici; qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, speratur; sicut iam sibi concessimus, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica sede psonaliter hoc [o] ius impetrauerint. Quòd si prauorum, atque iniquorũ hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura, sincera, atque gratuita fieri in vrbe [p] non possit electio; Cardina-

Pann. l. 3. c. 1.

† al. reuerentissimo

† al. rediuiua

al. episcopi

¶. dist. 62. Nulla ratio

concordia. Sic 8. q. 3. Artaldus. 16. q. 1. hinc est etiam. & 1. q. 7. conuenientibus. ar.

b ¶ *Indictione.*] indictio dicitur spatium trium lustrorum.

c ¶ *Patriarchij.*] in quo Papa residet.

d ¶ *Trapezitas.*] id est, campsores.

e ¶ *Adeo.*] Hic tãgitur latẽter qđ legitur in chronicis, quod Benedictus x. qui successit Stephano, eiectus est de pontificatu, & factus est Papa Ioannes Sabinen. eps pro pecunia [4]: cui impositum est nomẽ Siluester. & iste ẽt deiectus est. & deinde reparatus, & restitutus est Benedictus, & iterũ eiectus est Benedictus, & datus papatus Ioanni archipresbytero ante portam Latinã, cui impositum est nomẽ Gregorius: & hic ab Henrico Imperatore est depositus, & vltra montes translatus est. hoc totũ vno anno factum est, & propter hoc datum fuit priuilegium Henrico de quo hic fit mentio.

f ¶ *Futuris casibus.*] No. ad cautelã futurorũ aliquid statui, vt 63. dist. cũ Hadrianus. & 1. q. 7. cõuenientibus. ff. loc. si quis domũ. §. 2. arg. cõtra, quia non imputatur alicui si non dãnauit ecclesia, vt extra, vt eccl. benefi. vt nostrõ, & ff. ad leg. Aquil. l. si putator.

g ¶ *Tractantes.*] Videtur, quod electionẽ semper debet pcedere tractatus: alioquin electio nulla est; sicut alienationẽ debet pcedere tractatus, vt 12. q. 2. sine. Io. quod hodie expressum est extra de electio. in Genesi. & cap. quia propter. B. [5]

h ¶ *Religiosissimi.*] id est, episcopi Cardinales.

i ¶ *Preduces.*] ¶. dist. 89. c. 1. contra. Sed hic dixit, preduces non

Multiplex Papæ mutatio.

4 Numquid iste sic electus, possit accusari de simonia tur. quod sic 79. d. si quis pecunia. vbi de hoc ¶. 20. di. c. 1.

Electionem tractatus præcedere debet.

5 Et no. quod hinc colligitur, quod clerici primo deberent in aliquẽ consentire, & po-

eum, quia suffraganei consecrant metropolitanũ, non tamen ideo sunt maiores, vt 66. dist c. 1.

n ¶ *Gremio.*] Ergo aliquis io Romana eccle. põt esse nõ idoneus ad papatũ, & sic est ¶. 21. dist quãuis. in fi. vbi dr, quod ibi nõ est macula, nec ruga, sed bene põt esse, quod oẽs sunt sancti, oẽ tñ oẽs sunt idonei ad papatũ, vel quia sunt corpore vitiati, vel aliud habẽt impedimentũ. Itẽ habes hic, quod semper de clericis ipsius ecclesiæ eligẽdus est platus, si ibi est idoneus, vt 61. dist. nullos. & c. obitũ. & 63. dist. metropolitano. idẽ i Abbate, vt 18. q. 2. ¶ sit [6]. & tunc sufficit, quod sit bonus [7]: sed si de altera ecclesia eligitur, requirit quod sit optimus, vt dicunt qdã. & est arg. ad hoc ff. de tutori. & curatori. diuus. De hac materia plene inuenies 8. q. 1. licet In. & tñ tali iuri põt renuntiari. vnde si maior pars capituli eligat de alia ecclesia, valebit electio. extra de elect. cum nobis olim. & cap. cum inter canonicos. & cap. in causis. licet Io. dixerit ꝯ. & sufficit ẽt tunc, quod sit bonus, vt in prædi. decreta. cum nobis. B.

o ¶ *Personaliter hoc.*] Ex his verbis apparet personale priuilegiũ hoc fuisse: & ideo ad alios nõ prorogari. ff. de censi. ætatẽ. & 7. q. 1. peusti. & 16. q. 1. hinc etiam.

p ¶ *Fieri in vrbe.*] Semper. n. ibi faciẽda est ordinatio, & examinatio clericorũ, vt 24. dist. qñ. & si alibi fit electio, ¶ in loco ad hoc determinato, electio est nulla, vt extra d' ele. venerabilẽ. nisi subsit causa, vt hic dr, & 63. dist. quãto. & extra de elect. bonæ memoriæ.

Papa an possit esse quis nõ idoneus.

Eligendus an debeat esse de gremio ecclesiæ.

6 Et cap. Abbatem. 18. Arch.

7 Ad hoc extra de elect. cum nobis olim. immo sufficit ne mal' existat, vt 16. q. 1. §. monasteria.

Electio quæ fit in loco non determinato nulla est.

ADVERSIO. Nam duæ partes Cardinalium semper debent adesse, extra de ele. licet. nisi sint valde remoti. Io. de Fan.

a ¶ *Laicis licet.*] hoc tantum ad laicos refertur.

b ¶ *Et disponendi*] In alijs prælatis secus est. nam illi ante confirmationem non habent ius administrandi, vt extra de elect. nosti. nisi gatur audientia. At contra extra de resti. spol. in litteris. Ioan. Sol. quilibet spoliatus restitui debet, nisi spoliatus sit à iudice iusta de causa, vt extra de rescrip. dilectus 2. & nisi in casibus exceptis, vt extra de resti. spo. litteras. & c. ex transmissa. 3. q. 1. in summa. nec excommunicatus directe poterit restitutionem petere, vt extra de except. cum inter. 3. quæst. 1. in summa. vbi de hoc. Ber.

Electus ante confirmationem non administrat. ... Io. de Fan.

les episcopi cum religiosis clericis, catholicisque laicis, licet[a] paucis, ius potestatis obtineant, eligere Apostolicæ sedis Pontificem, vbi congruere viderint. Plane, postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is, qui electus est, in Apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non valeat: electus tamen, sicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponendi[b] omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationem fecisse cognouimus. Quòd, si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum, per seditionem, vel præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus, & sequacibus a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ separatus abijciatur, sicut Antichristus, inuasor, & destructor totius Christianitatis: nec aliqua † super hoc ei audientia[c] reseruetur: sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocumque fuerat prius, sine retractatione deponatur: cui quisquis adhæserit, vel qualemcumque tamquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia † sit mancipatus. Quisquis autem huius nostræ † decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere, & conturbare contra hoc statutum tentauerit, perpetuo anathemate, atque excommunicatione damnetur; & cum impijs, qui non resurgent in iudicio, reputetur; omnipotentis iram contra se sentiat, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli (quorum ecclesiam præsumit confundere) in hac vita, & in futura furorem[d] sentiat: fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculis eius non sit, qui inhabitet: fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua: commotus amoueatur ipse, & filij eius, & mendicent, & ejciantur de habitationibus suis: scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius: orbis terrarum pugnet contra eum, & cuncta elementa[e] sint ei contraria, & omnium sanctorum quiescentium merita illum confundant[f]: & in hac vita super eum apertam vindictam ostendant[g]. Obseruatores autem huius nostri decreti, omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum apostolorum Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absoluat.

† al. aliquando
† al. sententia
† al. nostri.
Psal. 8.
Psal. 68.
Psal. 108.
Apo. 5.

¶ *Huius decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatiæ monasterij Farfensis litteris Longobardicis ante annos fere quingentos scripto, & alibi.*

Episcopi vero, & ceteri ordines infra constituti, qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthaginensis concilij quarti, c. 1. cui interfuit Augustinus tempore Honorij Augusti, ostendamus; ab eorum examinatione incipientes.

¶ Quomodo sit examinandus, qui in episcopum eligitur. C. II.

Ordo Roman. pag. 95. Burch. l. 1. c. 8. Iuo pa. 5. c. 62. Poly. l. 2. tit. 9.

QVi episcopus ordinandus[h] est, antea examinetur[i], si natura sit prudens, si docibilis[k], si moribus temperatus[l], si vita[m] castus, si sobrius, si semper suis negotijs cauens[n], si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus; & ante omnia, si fidei documenta[o] verbis simplicibus[p] asserat[q], id est, patrem, & filium, & spiritum sanctum

d ¶ *Furorem*] id est, vindictam.

e ¶ *Elementa.*] id est, siue sit in terra, siue in aqua, puniatur.

f ¶ *Confundant.*] id est, à confusione non liberentur.

g ¶ *Ostendant.*] Nec peccauit iste maledicendo: quia maledictorum duo sunt genera. 24. quæst. 3. cum sancti.

EPISCOPI VERO. Hæc est secunda pars dist. in qua ponit quæ sunt quærenda in episcopo tempore consecrationis. Io. de Fan.

¶ Casus huius §. per se patet.

QVi episcopus.] CASVS. In hoc ostenditur quæ & quæ in electo in episcopum & confirmando sunt quærenda tempore consecrationis: in quibus si inueniat instructus, ab omnibus episcopis consecretur præsente archiepiscopo, vel auctoritate præsentis.

h ¶ *Ordinandus.*] id est consecrandus: quia tunc est scrutinium faciendum.

i ¶ *Examinetur.*] Ista examinatio non est facienda, nisi circa ignotos. 47. dist. de Petro. & 94. distin. valete. & hoc verum est de scrutinio electionis: antea te sumatum, etiã circa notos quæreret de modo eligendi, & de ijs quæ habes extra de ele. cum in cunctis. Scrutinium autem quod fit in consecrando, illud numquam est omittendum, etiã circa notum, vt hic, & 65. dist. cap. 1. 2. & 5. & 75. dist. c. 1. imo repellitur, & si in vno deficiat. 38. distin. quæ ipsis.

k ¶ *Et docibilis.*] Melius diceretur, docilis: quia homo est docilis

Ad idem 7. q. 1. præsenti. 63. dist. quorumdã. Archidia.

Idẽ no. Inno. extra de exces. prælat. cum nostris, in glo. penultima sunt ... 9. q. 3. ... in glo. ... Archi.

Consecrandus non scis ante examinandus.

Arg. ... dist. ... Io. de Fan.

Docilis & docibilis differentia.

nisi sint archiepiscopi transmontani: extra de elec. quod sicut. Vel nisi sint exempti. qui si transmontani sunt, statim possunt administrare, vt extra de electio. nihil. sed certe videtur, quod in omnibus idem iuris est, vt si electus non posset intrare possessionẽ rei ad quã est elect[us], nihilominus pro possessore est habendus, vt 9. distin. si quis eps. & extra de restitu. spolia. sæpe. sed illa cap. loquuntur quando impeditur per aduersariũ: secus posset dici quando impedimentũ est in seipso: puta quia nondũ est cõsecrat[us]. extra de do. & cõtu. cõtigit.

c ¶ *Audientia.*] Hic habes casum vbi alicui denegatur audientia, scilicet in casu intrusionis: & 3. q. 1. §. patet. Itẽ & in casu schismatis, vt 23. quæst. 5. non vos. Itẽ cũ quis recipit ecclesiam de manu laici, vt 16. quæst. 7. si quis deinceps. Itẽ cum quis excommunicat suum maiorẽ, vt 21. distin. inferiũ. vnde videtur quod spoliatus pro aliquo illorũ casuũ non possit petere restitutionẽ, ex quo ei dene-

Audientia in multis casibus denegatur.

& doctrinalis, liber docibilis: quandoque tamen ponitur vnũ pro alio, vt hic: & Ioan. in euang. Et erunt omnes docibiles Dei. debet autẽ rationẽ reddere omni poscenti. 36. distin. c. quod ecclesia. §. ecce.

l ¶ *Temperatus.*] 3. 11. q. 3. illa præpositorum.

m ¶ *Vita.*] infra dist. 53. legem.

n ¶ *Cauens.*] Nam propter simplicitatem repellitur quis, vt 39. distin. Petrus. sed iã promotus non deponitur: sed ei coadiutor datur. 7. quæst. 1. quia frater noster.

o ¶ *Fidei documenta.*] id est, fidem.

p ¶ *Simplicibus.*] id est, apertis non implicitis. extra de sum. trin. firmiter. & 3. distin. 4. erit autẽ, non insultatis[r], 3. dist. 36. illitteratos. melius 37. distin. relatũ. argu. ad testes repellẽdos. argu. 4. q. 3. si testes. §. item in testibus arg. contra instrumenta.

q ¶ *Asserat.*] Propterea debet quod obseruabit patrum regulas. in Authen.

Vnde Apost. ad T... prædicatos ... Io. de Fan.

h 3

Auth. quomodo oportet episcopos. §. ad nos ergo. circa pri. coll. j.

a ¶ *Non per conditionem.*] id est, per creationem ¹. vult enim dicere, quod non est creatus malus, vt quidā dicunt, sed ex libero arbitrio factus est malus, immo adhuc habet liberum arbitrium, sed illud est ad malum tantum: alioquin, si non haberet liberum arbitriū, non demereretur. 23. q. 3. vasis iræ. imo quotidie fit * peior. similiter angelus habet liberum arbitrium, sed illud est tantum ad bonum, & per id quotidie meretur, & fit melior. Homo habet liberum arbitrium æque ad bonum & ad malum, vt 23. quæst. 4. Nabuchodonosor.

b ¶ *Dimittantur.*] id est *, dimissa ostendantur. nam per contritionem dimittuntur adulto peccata, non per baptismum ², aut enim adultus accedit ad baptismum cum charitate, aut non: si cum charitate, iam nullum in eo est peccatum, vt legitur de Centurione, vt 26. dist. deinde. & de cōsec. dist. 4. non dubito. si sine charitate, nullum peccatum ei dimittitur, de consec. dist. 4. ostenditur. Dimittūtur tamē satisfactiones, quas pro peccatis facere debet, vt de consec. dist. 4. sine pœnitentia. Item & originalia dimittuntur per baptismum adultis, sed nullum mortale, si non habet charitatem. 5. q. 1. vide.

c ¶ *Extra ecclesiam.*] 1. q. 1. extra ecclesiā catholicam. & cap. ex ecclesia.

d ¶ *Et laicorum.*] Sed quare hic post examinationē requiritur consensus clericorū & laicorum? qui enim electioni consensit, postea electo nihil obijcere pōt, vt 8. q. 2. dilectissimi. Sed dicas hic loqui de examinatione, quæ fit tempore consecrationis: nec aliud vult dicere, nisi quod consecrari debet, si ita est, quod omnes consenserint in eum. Item patet hic, quod laici possunt contradicere electioni, vt dicam j. cap. illud, &c.

His igitur.] Hæc est tertia pars dist. in qua ostēdit Isidorus qualiter clerici debeāt viuere, & quæ vitare, & quæ obseruare debēt, vt doctrinæ gratiā possint populis ministrare. Io. de Fan. & P. & hæc sine loco casus.

e ¶ *Non spectaculis.*] vbi turpes ludi exercentur, vt j. de cōsec. dist. 5. non oportet. & 34. dist. presbyteri.

f ¶ *Pudica.*] i. cōtinētia quo ad sermones lasciuos ³, & quotidie esurire debēt, & esse cū vacuo ventre, vt j. de conse. dist. 5. sint tibi.

g ¶ *Pecuniæ.*] Diuites tamen non sunt abijciendi cum bonis operibus. 30. dist. hæc autem scripsimus.

h ¶ *Pro beneficijs.*] & pro sacramentis ecclesiasticis, quæ dicuntur medicina; quia sanant vulnera peccatorum. 13. q. 2. animæ. Ioan Fa. dixit in omnibus sacramentis committi simoniam, nisi in matrimonio, ideo forte quia ibi non confertur gratia * spiritus sancti, vt 32. q. 2. connubia. sed in alijs sacramentis confertur, vt 1. q. 1. quidquid inuisibilis. Greg. dixit, quod ibi cōmittitur simonia, cū sit maius inter sacramenta, vt dixi 32. q. 2. honorantur.

i ¶ *Frequentationē.*] Nota solam frequentationem prohiberi. ex eo enim quod frequenter fit, præsumitur quod male fiat, vt 81. distin. clericus, & si quispiam. & volumus. & 32. dist. hospitiolum.

k ¶ *Senioribus.*] id est, prælatis.

l ¶ *Exercitio.*] j. de consec. dist. 5. numquam.

---

vnum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis deitatem coessentialem, & consubstantialem, & coæternalem, & coomnipotentē prædicans; si singulas † quasque in Trinitate personas plenum Deum, & totas tres personas vnum Deum; si incarnationem diuinam non in patre, neque in spiritu sancto factam, sed in filio tantum credat, vt qui erat I diuinitate Dei patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationalem, simulque in eo veritas vtriusque naturæ, idem Deus & homo, vna persona, vnus filius, vnus Christus, vnus Dominus creator omniū, quæ sunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & spiritu sancto, omnium creaturarum: qui passus sit vera carnis passione; mortuus vera corporis sui morte; resurrexit vera carnis suæ resurrectione †, & vera animæ resumptione; in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendum etiam ab eo, si noui, & veteris testamenti, id est legis, & prophetarum, & Apostolorū vnum eumdemque credat auctorem, & Deum; si diabolus non per conditionem ᵃ, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat huius, quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem; si credat iudicium futurum, & recepturos singulos pro his, quæ in carne gesserunt, vel pœnas, vel præmia †; si nuptias non prohibeat †; si secunda matrimonia non damnet; si carnium perceptionem non culpet; si pænitentibus reconciliatis communicet; si in baptismate omnia peccata, id est tam illud originale contractum, quàm illa, quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur ᵇ; si extra ecclesiam ᶜ catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuentus plene instructus: tunc cum consensu clericorū, & laicorum ᵈ, & conuentu totius prouinciæ episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel præsentia ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum definitionibus acquiescat ᵃ.

¶ *Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his vocibus,* Statuta ecclesiastica, *cum similem titulum tota Carthaginensi quarto concilio esse propositum in aliquot vetustis codicibus, testantur illi, qui tomos conciliorum ediderunt.*

a ¶ Acquiescat.] *Post hoc verbum tam in concilio, quàm in ordine sequitur,* Io cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quam sancti Patres in præeligendis episcopis constituerunt.

Item Isidorus de ecclesiasticis officijs, lib. 2. c. 2.

¶ Qualis esse debeat clericorum conuersatio. C. III.

His igitur lege Patrū cauetur, vt à vulgari vita seclusi, à mundi voluptatibus sese abstineant; non spectaculis ᵉ, non pompis intersint; conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica ᶠ, sed & sobria colant; vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium appetant; amorem pecuniæ ᵍ, quasi materiem cunctorum criminum fugiant, & sæcularia officia, negotiaque abijciant; honoris gradus per ambitiones nō subeant: pro beneficijs ʰ medicinæ Dei, munera non accipiant; dolos, & coniurationes caueant: odium, æmulationem, obtrectationem, atque inuidiā fugiant: nō vagis oculis, nō effræni lingua, aut petulanti, fluidoque † gestu incedant, sed pudorē, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostendant: obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum penitus execrentur: viduarum, & virginum frequentationem ⁱ † fugiant; cōtubernia extranearum feminarum nullatenus appetant; castimoniā quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant: aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur; senioribus ᵏ quoque debitam obedientiam præbeant, neque vllo iactantiæ studio semetipsos attollant: postremo doctrinæ lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio ˡ iugiter † incumbant. Tales enim debent esse qui diuinis cultibus se mancipandos student exhibere; scilicet, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

---

¹ Sub non necessitatem.

* *Nec diabolus fit peior, nec Angelus melior; neque eorū meritū vel demeritū augetur, nisi quo ad pœnā, vel præmium accidentale. Vide B. Tho. 4. distin. 50. art. 1. q. 6. & 1. par. q. 62. art. 9.*

* *Per sacramentum ex attrito quis fit contritus, ideo dimittuntur peccata non tantum ostenduntur dimissa. Vide B. Tho. 4. dist. 4. q. 2. ar. 1. q. 1. ad primū. & distin. 6. q. 1. ar. 3. q. 1. ad quintum. & 1. par. q. 69. ar 4. ad secundum.*

² Sed remanet iniquitas ipsa, i. fomes peccati. de pœni. dist. 4. cap. ille Rex. & videas quod legit & not. de obse. dist. 4. c. 1. & ca. nōs ex quo. Arch.

Electioni possūt laici contradicere.

³ Scilicet vt nō dicant ibi vel fiant impudica, vel inhonesta. 44. dist. chorus. secundum Hug.

† al. singulam quamque personam

† al. receptione

† al. gloriam

† al. improbet

Refertur in concilio Maguntino primo c. 10.

† al. tumidoque gressu.

† al. visitationes frequentissimas

† al. iugi

¹ Simonia in omni sacramento committitur.

* *Matrimonij etiam sacramentū confert gratiam: nec textus allegatus facit ad propositū. & vide concil. Trid. sess. 24. c. 1. & B. Tho. 2. 2. q. 100. art. 1. ad 6. arg. & 4. dist. 25. q. 3. art. 1. q. 1. ad 2. dist. 26. q. 2. art. 3. per tot.*

Tales

T*ales.*] C a s v s. Quidam episcopi multitudinis ordinandorum pompam quærentes, promouebant indignos, quos Papa reprehendit, dicens q̀ melius est habere paucos & bonos, q̀ multos & inutiles, qui graue onus ordinatori afferant.

a ¶ *Multos.*] Multitudo enim aliquos facit magis viles, vt 93. dist. legi-

g ¶ *Tres.*] qui soli possent consecrare eum: sed ipsi non possunt audire causam criminalem.

h ¶ *Tantum.*] scilicet accedere. alias est in textu, accedere.

i ¶ *Et in eadem.*] Ibi enim melius pôt inquiri de crimine, vbi aliquis côuersatus est, vt 24. q. 1. pudenda. extra de elect. postquam.

Item Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epist. 2.

¶ Qui digne sacramenta tractare non possunt, ad ministerium non eligantur diuinum. C. IIII.

Poly. l. 4. tit. 31.

TAles ad ministerium eligãtur clerici, qui digne possint dominica sacramẽta tractare. Melius est enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quàm multos [a] inutiles, qui onus graue [b] ordinatori adducant.

Et in conc. Afri. c. 57.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 40.

¶ Si electo in episcopum aliqua obijciuntur, quinque vel sex episcopi ad eius purgationem conueniant. C. V.

Polyc. l. 2. ti. 8. Ans. l. 6. c. 65. Burch. l. 1. c. 6. Iuo p. 5 c. 60.

ILlud [c] statuendum est, vt quando ad eligendum [d] episcopum conuenerimus; si qua contradictio fuerit oborta [e], (quia sæpe talia facta sunt apud nos) non præsumant ad purgandum [f] eum, qui ordinandus est, tres [g] tantum† [h]; sed postulentur ad numerum supradictorũ duo, vel tres, & in eadem [i] plebe [k], cui ordinandus est, discutiantur primo personæ contradicentium: postremo illa etiam, quæ obijciuntur [l], pertractentur, & cum purgatus fuerit [m] sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc cum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignitatis† responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est: Satis placet.

† al. tantum accedere

† al. dignationis

Item ex concilio Toletano xi. c. 10.

¶ Vota suæ promissionis spondeant, quos ecclesiastica promouet disciplina. C. VI.

Ansl. 7. c. 88.

QVamquam omnes, qui sacris [n] mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneãtur adstricti; expedibile [o] tamen est, vt promissionis suæ vota sub cautione [p] spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica probat† disciplina. Solet enim plus [q] timeri, quod singulariter pollicetur, quàm quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, vt vnusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est adscensurus, non ante honoris consecrationem accipiat, q̃ placiti† [r] sui adnotatione [s] promittat, vt fidem [t] catholicam

† al. prouehit

† al. placita sibi

k ¶ *Plebe.*] Not. arg. q̀ laici admittuntur ad accusandum electum, vt s. ca. qui eps. in fin. 62. dist. studij. 63. dist. vota. nam eps. debet habere bonũ testimoniũ ab his qui foris sunt, vt 8. q. 1. licet. & de conse. dist. 1. iubemus. itẽ quia interest ipsorum, vt extra de testi. cap. decetero. & est arg. ad hoc extra de testi. ex pte Adq. & in Auth. de san. epi. §. si qs aũt. coll. 9. & est arg. ad hoc 81. dist. Maximianus. argu. contra 28. dist. cõsulendũ. vbi ẽt ad denuntiationem non admittuntur laici, si malo zelo ducantur. Itẽ, si ideo dicis admittendos laicos, quia ipsorum interest, ergo siue sint bonę famæ siue malæ, admittuntur, quia nullus remouetur ab accusatione, qui suam iniuriã prosequitur, vt 4. q. 6. omnibus. male ergo dicit decretum, q̀ laici infames nõ admittunt ad accusationẽ clericorũ [a], vt 2. q. 7. accusatio. Potest hic dici, q̀ hic loquit cũ ciuiliter agit, & in eo casu quilibet admittit, ẽt femina, vt extra de testi. tã

Electũ laici possunt accusare.

a Præterea ex hoc sequeretur, q̀ siue ille electus male famæ fuerit, siue non: semper admitterentur laici per illud c. omnibus. quod tamen falsũ est. 2. q. 7. in princ. versi. sed dic sec.

legimus. & multitudo est canonibus inimica, vt extra de præben. quia intantum. & multitudo onerosa nihil habet honesti, vt in Authen. de referendarijs. in si. coll. 2. Item est hic arg. contra illos qui allegant multa. de consec. dist. 5. non mediocriter. 24. q. 1. odi. & projeci. nam vilius est pauca effundere, &c. C. de vete. iur. enucle. l. 2. §. si quid autem.

b ¶ *Graue.*] Qui ex certa scientia indignum ordinat, aut deponitur, aut priuatur potestate ordinandi [a], vt 50. dist. ex proueniētibus. & 51. dist. aliquantos.

a De hac materia legis. & not. 96. dist. q. in eccle siasticis. & ibi dicam. Arch.

ILlud.] C a s v s. Quidam epi conueniunt ad epm consecrãdũ in scrutinio contradicunt quidã de cõsecretor, & crimina obijcientes deficiunt in probatione. cogitur clericus ad purgationem ꝓp infamiã; quærebat per quot vel vbi debeat fieri purgatio? Et sn. q̀ non trĩ cũ tribus, sed cũ quinq; vel sex debet se purgare, & debet fieri purgatio coram plebe, cui ipse est præferendus, & facta purgatione ordinari debet. Pôt & alio modo poni casus. Quidã epi côuenerunt ad côsecrandum epm. ꝫ dicitur ei, nô debet ordinari nisi de causa cognoscatur. sed de causa illa cũ sit criminalis, non debẽt cognoscere pauciores quàm sex epi; & si tres côueniant, addantur tres: si quattuor, addantur duo; & tũc si accusator deficiat, ille se purget publice, & postea ordinetur.

c ¶ *Illud.*] Si electo côsecrando obijcitur crimen, nô est côsecrandus ante causæ examinationem, & si prius venerant quattuor epi ad consecrationem, adhuc veniant duo: & si ante venerãt tres, veniant adhuc alij tres ad audiendam causam criminis obiecti. & secundum hoc exponas, eligendum, id est, côsecrandũ [a]. & expone, purgandũ. i. examinandum. & ita intellige, q̀ hic obijciebatur crimẽ in modũ accusationis. nam si esset obiectum in modum exceptionis, non viderentur necessarij tot epi, cũ causa illa posset expediri per procuratorẽ, vt extra de accu. super his. & sic patet q̀ metropolitanus possit audire causam criminalem episcopi, licet non possit eum deponere: tũ requiritur præsentia plurium episcoporũ. Alij intelligunt tantum de eo qui tenetur se purgare. Dic vt 3. q. 6. c. quamuis. & c. accusatus.

a Sub & sic tenetur. hic impr. exponitur eligere, id est, confirmare. 7. q. 1. temporis & eligens. & obseruare. 8. q. 1. episcopo. in si. secundum Hug. & sic dic Ioan.

d ¶ *Ad eligendum.*] id est, consecrandum.

e ¶ *Suborta.*] id est, quod obijcitur crimen ei.

f ¶ *Ad purgandum.*] id est. examinandum.

litteris. Si q̃ris: quare ergo tot epi côuocãt, cum ciuiliter agitur? Respon. quia agitur de crimine, licet nô criminaliter. Vnde oportet etiam inscribi ad pœnam extraordinariam, vt extra de accu. super his. Et est arg. ad hoc 3. q. 6 hæc quippe. vbi xij. episcopi requiruntur, & tamen ibi ciuiliter agitur, vt videtur.

l ¶ *Illa quæ obijciuntur.*] si sint grauiora, vel non.

m ¶ *Et cum purgatus fuerit.*] i. est, iudicatus innocens.

QVamquam.] C a s v s. Quæsitum fuit in concilio Toleta. an clerici qui promouẽtur ad ordines, & præ. . .turas promittere debeant suis maioribus viuere iuxta fidem catholicam, & eis reuerentiam & obedientiam præstare. & respondet, q̀ quamuis ad hoc teneantur generaliter: tamen ab eis hoc exigitur expresse. Solet enim plus timeri, &c. & qui contra hoc promissum venerit, iuxta consuetudinem, pœnam persoluat.

n ¶ *Sacris.*] id est, ecclesiasticis.

o ¶ *Expedibile.*] id est, iustum.

p ¶ *Cautione.*] scilicet iuratoria.

q ¶ *Plus.*] Si ergo aliquis iure communi se pôt tueri [a], & priuilegio. 87. dist. quicquis. & extra de rescrip. c. 1. arg. contra de fid. inst. inter. vbi dicitur, q̀ idem non pôt dari & confirmari. Item argu. contra. C. de thesau. l. vnica. de hoc plura arg. inuenies 100. dist. cõtra morem. Sed ita dicat consilio meo, si quæratur ab eo; hoc habeo de iure communi: & si hoc non esset, habeo ex priuilegio, vt extra de præscrip. veniens. Item not. q̀ plus valet specialis cautio, quàm generalis, vt hic, & ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitum. Itẽ & plus specialis confirmatio quàm generalis. extra de confirmatio. bonæ. Item & specialis appellatio quam generalis, vt extra de appell. super eo. & specialis delegatio quam generalis, vt extra de rescrip. ad hoc. & specialis subscriptio quam generalis. ff. ad l. Corne. de fal. diuus. §. respon. & speciale mandatum, vt extra de rescri. c. 1. & melius cap. pastoralis. alias tamen plus valet generalis correctio, quàm specialis, quando multitudo est in causa. 23. q. 4. non potest. & generalis petitio, vt 23. q. 5. non æstimemus. & generalis quæstio. ff. de quæstio. l. 1. §. qui quæstionem.

a Scilicet contra promissionem. & dic. solet enim, & c. q. 4. ad causæ 18 fi: hoc enim non magis tenetur si specialiter promittat q. si generaliter. & q. dicit gl. ex priuilegio, dic iure speciali, scilicet ex sua promissione. Ar. hu.

Specialitas an sit generalitati præferenda.

r ¶ *Placiti.*] id est, pacti.

s ¶ *Adnotatione.*] id est, scriptura.

t ¶ *Vt fidem.*] Not. q̀ quilibet clericus suo prælato præstabit obedien-

Electus suo superiori multa iuramento promittit.

obedientiam, vt infra de consecra.dist. 5. in omnibus. & not. quòd præstat electus suo maiori iuramentum de fide & canonibus seruandis, vt hic de indemnitate rerum ecclesiæ seruanda, vt 18 dist. de Syracusanæ. de immoderata exactione non facienda. 10.q. vlti. c. 1. in fi. Item de fidelitate. extra de iureiuran. ego N. Item de pensionibus debitis soluendis. argu. extra de nou. ope.nuntia. cum ex iniũcto. extra de elec. qualiter. Itẽ de pẽsionibus nõ augẽdis. arg. extra de iu.m.tua. Itẽ suspectus de inobedientia, iuramentũ præstat de obedientia seruanda. extra de maiorita. & obe. cũ in ecclesijs. in fine. Nec obstat contrarium extra de maiori. & obedien. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non suspecto.

Clericus sub pœna se potest obligare.

a ¶ *Transgressores*.] Hic habes, quòd clericus se potest obligare sub pœna spirituali, & pecuniaria ad spiritualem pœnam se potest obligare, scilicet ad pœnam depositionis, vel anathematis, vt 1.q.7. quoties. de cõsecratio. distin. 2. ego Berengarius. extra de elect. cum dilectus. io fi. similiter ad pecuniariam pœnã se potest obligare. 21. q. 5. si quis cuiuslibet. extra de arbit. cum dilecti. Sed numquid pœna soluta potest agi ad obedientiam, vel ad id quod promissum est sub pœna, vel an sufficiat tñ pœna esse cõtẽtum? De hoc dic, vt 22. q. 2. quæcumque.

De hoc etiam 80. 1. q. 6 quis presbyter. Arch.

DEHINC. Supra ostensum est de electione, & ordinatione Papæ. & de examinatione episcoporum, & quales esse debeant episcopi, & alij clerici. Nũc vero ostẽdit qualiter debeat fieri ordinatio, primo ẽpi & postea cæterorũ.

Episcopus.] CASVS. Quando ordinatur episcopus, duo episcopi debent tenere librum Euangeliorum super caput ordinandi. tertius super eum fundat benedictionem; reliqui episcopi qui adsunt caput eius tangãt.

d ¶ *Corporis*.] Not. q̃ si in ægritudine sumit sacerdos Eucharistiam, circumdabit stola vtrumque humerum.

e ¶ *Ceruicem*.] Si sacerdos legit Euangelium, numquid vtetur stola secũdum q̃d diaconus? Arg. q̃ sic, vt 93. dist. præcipimus. & 94. distinctio. c. 1. & 2. Potius credo loquendam consuetudinem, vt 12.

Cõsecratio in eucharistia ...

sincera cordis deuotione custodiens, iuste & pie viuere debeat, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat; atque vt debitum per omnia honorem, atque obsequij reuerentiam præeminenti sibi vnusquisque dependat, iuxta illud beati Leonis Papæ edictũ: [Qui se scit aliquibus esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.] Pœna etiam † iuxta ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferenda †, & ab ijs, qui transgressores a fuerint, persoluenda est.

epist. 8 s. ad Anastasium Thess. episcopum

† al. tamen] ori.

† al. inferenda

Dehinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur, in concilio Carthag. 4. c. 2.

¶ Qualiter ordinetur episcopus. C. VII.

EPiscopus, cum ordinatur, duo episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem b super caput, & ceruicem eius; & vno super eũ fundendo benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

Ordo Romanus, pag. 100. Polyc. l. 2. tit. 9. Ansel. l. 6. c. 49. al. 55. Iuo p. 5. c. 154. Pann. l. 3. c. 28.

¶ Qualiter ordinetur presbyter. C. VIII.

PResbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis sacerdos orario, vtroque humero ambitur; ita tempore consecrationis, eodem orario debet vti instanter.

Ex eod. concilio. c. 3. Poly. l. 2. tit. 35. Ansel. l. 7. c. 53. Iuo p. 6. c. 12. Pann. l. 3. c. 33.

Vnde in concilio Bracharensi 3. c. 3. legitur.

¶ Quod quisque accepit tempore consecrationis, ferat tempore oblationis. C. IX.

ECclesiastica, & antiqua institutione præfixum nouimus, vt omnis sacerdos, cum ordinatur, orario c vtroque humero ambiatur, scilicet, vt qui imperturbatus præcipitur cõsistere inter prospera & aduersa, virtutum semper ornamento, vtroque circumseptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore sacrificij non assumit, quod se in sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione suæ salutis; scilicet, vt cum sacerdos ad sollemnia missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis d & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quam orario, vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dinoscitur consecratus, ita vt de vno, eodemque orario ceruicem e pariter & vtrumque humerum premens signum in suo pectore præparet † crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ subiaceat.

† perferat] manusc.

4 *Dalmaticis autem nec episcopis, nec diaconis absque Apostolica licentia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Aregio episcopo Francorum, lib. 7. epist. 111.

¶ Absque Apostolica licentia Dalmaticis, nec episcopis, nec diaconis vti licet. C. X.

COmmunis filius f Petrus Diaconus nobis innotuit, q̃ fraternitas

Ansel. l. 6. c. 88. al. 96.

¶ Casus sequentis cap. & §. per se planus est.

Episcopus solus consecrare non põt episcopum. Consecrare quid sit.

b ¶ *Codicem*.] Consueuit quæri, an quilibet istorum episcoporũ ordinet episcopum, & an appositio libri sit de substantia consecrationis? & potest dici, q̃ nullus solus eum ordinat, sed quilibet eorum consecrat eum; quia consecrare est cum alio sacrare, vt 24. q. 1. pudenda. sicut plures ferunt trabem, ita q̃ nullus per se. ff. ad legem Aquil. ita vulneratus. §. 1. non autem credo, quòd liber sit de substantia consecrationis.

Ecclesiastica] CASVS. Quidam episcopi vel sacerdotes cum cantabant Missam, non habebãt orarium, id est, stolam. Quæsitum fuit in concilio Bracharen. quid iuris esset? sic respondet, q̃ sicut in die suæ ordinationis habuerunt orarium, sic cum Missam cantant, orarium teneãt, quod vtrique humero attribuatur; & qui aliter fecerit, debet excommunicari. Sequens. §. patet.

c ¶ *Orario*.] id est, stola.

12. distin. scit. maxime de his, quæ breuiter sunt edita. ff. de ventre inspicien. l. 1. §. vlt.

DALMATICIS. Hæc est quarta pars vbi quæritur quid iuris de dalmaticis. Io. de Fan. & P.

Communis filius.] CASVS. Episcopi & archidiacones olim dalmaticis non vtebantur, nisi Papa eis cõcederet specialiter: quare Aregius episcopus supplicauit Papæ per Petrum diaconũ, vt concederet sibi, & archidiacono suo vsum dalmaticarum: sed tunc temporis Papa nõ concessit; quia Petrus nuntius episcopi citò recessit propter infirmitatem suorũ hominum, & quia multis implicitus negotijs erat illud nouum subito & inconsulte sibi cõcedere non potuit: nunc vero concedit eis priuilegium vtendi dalmaticis, & eas per Cyriacum abbatẽ sibi transmittit. Quod sequitur, planum est vsque ad capitulum, præterea.

f ¶ *Communis filius*.] ille diaconus.

Lau. & Hu. dicit hoc non esse in iure determinatũ, & ideo standum esse consuetudini, aliàs crederet rum esse quod ... subdiacono stolã habere vt diaconus. Scripsit & Lau. de subdiacono ... la quam portat in manu ... stra consuetudine reperitur non iure.

g ¶ ...

a ¶ *Suorum infirmitate.*] Nota quòd propter infirmitatem suorũ potest aliquis se excusare, sicut propter amorẽ suorũ, vt extra de appella. ex parte. Item nota, quòd propter intemperiem loci aliquis excusatur, vt hic, & 74. distinctio. quorundam. Argu. contra, extra de dolo & contuma. cum dilecti. in fine. Ioan. rochia. maxime à Romana ecclesia, quæ omnia cum magna maturitate solet tractare, vt 35. q. 9. apostolicæ. quia in rebus nouis constituendis euidens debet esse vtilitas, vt ff. de consti. principum, rebus. hodie vero diaconi indistinctè vtuntur dalmatica, vt 12. q. 3. episcopus aut presbyter; 76. dist. de ieiunio.

Loci intemperies excusat.

Ne-

vestra tempore, quo hic fuit, poposcerit, vt sibi & archidiacono suo vtendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum suorum infirmitate a compulsus festinanter abscessit, vt nec ipse mœror incumbens diutius (vt dignum erat, & res desiderata poscebat) sineret permanere, & nos in multis implicitos, ecclesiasticæ rationis consideratio nouum b hoc inconsulte, & subito non permitteret indulgere; idcirco postulatæ rei prolongatus effectus est. Nunc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis nostræ serie, petita concedimus, atque te, & Archidiaconum tuum dalmaticarum vsu decorandos esse concessimus, easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisimus.

¶ Qualiter ordinetur Diaconus. C. XI.

Ex conc. Carth. 4. c. 4. ordo Romanus 91. col. 2 Poly. l. 2. tit. 32. Ans. l. 7. c. 52. al. 60. Iuo par. 6. c. 13. Pano. l. 3. c. 34.

Diaconus dum ordinatur, solus episcopus c, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat; quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

5 *Quæritur autem, an post benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum chrismatis liquore debeant perungi.*

De his ita scribit Nicolaus Papa Radulpho Archiepiscopo Bituricensi.

¶ Nec presbyteris, nec diaconis in consecratione, chrismate manus perungere licet. C. XII.

Iuo par. 6. c. 121

Præterea sciscitaris, vtrum solis presbyteris, an & diaconis debeant, cum ordinantur, manus chrismatis d liquore perungi. Quod in sancta hac Romana ecclesia, cui Deo auctore deseruimus, neutris agitur. Sed & quia sit a nouæ legis ministris actum, nusquam (nisi nos fallat e obliuio) legimus. Ergo ad B. Innocentij Papæ canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus, & quæ tibi sint in consecrationibus, & ordinibus 1 obseruanda, principia paginæ ad Decentium Eugubinum episcopum missæ te affatim edocebunt.

Inno. PP. 1. ep. 1

1 al. ordinationibus.

PALEA. C. XIII.

Ex conc. Hispalens. 2. c. 5. Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. c. 213 & 6. c. 102.

Adde de hac *Palea* allatum, par. in c. vlt. in glo. super ver. aff. ... extra de sol. ... lib. 6. & per Archid. hic.

Ex a epistola Simplicij Papæ Seuero, & Florentino episcopis directa. Ad cognitionem nostri examinis, Gabrenensis diaconi relatu, peruenit de quibusdam ipsius ecclesiæ clericis; quorum cum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum ministerium consecrarentur, episcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum suam super eos tantum posuisse, & presbyter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse: qui propter tantam præsumptionis audaciam poterat accusatus iudicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præuentus. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari non potest. ij, qui supersunt, & ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiæ potius elogium acceperunt, ne sibi licentiam talis vltra vsurpatio faciat, decreuimus, vt à gradu sacerdotalis, vel leuitici ordinis, quem peruerse adepti sunt, depositi æquo iudicio abijciantur. Tales enim merito iudicati sunt remouendi; quia praue inuenti sunt constituti.

a ¶ Ex epistola.] *Hæc palea in nullo manuscripto exemplari est inuenta Burchardus, & Iuo ante hoc caput, quod incipit,* Ad cognitionem, *referunt aliud quoddam caput, quod incipit,* Relatio, *ex epistola Simplicij missa Equitio, Florentio, (seu Florentino) & Seuero episcopis. Quamobrem inde potest hic esse translatus titulus. Ceterum caput hoc à Burchardo citatur ex concilio Bragga: ab Iuone in quinta quidem parte c. 213. ex Carthaginensi; in sexta vero, c. 102. ex Hispalensi 2. c. 5. quo etiam loco extat. & sequens caput,* Quorundam, *est quasi huius summa.*

Item quæritur, an eorum ordinatio sit rata habenda, quibus episcopus oculorum languore detentus manus imponit, & presbyter super eos orationem dicit.

In conc. Hispal. 2. c. 5.

De his ita statutum est in concilio Toletano.

b ¶ *Nouum.*] No. quòd ea quæ de nouo petuntur, non sine magna deliberatione conceduntur, vt hic, & 16. quæstio. 1. in parochia. ... tionem: quia omnia interpretari potest oam & quandoque impeditur minori intelligentia. vt extra de consti. cum instantia.

c ¶ *Diaconus dum ordinatur, solus episcopus.*] Sacerdotes autem imponunt manus omnes presbyteri astantes, vt supra ea. presbyter.

1 Hoc cap. non videtur hoc probare: quoniam ibi habetur de alba in c. 93. dist. diaconus in conuentu. sed Hug. & Laur. intelligunt albam. i. dalmaticam. sic etiã exponitur in præcedenti cap. diaconum.

QVAERITVR. Hæc est quinta pars distincti. vbi quæritur, vtrum sacerdotes vngantur oleo vel chrismate, & respondetur q oleo tm. Io. de Fan.

Præterea.] CASVS. Bituricen. archiepiscopus quæsiuit à Papa, an manus presbyteris tantum debent vngi chrismate: an etiã presbyteris & diaconibus, quando ordinantur? & respondit Papa, quòd neutris debet hoc fieri: sed transmittit eũ ad decreta Inno. vbi in prima pagina ad Decentium epm missa inueniet q sũt in cõsecrationib' obseruanda.

d ¶ *Chrismatis.*] Manus sacerdotis inunguntur oleo: similiter inũgitur & brachium siue humerus principis: sed & manus & caput epi inungitur chrismate, vt extra de sacra vnc. cũ venisset. in fin. cõtrũ hic assignatur 16. q. 1. §. ecce sufficienter. vbi dicitur, quòd manus sacerdotis sicut manus episcopi consecrantur: sed verum est, quòd consecrantur oleo 1 sed non chrismate 2 vt dixi. si autem aliquis est vnctus oleo pro chrismate, vel econuerso: nihilominus ordinatus est: sed suppleri debet id quòd omissũ est: vt extra de sacra. non ite. pastoralis.

2 Vnde q̃ hic dicit, chrismate, sol. ... in contractu ... de vnctione olei secundũ Lau.

e ¶ *Fallat.*] Non ergo Papa habet omnia iura in pectore suo 3, vnde etiam Vrbanus dicit, quòd non reperitur prohibitum quin vir & vxor simul possint suscipere puerũ, vt 30 q. 4. quòd autem & tamen antecessor huius Leo illud prohibuerat. de consecra. distin. 4. non plures. & hoc concedo. Quòd autẽ dicitur quòd Papa habet omnia iura in pectore suo 4, vt C. de test. omnium. verum est per interpretationem ...

3 Hoc non videtur procedere hic. nam hic nõ erat obliuio iuris, sed exemplorum, secundum Laur.

4 Ad hoc facit l. pen. C. de his qui. vt indig. quandoque tamẽ Papa vel Imperator errant in iure, vt l. 3. § fin. & ibi glo. ff. de supp. leg. adde Bald. in l. præscriptione. col. 6. C. si contra ius vel vtil. publ.

Quorundam.

Q *Vorumdam.*] C A S V S. Vnus in presbyterum, duo in leuitas promoueri volebant episcopus autem cum pateretur infirmitatem oculorum, manum super caput ordinandorum imposuit, & presbyter quidam orationem dixit: quærebatur quid deberet fieri de episcopo, & de ordinatis. & respondet, vt episcopus qui defunctus est, relinquatur diuino examini: ordinati vero careant ordine, quem peruerse acquisierunt.

¶ Casus autem alij q sequuntur vsque in fi. distinct. plani sunt, & per te facile videbis.

a ¶ *Imposuisse.*] Hic habes q duo imperfecta sacramenta non constituunt vnu perfectu. & hoc ideo, quia sacramenta sunt vnitatis. de conse. dist. 2. q a passus, & vnitas diuisionẽ nõ recipit. 24. q. 1. loquit. a. Idem dico in sacramento baptismi & eucharistiæ, & in omnib illis, vbi certa forma desideratur, q duo imperfecta non faciunt vnu perfectu. Idẽ est in excusatione tutorũ, q duæ imperfectæ excusationes non faciũt vnã perfectã, vt C. qui numero tutela l. 1. Idẽ est i stipulatione, quia illa non diuiditur. ff. de verb. obli. l. 1. & l. continuus. Sed sacramentum solennitatis (vt est Missa) bene diuiditur: & ibi duo imperfecta faciũt vnũ perfectum, vt 7. q. 1. nihil.

b ¶ *Non potest.*] quia crimina morte extinguuntur, & nullus post mortem potest accusari, vt 24. q. 2. c. 1. ff. de bonis eorũ qui ante sententiã mortẽ sibi cõsci. l. vlt. & 23. q. 2. admonere. nisi i crimine hæresis, vt 24. q. 2. sane 2. vel si aliquis hæreticos instituit hæredes, vt extra de hære. si qs epus. vel si in notorio crimine decessit, vt 88 dist. neque. prout cõsueuit notari 24 q. 2. in sũma.

c ¶ *Amittant.*] & tamẽ numquã eũ receperũt: & ita aliq dicit amittere qd numquã habuit, vt 5. q. 6. quia. 23. q. 4. Guilisarius.

A. Ar. contra 16. q. 1. § præsciendũ. vet. q si abeo. vbi de hoc in gl. ar. aliquis, &c.

a. Adde glos. huic obuiatiam in c. nihil. in verb. presbytero. 7. q. 1. & contra. eas, vt ibi.

Defunctus de quibusdã criminibus potest accusari.

Amittit quis qd nũquã habuit.

d ¶ *Eucharistiam.*] id est, calicem.

k E *Xorcista cum.*] ¶ *Super energumenum.*] Energumeni dicuntur lunatici, & obsessi a dæmonibus: ab en quòd est in: & erge, quòd est labor: & mene, quòd est defectus: quòd est quasi in opere deficiens. Archidia.

Energumeni.

¶ Et ordinator, & ordinatus damnationis subeat pœnam, cum episcopus manum imponit, & alius orationem dicit. C. XIIII.

Q Vorumdam clericorum, dum ynus ad presbyterium, duo ad leuitarũ ministeriũ sacrarẽtur, episcopus oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos imposuisse [a] tãtum, & presbyter quidã illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari nõ potest [b], ij, qui supersunt, gradum sacerdotij, vel leuitici ordinis, quem peruerse adepti sunt, amittant [c].

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 5.

Ordo Roman pag. 91. Raban de instit. cler. li. 1. c. 8. Isidorus lib. 2. offic. c. 10.

¶ Qualiter subdiaconus ordinetur. C. XV.

6 S Vbdiaconus, cum ordinatur, quia manus impositionem [e] non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuã, & calicem vacuũ: de manu vero archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua †, manile, & manutergium.

Item ex eodem concilio, c. 6.

Poly. l. 2. tit. 32. Ans. l. 7. c. 59. Iuo. p. 6. c. 14. Pan. l. 3. c. 35. † al. aquamanili

¶ Qualiter acolythus ordinetur. C. XVI.

A Colythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat: sed ab archidiacono accipiat cerofe rarium cum cereo, vt sciat se ad accẽdenda [g] ecclesiæ luminaria mancipari: accipiat & vrceolum [h] vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

Item ex eodem, c. 7.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 58. Iuo par. 6. c. 15. Pann. l. 3. c. 35.

¶ Qualiter exorcista ordinetur. C. XVII.

E Xorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo [Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum [k], siue baptizatum, siue catechumenum.]

Item ex eod. concilio, c. 8.

Poly. l. 2. tit. 32. Ans. l. 7. c. 57. Iuo par. 6. c. 16. Pann. l. 3. c. 37.

¶ Qualiter lector ordinetur. C. XVIII.

L Ector cum ordinatur, faciat de illo episcopus verbum ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium: post hæc spectante [l] plebe tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicẽs ad eum [Accipe, & esto relator † verbi Dei; habiturus, si fideliter, & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministrauerint †.]

Item ex eodem. c. 9.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 55. Iuo par. 6. c. 17. Pann. l. 3. c. 38. † al. lector. † bene administrauerũt] ordo Ro.

¶ Qualiter ostiarius ordinetur. C. XIX.

O Stiarius cũ ordinatur, postquã ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari; ad suggestionẽ archidiaconi tradat ei episcop claues [m] ecclesiæ de altario, dicẽs [Sic age, quasi redditurus Deo rationẽ pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.]

Item ex eodem concilio, c. 10.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 54. Iuo par. 6. c. 18. Panu. l. 3. c. 39.

¶ Qualiter psalmista ordinetur. C. XX.

P Salmista, idest cãtor, potest absq; licẽtia episcopi, sola [n] iussione pre-

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 53. Iuo par. 6. c. 19. Pann. l. 3. c. 40.

ADDITIO Ad idẽ 17. dist. concilia. vbi de hoc. Archi.

S *Vbdiaconus.*] Hæc est sexta pars distinct. in qua probat per xvij. cap. qualiter minores ordinantur. Io. de Fan. & P. Ab hoc loco vsque ad finẽ distinctionis pone casum, quia littera plana est.

d ¶ *Quia manus*] scilicet consecratoriam, sed ordinatoriã accipit.

e ¶ *Impositionem.*] Verum est, quòd non imponitur manus super caput subdiaconi sicut super caput diaconi vel sacerdotis: sed imponitur manus super ipsum secundum q impositio manus idem est, q ordinatio: & sic non obstat contrarium 79. distin. quoniam. vbi dicitur, q etiam lectori manus imponitur.

f A *Colythus.*] ¶ *Ceroferarium.*] id est, candelabrum.

g ¶ *Ad accendenda.*] non in lapadibus, sed cũ legitur Euangelium, vt 21. distinct. cleros.

h ¶ *Vrceolum.*] ad vinum

Hic videtur q legitur & not. 5. 6. quia. 1. responso.

l L *Ector.*] ¶ *Spectante.*] 67. dist. reliqui. contra, vbi dicitur, q episcopus minores ordines potest conferre sub testimonio trium. Sed hic loquitur de ignotis.

m O *Stiarius.*] ¶ *Claues.*] vt eijciat excommunicatos, & infideles, & vt 21. dist. cap. 1 in fin.

n P *Salmista.*] ¶ *Sola.*] de abbatibus, non dubitatur, & corepiscopis, quin minores ordines conferant, vt j. 68. distinct. quamuis. & 69. distinct. quoniam. similiter episcopus, qui renunciauit episcopatui. extra de eo qui renun. epi. requisiuit. Sed qualiter sacerdotes cõferunt ordinẽ primũ, cũ ordinari nemo possit sine titulo, vt 70. dist. cap. 1. & solus eps titulũ confert, vt 16. quæst. 7. c. nullus. & extra de offi. archidia. cũ satis? Sed hoc verum est de maioribus ordinib. Vel dic q possũt assignare titulũ, sed nõ curã animarũ. Signat contrariũ 25. dist. perlectis. vbi dicitur, q collatio illorũ ordinũ spectat ad epum: sed illud verũ est de solẽni ordine.

¶ Et recipiat fidelis. Arch. ¶ Scilicet benedictus: alias nõ est verũ q minores conferant, vt dicam in hoc ca. quoniã. hic ab. sing. Arch.

a ¶ *Debet.*

Corona nō debet esse magna.

a ¶ *Debet.*] parū. Nam magnitudo coronæ est signum conuersionis, vt extra de success. ab intest. cum dilectus. in parte decisa. duodecima q. 1. duo.

b P*Rohibete.*] ¶ *Iuxta Apostolum.*] in epistola ad Corinthios dicitur † : Vir si comam nutrit, ignominia est ei. mulier si comam nutrit, gloria est ei.

c ¶ *Sphæra.*] J. 12. q. 1. duo.

d C*Lerici.*] etiam vxorati, vt extra de vita & honestate clericorum, clericus. 32. dist. si qui vero. sed illud potest intelligi si vult gaudere priuilegio clericali, aliàs secus, vt 84. dist. quisquis.

† Apostolus tamen dixit illud generaliter: non de clericis tantū secundum Lau.

sbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: [Vide, vt quod ore cantas, corde credas; & quod ore credis, operibus cōprobes.]

Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput desuper in modum sphæræ rasum esse debet[a].

Vnde Anicetus Papa episcopis Galliæ.

¶ Clerici comam nutrire prohibentur. C. XXI.

Iuo par. 6. c. 46. PRohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici iuxta Apostolum [b] comam non nutriant; sed desuper caput in modum sphæræ [c] radant.

Item ex concilio Agathensi, c. 20.

¶ De eodem. C. XXII.

Iuo cōcor. par. 6. c. 265. & 378. CLerici [d], qui comam nutriunt, ab archidiacono etiam si noluerint, inuiti detondeantur. Vestimenta etiam, vel calceamenta eis, nisi quæ religionem [e] deceant, vti, aut habere non liceat.

Item Gregorius ij. in concilio Romæ habito in Basilica S. Petri, c. 17.

¶ De eodem. C. XXIII.

Extra de vit. & honest. cler. c. si quis. SI quis ex clericis relaxauerit comam [f], sit anathema [g].

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 11.

¶ Quibus vestibus monialis sit induenda, cum consecratur. C. XXIIII.

Poly. l. 4. tit. 35. Burch. l. 8. c. 23. Iuo par. 7. c. 43. SAnctimonialis virgo, cum ad consecrationē suo † episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper [h] vsura est, professioni, & sanctimoniæ aptis.

† al. sui

Vasa quoque sacrata, & vestimenta altaris mulieres Deo dedicatæ contingere, & incensum circa altaria deferre prohibentur.

Vnde Soter Papa omnibus episcopis Italiæ, epist. 2.

¶ Vestimenta altaris, & vasa sacrata mulieres tangere prohibentur. C. XXV.

Polyc. l. 3. tit. 9. Ans. l. 7. c. 140. Burch. l. 3. c. 115. Iuo par. 2. c. 72. & par. 3. c. 265. SAcratas Deo feminas, vel monachas [i] sacra vasa, vel sacratas pallas [k] penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad Apostolicam sedem: quæ omnia reprehensione plena esse, & vituperatione, nulli rectè sapientum dubium est. Quamobrem huius sanctæ sedis auctoritate hæc omnia vobis resecare funditus, quamto citius poteritis, censemus. Et ne pestis [l] hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abstergi citissime mandamus.

Item ex concilio Laodicensi, c. 21.

¶ Sacrarium subdiaconis ingredi non licet. C. XXVI.

Ans. l. 7. c. 90. Iuo par. 3. c. 105. NOn oportet subdiaconos licentiam habere in sacrarium [m], siue secretarium (quod Græci diaconium [n] appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

Item ex eodem, c. 22.

¶ De eodem. C. XXVII.

Ans. l. 7. c. 88. MInistrum [o] non oportet vti orarijs; nec hostias • derelinquere [p].

• ¶ Hostias.] *Vera lectio, quæ habetur etiam in aliquot manuscriptis, est,* ostia. *sed ob glossam non est restituta.*

Item ex eodem, c. 23.

¶ De eodem. C. XXVIII.

Ans. l. 7. c. 83. NOn oportet lectores, aut psalmistas orarijs vti, & sic legere aut psallere.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 99. & 98.

J. de conse. dist. 4. c. mulier. Burch. l. 8. c. 83. Iuo p. 7. c. 101. & par. 8. c. 324.

¶ Mulier in conuentu viros docere non permittitur. C. XXIX.

MVlier quamuis docta, & sancta, viros in conuentu docere [q] non

erogauerit & à peccatis ipsis abstinuerit; illo transitorio igne, de quo ait Apostolus, purgari non poterit: sed æterna illum flamma sine vllo remedio cruciabit. Quæ autem sint minuta peccata, licet omnibus nota sint; tamen quia longum est, vt omnia replicentur; opus est; vt ex eis vel aliqua nominemus. Quoties aliquis in cibo, aut potu plus accipit[a]*, quàm necesse sit, ad minuta peccata nouerit pertinere: quoties plus loquitur, quàm oportet; aut plus tacet*[b]*, quàm expedit: quoties pauperes importune petẽtes exasperat: quoties cum sit sanus corpore, alijs ieiunantibus*[c] *prandere voluerit, aut somno deditus tardius*[d] *ad ecclesiam surgit: quoties, excepto*[e] *desiderio*[f] *filiorũ, vxorem suam cognouerit: quoties in carcere clausos, aut in vinculis positos tardius requisierit: quoties infirmos tardius visitauerit: si discordes ad cõcordiam reuocare neglexerit*[g]*: si plus aut proximum, aut vxorẽ, aut filium, aut seruum*[h] *exasperauerit, quàm oportet: si amplius fuerit blanditus, quàm expedit: si cuicumque maiori personæ, aut ex voluntate, aut ex necessitate adulari*[i] *voluerit: si pauperibus esurientibus, nimium*† *delitiosa, vel sumptuosa*[k] *conuiuia sibi præparauerit: si se in ecclesia, aut extra ecclesiam fabulis otiosis (de quibus in die iudicij ratio reddenda est) occupauerit: si dum incautè iuramus*[l]*, & cum hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, vtique periuramus, & cum omni facilitate, vel temeritate*[m] *maledicimus, cum scriptum sit [Neque maledici regnum Dei possidebunt.]*

† Cibum nõ dederit, aut nimis.] orig.

1. Cor. 6.

α ¶ Res contra.] *Sic fere in glossa ordinaria ad vocem illam:* irreprehensibilem. *& est epitome quadam verborum B. Hieronymi in epistola ad Oceanum, explanãtis locum Apostoli ad Timotheũ, & ad Titum.*

β ¶ Vnde ibi] *Id est non apud B. Paulum, sed in glossa ordinaria ad locum B. Pauli. Sumpta autem sententia est ex B. Augustino ex tractatu 41. ad c. 8. Ioannis: cuius verba habentur & apud Bedam ad eundem B. Pauli locum, & infra dist. 81. c. Apostolus, primo.*

γ ¶ Remordeat.] *Sequebatur in vulgatis:* vnde Hieronymus scribit in eadem epistula ad Titum: *quæ verba sunt inducta, quoniam in nullo manuscripto sunt inuenta: habentur autem infra ead. dist. c. primum.*

δ ¶ Vnde Beda] *In commentarijs ipsius ad c. 5. epistola Iacobi, ad illa verba:* confitemini alterutrum, *sic legitur:* In hac autem sententia, illa debet esse discretio, vt quotidiana leuiaque peccata alterutrum, coæqualibus confiteamur; eorumque quotidiana credamus oratione saluari: porro grauioris lepræ immunditiam iuxta legem sacerdoti pandamus, atq; ad eius arbitrium, qualiter, & quanto tempore iusserit, purificari curemus.

ε ¶ Nullum peccatum] *In glossa ordinaria in cap. 11. 1. Corinth. ad ea verba:* reus erit corporis & sanguinis Domini, *citatur hæc sententia ex B. August. homilia 24. in Ioannem in hæc verba:* Nullum peccatum veniale est, dum placet, quantumcunque paruum: sicut mortale, si vere displicet, nullum iudicatur.

Item Gregorius Dialog. lib. 4. c. 39.

¶ Quæ sunt venialia peccata, quæ post hanc vitam purgantur. C. IIII.

QValis hinc[n] quisq; egreditur, talis in iudicio[o] præsentatur: sed tamẽ de quibusdam leuibus culpis[p] esse ante iudicium purgatorius ignis credẽdus est[q]. pro eo, quod veritas dicit [Quia si quis in spiritum sanctum blasphemiã[r] dixerit; neque in hoc sæculo remittetur ei, neque in futuro.] In qua sententia datur intelligi, quasdã culpas in hoc sæculo, quasdam vero in futuro posse laxari. Quod enim de vno negatur[s], cõsequẽs intellectus patet, quia de quibusdã cõceditur. Matt. 12.

l ¶ *Iuramus.*] Intellige cum quis iocando iurat. Nam pro temerario iuramento bene peccat aliquis mortaliter, licet, non tãta pœnitentia imponatur ei, sicut si solenniter & ex discretione iurasset, vt 22. q. 4. qui sacramento. Idem dico in iuramento per metum extorto, vt extra de iureiur. verum. Contra. 2. q. 4. nos sanctorum Sol. ibi de solenni, hic de non solenni.

m ¶ *Temeritate*] sed si ex odio, esset mortale. vnde sequitur, quoniã.

¶ *Qualis hinc.*] CASVS. Quærebatur qualis repræsentabitur homo ante Deum in die iudicij. Et respondet quòd si bonus decedit, bonus repræsentabitur: & si malus decedit, malus repræsentabitur. Sed tamen sunt quædam peccata in illo quæ purgantur post mortem: scilicet venialia, vt sermo otiosus: risus immoderatus: & peccatum curæ familiaris. & hoc probatur auctoritate Euangelij dicentis: Si quis dixerit blasphemiam in

o ¶ *In iudicio.*] vt 13. q. 2. tempus. Ioan.

p ¶ *Culpis.*] scilicet uenialibus.

q ¶ *Credendus est.*] Hic uult dicere, quod quædam culpæ tollentur per ignem purgatorij ante diem iudicij.

r ¶ *Blasphemiam.*] Qui peccat per impotentiam, dicitur peccare in patrem: quia patri attribuitur potentia. 24. dist. qui episcopus. Qui peccat per ignorantiam, dicitur peccare in filium: quia filio attribuitur scientia. 38. dist. si iuxta. Sed qui ex contemptu peccat, dicitur peccare in spiritumsanctum, ut ille qui est obstinatus in peccato, & illud dicitur irremissibile, id est, non ita de facili remittitur sicut præcedentia. de pœnitent. dist. 1. §. potest, & dist. 2. sciendum.

s ¶ *Negatur.*] Argumen. quod de uno negatur, de alio conceditur, ut. 16. q. 3. de crimine. ff. de iudi. l. cum prætor. sic quod de uno cõceditur, de alio negatur, ut 45. dist. disciplina. 1. q. 1. per Esaiam. 33. q. 1. qui sius ¶. Argumen. contra C. de natu. lib. Authen. item si quis

Peccatur varie modo in patrẽ & filium & spiritum sanctum.

Quod dic uo [illegible] & non. de pœn. dist. 1. §. potest etiam & dist. 2. & c. sciendum. Anthedia.

¶ In fine.

quis. vbi licet vnum nominet, tamen extenditur ad alios. sic 61. dist. miramur. arg. ff. de custo. reo. si quis.
a Sine culpa.] Similiter militia, mercatio, procuratio, siue administratio aliqua vix sine peccato fit, vt de pœni. distin. 5. falsas. &c. qualitas.

Negotia multa sunt quæ vix sine peccato fiunt.

ædil. edic. quod ita sanatum est. quia status nostri temporis, &c. vt 84. dist. fraternitatis. & dicunt quod ille canon corrigit alios, qui de rigore loquuntur. Tertij dicunt, quod quantumcumque sit graue delictum, dummodo sit occultum, post pœnitentiam non impedit promouendum, vt 50. dist. de his. Ego credo, quod siue sit occultum, siue manifestum, dummodo sit enorme, impedit promouendum, licet egerit pœnitentiam. 50. distin. miror. Ioã. Sed certe hoc non est verum, licet Ioan. hoc dicat. nam pro occulto crimine nemo repellitur post pœnitentiam, nisi in homicidio, vt dicit noua decre. extra de temp. ord. cap. vlti. quæ declarat hoc totum. Ber.

Ad idem de pe. dist. 1. quantumlibet &c. quæ mulierem ver. neque enim. &c. & 32. q. 1. quod autem. & 56. dist. nunquam. nam Deus vitijs tantum irascitur, non hominibus. de pe. distin. 1. quamobrem. Archid.

Sed tamen, vt prædixi, hoc de paruis, minimisque peccatis fieri posse credendum est; sicut est assiduus otiosus sermo, immoderatus risus, vel peccatum curæ familiaris, quæ vix sine culpa vel ab ipsis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, sciunt; aut in non grauibus rebus error ignorantiæ, quæ cuncta etiam post mortem grauant, si adhuc in hac vita positus minime fuerint relaxata.

Infra de pœnit. dist. 7. c. vltimo. §. fin.

[Item Augustinus in libro de vera & falsa pœnitentia, c. 18.]

¶ De eodem. PALEA. C. V.

QVi in aliud sæculum distulit fructum conuersionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic autem ignis, & si æternus non sit, miro tamen modo grauis est. Excellit enim omnem pœnam, quam vmquam aliquis passus est in hac uita, uel pati [a] potest.

a ¶ Vel pati potest.] *Hæc verba non sunt in originali, neque infra de pœnit. dist. 7. c. vlt. § fin. vbi hoc idem recitatur.*

In commentarijs ad c. 1.

Aliàs autem ea tantum delicta significat, quorum est perpetua infamia. Vnde Hieronymus scribit in eadem epistola ad Titum, c. 1.

¶ A die baptismi sine crimine debet inueniri; qui in episcopum est ordinandus. C. VI.

† sit] orig.

PRimum [b] itaque sine crimine iubetur esse † episcopus, quod puto alio verbo ad Timotheum, irreprehensibilem nominatum; non quòd eo tantum tempore, quo ordinandus est sine vllo sit crimine, & præteritas maculas noua cõuersatione diluerit: sed quòd ex eo tempore, quo in Christum renatus est, nulla peccati cõscientia remordeatur. Quomodo enim potest præses [c] ecclesiæ auferre malũ de medio eius, qui in delicto simili corruerit? aut qua libertate corripere [d] peccantem potest; cum tacitus sibi ipse respondeat [e] eadem admisisse, quæ corripit?

1. Cor. 5.

¶ Concor. l. fratre à fratre. ff. de de cond. indeb. & l. alium. ff. si fin. vendi.

Ecce, qui ordinandus est in episcopum; non solum tempore suæ ordinationis, sed etiam omni tempore post baptisma à crimine immunis esse debet.

Ad idem

e Prases.] id est, episcopus.
d Corripere.] Not. quod potest quis accusari de peccato, de quo pœnituit. 33. q. 2. admonere.
e Respondeat.] sic j. distinct. proxi. vna tantum. & 42. distinct. §. 1, & 62. dist. in sacerdotibus. §. 1.

DISTINCTIO XXVI.

1. Tim. 3. & Tit. 1

SEquitur [f] in vtraque epistola [*vnius vxoris virum*] *post baptisma videlicet, non ante baptismum.*

Vnde Hieronymus [a] scribit ad Oceanum, epist. 83.

¶ Post baptismum debet esse monogamus, qui in episcopum est ordinandus. C. I.

Sequitur.] Hæc dist. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *Sicut duobus.* Io. de Fant.

CASVS. Supra tractatum est primum cap. apostolicæ regulæ, scilicet; oportet episcopum esse sine crimine: quod intelligitur non solum suæ ordinationis tempore, sed etiam omni tempore post baptismum. In hac vero 26. dist. prosequitur secundum cap. apostolicæ regulæ, scilicet; oportet episcopum esse monogamum, id est, vnius vxoris virum, id est, non plurium. & hoc intelligitur post baptismum: quod probatur per sequen. cap. quod abrogatum est.
f Sequitur.] in hac 26. distinct. exequitur secundum præceptum apostolicæ regulæ, oportet episcopum esse vnius vxoris virum; quod negatiue exponitur, id est, non plurium: tamẽ in casu necessitatis bigamus promouetur vsque ad subdiaconatum, vt 34. distinct. lector. Assignantur autem quattuor rationes, quare bigamus non possit promoueri. Vna propter defectum sacramenti; quia non est ibi sacramentum veritatis, cum carnem suam diuiserit in plures, vt j. ead. acutius. Item propter prærogatiuam ordinum, vt j. ead. vna. Item propter signum incontinentiæ, ex eo quòd de vna transiuit ad aliam, vt 82. distinct. proposuisti. Item ex eo quòd non habet frontem hortandi viduitatem, vt j. ea. vna, in fi.

Bigamus propter quattuor rationes promoueri non potest.

Beda, & Gloss. ord. 1. Tim. 3. ad hæc uerba.

VNius [g] vxoris virũ, id est, monogamũ [h] post baptismũ [i]. Si enim &

QVi in aliud.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod si quis nõ egit pœnitentiam in hac vita de aliquo veniali, in futuro sæculo purgabitur igne purgationis, qui superat omnem pœnam, quam aliquis potest pati in hoc mundo.
ALIAS. Hic prosequitur Gratianus secundum H. quintam acceptionẽ huius nominis, crimen, dicens quod crimen dicitur quodcumque irrogat perpetuam infamiam.
PRimum.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, quod qui eligitur in epm, debet esse sine crimine, & sine criminali infamia post baptisma, nec sufficit, si eo tẽpore sit sine crimine quo est ordinãdus, cum forte per pœnitentiã diluit peccata sua. Quomodo. n. poterit alios corrigere, qui in simile corruit delictum?
b ¶ Primum.] Ex hoc cap. tres oriuntur opiniones. dicit H. quod qui semel peccauit, non potest amodo promoueri, vel aliquos actus legitimos exercere, vt hic, & 48. dist. quoniã. & 1. q. 7. si quis omnem. & 50. dist. illud. & 6. q. 1. qui crimen. & 8. q. 1. in scripturis, in fi. & extra de temp. ordi. cap. ex tenore. Sit arg. pro eis. ff. de ædil. edic. quis sit fugitiuus. §. responsio. fur enim non purgat vitium furti, licet rem restituat. ff. de furtis, qui ea mente, nec raptor vitiũ rapinæ. ff. vi bono. rap. l. penul. Alij dicunt, quod post quodlibet mortale acta pœnitentia potest quis promoueri, nisi sit crimen enorme, vt 81. dist. Apostolus. Et est arg. ad hoc 50. distin. ferrum. ff. de

Promoueri vtrum possit ille qui semel peccauit.

VNius.] CASVS. Quæsitum fuit à Hierony. vtrum cap. apostolicæ regulæ, oportet episcopum esse monogamum, intelligatur ante baptismum, vel post. Et respondet quòd post baptismum & non ante. si enim ante coniugem habuit, non imputatur ei, sicut nec stuprum.
g ¶ Vnius.] id est, non plurium. sic extra de testi. licet. Et sic verba affirmatiua exponuntur negatiue, vt 1. quæstiõ. 1. iudices. 23. quæstio. 4. si ea.
h ¶ Monogamum.] Monos vnum, gamos mulier vel nuptiæ. inde monogamus, scilicet qui vnam tantum habuit vxorem. H.
i ¶ Post baptismum.] Non dicit uerum, quia matrimonium non

F 2 fSlui-

solvitur in baptismo, vt J. ead. cap. deinde. & male sentit hic Hieronymus. vnde Augustinus eum corrigit in proximo cap.

a ¶ *Nouo homini.*] Sub eo modo loquendi seruus post manumissionem dicitur nouus homo, vt ff. de adi. leg. si seruus legatus. & alia lex dicit, quòd post manumissionem alius intelligitur, vt ff. de solu. qui res. §. aream.

aliquis ante baptismum tres habuerit vxores, & post baptismum quartam, quæ quarta est, erit prima secundum eos. Secundum incõueniens est, quod hæc talis quæ quarto ducta est, debet loco virginis reputari. Secunda opinio erat, quod totũ quidquid agit homo ante baptismũ, in baptismo deletur, quod Inn. reprobat, cum in baptismo tantum pec-

ante coniugem habuit, quæ obierit, non ei imputatur, cui prorsus nouo homini † a nec stupra, nec alia, quæ ante fuerunt, iam obsunt.

† Glossa non habet.

a ¶ Hieronymus.] *Sententia quidem huius, & sequentis capitis sunt Patrum, qui citantur, id est, Hieronymi, & Augustini: verba tamen ipsa potius videntur sumpta ex collectaneis Bedæ, & ex glossa ordinaria, huius quidem capitis in primam ad Timot. c. 3. sequentis vero in epistolam ad Titum, c. 1.*

Augustinus vero contra testatur scribens † in epistola ad Titum.

† In glossa ordinaria in c. 1. epistolæ ad Titum sumpta tamen sententia ex B. Aug. in lib. de bono cõiugali, c. 18.

¶ Qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum aliam, ordinandus non est. C. II.

ACutius intelligunt, qui nec eum, qui catechumenus, vel paganus habuit alteram, ordinandum censuerunt: quia de sacramento b agitur, non de peccato β. Nam in baptismo peccata omnia dimittuntur: & qui dixit [Si nupserit virgo, non peccat] satis declarauit nuptias non esse peccatum. Propter sanctitatem autem sacramenti, sicut femina, si catechumena vitiata est, non potest post baptismum inter Dei virgines consecrari c: ita non absurde visum est bigamum non peccasse, sed normam sacramenti amisisse, non ad vitæ meritum, sed ad ordinationis ecclesiasticæ signaculum necessariam. Et sicut plures antiquorum patrum vxores, significauerunt futuras ex omnibus gentibus ecclesias, vni vero subditas, id est Christo: ita noster antistes, id est, episcopus vnius vxoris vir significat d ex omnibus gentibus vnitatem vni viro e Christo subditam f. 2 ¶ Itaque sicut duobus dominis seruire, sic ab vno Deo apostatare, & in alterius superstitionem ire, non licet †.

28. q. 3. c. acuti. Iuo p. 8. c. 294. Pann. l. 6. c. 60. Ansel. l. 9. c. 59. Poly. l. 2. tit. 32. 1. Cor. 7. Mat. 6.

β ¶ De peccato.] *sequebatur, propter sanctitatem sacramenti, sicut si femina, &c. Restitutus est totus hic locus ex glossa ordinaria. Nam apud B. Augustinum, & reliquos collectores copiosior etiam est.*

Item Innocentius Ruffo, & Eusebio, & ceteris episcopis Macedon. epistola 22. c. 2.

¶ Bigamus reprobatur, qui ante baptismum habuerit vnam, & post baptismum alteram. C. III.

DEinde ponitur non dici oportere bigamum eum, qui catechumenus habuerit, atque amiserit vxorem, si post baptismum fuerit aliam sortitus, eamque primam videri, quæ nouo homini copulata sit; quia illud coniugium per† baptismi sacramentum, cum ceteris g criminibus sit ablutũ †. Quod cum de vna vtique dicitur, certe, si tres habuerit in vetere positus homine vxores, erit ei, quæ post baptismũ quarta est, sic interpretãtibus prima, & virginis æque h nomẽ accipiet, quæ quarto ducta est loco. Quis (oro) istud nõ videat contra Apostoli

Burch. l. 4. c. 98. Iuo p. 1. c. 292. & p. 8. c. 303. Poly. l. 6. tit. 4.
† post] orig.
† al. ablutum

CAsus.] Acutius. Capitulũ hoc diuiditur in duas partes. In prima parte probat Aug. quod ille qui habuit vnã coniugem ante baptisma, & aliam post, promoueri non potest, cũ sit bigamus. & hoc fit, nõ propter peccatũ, quod contraxit, sed propter sacramenti defectum, quod in eo deficit, cum hic non de peccato, sed de inordinatione agat. Et si catechumena fuerit ante baptismum corrupta, licet postea baptizetur, tñ non poterit inter virgines cõsecrari. In secũda parte quæ incipit ibi, *Sicut*. dicitur, quod sicut vnitas vni viro, id est, Christo debet esse subdita, & non diuersis, id est, Deo & diabolo, ita a Deo recedere in superstitionẽ diaboli nõ licet. Vel intellige sic, vt faciat ad propositũ Gratiani, id est, sicut duobus coniugijs non potest aliquis deseruire simul, sic ab vno coniugio in aliud ire non licet, quia talis apostataret a via ordinandi.

b ¶ *De sacramento.* Sensus est, bigamus nõ repellitur quia peccauit, sed propter sacramenti defectum, qui est in eo. extra de biga. à nobis. & c. ouper. Et not. quod in matrimonio triplex designatur sacramentũ: coniunctio animorum per verba de præsenti designat cõiunctionem fidelis animæ ad Christum, sed commistio carnis designat coniunctionem Christi, & ecclesiæ. vt extra de biga. debitũ. Itẽ designat ibi vnio deitatis cum humanitate, vt de consecrat. dist. 2. in Christo. & illam designat coniunctio corporum.

Hic videtur q[illegible] dicam de pe. di[illegible] 2. § Arch. super gl. dicẽ hoc, &c. Archid.

c ¶ *Consecrari.*] quæri consueuit, cum consecratio episcopi maior sit & dignior quam virginum, quare possit consecrari in episcopum, qui non solum vxorem habet, sed etiã post mortuã vxorẽ habuit cõcubinã, vt 33. dist. habuisse, & 34. dist. c. fraternitatis. & si qua fuerit corrupta vel ante baptismum vel postea, non possit inter sacras virgines consecrari, vt 20. q. 1. iuuenculas? Respondetur, sacra virgo significat ecclesiam triumphantem, vbi non est macula neque ruga. 51. dist. quamuis. sed episcopus ecclesiam militantem, vbi sunt boni & mali. 31. dist. quoniam. 11. q. 3. audi.

Corruptus in episcopum consecrari potest, sed non corrupta in virginem.

d ¶ *Significat.*] Et ita ipse episcopus est sacramentum, sicut aqua ipsa. prima quæstio. 1. detrahe verbum ab aqua, quid erit nisi aqua?

Neque episcopus neque aqua proprie est sacramentum. Vide Turrecrematam hic.

e ¶ *Vni viro.*] id est, Deo, & non diabolo, & sic bene aptatur sequens littera.

f ¶ *Subditam.*] id est, non ab eo diuisam. & bene sequitur.

DEinde.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod Rufus, & Eusebius, & ceteri episcopi Macedoniæ tres prauas opiniones habebãt. Prima erat, quod ille non debet bigamus reputari, qui ante baptismũ habuit vnã & postea aliam, & eam quam post baptismum aliquis habuit, videri quasi nouo homini copulatã. Sed hãc opinionem reprobat Inn. per duo inconuenientia. Primum est, quod secundum illorum opinionem, si

peccata deleantur, & non matrimonia, cum Deo auctore sint constituta. Tertia opinio erat, quod matrimonium ante baptismum non erat legitimum: & hoc improbat tali ratione; quia si hoc verum est, filij inde nati non erunt legitimi, nec hereditatem habebunt: sed erunt spurij vel naturales. Hoc etiam improbatur auctoritate Domini. nam interrogatus a Iudæis, si liceret homini dimittere vxorem suam, respondit: Quos Deus coniunxit, homo non separet. & de his tantum loquebatur, scilicet Iudæis, qui ante baptismum contraxerunt. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Quare, & solicitus.* reuertitur Inno. ad secũdam opin. & eam improbat duabus rationibus vsque in finem. Prima est, quod secundum hoc filij nati ante baptismum, & post non erunt fratres, nec inter eos erit familiæ erciscundæ iudicium, quod est absurdum. Secunda est, quia secundum hoc, bona quæ facit aliquis catechumenus, non prosunt ei, si quod ante baptismum gessit, in baptismo deletur, quod non fuit verum in Cornelio gentili, nec in præceptis legalibus diligenter impletis. Et sic concludit, quod per baptismum nõ abolетur matrimonium, sed peccatum.

g ¶ *Cum ceteris.*] Impropriè ponitur hæc dictio, ceteris, vt ibi: & cum eo alij duo latrones. sic 16. dist. Cenomanensem. 34. dist. si quis viduam. 8. q. 3. Artaldus. vnde licet sic inueniatur scriptum in aliquo instrumento: hæc ecclesia cum ceteris capellis, per hoc nõ probatur ecclesiam istam esse capellam.

ARGVMEN. argumen. contra 1. q. 7. & ff. illaa princip. vbi ponitur hoc. Archid.

h ¶ *Æque.*] id est, simili ratione.

Et cap. quando [illegible] 1. 1. §. debitum. Archid.

a ¶ Sed

a ¶ *Sed obijcitur.*] Nunc obijcit contra secundam opinionem.
b ¶ *Quid de talium.*] Hic obijcit contra tertiam opinionem.
c ¶ *Vel naturales.*] Qui dicūtur legitimi, qui naturales, habes 32. q. 4. liberi. qui spurij. ff. de statu homi. l. vulgo.
d ¶ *Sortiuntur.*] vxores & viros.

i ¶ *Concessus.*] quasi dicat, eadē causa non operatur 3rios effectus sic 17. dist. si quis in ægritudine. sicut eadem solutio nō parit liberationem & repetitionem, vt ff. de solu. qui hominem. §. vlti. extra de bap. maiores.

Causa eadē diuersos effectus non operatur.

K ¶ *Inter peccata.*] Videtur ergo, ꝙ infamia contracta ante baptismum non tollitur per baptismū. & ita qui ante baptismū fuit infamus, postea non potest promoueri, vt 48. dist. quoniam. & 1. q. 7. si quis omnem. Hoc non credo: sed dico infamiā & irregularitatem ex proprio delicto prouenientem tolli in baptismo; quia dona baptismi sunt sine omni pœnitentia, & satisfactione, vt de conse. distinct. 4. fine. Si enim peccatum non deleretur quantum ad infamiam, adhuc post baptismum obesset, quod negat Ambro. ʃ. ead. vna. vnde si aliquis occidit mille homines ante baptismum, omnis infamia & irregularitas tollitur, vt 51. dist. si quis post acceptum. hoc etiam patet in Paulo, qui ante baptismum fuit homicida: & tamē postea factus est apostolus, vt 50. dist. §. econtra. Si obijcis, quòd secundum hoc illa quæ corrupta est ante baptismum, post baptismum non sit irregularis: & ideo debet consecrari: bene concedo, ꝙ non est irregularis: sed tū impeditur à consecratione propter defectum sacramenti. Sed quare repellitur mulier prætextu fornicationis, quam ante baptismū commisit, vt extra de diuor. gaudemus in fine. sic videtur in promouēdo. Sed hoc ideo est, quia illud delictum non tantum vxorem, sed etiam virum maculat, vt 32. q. 1. in coniugio. Sic vides, ꝙ per libertatem tollitur delictum, vel īfamia quā quis in seipso commisit: sed illud delictum quod in alio commisit, non tollitur, vt ff. de his qui not. infa. l. penulti. & l. athletas. §. Pomponius. Præterea per baptismum tollit crimen præcedens: non tamen tollitur exceptio competens ex crimine: sicut per pœnitentiam tollitur crimen, non tamen exceptio competens ex crimine, vt §. dist. proxi. c. vlt. & 33. q. 2. admonere. Io. Quod autem hic dr̄, non est peccatum, sed sequela pecca ti, scilicet infamia ex peccato 3cta. secus autem est in illa quæ nō prouenit ex peccato, sed ex constitutione ecclesiæ, vt in illa quæ iuxta est corrupta, vt § ea. c. 2. & i iudice & executore, vt. 50. dist. si quis viduā & 51. dist. aliquantos. & tamen non peccant tales. si. 23. q. 5. miles. Sed secundum H. videtur sequi inconueniens, scilicet ꝙ melioris conditionis sunt delinquentes, q̄ illi qui non delinquerunt. 34. dist. fraternitatis. 9. q. 3. mandamus. in glo. non quòd. sed hoc contingit virtute sacramenti.

Baptismus tollit infamiā per delictum.

Ar. ʃ. de consec. dist. 4. non ex quo. in fi. Archid.

Idem non in. extra de diuortijs gaudemus. sic videas & idē no. ʃ 1. 3. q. 5. Anch.

Resp.

1. Tim. 3. ad Tit. c. 1. esse præceptū, qui ait, vnius vxoris virum oportere fieri sacerdotē? Sed obijcitur,ᵃ quòd in baptismo totū, quidquid in vetere homine gestū est, sit solutum. Dicite mihi (cum pace vestra loquor) crimina tantum dimittuntur in baptismo, an & illa, quæ secundum Domini † præcepta, ac Dei instituta complentur? Vxorem ducere crimen est, an non est crimen? Si crimen est, ergo (præfata venia dixerim) erit auctor in culpa: qui, vt crimina committerentur, in paradiso præcepitᵇ: cum ipse eos benedixit. Si vero non est crimen, quia quod Deus instituit †, nefas sit crimen appellari, & Salomon addidit [Etenim à Deo præparatur viro vxor,] quomodo creditur inter crimina esse dimissum, quod auctore Deo legitur consummatū? Quid de taliumᵇ filijs percēsetur? Numquid non erunt admittendi in hereditatis consortio †, quia ex ea suscepti sunt, quæ ante baptismum fuit vxor, eruntque appellandi vel naturalesᶜ, vel spurij: quia non est legitimum matrimonium, nisi illud (vt vobis videtur) quod post baptismum assumitur? Ipse Dominus, cum interrogaretur à Iudæis, si liceret dimittere vxorem, atque exponeret fieri non debere, addidit [Quod ergo Deus iunxit, homo non separet.] Ac ne de his locutus esse credatur, qui ᵟ post baptismū sortiunturᵈ; meminerint hoc & à Iudæis interrogatum, & Iudæis esse responsumᵉ. ¶ Quęro, & solicitus quęro, si vna eadēq; sit vxor eius, qui ante catechumenus, postea fit fidelis, filiosque ex ea, cum esset catechumenus, susceperit; ac postea alios, cum fidelis; vtrum sint appellandi fratres, an non habeant postea, defuncto patre, herciscundæ hereditatis consortium, quibus filiorum nomen regeneratio spiritualis creditur abstulisse? Quod cum ita sentire, atq; iudicare absurdum est, quæ (malum) ratio est, hoc defendi, & vacua magis opinione iactari, quàm aliqua auctoritateᶠ roborari? cū non possit inter peccata deputari, quod lex præcepitᵍ & Deus iunxit? Numquid si quis catechumenus virtutibus studuerit, humilitatem secutus fuerit, patientiam tenuerit, eleemosynas fecerit, morti destinatosʰ qualibet ratione eripuerit, adulteria exhorruerit, castitatem tenuerit, quæro, si hæc, cum fuerit factus fidelis, amittit; quia per baptismum, totum, quod vetus homo gesserat, putatur auferri? Aspiciamus gentilem hominem Cornelium orationibus, atque eleemosynis vacantem, angelum audientem per reuelationem, ipsumqueᵋ Petrum videntem: numquid per baptismum hæc illi ablata sunt, propter quæ ei baptismus videtur esse concessusⁱ? Si ita creditur, mihi credite, non modicum erratur: quia quidquid bene gestum fuerit, & secundum pręcepta legalia custoditum, nō potest facientibus deperire. Nuptiarum ergo copula, quia Dei mandato perficitur, non potest dici peccatum: & quod peccatum non est, solui inter peccata,ᵏ credi omnino non debet: eritque integrum æstimare aboleri non posse prioris nomen vxoris, cum non dimissum sit pro peccato, quod † ex Dei sit voluntate completum.

legis.] orig. *Gen. 1.* *iussit*] orig. *Prouerb. 19.* 28 q. 1. Numquid. *al. consortium.* *Matt. 19.* *Act. 10.* *al. quia*

α ¶ Bigamus.] *Rubrica huius capitis, & sequentis, quæ in codicibus impressis erant transposita, in suum locum ex aliquot manuscriptis sunt restituta.*
β ¶ Homine vxores.] *Sic in omnibus manuscriptis, & apud Burchardum, & Iuonem par. 1. c. 292. quamuis in originali, & apud eundē Iuonem par 8. c. 301. paulo aliter, & obscurius legatur.*
γ ¶ Præcepit.] *In orig. & apud cæteros collect. legitur:* in paradiso cū ipse eos iungeret, benedixit.
δ ¶ Qui post baptismum.] *Apud Burchardum, & Iuonem in prima parte legitur:* quæ post baptismum sortiuntur. *Sed in originali, & apud Iuonem par. 8 & in Pannormia, & infra 28. q. 1. c. numquid, hoc modo:* qui post bapt. sexū vxores sortiuntur. *Verum ob glossam nihil est mutatū.*
ε ¶ Ipsumque Petrum.] *Apud Innocentium in codice canonum, & Burchardum est:* atque eleemósynis reuelationem, Petrumque ipsum vidisse. *Apud ipsum Innocentium in tomis conciliorum:* per reuelationem angelum, Petrumque ipsum vidisse. *Apud Iuonem:* Petrum ipsum reuelatione vidisse.

e ¶ *Responsum.*] No. interpretandas esse locutiones secundū personas quæ loquuntur, quid vel quibus loquuntur, vt hic, & prima q. 7. dici. & extra de maiori. & obe. solitæ. & ꝙ persona loquens comprehenditur in generali sermone, argumen ff de pigno. Paulus. § vltimo. Sed contra argu. C. de solu. inquilino. & argu. cōtra. ff. locati, qui insulam §. vlti. vbi nec dominus nec familia excipit in generali sermone.
f ¶ *Auctoritate.*] Quod enim ratione probari non potest, exe*m*pandum est, vt 68. dist. corepiscopi.
g ¶ *Lex præcepit.*] 23. q. 3. qui peccat, non peccat legis auctoritate, &c.
h ¶ *Destinatos.*] Quid de hoc iuris sit, habes 23. q. 5. reos.

Persona loquens an in generali sermone comprehendatur.

V *Na tantum.*] Casus. In hoc cap. dr, q si quis iterauerit coniugiu, id est secundã habuit vxoré, non potest postea promoueri sm legem promotionis: quod quibusdam mirum vr, scilicet vt matrimonia ante baptismum contracta obsint: peccata vero nõ obsint volentibus promoueri: quod non debet videri mirum: cum peccata i baptismo deleantur, bigamia vero non. Per §. autem sequentem, q planus est, probatur, q bigami reputantur, non solum q ante baptismu, sed etiã qui post coniugia frequentauerunt.

¶ Casus seq. §. patet.

a ¶ *Ordinationis.*] simile ⅉ.3.q.. vniuersatim.

b *Non so'eant.*] Ergo infamia ex delicto procedens non nocet, quã tum ad legem promotionis: sed ea cet per baptismum deleta.

c ¶ *Hortator.*] sic 25. dist. c. vlt. & 47. dist. c. sicut hi §. necesse.

d *Bigamus.*] Bigamus componitur a bis & gamos, qd est nuptiae, vel vxor, & hic di bigamus, qui duas habet vel habuit vxores. Archi.

e ¶ *Sacerdotis.*] idẽ de quolibet sacro ordine. 42 dist. quicumque.

Q *Vi sine crimine.*] Casus. Dicit in hoc cap. q ille qui habuit tantũ vnam vxorem, & est sine crimine, promoueri potest: q vero bis duxit, licet no peccauerit, tñ prærogatiua sacerdotij est exutus, nec potest promoueri.

Q *Vod autẽ*] Hęc dist. diuiditur in duas partes. In prima ...

nibus. 32. dist. ante. sed hoc expone pro accipiendo, id est, pro cõtracto retinendo. Licet enim etiam tẽpore Siricij vsq; ad Greg. subdiaconi vti iam contracto matri. 87. distin. quicumque. § 2. dist. propofuiti. expone ergo quod dicit, matrimonium desiderauerit [f], id est, desiderauerit vti iam contracto. Secundum autẽ q — *Scilicet ad effectus, & de facto contrahere. Archid.*

Item Ambrosius lib. 1. de officijs, c. vlt.

¶ In baptismate culpa dimittitur, non lex coniugij aboletur. C. IIII.

V Na tantum, nec repetita nobis copula permittitur, & in ipso cõiugio lex est non iterare coniugium, nec secundæ coniugis sortiri coniunctionem. Quod plerisque mirum videtur, cur etiam ante baptismum iterata [a] coniugia electioni muneris, & prærogatiuæ ordinationis impedimenta generent, cum etiã delicta obesse non soleant [b], si lauacri remissa fuerint sacramento. Sed intelligere debemus, quia in baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In coniugio nõ culpa, sed lex est. Quod culpæ est igitur, in baptismo relaxatur: quod legis est, in coniugio non soluitur. Quomodo autem potest hortator [c] esse viduitatis, qui ipse coniugia frequentauerit? — Iuo p. 8. c. 291. Pann. l. 6. c. 64.

a ¶ Iterata.] *Apud D. Ambrosium locus hic varie legitur. Nam in antiquis impressionibus habetur*, iterato coniugio. *in recentioribus vero*, i erata coniugia. *itemque in Pannormia, & apud Iuonem. In his tamen, quæ sequuntur, concordant, sic legendo*, ad electionem muneris, & prærogatiuam ordinationis impedimenta generentur.

Ioannes etiã Baptista dum Herodem ab incestu prohiberet dicens: [Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui;] *euidenter ostendit inter infideles cõiugia esse. Vnde datur intelligi, quòd bigami dicuntur non solum, qui post bapt. smũ coniugia frequentant, sed etiam, qui ante bapt. smum vnam, & post baptismum alteram habuisse probantur. Bigamus* [d] *vero in sacerdotẽ ordinari non debet: non quia deliquerit secundam accipiendo vxorem: sed quia prærogatiua exutus est sacerdotis* [e]. — Matt. 14.

Vnde Ambrosius ad Vercellenses, lib. 10. epist. 82. ait.

¶ Non peccat bigamus, sed prærogatiua sacerdotis exuitur. C. V.

Q Vi sine crimine est vnius vxoris vir, tenetur† ad legem sacerdotij suscipiendi. Qui autem iterauerit coniugium, culpam quidem non habet coinquinati, sed prærogatiua exuitur sacerdotis. — Iuo p. 8. c. 290. Pann. l. 6. c. 63. † al. tenetur.

DISTINCTIO XXVII.

[1] Q *Vòd autem* [1] *vnius vxoris vir episcopus esse iubetur, quæritur, an de tempore ordinationis hoc sit accipiendum, vt tempore suæ administrationis, eius possit copula fungi, quam vnicam, & virginem sibi desponsauit.*

Hoc Martinus Papa prohibet dicens. — Apud Martinũ Bracarẽsẽ. c. 39.

¶ Non ordinetur diaconus, nisi castitatem fuerit professus. C. I.

D Iaconus [g] qui eligitur, si contestatus [h] fuerit pro accipiendo matrimonio, & dixerit non posse in castitate permanere, hic non ordinetur. Quòd si in ordinatione tacuerit [i], & ordinatus fuerit, & postea matrimonium desiderauerit, alienus sit à ministerio, & vacet à clero. — Dist. 28. diaconi. Iuo. p. 6. c. 176. Pann. l. 3. c. 97.

... Gratianus superficialiter allegando probare, q si diaconus fuerit protestatus, q non poterit continere, si 5h, tenet matrimonium, sed hoc est falsum, secundum Io. 2dam Ioan. de Fan.

Casus. Supra ostensum est, q oportet epm esse vnius vxoris virũ. In hac 27 dist. quærit, an tempore administrationis possit eius copula fungi quam vnicam & virginem habuit? Et respon. q nõ. & hoc probatur per sequens cap.

[1] ¶ *Quod aut. m.*] In hac 27. dist. primo ponit incidentem [1] quæstionem, scilicet, an eps possit vti matrimonio contracto. Secundo ponit contrarietates capitulorum quorundã, quę loquunt de vouentibus: & ea soluit distinguendo inter vouentes solemniter, & vouentes simpliciter. Et incipit hic tractare de continentia clericorum. & protenditur ille tractatus vsque ad 36. distin. — *1 Non solum ponit quæstionem principale hoc interstitium ... vsq; ad 35. dist. ... Archid.*

D *Iaconus*] Casus. Aliquis volebat in diaconũ promoueri, sed castitatem seruare nolebat: quæsitum fuit an deberet ordinari? Et respondet M. Papa q non: sed si cũ ordinaretur tacuit, & post ordinationem contraxit, deponi debet.

g ¶ *Diaconus.*] ẽm q patet per § sequentem, hoc cap. potest intelligi de matrimonio iam ptito, & de 5hendo. & ẽm hoc diuersis modis exponitur littera: ẽm q intelligatur de contracto, planũ est: quia ille ... Greg. q indixit continentiã subdiaconis — *Tes si duplices expositiones.*

q loquitur de contrahendo, de diacono fuit tantũm quæsitum, & de eo tantum responsum. Idem tamẽ est de subdiacono ⅉ. 32. dist. si quis eorum. & secundum hoc plana est littera. Quod tamen dicit, q M. præcessit Greg H dicit per chronicam suam falsum esse. & dicit q Gregorius præcessit Mar. lxvj. annis.

h ¶ *Si contestatus.*] Nota q protestatio valet, vt extra de no. oper nũti. cũ ex in iũcto. & ⅉ dist. proxi. diaconi. extra qd met. cau. plarũ. & 31. q. 2. Lotharius & ff de neg. gest. Nesennius ff qui. mo. pig. vel hy. sol. si debitor. §. 1. Arg 5 extra de consti. cum M. Ferrariensis. & de ap. solicitudinem. Ioan. Hoc credo tenendum, q protestatio semper valet si fiat præsente aduersario, nisi contradicat aduersarius [1], vel iudex si facta fuerit re adhuc integra ea stante, vt in hoc cap. & extra de in integrum resti. cum venissent. nisi in casibus quibus expressum est, quod protestatio non valeat, vt ibi, extra de consti. cum M. & de ap. solicitudinem. — *1 Arg. ad hoc extra de ele. cu. ... Archid.*

i ¶ *Tacuerit.*] Not. taciturnitaté haberi p consensu, vt hic, & 54 dist.

dist. si seruus. & 61. dist. si forte. & 20. q. 2. puella. ff. sol. ma. l. 2. arg. contra extra de prae. c. nihil. Sol. taciturnitas semper habetur pro consensu, nisi in tribus casibus no. 2. q. 7. plerumq;. Itẽ & in casibus illis vbi requiritur expressus consensus, vt in seruitute imponenda non sufficit cõsensus tacitus, sed expressus, vt ff. de ser. vrb. praed.

bat per sequẽtia. Quod tamen dicitur ab illu versi *Si vero*, falsum est, nisi hoc intelligas in orientali ecclesia.

¶ Casus autem plani sunt vsque ad cap. quod interrogasti.

a ¶ *Licite.*] allegandu dicit.

Q *Vidam.*] Haec est secunda pars dist. io qua corrigit & dicit,

Hac auctoritate datur intelligi, quòd illi, qui vxores habent, vel accipere volunt, nec diaconi, nec sacerdotes fieri possunt, nisi continentiam profiteantur. ¶ Si vero diaconus à ministerio cessare voluerit, & contracto matrimonio licite ᵃ potest uti. Nam etsi in ordinati. ne sua castitatis votum obtulerit, tamen tanta est vis in sacramento coniugij, quod nec ex violat ione voti potest dissolui ipsum coniugium.

Vnde Augustinus [a] *in libro de bono viduitatis ad Iulianam viduam, c. 10.*

¶ Nubentes post votum non sunt adinuicem separandi. C. I I.

3. 27. q. 1. c. nuptiarũ. §. proinde.

2 QVidam nubentes post votum [b] asserunt adulteros esse. Ego autem dico, quòd grauiter peccant, qui tales diuidunt.

a ¶ Augustinus.] *Verba propria huius capitis non sunt inuenta apud B. Augustinum. Sententia tamen habetur in libello de bono viduitatis. Omnino autem intelligendum hoc est de voto simplici, vt Gratianus in fine huius distinctionis exponit.*

Item Theodorus in paenitentiali.

¶ De eodem. C. I I I.

Ibidem. c. si qs votum.

SI vir simplex [β] votum [c] virginitatis habẽs adiungitur vxori, postea non dimittat vxorem, sed tribus annis [d] paeniteat.

β ¶ Simplex.] *Abest vox ista ab omnibus manuscriptis, & infra 27. q. 1. c. si quis votum. & ab impressis. In aliquot tamen peruetustis, est glossa interlinearis.*

Hieronymus [γ] *vero econtra scribit.*

¶ Damnabile est vouentibus virginitatem, velle nubere. C. I I I I.

3. 17. q. 1. c. vouentibus. Sent. 4. dist. 38.

VOuentibus virginitatem, non solum nubere, sed etiam velle [e] damnabile est.

γ ¶ Hieronymus.] *Gratianus hoc, & infra 27. q. 1. c. vouentibus. & Magister sententiarum hoc tribuunt Hieronymo, apud quem non est inuentum. In glossa ordinaria 1. Tim. c. 5. ad ea verba,* habentes damnationem, *refertur ex B. Augustino, cuius propria verba habentur infra in c. nuptiarum. 27. q. 1. post principium.*

Idem contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Damnationem habebit, si nupserit, quae virginitatem vouit. C. V.

Iuo p. 7. c. 124. Pann. l. 3. c. 192. 1. Cor. 7.

† peccauit] Hier. ‡ ad. quae se semel 1. Tim. 5.

† Valde uariant haec nomina in exẽplaribus, & Burc. & Iuone.

SI nupserit virgo [f], non peccat †, non illa virgo, quae semet ‡ Dei cultui dedicauit. Harum enim si qua nupserit, habebit damnationem; quia primam fidem irritam fecit.

Item Nicolaus Papa ad Albinum † *Vienen. ecclesiae archiepiscopum.*

¶ Quae sanctimonialem se esse finxerat, nubere non valet. C. V I.

Burc. l. 8. c. 47. Iuo par. 7. c. 65. & 152. Pann. l. 3. c. 205.

QVod interrogasti de femina, quae post obitum mariti sui sacrum velamen super caput suum imposuit, & finxit [g] se sub eodem

quòd vouentes simpliciter, licet non debeant contrahere, tamen tenet matrimonium. Io. de Fan.

b ¶ *Post votum.*] Quidam dicunt illud uotũ esse simplex, quod fit per uerba de futuro, ut ego uoueo, quod post mortem uxoris continebo. hoc uotum impedit, ut dicunt, sed non dirimit matrimonium. Votum solẽne est, quod fit per uerba de praesenti, ut ego uoueo continentiã illud impedit & dirimit, extra qui cle. uel uo. monemtimus. & c. consuluit. Ego credo tribus modis uotum solemnizari, uel per ordinem, uel per habitũ, uel ex eo quod coram aliquibus testibus deuouit se alicui religioni. & dic ut no. 27. q. 1. cap. 1. Ioan. Quod Ioan. dicit de habitu, intelligas si recipiendo habitũ fecit professionem expressam uel tacitam, ut extra de reg. statuimus. & cap. praeced. quia solus habitus non solennizat uotum, ut eo. ti. porrectũ. Bar.

c ¶ *SI vir simplex votum.*] id est, propositum perpetuae continentiae habendae.

d ¶ *Sed tribus annis.*] Alibi dicitur, quòd isti sunt peiores adulteris, ut 27. q. 1. nuptiarum. Quare ergo illis tantũ triennij paenitentia indicitur, cum adulteris septennij indicatur. 33. q. 2. hoc ipsum? ite cũ alij in Deum peccent, grauius essent puniendi, quam illi qui in hominẽ peccãt, ut 17. q. 4. sicut qui. 22. q. 1. mouet. Sed illud est propter bonũ matrimonij adductũ: & sic habes, quod minuitur poena delicti propter adiunctum bonũ, ut 32. q. 2. quidquid. &

praed. inuitum. Item in procuratore constituendo. ff. de procur. filius. §. inuitum. Itẽ in furto, vt ff. de fur. qui vas. §. vetare. Item in soluendo matrimonio, vt ff. de ritu nupt. in eo iure. §. 3. Vel distingue, an tale sit factum quod possit fieri me prohibente. in eo casu non obest taciturnitas, vt rem meam quis possit vendere me inuito: & ideo ibi non nocet taciturnitas, vt ff. de contrahen. emp. rem alienã. Si aũt tale factum est, quod nõ potest fieri me prohibente, ibi taciturnitas habetur pro consensu †, vt extra de his quae fiunt à prael. c. 2. sic distinguit lex. ff. de re iud. saepe. sic 23. q. 3 quãdo & extra de sent. & re iud. quamuis. Ioan.

HAC AVCTORITATE. CASVS Cõcludit Gratianus ex supradicto ca. quod illi qui habent vxores vel habere volunt, nec diaconi nec sacerdotes fieri possunt: sed si diaconus à ministerio cessare voluerit, matrimonio iam cõtracto uti potest. quia etsi etiam in sui ordinatione castitatem promittat, tamen tanta est vis matrimonij, vt ipsum matrimonium non dissoluatur. & hoc pro-

q. 4 dixit. & cap. origo. & 22. q. 2. si qualibet.

e ¶ *VOuentibus.*] ¶ *Etiam velle.*] sic ergo videtur, quod sola voluntas etiam quia ad ecclesiã punitur, vt 29. dist. Anastasius. sic ergo licet nubere per se sit bonum, tamen malum est istis, sicut corpus Christi malum fuit Iudae, vt de conse. dist. 2. sicut Iudas. & arbor paradisi mala fuit Adae, ut 11. q. 3. quid ergo.

f ¶ *SI nupserit virgo.*] quae non uouit.

¶ *QVod interrogasti.*] CASVS Quaedam uidua claustrum monialium intrauit, & uelamen super caput suum imposuit continentiam profitendo, & inter alias monachas sicut sanctimonialis est morata. postea contraxit matrimonium, dicens se ficte monasterium intrasse. quaesitum est, quid fieri debeat. Et respondit Nicolaus Papa, quod ipsa debet agere paenitentiam de illusione nefanda, & reuerti ad monasterium, ut seruet quod promisit. Omnia autem quae sequuntur, plana sunt, & per te videntur.

g ¶ *Et finxit.*] Quaedam simulatio fit ex honesta causa, quaedã ex

Tamen ex consensu.

Votum solenne tribus modis.

Nubens post votum non est adulterum.

† De hoc etiam not. extra de praes. c. ...

† Arg. ad hoc extra de clerico ...

† Ad hoc facit quod no. 1. q. 1. quibusdam. in ... arg. dec.

Simulatio est duplex.

velamine sanctimonialem esse; postea vero ad nuptias rediit: bonum mihi videtur; quia per hypocrisim ecclesiasticam regulam conturbare voluit, & non legitime in voto suo permansit; vt pœnitentiam agat de illusione nefanda, & reuertatur [a] ad id, quod spopondit, & in sacro ministerio [†] permaneat, quod inchoauit.

† al. ministerio inchoauit

PALEA. C. VII.

NAm si cōsenserimus, quòd omnia sacramēta ecclesiastica quisq; prout vult, fingat, & nō vere faciat; omnis ordo ecclesiasticus turbabitur; nec catholicæ fidei iura cōsistunt, nec canones sacri rite obseruātur. Quid enim profuit Simoni mago baptismum sacrū ficte suscipere, & in Christianitate permāsurū se finxisse, cū per Apostolū fraude eius detecta, quod sibi futurum esset, prænūtiatum fuit? Ait enim [Pecunia tua tecum sit in perditionem: cor enim tuū non est rectū coram Deo. Pœnitentiā itaque age ab hac nequitia tua, & roga Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse]. Ideo tales, nisi resipiscant, spirituali gladio percutere censemus. Nō enim fas est spirituisancto mentiri, sicut Ananias, & Saphira mentiti sunt, & statim perierunt.

Burchar. & Iuo ibidem. Pān. l. 3. c. 206. Act. 8. Act. 5.

§ *Caput hoc in multis Gratiani codicibus, (in quibus habetur sine nomine Palea,) est coniunctum superiori, quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. In Pannormia autem est separatum.*

Item Calixtus Papa. 2.

¶ In sacris ordinibus constituti non ducant vxores; & si duxerint separentur. C. VIII.

PResbyteris, diaconis [b], subdiaconis, & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus: contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi [c], & personas ad pœnitentiam redigi debere iuxta sacrorum canonum diffinitiones iudicamus.

[a] Hic canon inuentus est in cod. Vatic. Biblioth. in fragmento cuiusdam concilij ab Vrbano secundo habiti, c. 2. ex eodem vero concilio sunt canones, Alienationes. 12. q. 2. & Paternarum 24. q. 3.

Hic distinguendum est, quòd vouentium alij sunt simpliciter vouentes, de quibus Augustinus, & Theodorus locuti sunt: alij sunt, quibus post votum, benedictio accedit consecrationis, vel propositum religionis, de quibus Hieronymus, & Nicolaus, & Calixtus scripserunt.

Vnde idem Hieronymus contra eumdem Iouinianum libro primo scribens ait.

¶ Incestæ sunt virgines, quæ post consecrationem nubunt. C. IX.

VIrgines, quæ post consecrationem nupserunt, non tam adulteræ sunt, quàm incestæ [d].

Iuo p. 7. c. 124. Pann. l. 3. c. 193.

DISTINCTIO XXVIII.

ECce ostensum est [e], quòd nolentes vouere continentiam, nec ad subdiaconatum, nec ad superiores possunt gradus conscendere. Vnde ad subdiaconatum accedentes, non sine voto castitatis iubentur admitti, auctoritate B. Gregorij, qui scribens Petro subdiacono lib. 1. epistola 42. in fine ait.

---

inhonesta. Ex honesta, vt 23. q. 2. vtilem. & 33. q. 2. dominus. Similiter si aliquis simulat se religionem intrare propter timorem, talis simulatio non nocet: dummodo protestatio præcedat [1], vt extra quod met. cau. perlatum. Simulatio autem ex inhonesta causa semper facit monachū: nec admitteretur, si vellet probare cōtrarium, vt 27. q. 1. vidua. & extra de reg. vidua. & C. de lati. lib. tol. l. vnica. §. sed & q. Dñi, sanus pileam. Et not. q Io. Fauentinus distinxit: est fictio intentionis, & fictio operis. Fictio intentionis est cū quis ficte ad baptismum accedit; & licet ficte accedat, tamē verum baptismum recipit, vt 1. q. 1. sicut ficti [2]. similiter si quis ficte fit monachus ad hoc, vt possit fieri abbas, nihilominus ē monachus, licet ficta, & non sincera sit eius intentio [3]. Fictio operis dicitur, vbi factum fingitur esse qd non fit, vt ff. de rit. nuptia. simulate. vel cum simulat se vendere, & donat, & secundum qd dicitur C. plus valere, quod agitur, quàm qd simulate concipitur. Similiter dico, q si aliqa eo proposito copulatur alicui mulieri, q nolit stare legitime cum ea, & hoc paratus sit probare, q non est audiendus. nam in spōsalibus recurritur ad communem intelligentiam verborum, licet contrahens alium intellectum habuerit, vt extra de spōs. ex literis 1. vbi enim verba non sunt ambigua, nō est locus interpretationi, vt ff. de leg. 3. ille aut ille [4].

a [a] *Reuertatur.*] Hoc intellige, quando post habitum assumptū steterit inter moniales, vt 27. q. 1. vidua. aliàs solus habitus non dirimeret sequens matrimonium, vt extra de regular. porrectum. & extra de conuersione cōiugatorū, ex parte, in fi.

b *PResbyteris, diaconibus.*] vt extra qui cle. vel vo. ca. 1. cō. tra. Sed ibi fuit dispensatio comparatiua.

c [c] *Disiungi.*] Non enim debet dissimulatione culpabili nefanda sententia corroborari. C. de incest. nup. l. vlt. i fi.

c [†] *Disiungi.*] quo ad carnis copulam: quia quod non est, non potest dissolui neque accusari, extra de despon. impu. ad dissoluendum. sed dicit lex q matrimonium non dicitur dissolui, quod ab initio nullum fuit, vt in Auth. de nup. §. si vero ab initio.

d *VIrgines.*] [†] *Quā incestæ.*] sacrilegæ ēt sūt. 27. q. 1. virginibus. qa vasa dñi. i. seipsas cōtamināt [5]. infra dist. 81. decernimus.

ECce.] Hæc dist. diuiditur in xi partes, in quarū prima probatur, q nullus debet esse subdiaconus, nisi promissa castitate, & hoc per cap. Greg. & cap Inno. Ioan. de Fan. Quæ autem fuit causa institutionis, habetur 31. dist. §. causa. Secūda ibi, *Quando.* Tertia ibi, *Priusquam.* Quarta ibi, *De his.* Quinta ibi, *Assumi.* Sexta ibi, *Presbyter.* Septima ibi, *Quia sunt.* Octaua ibi, *De Syracusana.* Nona ibi, *Siquis docuerit.* Decima ibi, *Presbyterum.* Vndecima ibi, *Consulendum.* Io. de Fant.

e [e] Ostensum est supra in illo cap. diaconus. & cap. presbyteris. q diaconi, presbyteri & subdiaconi debent continentiā promittere. Adhuc in hac 28. dist. de eodem tractat, & annectit de his qui ab infantia ecclesiasticis officijs mancipantur, & q relictæ diaconorum & sacerdotum non contrahant, & q sacerdotes proprias vxores à sua cura non abijciant. Sequentia plana sunt vsque ad cap. *priusquam.*

e [e] *Ecce ostensum est.* [6]] in hac 28. dist. agit de continentia clericorum in tribus ordinibus, ostendit etiam qualiter sint ordinandi qui ab infantia ecclesiasticis officijs adiunguntur. Item ostendit, q relictæ presbyterorum & diaconorum non possunt alijs nubere, & quòd sacerdotes à sua cura non debent abijcere mulieres.

vltimo

Et hoc idem in quo semper protestatur ...

Fictio intentionis, & fictio operis.

[1] Vide B. Th. p. 3. q. 68. art. 7. & q. 69. ar. 9. & 10.

[2] Quod leg. & not. ... q. sponsum. secus quandoque sit.

[3] Ad hoc 26. q. 7. per laicos. Io. de Fan.

[4] Idem gl. not. Io. & Ber. extra de reg. vt cleri. vbi not. de matrimonio huius glo.

Quod non est, non potest dissolui.

[5] Sub. & idem in omnem ecclesiā delinquere videtur. 26. q. 2. sed & illud. 95. dist. in cap. sed illud in fi. Arc.

[6] Hic sub. ... supra dist. ... c. 1. & per ... sum, quod ... omni subdiaconi & presbyteri ... bent continentiam promittere, & adhuc in hac sec. ... Arch. ...

vltimo dicit, quòd ad laicos non spectat iudicare de sacerdotibus, licet mali sint.

a **N**[Vllum.] [Promiserit.] expresse vel tacite. expresse, vt 23. dist. quamquam. & 27. q. 1. vt lex. Tacite, vt infra ea. diaconi. Si quæris quô ecclesia imponat alicui necessitatē cōtinēdi, cū cōti-

tradicentibus: quia filiam habebat paruulam. supplicabatur Papæ vt ipsum confirmaret: sed Gregorius noluit eum confirmare, dicens, quòd nec ipsi debuerunt eum eligere, nec ipse debuit electioni consentire, cum filia teste conuincatur sui corporis continentiam non habere.

¶ Non fiat subdiaconus, qui se caste victurum non promiserit. C. I.

Infra dist. 31. c. ante triennium.

NVllum facere subdiaconū præsumant episcopi, nisi qui se victurū caste promiserit [a]; & nonnullis interiectis: Quia nullus ad ministerium altaris accedere debet, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

Item Innocentius secundus in concilio Rom. c. 5.

¶ Subdiaconus, & supra constituti, incontinentes, vxorem, aut concubinam ducentes, ecclesiastico beneficio, & officio careant. C. II.

Pann. l. 8. c. 142. [1] diaconatus] Pann.

DEcernimus, vt ij, qui in ordine subdiaconatus [1], & supra, vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque ecclesiastico beneficio careant [b]. Cum enim ipsi templum, vasa Domini, & sacrarium spiritus sancti debeant esse, & dici; indignum est eos cubilibus, & immunditijs deseruire.

Item ex concilio Toletano 4. c. 26.

¶ Caste se victuros promittant in diaconos, vel presbyteros ordinandi. C. III.

Burc. l. 2. c. 197. Ansl. l. 7. c. 106. Iuo p. 3. c. 130. & p. 6. c. 248. Pann. l. 3. c. 22. [1] al. pro [†] al. disciplina retineat.] cod. Regius.

2 **Q**Vando presbyteri, aut diaconi [c] per parochias constituuntur; oportet eos primum professionem [d] episcopo suo facere, vt caste, & pure [1] viuant sub Dei timore, vt dum eos talis professio obligauerit, vitæ sanctæ disciplinam [†] retineant.

Item Gregorius clero, & nobilibus ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epistola 40.

¶ Qui longam corporis sui continentiam non habet, in episcopum eligi non debet. C. IIII.

Ansel. l. 6. c. 9. al. 16. Polyc. l. 2. tit. 2. [†] al. recurrerit] al. discurrissent

3 **P**Riusquam ad nos scripta vestra discurrerent [†], Ioannem diaconum, qui ab altera parte [e] electus est, paruulam [f] habere filiam [g] ex quorumdam relatione cognouimus. Vnde, si rationem voluissent attendere; nec alij eum eligere, nec ipse debuerat consentire. Nam qua præsumptione ad episcopatum audet accedere, qui adhuc longam corporis sui continentiam filiola [a] teste conuincitur nō habere?

a [Filiola.] *Sic emendatum est ex originali, Anselmo, & Polycarpo; cum antea legeretur*, filia. *Superius etiam dixerat*, paruulam filiam, *quibus vocibus recens incontinentia manifeste exprimitur.*

Item ex concilio Toletano 2. c. 1.

¶ Ad subdiaconatum accessuri continentiam profiteantur. C. V.

Ansl. l. 7. c. 42.

4 **D**E ijs, quos voluntas parentum à primis Infantiæ [h] annis clericatus [a] officio mancipauit, statuimus obseruandum, vt mox deton-

e [Ab altera parte.] id est, medietate: quia nomine partis medietas designatur, vt ff. de verbo. sign. nomen. §. portionis. & ff. de vsufru. l. etiam.

f [Paruulam.] paruitas filiæ fuit argumentum, quòd non diu fuerat continens. vnde aliud esset si habuisset magnam filiam [1], vt sic non obstet, vt j. ead. de Syracusanæ. vnde ibi fuit dispēsatum. Sed hodie iure cōmuni nullus talis promouendus est in episcopum, vt 61. dist. Catinensis.

[1] Nam per tota portio procedunt quandoque post garum victum. 4. q. 1. cap. & not. 2. q. 1. in primis. Archid.

g [Filiam.] Nota quòd per factum ipsum probatur aliquid, vt 82. distin. proposuisti. 12. q. 2. quatuor. & 18. dist. peruenit. Ex hoc cap. videtur, quòd iudex ex suo officio possit aliquid supplere de facto, quod sibi nō cōstat tāquā iudici. Et licet non obijciatur aliquid a partibus contra personam electi: ipse tamen superior potest obijcere. [1] Sed hoc ideo supplet de facto, quia illud spectat ad substantiam electionis; sicut supplet de tali facto, quod spectat ad substātiā iudicij, vt dixi 2. q. 7. alieni. Ioan. Alias iudex non supplet de facto, nisi quod spectat iudici tāquā iudici, vt C. de tēp. ap. l. 1. §. vlt. & C. de appe. ampliorē. circa principiū. & ff. de testib. l. 3. §. tu magis scire. Sed licet possit supplere, tamen ei soli non creditur, vt extra de probat. quoniam contra falsā. Sed de iure supplet. C. vt quæ desunt aduoca.

Index quandoque de facto supplet.

[1] Quod dic, vi [illegible] extra de electione [illegible] ... hic adde [illegible] 2. q. 7. iudicet. Archid.

tinentia sit res voti, non præcepti, vt 32. q. 1. integritas? Dico quòd ecclesia neminem cogit continere, sed in ordine quem dat, potest imponere legem quam vult, sicut quilibet alius in traditione rei suæ, vt ff. de pact. in traditionibus.

b **D**[Ecernimus.] [Careant.] Mitius agit cū eis decretalis, quæ iubet eos amoueri post admonitionem, vt extra de coha. cler. sicut.

Additio. Vt hoc dictum cesset dic, careant si præmoniti non cessauerint, secundum Lauren. vel dic, quòd decret. loquitur in concubinario clerico, hic autem in eo qui de facto duxit vxorem, qui plus contemnit. Arch.

Q[Vando.] Hæc est secunda pars, in qua probat quòd prælati ecclesiarum parochialium debent facere professionem episcopo, quòd honeste viuent.

c [Aut diaconi.] Hoc dic etiā acolythis conferuntur ecclesiæ ex dispensatione [1], vt extra de ætā. & quali. præterea.

[1] Hæc dispensatio est in corpore iuris clausa, ideo etiam episcopis est permissa. secundum Ala. & Goffre.

d [Professionem.] Quid promittere debeat, dixi 84. dist. quamquā.

P[Riusquam.] Hæc est tertia pars in qua probatur, quòd habens filiam paruulam non debet esse episcopus.

Casus. Vacāte ecclesia Neapolitana, quidam nomine Ioannes fuit ibi in episcopum electus a minori parte capituli, alijs con-

l. vna. Bar. Brix.

D[E ijs.] Hæc est quarta pars huius distin. in qua dicitur, quòd in xviij. anno debet perscrutari conscientia iuuenum, vtrum velint contrahere, vel castitatem tenere.

Casus. Hoc capitulum loquitur de illis filijs, qui traduntur à parentibus in ecclesijs sæcularibus erudiendi. Dicitur enim, quòd illi receptis minoribus ordinibus in pueritia, cum ad decimumoctauum annum peruenerint, interrogari debent, an velint continentiam profiteri, vel non. Et si dixerint se velle cōtinere, post xx. annum, debent ad subdiaconatum promoueri: & si postea caste vixerint, post xxv. annum diaconi fiant: ita tamen quòd decetero ad nuptias vel illicitos concubitus nō accedant: quod si fecerint, deponantur. Si vero dixerint se nolle continere, ducant vxores: ita vt si postea renuntiauerint pari consensu copulæ nuptiali, ad sacros ordines poterunt promoueri.

h [Infantiæ.] id est, pueritiæ: quia infantia non durat nisi vsque ad septennium: vt C. de iur. delib. si infanti. Sic ergo videtur, quòd pueri bene possunt habere beneficia ecclesiastica. nam & promoueri possunt vt 77. dist. in singulis. Sed contra 1. quæstio. 3. pueri. Sed dic, quòd beneficia possunt habere, sed non prælaturas, vt extra de ætā. & quali. indecorum.

Pueri beneficia sed non prælaturas habere possunt.

a [Ecclesi-

a ¶ *Lectorum.*] Nomine lectoris hic comprehendit omnes minores ordines. s. 25. dist. cap. 1.
b ¶ *Octauumdecimum,*] In clerico sæculari requiritur votum in xviij. anno, vt hic, & 77. dist. in singulis. sed in monacho in av. vt 20. q. 1. illud. qđ ideo fit, ne monachalis habitus propter nuptias deseratur, nisi vbi dura est côuersatio, vt in insulis, vbi daẽ maius spatium, vt extra de regu. quia in insulis.

nentia, vt 31. dist. quoniam. sed occidentales numquam promouentur nisi continentia promissa, vt s. eod. nullum. & cap. assumi. A tempore autem Siricij & Innocentij non licuit occidentalibus ad diaconatum, vel supra promoueri, nisi promissa continentia, vt 82. dist. propolusti. & ca. plurimo. Sed subdiaconis vsque ad tempus Gre-

si, vel ministerio [β] lectorum [a] traditi, in domo ecclesiæ sub episcopali præsentia à præposito sibi debeant erudiri. At vbi octauumdecimum [b] ætatis suæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo côiugio ab episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, & promissionẽ † casti moniæ suæ absque coniugali necessitate spoponderint seruaturos; hi tamquam appetitores arctissimæ viæ, leuissimo Domini iugo subdantur; ac primo subdiaconatus ministerium habita probatione professionis suæ à vigesimo anno suscipiant †. Quòd si inculpabiliter, ac inoffense vigesimum quintum annum ætatis suæ peregerint, ad diaconatus officium, (si scienter implere posse ab episcopo comprobantur) promoueri debent. Cauendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores ad terrenas [d] nuptias, aut ad furtiuos concubitus vltra recurrant. Quòd si forte fecerint, vt sacrilegij rei † ab ecclesia habeantur extranei. Quibus autem voluntas propria interrogationis tempore desiderium nubendi persuaserit, concessam ab Apostolo licentiam auferre [e] nô possumus; ita vt cum prouectæ ætatis in coniugio positi renuntiaturos se pari consensu operibus carnis spoponderint, ad sacros ordines † adspirent.

† al. professionem

* Adde quod hæc distinctio, quia hic ponitur excelsior... est in l. ... ff. de ... [marginal note, partly illegible]

† al. abortiuos † vel domentur, & ab Iosep. manuscrip. reg.

al. gradus

β ¶ Clericatus.] *In omnibus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis conciliorum legitur*, in clericatus officio, vel monachali [al. monachis] posuit. *Sed in codice Lucensi regio habetur eodem modo atque apud Gratianum.*
γ ¶ Ministerio lectorum] *In omnibus codicibus conciliorum, ante citatis (etiam Lucensi) legitur*. ministerio electorum. *Verum in epistola prima Syricij ad Himerium, c. 9. & Innocentij 24. c. 5. (vbi de eadem fere re agitur) est*, lectorum ministerio, seu officio.

Item ex concilio Arelat. 2. c. 2.

¶ In coniugio constitutus ad sacerdotium assumi non debet. C. VI.

5 ASsumi aliquem ad sacerdotium in coniugij vinculo constitutum non oportet; nisi fuerit promissa conuersio. paulo aliter in orig.

Item ex eodem tertio.

¶ Non ordinentur diaconi, qui castitatem non profitentur. C. VII.

PRæterea placuit, vt deinceps non ordinentur diaconi, nisi qui prius conuersionis proposito professi fuerint castitatem.

¶ *In Arelatensibus, quæ extant, his ipse penitus canon non inuenitur. Sed sententia habetur in tertio c. 2. in fine.*

Verum illa priori auctoritate diaconis videtur permitti coniugium, cũ ad sacerdotium tantum coniugati prohibeantur assumi. Porro sequenti auctoritate videtur permitti subdiaconis, cum de diaconis specialiter præcipitur, vt sine probatione castitatis non ordinentur. Hoc idem in Ancyrana synodo videtur esse permissum, in qua, c. 10. (al. 9.) sic statutum est.

¶ Diaconi non prohibeantur à ministerio, si in ordinatione dicunt se continere non posse. C. VIII.

DIaconi [f] quicumque, cũ ordinãtur, si in ipsa ordinatione protestati [g] sunt dicentes, velle se habere vxores, nec posse se continere; hi si postea [h] ad nuptias venerint, maneant in ministerio [i]; propterea quòd his episcopus licẽtiam dederit. Quicumque sane tacuerunt, & susceperunt manus impositionem, professi continentiã, si pôstea ad nuptias venerint, à ministerio cessare debebunt. Pann. l. 3. c. 87. Poly. l. 4. tit. 31.

PALEA. Hæc palea est 20. q. 1. quia.
c ¶ *Probatione*] Debet enim longa præcedere continentia, vt s. eod. proxi cap. & 77 distin. quicumque.
d ¶ *Ad terrenas.*] quia terram repient, virginitas vero paradisum. 33. q. 1. nuptiæ.
e ¶ *Auferre.*] quod ergo de iure communi côpetit, negandũ non est. in Auth. de nupt. circa finem. §. sed hoc quia. ff. de re iu. l. 4. §. si quis condemnatus.

ASsumi] Hæc est 5. pars distin. in qua probatur, quod nullus debet esse sacerdos, diaconus vel subdiaconus, nisi promissa castitate. Io an. de Fan.
CASVS. Ab hoc loco vsque ad §. ecce, omnia cap. inducuntur ad probandum, quod subdiaconi non tenentur continere contra priora ca. Et idẽ probat de sacerdote & diacono. Inducunt duo prima à contrario sensu, & inducũtur omnia sophistice: vel verum est quod dicit, si de illorum tempore intelligatur quo continẽtia cœpit introduci. Omnia quæ sequuntur vsque ad cap. diaconi, plana sunt.
DIaconi.] CASVS. Statutum fuit in synodo Ancyrana, quod si aliqui in diacones ordinentur, & dicant se nolle vel non posse continere, & episcopus nihilominus ordinat eôs, si postea contraxerint, ab vxore separabuntur, sed in ministerio remanebunt; quia videtur, quod episcopus eis licẽtiam dederit: si vero in ordinatione sua tacuerint, videntur continentiam profiteri: & ideo si postea contraxerint, officio & beneficio priuabuntur.
f ¶ *Diaconi.*] Ad intelligentiam horum capitulorum notabilis, quod in orientali ecclesia & in occidentali licite contrahitur in minoribus ordinibus, vt 32. dist. si quis eorum. & cap. lectores. & cap. placuit. sed constitutus in superiori ordine nec apud nos nec apud græcos possunt contrahere, nec poterant tempore Apostolorum, & si contrahant, non est matrimonium: & hoc patet ex sexta synodo, quæ in oriente fuit celebrata: & regulam statuit eis, vt 32. distin. si quis eorum. 31. dist. Nicæna. & 84. distin. cum in præterito. In hoc autem est differentia inter eos, & nos. ipsi enim siue sint coniugati siue non, promouentur ad sacros ordines non promissa conti-

Orientales ab occidentalibus differunt.

Gregor. licuit, vt 31. distin. ante triennium. Orientales ergo licite vtuntur matrimonio contracto ante sacros ordines: postea in sacris ordinibus contrahere non licet, vt 31. dist. quoniam. & cap. aliter. & extra de cle. coniuga. cum olim sed post receptum sacrum ordinem non possunt contrahere, vt ibi dicitur.
g ¶ *Protestati.*] supra dist. proxi. diaconus. & extra de in integr. resti. c. 1. in fin.
h ¶ *Postea.*] Sic extra de cle. coniuga. diuersis. & extra de concess. præb. & eccl. non va. cũ super, in fi. de filijs presbyterorũ. veniẽs.
i ¶ *In ministerio.*] quia videretur venire contra promissionem propriam, vt extra de condi. appo. per tuas.

PResbyter.] Hæc est 6. pars, in qua ponitur pœna sacerdotibus fornicarijs. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd si presbyter duxerit vxorem, debet deponi. Si vero adulterium vel fornicationem commiserit, debet extra ecclesiã abijci, & ad pænitentiam inter laicos redigi.

nem sacrũ, illa non mutauit vestem, nec continentiã promisit. Tertio, quia ante quã ille perueniret ad diaconatum, & postea mulier illa vixit incontinenter. Quare Grego. præcipit cuidã, vt inquirat, vtrum illa fuerit vxor diaconi: & tradat eũ puniendum Faustino defensori: si non fuerit, nullo modo puniatur.

a

Item ex concilio Neocæsariensi, c. 1.

¶ Presbyter ducens vxorem ab ordine deponatur. C. IX.

Burc. l. 2. c. 108. Iuo p. 6. c. 185. Pann. l. 3. c. 91.

6 **P**Resbyter si vxorẽ duxerit, ab ordine [a] suo illum deponi debere: Quòd si fornicatus fuerit, vel adulteriũ commiserit, extra ecclesiam abijci, & ad pænitentiam [b] inter laicos • redigi oportet.

• ¶ Inter laicos.] *Græcè legitur*, ἐξωθεῖσθαι τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν: *quæ Dionysius exiguus vertit:* amplius pelli debet, & ad pænitentiam redigi. *vbi nulla mentio fit pænitentiæ inter laicos agendæ: de qua re copiosius dicetur infra 30. dist. c. fin.*

Item Gregorius lib. 11. epist. 59.

¶ De eo, qui relictam cuiusdam diaconi duxit vxorem. C. X.

Iuo pa. 9. c. 126

Iuo. p. 6. c. 84.

7 **Q**Via sunt culpæ, in quibus culpa est, relaxare vindictam, quærenda semper est veritas, vt inquiri debeat, vtrum accusatum noxa condemnet, an à pœna innocentia patefacta subducat. Itaque peruenit ad nos Fantinum defensorem vltionem exercere in Petrum latorem præsentium voluisse, pro eo, quòd (quantum dicitur) relictam cuiusdam diaconi, tempore, quo conductor [d] fuit, marito tradiderit. Sed quoniam iste coniugem diaconi asserit non fuisse, dicens [e], nec eam virginem [f] ad eum venisse; denique nec religiosam [g] mutasse vestem, postquam ille in ordine sacro promotus est; adijciens etiam, priusquam ad diaconum perueniret, & postea, praua illam opinione vixisse: ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt cum Dei, sicut decet, timore causam hanc subtili omnino inuestigatione perquirat, vt, si in coniugio diaconi mulierem, de qua agitur, fuisse [h] constiterit, & suprascriptus lator memorato defensori, & rectori patrimonij, ad vindictam modis omnibus tradatur [†], & cum competenti emendatione ij, qui male sociati sunt, disiungantur. Si vero in eius coniugio non fuit; memoratum Fantinũ ex nostro mandato commonere te volumus, vt ei facere nil præsumat, nec falsa [†] illum accusatio apud eum in aliquo prægrauet.

† virginem illã] orig.
† vt nec religiosam vestem mutare psumeret] in orig. & apud Iuonem.
†
† Ad hoc facit extra de Lob(?)... in fi. & de off. ... pœn.
† Est etiam apud Iuonem, non autem in orig.

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 15.

¶ De vxore presbyteri, vel diaconi, si alijs se coniunxerit. C. XI.

SI se cuiquam mulier duplici [i] coniugio, presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut [†] separentur [k]: aut certe, si in criminis [†] intentione perstiterint, pari excommunicatione plectantur.

† al. castigati al. castitate seruata separentur
† al. criminum

c ¶ Quia sūt.] quòd hæc allegatio valeat, probatur 34. dist. quiuis.

d ¶ Conductor.] idest, defensor.

e ¶ Dicens.] & ita nõ potuit vxor eius censeri: quia marit' corrupte nõ pōt pmoueri.

f ¶ Nec eam virginē.] Hic per duo extrema colligit mediũ: ex eo enim quòd ab initio non erat virgo, & postea iste promotus fuit in diaconũ, colligitur eã non fuisse vxorẽ. argu. ff. de hære. instit. l. sed & si. §. solemus. & 55. dist. cap. legem. quãdoque mediũ trahit extrema. ff. de ser. ru. præ. quĩ sella. §. vlti. & l. certa præd. quandoque principium trahitur ad finẽ. 35. dist. ab exordio. ff. delega. 3. si quis. in principio. quandoq; finis trahit ad se principium, vt 13. q. 2. cap. vltima voluntas. ff. de adimen. lega. l. 5. & l. 4.

g ¶ Nec religiosam.] idest, religiosum habitum, quẽ solent sumere viduæ, vel aliæ deuotæ, licet nõ conuertantur ad aliquã ecclesiã. Nec enim credo, quòd vxor illius qui promouetur ad sacrũ ordinẽ, teneatur intrare religionem: sed sufficit, quòd voueat perpetuã continentiam, vt 77. dist. episcop'. Nec ob. extra de conuer. con. sane. quia illud speciale est in vxore episcopi. Sed adhuc ob. extra de cleri. coniug. quod à te. Sed illud intellige cũ ordinatus vult transire ad religione. Sed nec hic Papa aliquid dicit de veste: sed Petrus illud allegauit.

Principium medium & finem ad se vnum trahit aliud.

Coniugatus promoueri potest, licet vxor religionem nõ ingrediatur.

a ¶ Ab ordine.] idest, ab officio, & non beneficio: & secundũ hoc magis punitur sacerdos qui fornicatur, quam qui legitime contrahit: & hoc ideo, quia facit contra sacrum ordinẽ, & etiam contra legem: & ideo minus peccat ducendo vxorẽ: quia credit hoc sibi licere: sicut illa minus punitur, quæ publice delinquit, quàm quæ priuate delinqueret: quia credit hoc sibi licere, vt ff. de ri. nup. l. vlti.

b ¶ Ad pænitentiam.] 50. dist. confirmandum. contra. Sed illud intelligitur de solenni pænitentia, quã clericus facere non debet: sed illud de publica, vt 30. q. 1. si quis sacerdos. & 50. dist. si quis presbyter. sed si depositus fuerit, bene potest solenniter pænitere, vt de pæn. dist. 6. sacerdos. Adhuc signatur contra. 80. dist. presbyter. vbi dicitur, quòd sacerdos nõ debet publice pænitere inter laicos. Sed illud verum est quando crimen est occultũ. sed hic loquitur quando crimen est publicum apud laicos. 2. q. 1. si peccauerit.

ADDITIO. Et publica delicta publico remedio egẽt. de pæni. dist. 1. quamuis. & 5. hoc ergo. & videas quod legitur & not. 30. q. 1. cap. vlti. & 81. dist. si quis episcopus. Archid.

QVia sunt culpæ.] Hæc est 7. pars dist. in qua probatur, quòd vxor subdiaconi, diaconi vel presbyteri post mortem mariti contrahere nõ pōt: & probat p tres auctoritates. Ioã. de Fan.

CASVS. Clericus quidã in consortio suo quamdã habuit mulierem: postea factus est diaconus: eo mortuo Petrus qui erat bonorum eius procurator, vel qui antea fuerat procurator patrimonij beati Petri, tradidit eã nuptui: propter quod Faustinus, qui nũc erat procurator & defensor patrimonij beati Petri, volebat ipsum Petrum punire. Vnde ille Petrus de hoc conquestus est domino Papæ: & tribus rationibus se excusauit: quibus probat, quòd illa mulier non fuit vxor diaconi. Primo quia corrupta venit ad illũ diaconum, cũ adhuc clericus erat. Secundo, quia cũ ille recepit ordi-

Presbyter fornicans plus punitur, quã legitime contrahens.

Clericus solenniter pænitere non potest.
† Hoc est contra de pæn. c. ... & c. quãdocumq;

h ¶ Fuisse.] supple, & eũ ordinatũ ipsa sciente [†]: nam si ea inuita ordinaretur vel ignorante, non fieret ei præiudiciũ. sed si sciuit & tacuit, fit ei præiudiciũ, vt post mortem illius non possit nubere, vt 32. dist. seriatim. Vnde non requiritur quòd mulier voueat: sed sufficit, si scit virum suum ordinari.

SI se cuiquam.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd si relicta presbyteri vel diaconi nupserit secundo, separari debet: & si castigari, id est, moniti noluerint separari: excommunicentur. Si est in littera, *castitate*, id est, propter castitatem seruandam.

¶ Casus sequẽtis capituli de eadẽ materia loquitur, & per se patet.

i ¶ Duplici.] quantum ad primum.

k ¶ Separentur.] Dubitatur de vxoribus ordinandorum, qualiter vouere debeant, & dare licentiã. videtur quòd solo verbo, vt s. ea. dist. de his. in fin. & cap. quia sunt culpæ. & 32. dist. seriatim. sed cõtra extra de conuersi. coniug. sane & 34. dist. fraternitatis. vbi dicitur quòd vxor promouendi intrabit monasterium [†]. Item alia ratione: quia cœtus clericorũ præeminet cœtui monachorũ: quia vix bonus monachus facit bonum clericũ. 16. q. 1. legi. & facit ad hoc extra de conuer. coniug. coniugatus. sed nullus suscipitur in monachum nisi conuertatur vxor. 27. q. 2. Agathosa. Dic non esse necesse, quòd conuertatur, sed quòd voueat castitatẽ tantum, nisi de ea habeatur suspicio. extra, de conuer. coniugato. cum sis præditus. Et speciale est in illa decre. sane. in vxore episcopi. Sed obijcitur: hæc mulier non vouit solenniter: ergo si contraxerit, tenet matrimonium. quod hic negatur. Solu. secundũ quosdã, votũ illud est solenne ex propria professione [†], vt extra qui cle. vel vo. cõtrahunt. aliás

Sub. & continentiam professe, vt extra de conuer. coniu. coniugatus. Arch.

Vxores ordinandorum quid vouere debeant.

Dicunt quidã, quòd mora triennij sibi assignabitur per episcopũ, & ... & sic separatur ... 27 q. 2. si ... videas. Archi.

† consilio(?)

aliàs non videtur q sola scientia mulieris solennizet votum, nisi ipsa expresse vouerit. Ioan. Sed videtur quòd sola constitutio ecclesiæ hoc matrimonium dirimat, non scientia vel votũ: quod ex eo patet, q Græcus non promittit continentiam dũ recipit sacros ordines, vt 31. dist. quoniam. tamen si contraxerit post sacros ordines, non tenet matrimonium. hoc ergo nõ facit votum, sed sola constitutio ecclesiæ.

a ¶ *Si qua.*] ¶ *Aut diacon.*] ideo nõ facit mentionem de subdiaconis: quia tempore Gregorij promouebatur quis in subdiaconatũ non promissa continentia: nec fiebat vxorib' aliqđ præiudiciũ, vt 27. q. 2. multorum.

De Syracusanæ.] Hæc est 8. pars distin. in qua probat, q nullus debet fieri episcopus habẽs filios & vxorem, nisi ex necessitate, & remota causa impedimẽti, scilicet q p tales res ecclesiæ nõ lædantur. Ioan. de Fan.

CASVS. Dum ecclesia Syracusana pastore vacaret, quidã minus idoneus ibidẽ est electus, habens filios & vxorẽ: pro quo Cethegus patricius supplicauit Papæ Pelagio, vt eius electionẽ confirmaret. sed quia persona illius electi erat minus idonea, Pelagius non exaudiuit Cethegum, imo distulit eum cõfirmare fere per annũ, vt Syracusana electio in melius prouenirer. Sed quia irreuocabiliter in suo proposito perstiterunt, & in illa ecclesia nõ erat alius idoneus: ne amplius insanirẽt (sicut prætor magnificus Papæ significauit) ideo Papa eius electionẽ confirmauit: prius tamen ab eo cautione recepta, in qua continebatur, quãta esset suarum rerũ substãtia: & quòd nihil de rebus ecclesiæ vsurpabit: & quòd quæsita tempore episcopatus ecclesiæ reseruabit.

tres de quibus est timor: aliàs non repellit quis propter vxorẽ vel filios, cum hoc permittat Apostolus. Et est arg. ad hoc 12. q. 2. episcopus, qui filios ³. & extra de testa. cap. 5. dum tamen longa continentia præcesserit, vt ĩ. eod. prius quam. & 77. distinct. quicumque.

Et ea facerd. 12. q. 1. fanc manifeste.

Item ex concilio Martini Papæ:

¶ De eodem. C. XII.

Apud Martinũ Bracar. c. 59. & conc. Tol. 1. c. 18.

SI qua vidua episcopi, vel presbyteri, aut diaconi[a] maritum acceperit; nullus clericus, nulla religiosa persona † cum ea conuiuium sumat; numquam communicet: morienti tamen † ei sacramenta subueniant.

† abest à concilio. † al. tantum

Item[a] *Pelagius Cethego patricio.*

¶ Cuiusdam episcopi ordinatio differtur, quia vxorem habet, & filios. C. XIII.

Ans. l. 6 c. 45. al. 46. Polyc. l. 2. tit. 5.

8 DE Syracusanæ vrbis antistite optaueramus in ipso initio, gloriæ vestræ desiderijs obedire, nisi nos multiplex ratio, ipsius non paucis temporibus ordinationem differre sacerdotis coegisset, ob hoc, quòd vel personæ qualitas (sicut & vos melius nostis) vel superstes vxor, aut filij (per quos ecclesiastica solet[b] periclitari substantia) nostros animos diutius ab eius ordinatione suspenderent. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro pene anno distulimus, opinantes, quòd in melius Syracusanorum prouenire posset electio: Sed quia in voluntatis suæ proposito irreuocabiliter perstiterunt[c], & nullus est alius in eadem repertus ecclesia, nisi longioribus adhuc temporum differretur spatijs; ne paulo amplius insanirent (sicut filij nostri magnifici viri prætoris testificatione didicimus) inter huiusmodi ambiguitates illud consultius iudicauimus faciendum, vt cõgrua prouidentia causam, propter quam principalis[d] constitutio habentem filios, & vxorem ad episcopatus ordinem promoueri prohibet, salua dispositione consilij † muniremus. Qua de re summo studio ab eodẽ Syracusanæ vrbis episcopo, priusquam à nobis contingeret ordinari, huiusmodi exegimus cautionem, per quam & suam fateretur, quantula esset, præsentis temporis habita rerum descriptione, substantiam; & nihil vmquam per se, aut per filios, & vxorem, siue quamlibet propinquam, aut domesticam, vel extraneam forte personam de rebus vsurparet ecclesiæ, & vniuersa sui episcopatus quæsita[e] tempore, ecclesiæ suæ dominio sociaret; nihil vltra id, quod modo descriptum est, filijs suis, vel heredibus relicturus.

Nouella. 6. & 123. in princ.

† al. consilij.] Gra.

a ¶ Item Pelagius.] *Anselmus, & auctor Polycarpi ex eadem epistola referunt hæc, quæ caput istud antecedunt:* Quod de ordinando ecclesiæ Catinensis episcopo, salubris electione iudicij fieri desiderastis, agnouimus: confestim sequenti die eum iuxta morem discutientes, tertio, quo venit, die episcopum consecrauimus: simili quidem modo & de Syracusanæ, *& quæ sequuntur. In Polycarpo tamen inscriptio est.* Gelasius Papa Ceto. *Ivo autem in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem, quæ incipit,* Causam Beluacensis, &c. *ita scribit.* Si enim Papa Gelasius quondam Syracusanæ vrbis electum vxorem habentem, & filios interueniente Cetego patricio, &c.

Ecce hac auctoritate electus in episcopatum non[a] *prohibetur habere vxorem, & filios*† *. Eligi autem ad episcopatum non debet, nisi aut sacerdos, aut diaconus: subdiaconus vero non, nisi necessitate cogente*[f] *: siue ergo*

¶ Infra ex hoc ... q aliquo ... pter ... cuncti ... cotur, que ... quo 12. dist. aliquando. in ad. di. gl. fina.

b ¶ *Solet.*] Nota cauere debere ea eo, quòd solet aliquid fieri, vt 98. dist. Afros. & 63. dist. nosse.

Eligentes an variare possunt.

c ¶ *Perstiterunt.*] Nota argu. quòd ambulatoria est voluntas eligentiũ vsque ad confirmationẽ, vt 61. dist. studij. & 63. dist. quãto. & extra de elect. cum terra. & quòd nullum ius acquiritur electo ante confirmationem ², vt extra de accusa. super his. & 27. q. 5. nõ est dubiũ. & extra de elec. cum in cunctis ³: & cap. nosti. Arg. contra extra de ele. cum inter. in fine. & per illã decret. dico quod non potest variari. Ioã. Sed hodie publicato scrutinio variare nequeũt electores, vt extra, de elect. publicato. postulatio autẽ variatur si postulantes diffidunt de iure suo: nisi sit iam præsentata superiori, vt extra de postu. præla. bonæ 2.

Hoc est falsũ: sed dic vt no. 63. dist. quanto. Archidia.

Ver. est omnem. sed multũ à longe ibi sumitur hoc. ergo vnde dic q nil aut parum facit si bene videtur. Arch.

d ¶ *Principalis.*] idest, principũ, vt in authen. de sanc. episc. circa princ. Hic prohibet in episcopũ eligi habẽs vxorẽ & filios, & 61. distin. Catinensis. idem est si habet nepotes, vt in auth. quomodo oportet epis. 1. coll. 1. Sed hoc potest intelligi, quando filij mali sunt vel nepotes. nam propter tales ab alijs legitimis actibus patres remouent, vt 6. q. 1. qui crimen. vel quando ita tenerẽ diligit eos, q præsumitur ratione ipsorum, quòd dilapidentur bona ecclesiæ, vt hic dicitur. idem est si habet patrem. vel si habet fratres

Eligi non debet in episcopũ habens vxorẽ & filios.

e ¶ *Quæsita.*] de rebus ecclesiæ, vel intuitu ecclesiæ, vt 12. quæst. 3. manifesta. & cap. seq. & q. 5. cap. pen.

ECCE HA. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Gratianus ex supradictis ab illo cap. assumi. vsque huc, quòd siue sit subdiaconus, siue diaconus, siue presbyter, licite potest vti matrimonio contracto. Et ad hoc allegat breuiter supradicta recapitulando. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Sed quid de electione.* soluit prædictas obiectiones, quia qđ dicitur in illo c. de Syracusanæ. nõ ob. quia in minoribus ordinibus cõstitutus, vel in laicali habitu potuit electus ille habere vxorẽ & filios: & postea de consensu vxoris continentiam professus bene potuit promoueri. illud autẽ c. quia sunt culpæ. intelligitur de diacono, cuius ecclesia nondum susceperat votũ cõtinentiæ: vel de eo diacono q suscepit eã in minoribus ordinibus: sicut dictũ est de episcopo Syracusano. Alia autẽ cap. ex tempore vel loco intelliguntur. Ex tẽpore: q a nõdũ erat indicta continentia ministris altaris. Ex loco: quia orientalis ecclesia nondũ susceperat votũ continentiæ. hoc tamen seruat: q si moritur vxor, quæ ducta est in minoribus ordinibus, cũ qua est aliquis factus sacerdos, si postea contrahit, deponetur.

f ¶ *Nisi necessitate cogente.*] Hodie iure communi eligitur, vt extra de æta. & quali. a multis.

a ¶ Gre-

a ¶ *Gregorij.*] supra ea. quia sunt.
b ¶ *Susceperat.*] Hæc solu. non valet quia à tempore Apostolorum non licuit in ordine illo contrahere: nec in subdiaconatu, vt g ¶ dist cum in præterito.
c ¶ *Neocæsariensis.*] supra eod. c. presbyter si.

Ad idē Hug. & Lau. quorum sententia gl. Archi.

A n d e t e o. Alij vero sentiunt cum Gratiano, & secundum hoc quòd dicit ibi, professi, &c. dic, de cetero: quia prius licuit ei contrahere. Archid.
f ¶ *Ex loco*] G. ita credebat, quòd in orientali ecclesia diaconi possent contrahere: sed hoc non est verum.

presbyter, siue diaconus, siue subdiaconus fuerit, apparet, quòd in præfatis ordinibus constituti licite ¶ *matrimonio vti possunt.* ¶ *Quia ergo auctoritate Gregorij, qui relictam diaconi, marito tradidit, puniendus est. Item in Neocæsariensi concilio presbyter ducens vxorem, non diaconus, iubetur deponi; item in Ancyrana synodo, diaconi, qui in ordinatione sua dicunt se velle habere vxores, si postea venerint ad nuptias, non prohibentur à ministerio: patet, quòd nec diaconi, nec subdiaconi sunt prohibendi à coniugio. Sed quod de electione obycitur, verum quidem est in episcopatū non eligendum, nisi in sacris ordinibus constitutum: sed ipsum vxorem habere, & filios, non repugnat præmissis auctoritatibus de continentia clericorum.* ¶ *In laicali enim habitu, vel in minoribus ordinibus cōstitutus potuit habere vxorem, & filios: & si postea ex consensu vxoris continentiam professus subdiaconatum, vel diaconatum, vel presbyterij gradum adeptus fuerat, attamen vxori, & filijs ipsum necessaria subministrare oportebat.* ¶ *Illud autem Gregorij* a *duobus modis soluitur: vel quia ecclesia illa, cui diaconus ille ministrauerat* †, *nondum continentiæ votum susceperat* b *in diaconis, & reliquis ministris: vel quia (sicut de electo in episcopum antea scriptum est) ante subdiaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat.* ¶ *Illud autem Neocæsariēsis* c *& Ancyranæ* d *synodi, vel ex tempore* e, *vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia ministrorum altaris. Ex loco* f, *quia vtraque synodus orientalis est, & orientalis ecclesia non suscipit generale votum castitatis: hoc tamen diligenti obseruatione custodit, vt post adeptum sacerdotium, defuncta priore vxore, cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponatur.*

¶ al. legitime

† alias, ministrauerat

B ¶ Non prohibetur.] *A plerisque vetustis exemplaribus abest dictio, non: Retenta tamen est, quoniam hic Gratianus in alteram partem disputando, ex canonibus prius citatis præ se fert hoc probare, subdiaconis, diaconis, atque etiam presbyteris non fuisse prohibitū vsum coniugij. Quod tamen qualiter accipiendum sit, ipse postea declarat à vers.* Sed quòd *vsque ad vers.* Illud autē. *Hac de re agetur etiam infra in notatione ad principium dist. 31.*

Item opponitur illud, quod legitur in canone Apostolorum, c. 6. al. 5.

¶ Presbyter causa religionis non contemnat propriam vxorem. C. X I I I I.

Burch. l. 1. c. 78. Iuo par. 5. c. 184. Pann. l. 3. c. 113.

SI quis docuerit sacerdotem sub obtentu religionis propriam vxorem contemnere g, anathema sit.

¶ *Gratianus refert sensum canonis, ceteri collectores ipsa etiam fere verba.*

Item ex concilio Gangrensi, c. 4.

¶ Anathema sit, qui presbyterum coniugatum discernit à communione, nuptiarum occasione. C. X V.

Burch. l. 3. c. 75. Iuo p. 2. c. 128. & par. 3. c. 158.

SI quis discernit h presbyterum coniugatum tamquam occasione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinet, anathema sit.

¶ *Græce est.* Εἴτις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. *id est:* Si quis secernat se à presbytero, qui vxorem duxit, tamquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema sit. *quæ versio nonnullū discrepat à versione Dionysij exigui.*

Item ex sexta synodo in Trullo, c. 26.

¶ Ab officio abstineat presbyter non legalibus nuptijs detentus. C. X V I.

Simile etiā in 3. canone eiusdē synodi, & apud Basiliū in epist. ad Amphilochium c. 27.

¶ vel in vet. synod. ἀθεμίτῳ γάμῳ.

10 PResbyterum per ignorantiam nō legalibus i nuptijs detentū cathedram quidē habere k, sed ¶ ab officio abstinere præcipimus: sufficit enim huiusmodi indulgentia ei: Quia benedicere alijs eum, qui vulnera sua debet curare, cōsequēs nō est. Benedictio enim, sanctificationis traditio est. Qui vero hanc nō habet propter delictū † l ignorātiæ m,

ITEM OPPONITVR. Adhuc opponit p sequētia cap. quorū prima duo sunt plana. & postea in distin. 30. ponit solutionem.

¶ *quis.*] Hæc est 9. pars dist. in qua dicit presbyterum religionis causa non debere contemnere propriam vxorem.
g ¶ *Contemnere.*] quātum ad exhibitionē necessariorum, vt 31. distin. omnino. & s. potest.
h ¶ *quis discernit.*] & infra, &c.
¶ *Resbyterum.*] Hæc est 10. pars huius dist. in qua dicit presbyterū non legalibus nuptijs detētū ab officio abstinere debere.
C A S V S. Quidā presbyter orientalis mortua sua vxore duxit secundam, cū putaret sibi licere. quæsitum est in sexta synodo, quid de eo fieri debeat. Et responderur, quòd debet priuari omni sacro ministerio: ita quod neque publice, neque priuatim benedicat: quia benedictionem non habet propter delictum suum: sed imploret veniā à Domino de suo delicto: honorē tamen suæ cathedræ per dispēsationem tenebit.
i ¶ *Non legalibus.*] potest intelligi de eo qui contraxit secūdas nuptias per ignorantiam iuris, &c.
k ¶ *Habere.*] scilicet dignitatem: beneficiū enim retinebit, & locū in choro, & cantabit cum alijs, & intererit electionibus: sed hoc solum deest ei, quòd non debet ministrare vt sacerdos, vt 15. q. vlti. qui admiserit. & cap. si quis presbyter. Et not. quòd de vtroque iure esset priuandus, vt 84. distinct. quilquis. sed hoc beneficium cōceditur, sublato officio, vt 50. dist. presbyteros. & cap. illud eat. & extra de cle. pug. Henricus. & extra de cle. ægro. tua.
l ¶ *Propter delictum.*] idest, quòd factum commiserit per ignorantiam.

Sic intelligit Gra. 31. dist. §. illis.

Ratio est, ne sæcularia negotia tedeat in opprobrium ordinis clericalis. 91 dist. n. diaconi. Archid.

d ¶ *Ancyrana.*] s. eodem. diaconi.
e ¶ *Ex tempore.*] Illud stare non potest, quod dicitur in s. illius cap. diaconi professi continentiam.

m ¶ *Ignorantia.*] Arg. quòd licet aliquis ignoret se debere continere qui ordinatur: tamen ex eo quòd recipit ordinem, tenetur continere. 23. dist. quamquam.

Ordinis susceptio obligat ad continendum.

Presbyter excōmunicatus tenetur ad horas dicendas.

a ¶ *Priuatus est.*] Videtur hic quòd si sacerdos est excōmunicatus vel suspensus, q non debet priuatim dicere horas suas: quòd non est verū: imo ad hoc tenetur, dum tamen non faciat hoc officiando suam ecclesiā, vt colligitur 11. q. 3. si quis episcopus.

C ·*Onsulendum.*] Hæc est 21. pars dist. in qua dicit presbyteros non à laicis esse iudicandos, licet aliquando sint reprehēsibiles. CASVS. Bulgari sūt populi inter Vngariā & Greciam constituti: apud istos presbyteri quidā habebāt vxores. quare quæsiuerūt Bulgari (qui laici erant) à Nicolao Papa, an deberent illos eijcere. Et respondet quòd nō, licet illi sacerdotes sint reprehensibiles. & hoc probatur exemplo Domini, qui Iudā proditorē non eiecit: & quia laici clericos iudicare non debent: sed si quid mali fecerint, episcoporū iudicio reseruaē.

Bulgari q̄ sunt.

b ¶ *Reprehensibiles.*] sic 15. q. vlt. cap. vlti. Sed contra. 32. dist. nullus. Sed illud intelligitur 1, cum notorium est crimen eius.

Hunc intellectum approbat hic Lau. qd dic vt ibi dixi. Arch.

S *Ed notandū.*] Hic intitulatur 29. distio. in qua soluit pdictas oppositiones Gratianus, & exponit: Et dicit q quædā cap. intelliguntur ex tēpore, & loco, & causa, & persona.

c ¶ *Sed notandum est.*] Quia dixerat s. proxi. dist. §. ecce. in fin. quædam cap. esse temporalia vel localia: ideo ad soluendū multa cōtraria, ostendit in ista 29. dist. quædā capitula tradita esse ex causa, quædā ex tēpore, qdā ex loco, quædā ex persona, quædam ex negotio, quædam ex necessitate.

S *Ciendum.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd quædam cap. ex causa, & psona, & tpe designātur, & qa hoc multi non respiciunt, cadunt in labyrinthū & laqueū erroris: nec recte iudicant, cū non intelligant ad plenū.

¶ Casus sequētis cap. patet.

h ¶ *Intelligant.*] quod esse non debet. 11. q. 3. eorum.

i ¶ *Perquirant.*] quod in ciuile est, vt ff. de legi. inciuile.

k R *Egula.*] ¶ *Negotio.*] idest propter qualitatē negotij aliquid statuitur qđ est contra ius: sicut in causa matrimonij, consanguinei admittuntur in testimoniū, vt 35. q. 6. consanguineos. & pro- propter causam ecclesiæ statuitur, q domestici admittantur in testimonium, vt 14. q. 3. super prudentia.

quomodo alijs tradet? Non igitur publice, neque priuate benedicat; nec corpus Domini dispenset alijs; nec alio modo ministret: sed sufficiat ei, quòd præsidet: & imploret à Deo, vt dimittatur ei iniquitas ignorantiæ suæ. Manifestum est autem, quòd huiusmodi non legitimæ nuptiæ soluentur, & nullatenus vir accessum habebit ad eam; propter quam sacro ministerio priuatus est [a].

a ¶ Ab officio.] *græce est* τῶν δὲ λοιπῶν ἱερουργιῶν *idest* a ceteris officijs.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 70.

¶ De presbyteris non est laicis iudicandum. C. XVII.

11 CONsulendum decernitis, vtrum presbyterum [a] habentem vxorem debeatis sustentare, & honorare; an à vobis proijcere. Ad quod respondemus, quoniam licet ipsi valde sint reprehensibiles [b]; vos tamen Deum conuenit imitari; qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Deijcere vero eum à vobis ideo non debetis: quoniam nec Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, de numero Apostolorum eiecit. Verum de presbyteris, vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de eorum vita quidpiam inuestigandum; sed episcoporum iudicio, quidquid est, per omnia reseruandum.

Iuo. par. 2. c. 82. Pann. l. 5. c. 22.

Matth. 5.

a ¶ Presbyterum.] *In vltimo capite harum responsionum referuntur Bulgarorum verba, dicentium multos apud se esse Græcos, & Armenos, & alios, qui diuersa docerent. Nondum enim à Romana sede episcopum, aut presbyterum acceperant. Quamobrem nihil mirandum, si presbyter, de quo in hoc capite agitur, coniugatus erat.*

DISTINCTIO XXIX.

s [c] S*Ed notandum est, quòd secundum Isidorum pleraque capitula ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona consideranda sunt. Ait enim Isidorus* [β].

β ¶ Isidorus.] *Non nihil simile habetur in libro ipsius de homine. & ratione per synonyma, c. de doctrina, & igne.*

¶ Ex tempore, loco, & persona, & causa regulæ canonum intelliguntur. C. I.

SCiendum est, quòd pleraque capitula ex causa [d], ex persona [e], ex loco [f], ex tempore [g] consideranda sunt; quorum modi, quia medullitus non indagantur; in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur; cum ante iudicant, quàm intelligant [h]; ante inculpant; quàm iterando lecta perquirant [i].

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Pro diuersitate rerum temperantur regulæ sanctorum. C. II.

REgulæ sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio [k], instante necessitate traditæ sunt.

Aug. l. 4. c. 53.

Item Hieronymus in proœmio epistolæ ad Ephesios.

¶ Pro diuersitate locorum, temporum, & hominū, scripturæ intelligendæ sunt. C. III.

NEcesse est, vt iuxta diuersitates locorum, & temporum, & hominum, quibus [l] scriptæ sunt; diuersas & causas [m], & argumenta, & origines habeant. Et quomodo B. Ioannes in Apocalypsi sua ad septem scribens ecclesias, in vnaquaque earum specialia,

Apocal. 1.

d ¶ *Ex causa.*] Ex causa fuit statutum ne neophyti promouerentur ad episcopatus, vt 48. dist. c. 1. scilicet ne in superbia extollerentur. sed hæc causa cessauit in Ambrosio, qui cathecumenus est electus in episcopum, vt 61. dist. §. his omnibus.

e ¶ *Ex persona.*] vt in Augu. qui factus est coepiscopus alio viuente, vt 7. q. 1. non autem. & c. petisti.

f ¶ *Ex loco.*] quia propter propinquitatem vel remotionem loci aliquid statuitur, vt 64. dist. cum longe. 24. q. 1. pudenda. & s. dist. 4. erit autē. Vel ideo dicit: quia quædam sunt localia, quædam non.

Ad idē 93. dist. fina.

g ¶ *Ex tempore.*] sicut Anglicis datum fuit propter nouitatē, vt cōiugantur in quarto gradu, vt 35. q. 3. quædam.

l ¶ *Necessitate.*] lex non debet institui nisi propter necessitatem; vt s. dist. 4. erit.

N *Ecesse.*] CASVS. Quidam scripturas varias & diuersas tamen vno modo intelligebant: quos docet Hieronymus intelligere scripturas secundū diuersitatem temporū, locorū, & causarū. Et hoc probat exēplo Ioannis euangelistæ, qui scribens vij. ecclesiis, in vnaquaque speciali vitia vario modo corrigebat: nec imitatus medicos imperitos, qui vno collyrio oculos omnium infirmorum volunt curare.

m ¶ *Causas.*] 23. q. 8. occidit.

Dicit Ioan. de Fan. Quod dicit Ioā. nō est verū: imo de iure cōmuni est vt domestici admittātur. C. de repu. l. ex cōsensu. extra de test. in super. nā ratiōē de testib. est prohibitio: vt quibus admittātur quos nō prohibet. ff. de test. l. 2. & de his materia no. 4. q. 3. in sum. & c. 2. Archidia.

a ¶ *Vulneribus.*] Not. quòd varietas delictorum requirit varietatem pœnarum, vt 45. dist. licet. 50. dist. vt constitueretur. 44. dist. comessationes. 41. dist. non cogantur.

b ¶ *Collyrio.*] Arg. cõtra illos q̃ tales in oĩbus cõtrarijs ponũt solutiones: aliud ẽm leges, aliud ẽm canones. vel hoc nouũ, illud vet⁹. *Illud.*]

chæorum, qui coniugia detestabantur: sicut multi statuit ecclesia in detestationem aliorum hæreticorum. & ad hoc inducit cap. sequẽtia. de tempore dicet 31. dist.

c ¶ *Illud autem.*] Dictum fuit 8. 28. dist. cap. si quis docuerit. & cap. seq. quòd sacerdotes nõ debẽt à se abijcere vxores suas prætextu religionis. hic dicit, q̃ ex causa fuit hoc statutũ. scilicet propter quosdã hæreticos qui cõiugia detestabantur.

d ¶ *Quorumdam.*] scilicet hæreticorum.

vel vitia reprehendit, vel virtutes probat; ita & sanctus apostolus Paulus per singulas ecclesias vulneribus a medetur illatis nec ad instar imperiti medici vno collyrio b omnium oculos vult curare.

a ¶ Quibus scriptæ.] *Antea legebatur*, quibus diuersæ scripturæ factæ sunt. *Emendatum hoc est ex manuscriptis, & originali, quemadmodum & nonnulla alia.*

DISTINCTIO XXX.

c *ILlud autem* c, *quod in canone Apostolorum, & in Gangrensi concilio, & in sexta synodo legitur, ex causa consideratur, & ex tempore. Causa fuit hæresis Manichæorũ* a, *quia coniugium detestabantur. sicut etiam quorumdã* d *superstitio multa in catholicorum detestationem introduxisse inuenitur: contra quos in Gangrensi concilio capitibus sexdecim statutum legitur.*

a ¶ Manichæorum.] *Propriè Gangrensis synodus statuit contra Eustathianos, vt sup. dist. 16. c. prima adnotatio. Sed hunc errorem Eustathiani hauserant à Manichæis.*

¶ De multimoda superstitione hæreticorũ, quos Gangrense cõciliũ anathematizauit. C. I.

Iuo p. 8. c. 319. SI qui filij parentes, maxime fideles e, deseruerint occasione Dei cultus f, hoc iustum esse iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum a in eis venerentur, quòd fideles sunt, anathema sint †.

† al. sit

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrensi, vnico capite, & continuata oratione leguntur. Sunt autem ex prisca versione. Sed ea, quæ est Dionysii exigui, longe magis respondet originali græco, quamuis neque ipsa vsquequaque.*

a ¶ Vt hoc ipsum.] *græcè est.* Προτιμωμένης δηλονότι παρ αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας. i. Quòd scilicet diuinus cultus apud ipsos omnibus rebus præferatur.

Item ex eodem, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

Burch. l. 8. c. 62. Iuo par. 7. c. 80. & par. 8. c. 320. QVæcumque g mulier, religioni a indicans cõuenire, comã sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius a, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tamquam resoluens ius subiectionis, anathema sit †.

¶ Hic verbũ dixit [illegible] in suo dictiona. [illegible] mulier esse [illegible] ad hoc quod [illegible].

a ¶ Religioni.] græcè est. Διὰ νομιζομένην ἄσκησιν; *idest:* Ob eam, quæ existimatur pietatis exercitatio: *quod Dionysius vertit:* propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim religiosorum, quos nos dicimus, vitam propriè ἄσκησιν nominabant. Burchardus, & Iuo in par. 7. secuti sunt versionem Dionysii, in octaua autem Iuo priscam.*

a ¶ Ad velamen eius.] *hæc non sunt in græco originali, neque in versione Dionysii. Videntur autem sumpta ex epist. prima ad Corinthios, c. xi.*

Item ex eodem, c. 14.

¶ De eodem. C. III.

Iuo par. 8. ca. 319. & 317. SI qua mulier derelicto viro discedere h voluerit soluto vinculo coniugali, nuptias condemnando †, anathema sit.

† al. abominando

Item ex eodem, c. 10.

¶ De eodem. C. IIII.

Repetitũ ĩ. dist. 31. c. quicũq; ex versiõe Diony. Burch. l. 8. c. 64. Iuo par. 7. c. 82. & par. 8. c. 316. & hoc secundo loco ex hac eadem versione. SI quis propter Deum virginitatem professus, in coniugio positos per arrogantiam vituperauerit, anathema sit.

Item ex eodem, c. 9.

¶ De eodem. C. V.

Burc. l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 79. SI quis vel virginitatem, vel continentiam professus a, tamquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc solum, quòd continentiæ, & virginitatis bonũ, sanctum propositũ est, anathema sit.

a ¶ Professus.] *Hic erat additum*, in coniugio: *quod neque est in canone græco, neque etiam in*

Si qui filij.] CASVS. SQuidam filij occasione illius verbi Euangelij. Qui non reliquerit patrem & matrem propter me, nõ est me dignus: debitum honorem parentibus denegabant, & alimenta eis subtrahebãt, putantes hoc religioni conuenire. Dicitur hic q̃ tales debẽt anathematizari. Plana sunt cap. vsq; ad cap. si quis eorum.

e ¶ *Fideles.*] Fidelib⁹ & infidelibus parentibus tenemur subuenire: magis tamen fidelibus 86. dist. nõ satis. Sed pone q̃ habes patrẽ hæreticũ: numquid preferes ipsum extraneo bono? P. manducator dixit hanc quæstionem esse nebulã, & tenebrosam aquã in nubibus aeris. Sed dicas q̃ patrem, qualiscunq; sit, debemus præponere extraneo, etiam sancto, in his quæ spectãt ad opus misericordiæ in prouidendo ei in necessarijs: nisi alter magis indigeat: quia tunc potius tenemur extraneo subuenire, vt 86. dist. pasce. Ambrosius tamen videtur contradicere huic opinioni in cãticis, in illo loco: Ordinauit in me charitatẽ. ait enim: Multorum est charitas inordinata: quidã enim id, qđ est primũ, ponũt tertium vel quartũ. Sed primo diligendus est Deus, secũdo parẽtes: deinde filij: postea domestici: q̃ si boni sunt, malis filijs sunt præponẽdi. de pæ. dist. 2. charitas. sed illa auctoritas intelligẽda est de affectu interiori, non de beneficiorum exhibitione. nã magis debemus diligere extraneos bonos q̃ propinquos malos, licet illis potius debeam⁹ subuenire. 13. q. 2. non æstimemus.

Pater malus [illegible] sit extraneo bono præferendus.

Dicit beatus Bernar. in li. de diligendo Deũ. causa diligendi Deum Deus est: modus, sine modo diligere. ob duplicẽ causam Deũ propter se diligendum dixerunt: siue quia iustius, siue quia nil diligi fructuosius possit. Arch.

Sed in multis locis moniales abscindunt sibi crines & amputant sibi comas: forte & male faciunt ac. 30 q. 5 c. 2 vbi di. dicam. Arch.

ILlud.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, *Hæc autem.* Tertia ibi, *Si quis presbyter.* In prima ponuntur quædam cap. contra Manichæos.

CASVS. Hic ponitur 30. dist. in qua adhuc soluit oppositionem quã fecerat 28. dist. in quattuor cap. & dicit q̃ tria prima ca. intelliguntur ex causa & tẽpore. causa fuit hæresis Mani-

f ¶ *Dei cultus.*] quod quidam hæretici fecerunt ratione illius auctoritatis: Qui reliquerit patrem & matrem propter me, centuplũ accipiet. 18. q. 1. in princip.

g QVæcumque.] infra, de conse. dist. 5. fucare. 33. q. 5. mulier. Ioan.

h SI qua mulier.] ¶ *Discedere.*] sine eius consensu.

latine, qui citatur infra dist. 31. c. quicumque. neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.

Item ex eodem, c. 13.

¶ De eodem. C. VI.

e ¶ *Damus.*] Sed numquid Papa dare potest subdiacono licentiam contrahendi? Videtur quòd sic. Nam dispensat ecclesia cū consanguineis: & dispensat in alijs votis, vt extra de vot. & voti redemp. ex multa. & in iuramentis, vt 15. q. 6. auctoritatē. vbi dicitur, dissolue obligationes impietatis. Econtra videtur, vt extra de statu mona. cum ad monasterium. in fi. Solu. si votū ipsum obliget ordinatum, Papa non pōt dispēsare. sed si cōstitutio obliget, & non votum, tunc potest Papa dispēsare: quia contra constitutiones ecclesiæ bene dispensat. 25. q. 1. sunt quidam. Ioan. Ego credo q Papa possit* dispensare, cum hoc non sit contra articulos fidei, & ipse habeat plenitudinem potestatis, vt 2. q. 6. decreto. & cap. seq. B.

Subdiaconus an de licentia Papæ possit vxorem ducere.

; Si licet vt obtinebant. 15. q. 3. quidam. & c. q. sequitur.

* *Vide B. Th. 2. 2. q. 88. ar. 7. & 11. & Caiet. ibidē.*

; Nec etiam potest dispensare contra apostolum. 25. q. 1. sūt quidam. Ioan. de fan. sed hoc videtur quod sit. & not. extra de voto. c. non est.

PALEA. C. II.

Infra 27. q. 2. Ans. l. 7. c. 138. Polyc. l. 4. ti. 38.

MVltorum relatione comperimus hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licite miscerentur vxoribus. Quod ne denuo quisquam præsumeret, à Seruodei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, vt eodem tempore ij, qui iam vxoribus fuerāt copulati, vnum è duobus eligerent, id est, aut à suis vxoribus abstinerent, aut certe ministrare nulla ratione præsumerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & vsque in obitus sui tempus, notarij quidem gessit officium, & à ministerio quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. *& post aliqua.* ¶ De cetero vero fraternitas tua sit omnino solicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quàm maxime diligenter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur; sed ad similitudinem Apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, cap. 2. ad secundam interrogationem.

¶ Extra sacros ordines constituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia accipiant. C. III.

Infra 12. q. 1. quia tua. S. fi. q. Iuo p. 6. c. 86. Pann. l. 3. c. 108. Ab. 2.

SI qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius[a] accipere; quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, quòd diuidebatur singulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque prouidendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi, vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent[b], & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent.

† al. Adoni

Item Nicolaus Papa Odoni† Viennensi Archiepiscopo.

Subdiacono vxorem ducere non licet. C. IIII.

Iuo p. 6 c. 139. † al. Aluico. † al. habendi

DE illo clerico, Aluerico † nomine, quē per ordines ecclesiasticos vsque ad subdiaconatum caste vixisse dicitis, cur vestra auctoritate vxorem duxerit, miramur; eo quòd nulli vmquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) vxorem ducendi † licentiam damus[e].

In synodo Romana cxiij. eporum in basilica Cōstātiniana.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶ Non audiatur Missa presbyteri concubinam habentis. C. V.

Pann. l. 3. c. 135.

a. NUllus Missam audiat [d] presbyteri, quem scit[e] concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulū sub excōmunicatione statuit, dicens [Quicumque sacerdotum, & diaconorum, &c.] [*Sicut in* [a] *subsequenti capitulo Alexandri secundi continetur.*]

a ¶ Sicut in subsequenti.] *Hæc clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quæ proxime ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus secun-*

NVlla.] Hæc est secunda pars distin. in qua dicitur quod in duobus cap. seq. continetur. Ioan. de Fan.

CASVS. Præcepit Nicolaus Papa in hoc ca. vt nullus audiat Missam sacerdotis, quē scit indubitāter habere cōcubinam, aut subintroductam mulierem. Synodus etiam hoc sub excōmunicatione præcipit. quod sequitur, est S. Gratiani.

d ¶ *Audiat.*] Contrarium legitur 28. distin. consulendum. 15. q. vlt. cap. vlt. Sed hic loquit de illo cuius crimē notorium est vel per sententiam, vel per propriā confessionem, vt extra de coha. cleri. & mu. vestra. Immo si adhuc post sententiam corrigi voluerit, non dicam cū suspensum ipso iure, vt 81. dist. si qui sunt presbyteri. extra de cohabit. clerico. & mulie. ca. sicut. B. tamē dicit hūc canonem fuisse quandoque latę śnię; sed hodie non esse: & hoc qđ dixi spāle est in hoc crimine fornicationis, vt notorius fornicator sit suspensus ipso iure, & & simoniac[a], vt S. verū. sed in alijs criminibus nō est expressum. & ideo licet notoria sint, nō est propter illa abstinendū ab officijs ipsorum. vel dic quòd licet notorius fornicator ipso actu sit suspensus, tamen propter contrarium actum ipso iure restituitur ei officium. 81. dist. si qui sunt. vnde quàm cito pœnitet, licite celebrat. Ioan. Sed certe quicquid dicat Io. hoc tene pro certo, siue sit notorium per sententiam, siue per confessionem, vel per rei euidentiam de fornicatione ipsius, q vitari debet, vt extra de cohabita. clerico. cap. vlt. B.

e ¶ *Quem scit.*] scientia iuris, non facti. Io.

Concubinarij an sint semper fugiendi.

; Et q sic debeat intelligi. probatur 10. q. ca. 1. vbi de hoc in gl. et q. & c. vbi in marg. Arc.

erat. Et debēt viuere sub regula sua ecclesiastica, & lingua, & corde à malo abstinere.

a ¶ *Exterius.*] Signatur contrarium. 12. q. 1. necessaria. & de consec. dist. 5. in omnibus. vbi dicitur, q omnes clerici simul dormiēt. Sed dic, vt not. 12. q. 1. quia tua.

b ¶ *Inuigilent.*] Licet enim sint vxorati, tamē abstinebunt à negotiatione & armis, vt 88 dist. fornicari. 20. q. 3. eos. sic extra de elec. transmissam. & 81. distinct. dictum.

DE illo.] CASVS. Quidam episcopus permisit alicui subdia-

P*Raeter.*] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q nullus debet audire Missam presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere, vel subintroductam mulierem. Hoc idem statuit synodus sub excommunicatione seruandum, præcipiens, vt talis sacerdos Missam non cantet, nisi cessauerit, nec alia diuina celebret, cum his qui obediunt huic constitutioni, nec aliquid ab ecclesia percipiat. In secunda parte quæ icipit ibi, *Præcipientes etiam statuimus.* Dicitur, q illi qui seruant castitatē, simul māducent & dormiāt, & decimas, & primitias & oblationes percipiant a laicis, quas qui non dederit, excommunicetur.

a ¶ *Ab ecclesia*] hoc cōcedo in suspenso à canone. idem est in excōmunicato. extra de ap. pastoralis. non ita dico in suspēso ab homine, q ibi statim debeat amittere beneficium [1]; quia relegato ad tempus bona non adimuntur, nisi hoc in sententia exprimatur. C. de poen. deportatorum, quia dum alijs rationibus quis constringi pōtest, non sunt ei subsidia subtrahenda. C. de executio. rei iud. stipendia. Ioan. immo dico, q nec hæc adimerentur, nisi in sententia exprimeretur. quid de hoc iuris sit, notatur i quæstionibus. B.

b ¶ *In dispositione.*] al. pro communi vita clericorum [2], vt 1. q. 2. sacerdos. Sed contra, vā. 7] sunt cōsuetudines.] ea placuit, extra de consti. cum omnes. & de elect. cum ecclesia Vulterana.

c ¶ *Separentur.*] argu. quòd laici excommunicandi sunt qui decimas vel oblationes soluere nolunt. 16. q. 1. statuimus. & c. reuertimini. 13. q. 2. qui oblationes. 12. q. 1. duo sunt genera.

Clericus excommunicato est subtrahendum beneficium.

1 Forte non benedicit. sed quia qui nō [illegible] beneficium. non debet [illegible] beneficium. extra de cler. coniug. quod à te. & c. [illegible]. Arch.

2 12 q. 1. necessariorum. de cons. dist. 3. in omnibus. vbi de hoc.

Excommunicari possunt qui decimas non soluunt.

Vrbanus vero ei easdem quæstiones scribit, & solutiones ponit. Diuiditur ergo hoc cap. vel hæc epistola in duas partes. In prima parte ponuntur duæ quæstiones: quarum prima est, vtrum sacramenta sint recipienda à criminosis? Respondet Vrbanus, quòd vera sunt sacramenta in sui essentia à quocumque fiant, dummodo fiant

dus in epistola, qua extat, omnibus episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Romæ habuit cum suis tredecim episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexander secundus (vt ipse etiam testatur in epistola manuscripta) in concilio à se habito ijsdem verbis repetiuit. Quare in Panormia appellatur decretum Nicolai iunioris, & Alexandri.

Item Alexander secundus.

¶ Non est audienda Missa presbyteri, qui concubinam habet. C. VI.

In epist. prima notat. indicata.

Pann. ibidem & l. 8. c. 142.

PRæter hoc autem præcipiendo mandamus, vt nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductam mulierem. Vnde etiam sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens: ¶ Quicumque sacerdos, diaconus, subdiaconus post cōstitutū beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis, ac Nicolai de castitate clericorū, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beatorum apostolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, vt Missas non cantet, nec Euangelium, aut Epistolam ad Missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cū his qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat, neq; partem ab ecclesia[a] suscipiat. ¶ Præcipientes etiam statuimus, vt hi prædictorum ordinum, qui eisdem prædecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint, iuxta ecclesias, quibus ordinati sunt, (sicut oportet religiosos clericos) simul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab ecclesijs competit, communiter habeant. Et rogantes[a] monemus, vt ad Apostolicam, communem scilicet vitam, summopere peruenire studeant; quatenus perfectionem cum his consecuti, qui centesimo fructu ditantur, in cælesti patria mereantur adscribi. Deinde, vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes viuorum, & mortuorum ecclesijs Dei, fideliter reddantur à laicis; & vt in dispositione[b] episcoporum sint, quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione separentur[c].

Leo ix in conc. Romano

Mat. 13.

a ¶ Et rogantes.] *Hæc vsque ad vers. deinde, addita sunt ex epistola manuscripta Alexandri, quorum aliqua etiam sunt in concilio Nicolai, in quo est præterea sequens versiculus, Deinde, qui in epistola Alexandri non est.*

3 *Verum[d] principia harum auctoritatum contraire videntur Hieronymo[e], & Augustino[f], & ceteris, qui Christi sacramenta neque in bono, neque in malo homine fugienda ostendunt; sicut subsequens causa simoniacorum plenius demonstrat. Sed Vrbanus secundus in epistola[g] destinata præposito sancti Iuentij[h] hanc contrarietatem determinat, dicens:*

1. q. 1. neque in homine

[Ad[i] hoc vero quod subiungitur in eadem epistola, id est, vtrum sit vtendum ordinationibus, & reliquis sacramētis à criminosis exhibitis, vt ab adulteris, vel sanctimonialium violatoribus, vel huiusmodi: Ad hoc, in-

VERVM. Hæc est tertia pars dist. in qua ponit c. Vrbani. in quo dī quæ differentia sit inter sacramenta celebrata à malis catholicis, vt in necessitate possint sumi, & sacramēta ab hæreticis, quæ nullo modo possunt sumi, præter baptisma. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum est s. in c. nullus. & cap. pter hoc. q nullus debet audire Missam sacerdotis quem scit cōcubinam indubitanter habere. sed hoc videtur contradicere Hierony. & Augu. & multis alijs, qui dicunt sacramenta non esse spernēda in bono vel malo prælato, vt 1. q. 1. in multis cap. Sed hæc contrarietas soluitur in epistola Vrbani, quæ epistola infra sequitur statim.

d ¶ *Verum*] Hic S. diuiditur in tres partes.

e ¶ *Hieronymo.*] 1. q. 1. sicut Christus.

f ¶ *Augustino*] 1. q. 1. si fuerit. & cap. neque in homine.

g ¶ *In epistola.*] 1. q. 3. saluator.

h ¶ *Præposito sancti Iuentij.*] Epistola destinata fuit ab hæretico, in qua multa obijciebantur ei, scilicet vtrum vera essent sacramenta vel sacrificia hæreticorum. cui cum non respondere posset, misit eam Papæ Vrbano, vt responderet: ipse vero respondit ad singula.

3 Quæ continentur 1. q. 3. saluator.

AD HOC VERO. CASVS. Quidam misit epistolam quādam præposito sancti Iuentij, in qua duæ qōnes continebantur: quas cum nesciret soluere, Vrbanum super hoc consuluit.

fiant in forma ecclesiæ, & ab his qui potestatem habent conficiendi, & recipienda sunt ab eis nisi sint hæretici, vel schismatici, & hoc probat auctoritate Aug. Nicolaus tamen & Grego. præceperunt ab officijs simoniacorum & iacentium in fornicatione manifesta abstinendum esse. Secunda quæstio sit complexiue: Aut non sunt vera sacramēta q conficiunt ab istis, nec habet virtutis effectum, aut sunt vera. Si nō sunt vera, ergo neq; agentibus, neq; suscipientibus obsunt. Si sunt vera, ergo sperni non debent. Et respondet Vrbanus, q vera sunt. Verumtamen contra statuta Grego. & Nicolai non sunt recipienda de manibus eorum. In necessitate tamē ab istis, scilicet simoniaco, & notorio fornicatore potest baptisma suscipi, & etiam eucharistia. In secunda parte quæ incipit ibi, *Hæc de malis.* dicitur, quòd sacramenta schismaticorum, & hæreticorū vera sunt, vt dicunt doctores ecclesiæ. sed non habent effectum donec fuerint reconciliati ecclesiæ vel ipsi, vel ordinati ab ipsis, per manus impositionem, sed non sunt recipienda ab ipsis, in mortis tamē articulo tantum baptisma ab eis recipi potest. Cyprianus tamen, & 80. episcopi cum eo dixerunt baptisma hæreticorum esse lauacrum diaboli. Sed reprehensi sunt ab Augustino, Stephano Cornelio, & alijs Pontificibus Romanis, cum melius sit à talibus baptismum recipere, quam in æternum perire. Et hanc sententiam sequitur tota ecclesia.

i ¶ *Ad hoc.*] Hic incipit cap. Vrbani.

a ¶ Et ro-

a ¶ *Et veneranda.*] & etiã suscipiẽda, & p hoc respondet duabus quæstionibus, scilicet quòd ipsa sacramenta vera sunt, & præterea quòd suscipienda sunt: & ita facias vim in verbo illo, veneranda.
b ¶ *Malus.*] Non sufficienter probat hoc, cum aliud dici potest in,

extra de simo. per tuas, sed à quolibet alio qui adhuc toleratur, potes recipere: quia licet quilibet peccator sit quo ad se suspensus, vt 1. q. 1. sacerdotes, non tamen quo ad alios, vt hic patet, & 15. q. vlt. ca. vlt. sic quandoque aliquis est suspensus quo ad alios, & non quo ad se, vt extra de cle. peregri. tua.

quam, ita respondemus. Si schismate, vel hæresi ab ecclesia non separantur, eorumdem ordinationes, & reliqua sacramenta, sancta, & veneranda[a] *non negamus, sequentes B. Augustinum, qui super Ioannem de huiusmodi tam copiose, quàm vtraciter differit.* (Tract. 5. ad c. 1. Ioãnis, circa medium.) *Ait enim* [*Baptizat seruus bonus, siue seruus malus*[b] *: non sciat se ille, qui baptizatur, baptizari, nisi ab illo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem*] *& paulo post* [*Non horreat columba*[c] *ministerium malorum, respiciat Domini potestatem*] & infra. [¶ *Attamen*[d] *decessores nostri Nicolaus, & Gregorius à Missis sacerdotum, quos tales reuera esse constiterit*[e], *fideles abstinere decreuerunt, vt & peccandi licentiam ceteris auferrent, & huiusmodi ad digna pænitentiæ lamenta reuocarent. Scribit hoc prædecessor noster Gregorius* (Gregorius. vij. l. 2. reg. epist. 45.) *Rodulpho Duci Sueuiæ, & Bertulpho Duci*[f] *Carentanorum inter ceteras* [*Officium*[g] *simoniacorum, & in fornicatione iacentium scienter nullo modo recipiatis, & quantum potestis, tales à sanctis ministerijs*[†] (*mysterijs*] ori.) *, vt oportuerit, prohibeatis, &c.*] ¶ *Porrò*[h] *ad hæc, quæ tibi syllogisticè in eadem epistola obijciuntur, id est, si corpus & sanguis Christi non sunt, & alia, quæ prædiximus, proprias nõ habẽt virtutis dignitates, quid agentibus obsunt? quòd si habent, cur spernuntur, si*[i] *ab indigno præsumuntur*[k]*? Ad hæc, inquam, ita respõdemus: proprias quidem habent virtutis dignitates, vt præfatus Augustinus ait super Ioannem contra Donatistas; sed agentibus*[l], *vel suscipientibus eadẽ sacramenta contra præfatorum*[m] *Pontificum instituta*[n] (*nisi forte sola morte interueniente, vt potè ne sine baptismate, vel communione*[o] *quilibet humanis rebus excedat*) *eis, inquam, in tantum obsunt; vt verè*[†] (†. al. fere) *idololatræ sint, cum talibus*[p] *& ordinationum*[q], *& sacramentorum*[r] *cõfectia*[s] *& aliter quàm præmissum est, scienter susceptio, vehementer à sanctis canonibus prohibeantur. Ait enim Samuel propheta* (1. Reg. 15.) [*Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.*] ¶ *Hæc de malis*[t] *catholicis, qui intra ecclesiam sunt. Ceterum schismaticorum, & hæreticorum sacramenta, quoniam extra ecclesiam sunt, iuxta sanctorum Patrum traditiones, scilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Augustini, & Hieronymi, formam*[u] *quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramentis initiati*[x] *per manus*[y] *impositionem ad catholicam redierint vnitatem. Sciendum vero, quòd canones Apostolorum*[z] (Can. 45. 46. 47.) *, (quorum*[a] *auctoritate orientalis, & ex parte*[b] *Romana vtitur ecclesia) & in-*

h ¶ *Porro.*] Hæc sunt verba Vrbani.
i ¶ *Si.*] exponitur, id est, quamuis.
k ¶ *Præsumuntur.*] id est, præsumptuose conficiuntur.
l ¶ *Sed agentibus.*] Ab illo loco vsq; ad illũ locũ, ceterũ, agit de simoniaco, & d' fornicatore, & ab illo loco vsq; ibi, secũdũ, loqt de hæretico & schismatico, & tres innuunt dr̃æ inter hos duos, s. simoniacum, & fornicatorẽ, & inter illos duos, s. hæreticũ & schismaticũ. Prima est, q simoniac' & fornicator sp̃e necessitatis cõferũt duo tm̃, s. baptismũ & corpus Christi, sed il: baptisma tantũ. Secũda est, q illi cõferũt sacramẽtũ & effectum sacramenti, illi tantum sacramẽtum. Tertia quia ordinati ab illis recipiuntur sine manus impositione, sed ab illis nõ. 1. q. 1. manus. & ca. quod quidam.
m ¶ *Contra præfatorum.*] Nicolai & Gregorij. Et sic patet q hic tantum loquitur de simoniacis & fornicatoribus.
n ¶ *Instituta.*] scilicet obsunt.
o ¶ *Vel communione.*] Sic ergo ab illis recipit Eucharistiam, sed non ab hæreticis, vt 24. q. 1. si quis dederit.
p ¶ *Talibus.*] Sacerdotibus.
q ¶ *Et ordinationum.*] id est, ordinum.
r ¶ *Et sacramentorum.*]

Simoniacus & fornicator "..." præcisus differũt.

a Scilicet hæretica & schismatica.

Nisi in casu necessitatis, quia qui à præciso accipit sacramentum, extra casũ necessitatis, peccat, non tamen q à malo. B. Tho. p. 3. q. 64. ar. 6 ad 2. & ar. 9. ad 2. & q. 67. ar. 5.

Et nõ corpus Christi. 24. q. 1. ex vic. & q. 1. sicut non. §. sed illud. Arc.

s hoc est q quum Eucharistia a reuerentia. arg. de consec. dist. 4. q. regulam.

in baptismo, aliod in ceteris. nam & à pagano conferri potest. de consec. dist. 4. a quodam. sed melius probat per sequens, non abhorreat, &c.
(Baptizare potest Paganus.)
c ¶ *Columba.*] id est, bonus Christianus.
d ¶ *Attamen.*] Hucusque intelligit de malis occultis, & de illis qui tolerantur.
e ¶ *Constiterit.*] per sententiam, vel per confessionem, vel per rei euidentiam, vt s. dist. in c. nollus.
f ¶ *Duci.*] arg. hic q laicus de mandato superioris potest suspendere clericos, & excommunicatio est iurisdictionis potius quàm ordinis. arg. extra de elect. transmissam. nam electioni possunt interesse laici. 64. dist. Hadrianus. & c. in synodo. & arg. 96. dist. bene quidem. & c. nos ad fidem. & causis matrimonialibus. 35. q. 5. ad sedem. circa me. 2. q. 5. Mennam. Ioan. Hoc tamen videtur alienum a laico, cũ de rebus spiritualibus se non intromittat: vt extra de iudi. decernimus. immo vt ibi dicitur, prohibetur prælatis vt talia laicis non committant, tamen dominus Papa qui habet plenitudinem potestatis, eis posset committere vt excommunicarent. 24. q. 5. Mennam. Bar.
(Laicus quandoque potest clericos suspendere, & excommunicare.)
g ¶ *Officium.*] Hug. istud intelligit de notorio simoniaco, sicut de notorio fornicatore. melius credo, q etiam occultus simoniacus suspensus sit, si est simoniacus in ordine, vt 1. q. 1. reperiuntur. suspensus est enim quo ad se, & quo ad alios. Hoc ideo dicit: quia quilibet peccator suspensus est quo ad se, licet nõ quo ad alios: præter notorium fornicatorem, & occultum simoniacũ. vnde ab occulto simoniaco in ordine, quem scis esse simoniacum, non debes recipere sacramẽta, vt dixi 1. q. 1. si quis a simoniacis. & probatur
(Simoniacus an sit suspensus.)
(De hoc etiam not. 50. dist. de his vero. in glo. vlt. ibi videas.)

aliorum.
s ¶ *Confectis.*] impropriè dicuntur ordines confici.
t ¶ *De malis.*] Hæc littera bene innuit, q ab illo loco, porro ad hæc, &c. vsque huc, tantum de malis catholicis intelligitur, non de præcisis. nec contradicit illud contra Donatistas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg. a minori. Nam hic dicit de sacramentis Donatistarum, & q habent proprias virtutes, &c.
u ¶ *Formam.*] id est, virtutem habent: quia vera & integra sunt. 1. q. 1. quod quidam. & de conse. dist. 4. ostenditur. & cap. sicut in sacramentis.
x ¶ *Initiati.*] id est, consecrati. s. de consecra. dist. 2. quia corpus. 12. q. 2. aurum. 18. q. 2. caue. Sed aliter accipitur 27. quæstio. 2. cum initiatur.
y ¶ *Per manus.*] 1. q. 1. hi qui. Sed quid dices de pænitentia? numquid est ab illis præcisis accipienda? Respon. in casu necessitatis eis possumus confiteri. nam & cuilibet. de pæ. distin. 1. quem pænitet. sed licet eis confiteamur, tamen non debemus recipere ab illis pænitentiam: quia nec in eo casu imponenda est pænitentia, sed innotescenda 26. q. 7. ab infirmis. vel dic quòd non debemus confiteri. 24. q. 1. s. sed istud in fi. de pœni. dist. 6. cap. qui vult. & illud ne inducat nos in desperationem sicut Iudæi Iudam cum ei pænitenti dixerunt quid ad nos? tu videris. de pænitẽ. dist. 1. ss potestatis.
(Pænitentia an possit ab hæreticis recipi.)
z ¶ *Apostolorum.*] id est, qui sub nomine Apostolorum facti sunt, sed sunt apocrypha, 15. dist. sancta Romana. 16. dist. canones. Hu.
a ¶ *Quorum.*] simplex est hæc relatio.
b ¶ *Ex parte.*] 3. dist. aliter.

a¶ Dio-

a ¶ *Diaboli.*] Si quo ad effectū dixissent in detestationē erroris hæreticos, bene dixissent: sed hoc dixerūt, quia nō credebant esse sacramētorū veritatē apud hæreticos, & ideo reprehēsi fuerūt ab Aug. H.

b ¶ *Appellant.*] J. de consec. dist. 4. quomodo.

c ¶ *In baptismo.*] Videtur quod nec baptismus in necessitate ab hæretico sit accipiendus. nā cordis cōtritio sufficit, vt de cōse. dist. 4. baptismi vicem. sic nec corpus Christi. 24. q. 1. ca. penul. & vlt. quia qui credit manducat, de cōsecra. dist. 2. vt quid paras ? Resp. hæc est ratio, quia baptismus necessarior est, nam in co delentur omnia peccata, adeo quòd ēt ignis purgatorij pœna non sentietur. de conse. dist. 4. fine. nō autem ita est in cordis cōtritione vel pœnitentia: nam per ea non potest purgatoriū euitari, quod excedit omnem pœnam quam hic quis possit sustinere, secūdum quod hæc colliguntur. de pœni. distin. vlt. ca. vlt. & 25. distinc. qui in aliud.

d ¶ *Necessarior.*] immo est ianua omnium sacramētorum. 1. q. 1. si quis confugerit. de cōse. dist. 4. hi vero. extra de presby. nō baptiza. veniens.

PROHIBENTVR.

Hæc est 4. pars dist. in qua probatur qualiter debeant puniri omnes qui in sacris recipiūt vxores, vel retinent côcubinas, & dicit quod debent a clero submoueri, & vxores mācipari seruituti: & hoc probat per viij. auctoritates sāctorum patrū. Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, quod sacramēta de manibus hæreticorū simoniacorū, & in fornicatione iacentiū non sunt recipienda, nō quin sint vera sacramenta; sed ideo fit, vt tales sacerdotes propter verecundiā facilius ad pœniam prouocentur, si viderint se contēni. Casus seq. cap. patet.

Ut continet in fol. c. au[illegible]. De hoc legunt & not. 24. q. 1. §. sed illud. ibi videas. Arch.

Purgatorij pœna est acerbior omni mundana.

fui ep̄atus possint vxores ducere. & respondet Grego. quod non: sed hoc statuit de illis quod decreuit de alijs; nec quod decretum fuit, alicuius temeritate vult violari.

h ¶ *Contumacia.*] quia non est fauore alicuius personæ omittendum quod statutum generalibus continetur. 61. dist. miramur.

E os

signis Cyprianus martyr, & lxxx. episcopi eum eodem baptisma hæreticorum, lauacrum diaboli appellant. Stephanus vero, & Cornelius martyres, & Pontifices Romani, & venerabilis Augustinus in libro de baptismo eumdem Cyprianum, & præfatos episcopos ob hanc causam vehementer redarguunt, affirmantes baptisma, siue ab hæretico, siue schismatico, ecclesiastico more celebratum ratum esse, & merito: quia alia in baptismo[c], & alia in reliquis sacramentis consideratio est; quippe cum & ordine prior, & necessarior[d] sit. Subito enim morituro, prius baptismate, quàm Dominici corporis communione, vel alijs sacramentis cōsulitur, & dum forte catholicus non inuenitur, satius est ab hæretico baptismi sacramentum sumere, quàm in æternum perire. Et hanc sententiam præscriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Augustini, secuti sunt Innocentius† Syricius‡ Leo, Anastasius, & magnus Gregorius, et omnis catholica ecclesia. + ¶ Prohibētur ergo de manibus talium sacerdotū sacramēta suscipi, nō quin sint vera quantum ad formam, & effectum: sed quia, dum huiusmodi sacerdotes se à populo cōtēptos viderint, rubore verecūdiæ facilius ad pœnitentiā prouocētur.

Lib. 2. epist. 12. ad Ianuarium. & epist ad Iubaianum, quæ ante illius concilium polita est.

In cōc. Steph. j. August. l. 7. contra Donatistas.

† Inn. Victricio epist. 2. c. 15.

‡ Syricius Himerio. c. [illegible] Leo de cōse. di. 4. hi de quibus.] Anastasius dist. 19. c. secundū.

a ¶ Ad hoc.] *Hinc vsque ad finem capitis omnia accepta sunt ex epistola Vrbani secundi. L. Præposito sancti Iuentij apud Ticinum, quæ habetur in vetusto codice Bibliothecæ Vaticanæ, omnis epistola integra. & magna pars habetur infra c. saluator. 1. q. 3. atque in aliquot vetustis Gratiani codicibus est caput distinctum cum rubrica,* De eodem.

Item ex sexta synodo, c. 6.

¶ Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem subdiaconatus hoc faciat. C. VII.

SI quis eorum[e], qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

Extra de ætat. & qualit. c. à multis. Pann. l. 3. c. 107.

Item ex concilio Carthag. 3. c. 19.

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. C. VIII.

LEctores, cum ad annos pubertatis[f] venerint, cogantur[g] aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

Pann. l. 3. c. 211.

Item Gregorius Bonifacio episcopo Rhegino, lib. 3. epist. 5.

¶ Subdiaconos continentiam seruare oportet. C. IX.

SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis statuimus, decernimus obseruari, nec illam definitionem nostram cuiusquam sinas contumacia[h] aut temeritate corrumpi.

Pann. l. 3. c. 99.

Item Vrbanus y. in synodo apud Melphiam, c. 13.

¶ Beneficio & officio careant, qui post diaconatum vxoribus vacant. C. X.

EOs, qui[i] post subdiaconatū vxoribus vacare volunt, ab omni sacro ordine remouemus, officioque, atq; beneficio ecclesiæ carere decernimus. Quòd si ab episcopo cōmoniti nō se correxerint, principibus indulgemus licētiā, vt eorū feminas mancipent seruituti. Si vero

Pann. l. 3. c. 107.

e ¶ *SI quis eorum.*] Istud c. euidenter est contra illos qui dicunt quod Græci possunt contrahere in sacris ordinibus, cū hoc c. sit sextæ synodi, & sexta synodus præfixit eis regulā viuendi, vt 31. dist. Nicæna. & ca. qm̄. 3. hoc aūt patet ēt quod apud eos in sacris ordinibus non cōtrahūt matrimoniū, nec ēt tēpore Apostolorum licitū fuit cōtrahere in subdiaconatu, vt 84. dist. cum in præterito.

Græci in sacris ordinibus non possunt contrahere.

Argu. ad hoc 3 [illegible] vbi ēt de hoc. sed Hu. dicit quod hoc Nicolaus constituit. & secundum Lau. [illegible] op. [illegible] cōmo dā. l. 1. & l. 2. obmoriam. §. sicut [illegible] Archid.

f ¶ *LEctores.* CASVS. Clerici quidam in pubertate xviij. an. positi volebant ad subdiaconatū nō promissa cōtinentia promoueri. Quæsitum fuit in cōcilio Carthag. quid de hoc fieri deberet. & rñsum fuit, quod isti aut ducant vxores, aut cogantur continentiam profiteri, si volunt subdiaconi fieri.

f ¶ *Pubertatis*] plenæ, quæ est xviij. ann. in sæcularibus clericis, sed xv. in monachis. 20. q. 1. illud. 28. dist. de his. hic enim dicit plena pubertas, vt insti. de adop. §. minorem. Sed quantum ad matrimoniū cōtrahendum dr̄ plena pubertas xiiij. anni in viro, vel xij. anni in muliere, vt extra de despon. impu. puberes.

g ¶ *Cogantur.*] j. eo. placuit. contra. Sed illud quando ecclesia penuriam non patitur. arg. 55. dist. cap. 1.

S ¶ *Vbdiaconis.*] CASVS. Quæsiuit Bonifacius an subdiaconi

E ¶ *Os qui.*] CASVS. Quidam diaconi cōtrahebant de facto, vel vxores quas duxerant ante sacros ordines cognoscebant. Quæsitum fuit quid de eis deberet fieri, & de vxoribus eorū? Et respondet Vrbanus, quod clerici ab officio & beneficio suspēdant, & si incorrigibiles fuerint, datur licentia principibus vt eorū feminas mācipēt seruituti, & si ep̄i huic prauitati cōsenserint, suspēdant.

i ¶ *Eos qui.*] Quod hic dr̄, itelligo qn̄ quasi matrimonialiter ducunt vxores, & in eo casu filij rediguntur in ecclesiæ seruitutē, vt 15. q. vlt. cum multæ. primo iñ ipse eps rediget in seruitutē eas si pōt, vt 81. dist. quidam clerici: sed si ipse non sufficit, tunc itur ad brachium sæculare, vt hic dicitur. Sed obijcitur, nonne principes habent iurisdictionē super istas, cū sint laicæ? quare ergo eis indulgetur illud, cū ipsi eas per se possunt punire? Si legitima esset vxor ista, tunc planū esset, quia legitima vxor sortitur forum ex persona viri, vt ff. de iu. om. iud. cū quædā. Sed illa quæ nō est legitima, nō, vt ff. ad munici. de iure. §. ult. Ad hoc potest dici, quod cū sit de familia sacerdotis, est de foro ecclesiæ, sicut & alij qui sunt de familia eius, vt 89. dist. indicatum. & 12. q. 2. ecclesiarum seruos. vel ideo censetur de foro ecclesiæ, quia deliquit in psona ecclesiæ, quia ratione

! Hanc sententiam sequitur Vin. & Inn. [illegible] de cohab. cle. [illegible] & de hoc. Archi.

Vxor clerici est de foro ecclesiæ.

ne delicti dicitur in me princeps habere iurisdictionem: & ratione delicti fit quis de foro alterius, vt 6.q.3.placuit.
a. ¶*Consenserint.*] Hodie deponitur, vt extra de vita & hone.cleri. & clericorũ mores. & 83. dist. si quis episcopus. & extra de simo. nemo. Sed illud ¹ verum quando prece vel pretio consensit, vt ibi di-

¶ Id est quod dicit in illis c. patriarche Grandensi patri archae, ille sub nomine archiepiscopi continetur. vt patet 11 dist. in ca. i. ver si ergo.

c N*Emo.*] ¶*Virgo.*] quid si credit se cõhere cum virgine, & est corrupta? Dico eũ non promouendũ, cũ sit maritus corruptæ. vt 51. dist. qui in aliquo. quia ibi nec error nec violentia excusat, vt 32.q.5. ille autem. sicut nec casus excusat, vt 15.q.1. cap.vlt. Quid si primo corrupit virginẽ, & postea eã desponsauit? Arg. quod promoueri nõ possum, si volo eam ducere, vt 30.q.5. qualis. & infra dist. proxi. maritum. hoc notaui in quæstio. B.

Bigamus est cũ corrupta etiam ignoranter contrahens.

episcopi consenserint ᵃ eorum prauitatibus; ipsi officij interdictione mulctentur.

a ¶Subdiaconatum.] *Antea legebatur,* diaconatum. *Sed emendatum est ex aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & ex ipso concilio; cuius vnum exemplar est in bibliotheca Vaticana, & alterum missum est è Gallia. Diaconis enim numquam in Latina ecclesia legitur permissum fuisse coniugium, aut vsum ipsius; quos Syricius, & Innocentius semper eadem continentia lege cum episcopis, & presbyteris coniunxerunt. Subdiaconis quoque post B. Gregorium, & prohibitionem illam, quæ continetur in c. ante triennium. supra dist. 31. eadem lex fuit constituta; quam Vrbanus secundus hic commendandam statuit.*

Item Dominico Patriarchæ Gradensi.

¶ Excludendi sunt à suorum graduum dignitate subdiaconi, & deinceps, si continentes esse nolunt. C. XI.

Io c. à multis. §. erubescant. extra de æta. & qual. Pan.l.3.c.103.

ERubescant impij, & aperte intelligant iudicio spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, nisi mulieres abiecerint, & caste vixerint, excludendos ab omni eorumdem graduum dignitate. De manifestis quidem loquimur: secretorum ᵇ autem, & cognitor Deus, & iudex est.

Idem in Melphiensi synodo præsidens dixit, c.12.

¶ Ad sacros ordines non accedat, nisi virgo, aut probatæ castitatis. C. XII.

In c. à multis extra de ætat. & qual. Pan.l.3.c.104.

NEmo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo, aut probatæ sit castitatis, & qui vsque ad subdiaconatum vnicam, & virginem vxorem habuerit.

Item in concilio Carthaginensi 5.c.3.

¶ In tribus gradibus constituti etiam ab vxoribus abstineant. C. XIII.

Pan.l.3.c.105.

PLacuit episcopos, presbyteros, diaconos ᵝ secundum priora ᵞ statuta etiam ab vxoribus abstinere ᵈ; quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio: ceteros vero clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque ᵉ ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

ᵝ ¶ Diaconos.] *sequebatur,* subdiaconos. *quæ vox sublata est, quoniam abest ab originali, & ab Africano, c.37. & a Carthaginensi græco, c.71. & infra dist. 84. c. cum de quorumdam: quamuis habeatur in Carthaginensi codicis canonum, c.5.*

ᵞ ¶Secundum priora statuta.] *græce est κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους & Balsamon interpretatur,* tempore vicis suæ: *quod ab originali sententia alienum est.*

Item Leo IX. contra epistolam Nicetæ Abbatis.

Hũbertus Cenomanẽ. legatus Leonis ix. in responsione cõtra Nicetam. Pan.l.3.c.107.

¶ In minoribus ordinibus constituti vxorem ducant; nisi voto, aut religioso habitu prohibeantur. C. XIIII.

SEriatim, & aperte prosequemur; quid sancta Romana ecclesia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum, ostiarios, lectores, exorcistas, acolythos, si extra votum, & habitum ᶠ monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerint, vxorem ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittit; non autem viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt: quia nec laicus non virginem sortitus vxorem, aut bigamus ad clericatum potest ascendere. Quòd si quis ex præfatis ordinibus desiderat ad subdiaconatum ascendere; nequibit hoc sine consensu vxoris suæ: ut fiat de carnali deinceps spirituale coniugium, nemine eos ad hoc cogente. Neque permittitur postea vxor iungi eidem marito suo carnaliter; nec cuiquam nubere in uita, aut post mortem ᵍ illius.

A*uditio.* Quæstio dominicalis est: & incipit, Aliquis cognouit virginem, &c.

d P*Lacuit.*] ¶ *Etiã abstinere.*] id est, non contrahere.

Consuetudo est obseruanda in matrimonio.

e ¶*Sed secundũ vniuscuiusque.*] Nota consuetudinem seruandã in matrimonio, vt hic, & infra ead. quoniam. & extra de cog. spi. c. 2. Sed contra extra de spon. duorũ, tua. & ex hoc videtur quod episcopus in sua diœcesi possit statuere ne acolythi contrahant. Sed credo hanc consuetudinem referendã ad beneficia, vt si consuetudo sit vt acolythi vxorati habeant beneficia, ipsa seruetur. sed hodie corrigitur per decreta. extra de cler. cõiug. ioannes. & cap. cũ decorẽ.

S*Eriatim.*] Abbas Niceta dicebat clericos in sacris ordinibus posse cognoscere vxores suas. Leo autem Papa reprehendens eius epistolã dicit, quod clerici in minoribus ordinibus, si sunt extra vxorẽ vel habitum monachalem, possunt vxores sortiri virgines, nõ viduas vel repudiatas: alioquin nec ipsi nec bigami poterunt promoueri postea. Si autẽ postea voluerint promoueri, debet hoc etiã fieri de consensu vxoris: quæ postea nec mariti nec alijs debet carnaliter copulari viuente marito, vel post mortem. Sequen. cap. plana sunt vsque ad cap. presbyter.

f ¶ *Votum & habitũ.*] Bene dicit, habitum & votum: quia solus habitus non solennizat votum, vt extra de reg. porrectum.

Vxor promoti en matrimonium cõtrahere possit.

dicitur in illa constitutione, vt clericorum. Si autem episcopus negligens esset, suspendatur per duos menses, vt 1.q.1. quidquid.

E *Rubescant.*] C*asus* Quæsiuit patriarcha Granden. quid debeat fieri de his qui erant in sacris ordinibus positi: nihilominus tamen mulierculas suas habebant. Et respon. Vrbanus: nisi eas abiecerint, & vixerint continenter: si est manifestum, sunt ab omni dignitate ecclesiastica remouendi: si autem occultum est, diuino iudicio reseruentur. Sequentia duo cap. plana sunt.

b ¶ *Secretorum.*] Ex hoc patet quod ecclesia non iudicat de occultis, sic 32.q.5. Christiano. 2.q.5. consuluisti. & 6.q.1. si omnia. Et est ar. pro opinione illorum qui dicunt quod occultum delictũ non irrogat irregularitatẽ. Ioan. quod est expressum hodie extra de temp. ordin. cap. vlt. nisi in homicidio & simonia in ordine. 1.q.1. reperiuntur. B.

Ecclesia non iudicat de occultis.

g ¶ *Post mortem.*] De illa vxore promoti dic, quòd eo ipso dat licentiam, intelligitur vouere: similiter etiã ea cuius maritus suscepit habitum religionis: vnde neutra debet contrahere. si tamen contraxerit, tenet secundũ quosdam: nam votũ non fuit solennizatum. Distingue tamen vtrum huius vxor sciat ius, vel dicatur sibi: quia tunc vouere intelligitur, non tamen solennizatur votũ. Si vero ignorat, nec ei dicitur: non intelligitur vouere. in vxore tamen promoti secus posset dici non propter votum, sed propter constitutionem ecclesiæ: scilicet vt non sit matrimonium si contrahat. & videtur expressum 1.28. dist. quia sunt. H. dicit quòd in vtraque vxore promoti & ingressi votũ de præsenti durauit, licet non solennizet actum. Ioan. haber dicit aliud esse in vxore ingressi, aliud

Ar. 27.q.1. mul... vbi de vxore promoti loquitur, quæ quia votũ nõ fecerat. post viri mortẽ nubere nõ prohibet. sed illud secundũ Ioa. est pona. 12. di. c. 1. Dic ergo secundũ Ioã. de fan. quòd illud non est verũ in vxore promoti. 28. dist. quia & c. seq. Archid.

si, aliud in vxore promoti: quia illa post mortē contrahit, sed vxor promoti non: quia est ratio diuersitatis: quia dignior est clericatus quam monachatus. nā etiā bigamus potest esse monachus. 16. q. 1. legi. Sed mirum est, q̄ tantus vir hoc dixerit, cū manifeste obuiet 27. q. 2. Agathosa. & c. si quis coniugatus. & 33. q. 5. qui vxorē. posset autē dici, q̄ votum vxoris solemnizatur ex voto viri promoti: & ita vir vxori communicat votū, vt 28. distin. quia sunt. De hoc not. in d. c. qui vxorem.

ADDITIO. Idē no. Host. extra de reg. ad apostolicam. Archi.

a Q*Voniā.*] q *Vxores ducere.*] id est, retinere.

b *Secte*] j. 28. q. 1. caue. & c. non oportet.

I *Nterdixit.*] Hæc est quinta pars huius dist. in qua vt clerici fa cilius contineant, supponit Gratianus auctoritatem horum cap. q̄ clerici debent vitare familiaritatē & cohabitationem feminarū extranearū. Ioā. de Fā.

Hinc c. non oportere, ponitur contradictio: sed dic q̄ loquitur in sponsalibus de futuro: quæ inter tales possunt contrahi, vt sin. nota. Hug.

c q *Aut sororem.*] in quibus nil sæui criminis existimari fœdus naturale permittit, vt extra de coha. cle. c. pe.

d q *Idoneas.*] vt vxores seruorum suorum, vt 81. dist. volumus. & cap. cum omnibus.

e *Suspiciones.*] quia suspectas mulieres habebat, vt extra de cohab. cleri. cap. 1. & 2.

f H *Ospitiolum tuū.*] q *Malum est.*] Argu. à contrarijs, si vnū est bonū, reliquū est malū, fallit in prodigalitate & auaritia. Item duo contraria quandoque inueniuntur bona, vt nubere, & non nubere: quotidie communicare, & non communicare. 18. q. 1. sic enim. & de conse. dist. 2. quotidie & arg. c. de procura. exigēdi. ibi, sed multo iustius fuit.

Contraria duo quandoque sunt bona.

P *Resbyter.*] CASVS. Quidam de consensu vxoris suæ factus fuit presbyter: quem Gregorius valde commendat: quia & si cā post sacerdotium diligeret vt sororem, tamē quò ad carnis officium vitabat vt hostē: nec appropinquabat ad eā. Quæ autem postea sequūt, plana sunt vsque ad distinctionē: & per te videbis.

g q *Presbyteram.*] cū qua in minoribus ordinibus contraxerat.

h M *Vlieres.*] h *Et matricuriæ*] id est, habentes curam de rebus ecclesiæ.

E *Cce.*] Hæc dist. diuiditur in quattuor partes. In prima ponuntur 2. impedimenta quæ impediunt promouendos. Secunda ibi, *Communiter*. Tertia ibi, *Laici*. Quarta ibi, *Ceterum*. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis quòd in sacris

Item ex concilio Chalcedon. c. 14.

¶ Non liceat clericis alterius sectæ vxorem accipere. C. XV.

Q Voniam in quibusdam prouincijs concessum est lectoribus & psalmistis vxores ducere a; statuit sancta synodus, non licere cuiquam ex his accipere sectæ b † alterius vxorem. Pann. l. 3. c. 110.

† [illegible]

Item in Nicano concilio, cap. 3.

¶ Non habitent cum clericis mulieres, nisi quæ naturali fœdere omnem suspicionem excludunt. C. XVI.

I Nterdixit per omnia sancta † synodus nō episcopo, nō presbytero, nō diacono, vel alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte aut matrem, aut sororem c, aut amitam; aut a etiam eas idoneas d personas, quæ fugiant suspiciones e.

† magna

Burch. l. 2. c. 109. Ans. l. 7. c. 133. & 6. c. 202. Iuo par. 6. c. 186. Pann. l. 3. c. 112.

a q Aut etiam.] *græce est:* [illegible] *idest*, vel eas tantum personas, quæ omnem fugerint suspicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, & alibi.*]

PALEA. C. XVII.

H Ospitiolum β tuum aut raro, aut numquam mulierum pedes terant; f Quia non potest γ toto corde cum Deo habitare; qui feminarum accessibus copulatur. ¶ Femina δ conscientiam tecum pariter habitantis exurit. ¶ Nūquam de formis mulierū disputes. ¶ Feminæ nomen tuum nouerint ε; vultum nesciant. ¶ Feminam, quam bene videris conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia ζ. ¶ Si bonum est mulierem non tangere, malum est f ergo tangere.

In ep. ad Ocea. *Ibidem.* In ep. ad Nepotianū ꝓpe finē. In ep. ad Rust. In ep. ad Ocea. l. 1. cōtra Iouin.

β q Hospitiolum.] *Caput hoc habetur in multis manuscriptis, & sine Palea nomine. Est autē collectum ex varijs B. Hieronymi locis, in quibus de vitanda mulierum consuetudine agitur.*

γ q Non potest.] *In epistola ad Oceanum, qua non putatur esse B. Hieronymi, legitur,* Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

δ q Femina.] *Ibidem paulo superius,* flammigero igne percutit femina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium.

ε q Nouerint.] *antea legebatur,* feminæ nomen tuum nesciant. *Emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex epistola Hieronymi ad Rusticum monachum.*

ζ q Frequentia.] *In epistola ad Oceanum est,* frequentes ornatu.

Item Gregorius in dialogo, lib. 4. c. 2.

¶ Presbyter vxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat. C. XVIII.

P Resbyter quidam sibi commissam regebat ecclesiam cum magno timore Domini; qui ex tempore accepti ordinis presbyterā g suā vt sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se propius accedere non sinebat; eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit. Pann. l. 3. c. 114.

Presbyteram vero quam debeamus accipere, Laodicense concilium, c. xi. ostendit dicens.

¶ Viduæ, vel seniores presbyteræ appellantur. C. XIX.

M Vlieres a, quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, seniores, vniuiræ, & matricuriæ h appellantur, in ecclesia tamquam ordinatas constitui non debere.

a q Mulieres.] *sic habet prisca versio. Græce:* [illegible] *idest:* Quòd non oporteat eas, quæ presbyteræ, vel præsidentes dicuntur, in ecclesia collocari, *quæ est Dionysii versio præter quam in vltimis verbis. Ille enim habet,* ecclesiis ordinari. *Et videndus est Balsamon ad eum locum.*

DISTINCTIO XXXIII.

a pa

E *Cce, quòd in sacris ordinibus constituti vxores habere non possunt; vel si bigami aliqui fuerint inuenti; ad sacros ordines ascendere non valent. Sed*

quæritur

in sacris ordinibus constituti vxores non possunt habere: nec bigami possunt ad sacros ordines promoueri. In hac vero 33. dist. quæritur, an ille qui præter vxorē concubinam habuit, possit promoueri? Et respondet quod non. Et accipitur hic concubina quæ habetur loco vxoris. Additur etiam in hac distinctione de arreptitijs, dæmoniacis, & caducis maxime.

a ¶ *Sed quæritur.*] Hic intitulatur 33. dist. in qua magister ostendit quod bigami, corpore vitiati, vsurarij, publice pœnitentes, lusores, in scena ludentes, furiosi, arreptitij, accipientes meretrices in vxores, habentes concubinas non possunt promoueri: quandoque tamen dispensatur in concubinarijs ĩ. ead cap. vlti. Et nota quod in primis duobus capitu. magister accipit concubinā pro vxore quam quis duxit sine solennitate, vt ĩ. 34. dist. §. concubinā sed H. intelligit de vera concubina: quam si quis habuit post baptismum, promoueri non debet, vt 25. dist. cap. vlt. Io.

Vsurarij & alij multi nō possunt promoueri.

Ad idē 34. dist. fraternitatis. Archidia.

ubi etiam Gof. fre. primo no. J. a.

S*I quis.*] CASVS. Quidam post baptisma duas habuit vxores, vel vnam vxorē, & aliā concubinam: quæsitū fuit ab apostolis vtrum talis possit promoueri, & respon. quod non potest talis promoueri ad ordinem clericalem.

b ¶ *Post acceptum.*] maxime. Idem enim est si ante baptisma habuit vnam, & post aliam vxorē vel concubinam: vel determinat verbum infra positum, habuerit.

ad. dist. similem.

c ¶ *Aut concubinam.*] post primam vxorem: talis tamen ex dispensatione quādoque promouetur. ĩ eod. habuisse. & 34. dist. fraternitatis.

DESERVIENTES. Exponit modo Gratianus qui dicantur sacro ministerio deseruire: & dicit quod subdiaconi & acolythi: & qualiter deseruiant, dicit. Exponit etiam quod concubina intelligitur illa quæ ante vxorem ducta fuit, vel post mortem vxoris.

M*Aritum.*] CASVS. In hoc capi. 10. enumerantur impedimenta pro quibus aliquis repellitur à promotione, vt si maritus fuit duarum matronarum: vel præter vxorem, concubinam, vel meretricem in matrimonium assumpsit, &c.

d ¶ *Concubinam.*] Argu. quod si quis habuit virginem concubinam: licet postea sumat eam in vxorem, quod non potest promoueri, vt 34. dist. curandum. & cap. præcipimus. & 30. q. 5. qualis.

e ¶ *Vel meretricē.*] 32. q. 1. cap. non est culpandus. argu. contra. Sol. illud in figura. & ita ex vno eodemque facto punitur quis & meretur, vt ff. qui. vt indig. l. 5.

Punitur quis & meretur ex eodē facto.

Dic melius: illud non cōtradicit: nā quandō ad legē peccatū reatus est, vt hic; sed quandō ad gratiā innocens, vt argu. 10. q. 1. cap. h. 32. q. 1. c. ille. Archid.

f ¶ *Vel iniusto.*] idest ex indignatione, vel ex nimia commotione. secus si propter necessitatē faceret, vt 55. dist. si quis a medicis.

g ¶ *Illum.*] talis etiam deponitur. 47. dist. de Petro. & cap. quoniā.

h ¶ *Pœnitentia.*] vt 58. dist. qui i aliquo. & 50 dist. de his.

i ¶ *In furiam.*] tamen promotus non deponitur, vt 7. q. 1. quāuis.

C*Ommuniter.*] Hæc est secunda pars huius dist. in qua probatur per tres auctoritates sanctorum patrum, quòd dæmoniaci, & epileptici, & furiosi non debent promoueri. Io. de Fan.

CASVS. Sequitur in hoc capitu. quòd illi qui dæmonibus arrepti eliduntur, non debēt sacris altaribus ministrare: nisi suspensi per annum inueniantur ab incursu dæmonum liberati. Illi vero qui morbo epileptico vel caduco laborant, non ministrent, nisi prius inquiratur qualiter illi laborent: quia si in terram cadunt, nō ministrent. Alijs vero ægritudinib' laborātes nō prohibētur. Et not. quòd hoc cap. loquitur de iam promotis. Sequens cap. patet.

a ¶ *De ijs*] qui ita vexantur, distinguendū est: nam si frequenter cadunt, non debent ministrare, vt ĩ. 7. q. 2. c. 1. si vero raro, & emittunt voces confusas, similiter non debent ministrare, vt ĩ. 7. q. 2. c. 2. si autem raro, nec emittunt voces confusas, possunt: sed habere debent coadiutores, vt 7. q. 1. illud. promoueri autem non possunt tales ex quo passi sunt semel, vt ĩ. ea. cap. maritum. Et hæc est opinio H. nec in hoc habet contradictionem. In dæmoniacis similiter nulla est contradictio inter H. & alios quo ad promotionem: quia omnes dicunt quòd nullus talis debet promoueri, vt cap. maritum. & c. clerici. In promotis autem distinguitur inter H. & alios. Nam dicunt alij quòd sicut non debet promoueri qui semel est arreptus à dæmone, ita nec officium potest exercere etiam si iam promotus sit: & qui hoc dicunt, illam litteram, qui tamen, aliter intelligunt quam H. nam dicunt quòd hoc relatiuum, qui, refertur ad proxime positum: scilicet epilepticos [1] & est sensus litteræ: Epileptici non debent se ingerere diuinis sacramentis, exceptis illis qui sine passionibus, id est, qui sine vocis confusæ emissione & spumæ iactatione: qui tamen & ipsi, id est, illi qui hoc nō faciunt, sed tantū cadunt, debēt esse tādiu suspēsi, donec appareat eos per annū liberatos, id est, non occupatos incursu dæmonū, id est, appareat, quod illa passio nō est dæmoniaca, sed epileptica. H. vero dicit in dæmoniacis promotis, quod si p annū steterunt, & nō fuerunt passi supradicta, possunt exercere diuina officia. vnde dicit quod illud

Morbo caduco laborātes an ministrare possunt.

Dæmoniacorū promotorum & promouendorū distinctio.

[1] Ad huius verbi declarationē dic, quod epilepsia græce appensio dicitur: eo quod mēs sit appensa: patitur & corpus possidetur. vt aiūt ex melancholico humore quoties exsuperauerit & ad cerebrū cōuersus fuerit. Archid.

quæritur [a], si quis præter vxorem concubinam habuerit; vtrum in sacerdotem promoueri valeat. Tales à sacris ordinibus auctoritate canonum Apostolorum prohibetur: in quibus, c. xvij. sic statutam legitur.

¶ Secundis nuptijs post baptisma copulatus, aut concubinam habens ad sacrum ordinem contendere non valet. C. I.

Ans. l. 6. c. 143. Iuo p. 8. c. 387. al. 151.

SI quis post acceptum [b] baptisma secundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam [c] habuerit; non potest fieri † episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus eorū, qui ministerio [a] sacro deseruiūt.

† al. esse

a ¶ Ministerio.] græce: τῶν καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. idest, qui sunt in catalogo sacerdotali.

Deseruientes sacro ministerio intelliguntur subdiaconi, qui calicem diacono offerunt, & acolythi, qui cum cereis diacones præcedunt; vnde & ceroferarij dicuntur: qui etiam vinum, & aquam præparando calici subministrant. Concubina intelligenda est præter vxorem; vt iste sit sensus capituli [Si quis post acceptum sacrum baptisma secundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam duxerit:] distinguendum est, antequam vxorem duxerit, siue post mortem vxoris. Vnde B. Gregorius [a] ait.

a ¶ Gregorius.] *Hoc caput sumptum est ex c. 72. libello de ecclesiasticis dogmatibus; qui inter opera B. Aug. editus est; atque ex eo alibi sæpissime ab ipso Gratiano citatur. A Trittemio autē adscribitur Alcuino, ab alijs Isidoro. Sed plures, & maioris auctoritatis Gennadio tribuunt; vt Valfredus strabo lib. de re. eccles. c. xx. Petrus Lombardus sent. 2. dist. 8. S. Thomas quolib. 12. art. 10. Platina in Symmacho, & alij.*

¶ Duarum matronarum maritus post baptismum, clericus non ordinetur. C. II.

Ans. l. 7. c. 21. al. 16. Iuo p. 8. c. 195. Polyc. l. 2. tit. 32.

MAritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum, neque eum qui vnam quidem, sed concubinā [d] non matronam habuit; nec illum, qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem [e] in matrimonium assumpserit: nec eum, qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, vel iusto, vel iniusto [f] timore superatus truncauerit: nec illum [g], qui vsuras accepisse conuincitur, aut in scena lusisse dinoscitur: nec eum, qui publica pœnitentia [h] mortalia crimina defleuit †: neque illum, qui in furiam [i] aliquando versus insaniuit, vel afflictione diaboli vexatus est: neque eum, qui per † ambitionem ad imitationem Simonis magi, pecuniam obtulerit †.

† defleuit.] orig.
† al. pro ordinatione
Act. 8.
† offert] orig.

Item Pius Papa.

¶ Arreptitij, vel epileptici sacris altaribus non ministrent. C. III.

Burch. l. 3. c. 72. Iuo p. 2. c. 125. Poly. l. 4. tit. 32.

2 COmmuniter diffinimus, vt nullus de ijs [k], qui aut in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant altaribus ministrare, vel indi-

illud relatiuum, qui, refertur proprie pro dæmoniacis: & improprie secundum eum ponitur in §. liberati.
a ¶ *Vel indiscusso.*] idest, temere.
b ¶ *Exceptis illis.*] epilepticis qui raro cadunt.
c ¶ *Passionibus.*] idest, sine spuma, &c.
d ¶ *Qui tamen.*] scilicet dæmoniaci. H.
e ¶ *Spatio.*] 7. q. 2. c. vlti. contra. Sed ibi fuit dubium: hic certum.

sicut: sed vbi factum ambiguum est, tunc numquam ferenda est sententia in alicuius præiudicium, vt 11. q. 3. graue. hoc ideo dico quia si nulli fit præiudiciũ, vt in baptismo, consecratione, vel ordinatione: bene fertur in dubio certa sententia, scilicet vt baptizet, vel ecclesia consecretur: vel denuo ordinetur, vt de consecr. dist. 4.

scusso [a] se ingerant sacramentis diuinis; exceptis illis [b], qui corporis incommoditatibus dediti, sine huiusmodi passionibus [c] in terram probantur elisi: qui tamen [d] & ipsi tamdiu erunt ab officij sui ordine, & loco suspensi; quousque vnius anni spatio [e] per discretionem episcopi inueniantur ab incursu dæmonum liberati †. — † *alieni.*] ceteri collectores.

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. IIII.

CLerici qui in adolescentia à dæmonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem sacri regiminis [f] gradum ascendere non possunt. — Iuo p. 11. c. 104

¶ *Simile quiddam habetur in concilio Arausico 2. c. 16. Iuo citat Nicolaum Aluuino touansi archiepiscopo, ad quem etiam fortasse scribitur c. quorumdam. 7. dist. 34.*

Item Gelasius Papa, epist. ad vniuersos episcopos per Lucaniam constitutos, c. 21.

¶ De eodem. C. V.

VSque adeo sane cõperimus illicita quæque prorumpere; vt dæmonibus, similibusque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si in hoc opere [g] positis, aliquid propriæ necessitatis [h] occurrat; quis fidelium de sua salute confidat, vbi ministros ipsos curationis humanæ, tanta perspexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario remouendi sunt; ne quibuslibet [i], pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremo, si corpore sauciatum [k] fortassis, aut debilem nequaquam sancta contingere lex diuina [l] permisit; quanto magis [m] doni cælestis dispensatores esse non conuenit (quod est deterius) mente percussos? — Burch. l. 2. c. 20. Polyc. l. 3. tit. 9. c. vlt. Iuo par. 2. c. 88. & par. 6. c. 40. — Leuit. 21.

Item Innocentius Papa 1. Felici episcopo Nucerino, epist. 4. c. 4.

¶ Qui tempore baptismi vxores habent; si postea religiose vixerint, clerici fieri non prohibentur. C. VI.

3 LAici, qui habentes vxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt [n], vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti sint, aut monasterijs, ex quo baptizati sunt, adhæserint; si non concubinam, non pellicem [o] nouerint; si in omnibus bonis operibus vigilauerint; non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi. — Ansl. l. 7. c. 29. al. 34. Iuo par. 6. c. 95. Pann. l. 3. c. 45

4 *Ceterum ante susceptum sacrum ordinem quosdam legimus concubinam habuisse; quos tamen sacri canones non reijciunt; si post sacrum ordinem ab eius commistione se se immaculatos custodiunt.*

Vnde Gregorius Andreæ Tarentino episcopo, l. 2. epist. 44. siue c. 83.

¶ De quodam episcopo, qui ante sui episcopatus apicem concubinã habuit. C. VII.

HAbuisse te concubinam manifesta veritate [*] comperimus; de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis [p] absolutum non debet esse iudicium; hoc tuæ conscientiæ eligimus committendum [q]. Qua de re, si in sacro ordine constitutus eius te permistione esse recolis maculatum; sacerdotij honore deposito, [r] ad ministrandum nullo modo præsumas [s] accedere; sciturus in animæ tuæ periculo † te ministrare, & Deo nostro te sine dubio — Burc. l. 1. c. 195. Iuo p. 5. c. 310. Poly. l. 4. tit. 39. — † *al. periculum*

f CLerici.] ¶ *Sacri regiminis.*] Ex hoc quod dicit, sacri regiminis, videtur quod ad minores ordines bene possunt promoueri. Lau.

VSque adeo.] CASVS. Quidã episcopi permittebant dæmoniacos presbyteros caducos & furiosos ministrare diuina: quos Gelasius reprehendit: & probat quod hoc fieri nõ debet, ne per hoc generetur scãdalũ Christianis, & probat hoc à minori: quia lex mosaica nõ permittebat ægros corpore tãgere sacra: multo ergo minus in nouo testamẽto dæmoniacis, caducis, & furiosis debet hoc permitti.
g ¶ *Opere.*] idest, diuino obsequio.
h ¶ *Necessitatis.*] idest, infirmitatis.
i ¶ *Ne quibuslibet.*] Prima ratio.
k ¶ *Sauciatum.*] idest, debilitatũ, vt 49. di. c. 1
l ¶ *Diuina.*] idest, mosaica.
m ¶ *Quanto magis.*] q. d. ex quo vitiati corpore remouẽtur, multo magis vitiati mente: arg. 38. dist. sedulo [1].

[1] Ar. ad hoc 44. dist. c. nullus clericorum. 16. q. 1. mirãmur. nam mens maior est quam corpus. 38. dist. sedulo. secundũ Lau.

LAici.] CASVS. Felix episcopus quæsiuit ab Inno. an laici qui tempore baptismi vxores habuerunt, possint promoueri. Et respon. quod sic, si bonæ fuerint opinionis, nisi præter vxorem concubinam vel meretricem vxoris affectu cognouerint.
n ¶ *Instituerunt.*] idest, informauerunt.
o ¶ *Si non pellicẽ.*] Pellicem vocat quã quis ad tempus habet causa saturandæ libidinis.

CETERVM. CASVS. Supra dictũ est quod ille qui præter vxorẽ habuit cõcubinam, promoueri nõ potest. Nunc vero dicit quod multi inueniuntur cõcubinas habuisse quos canones non reijciũt, si post sacrũ ordinem se imaculatos custodiũt.

HAbuisse.] CASVS. Andreas Tarentanus episcopus habuit cõcubinã ante quãm esset eps. & hoc Greg. bene nouerat. Sed quidã dicebãt post episcopatũ eũ habuisse accessum ad eã. Greg. autẽ hoc audiẽs, cũ dubiũ esset, certã noluit ferre sententiã; sed eũ suæ conscientiæ cõmittens præcepit ei, vt nullo modo accederet ad ministrandũ, si commistione illius concubinæ se post episcopatum sciret esse maculatum.

p ¶ *Ambiguis.*] s. 14. dist. sicut contra. Sed dic quod triplex est ambiguitas: ambiguitas iuris, ambiguitas facti, ambiguitas personæ: vbi ambiguitas iuris est, ibi de similibus ad similia procedit, vt 20. dist. de libellis. & de tali ambiguitate loquitur illud cap. 14. dist. — Ambiguitas est triplex.

4. paruulos. & dist. 1. solennitates. & 68. dist. presbyteri. tamẽ quãdoque dubitatur de facto, & fertur sententia in præiudiciũ alteri[*]: vt extra de spo. inuenis. sed illud est propter periculũ animæ. Vbi autẽ est ambiguitas personæ, sed factum est certum, bene fertur certa sententia, vt 5. q. 1. quidam.
q ¶ *Committendum.*] Sed quare non indicitur ei hæc purgatio? quia exilis fuit infamia [z] & sic quandoque aliquis propriæ conscientiæ committitur [3] vt s. dist. 4. c. denique. & 15. q. 8. c. 1. & 33. q. 4. vir cum propria.
r ¶ *Deposito.*] i. suspen. ad tempus quousque satisfac. sic ponitur 11. q. 3. quoniam.
s ¶ *Præsumas.*] Argu. quod occultum delictum reddit hominem irregularem. Argu. contra dist. proxi. erubescant. Dic vt ibi hoc forte in eo casu quando non pœnitur super crimine.

Domi-

Domesticarum.] Hæc distin. diuiditur in 9. partes. In quarũ prima. rephẽdit Gratianus quẽdã epm, q erat venator: & cũ filia nimiã familiaritatẽ habebat. secũda ibi, *Concubina* tertia ibi, *Cæterum.* quarta, *Quod ergo.* quinta ibi, *Similiter.* sexta ibi, *Quæ autem.* septima ibi, *Sed postea.* octaua ibi, *Quibus autem.* nona ibi. *Vidua.* Io. de Fan.

CASVS. In hac 34. dist. ostendit Gratianus abstinendum esse à nimia familiaritate domesticarum mulierum. Addit etiam qualiter in superioribus cap. accipiatur concubina, & de quibusdam personis, quæ à promotione repelluntur.

reddere rationem; si huius sceleris consc.us in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere volueris.

a ¶ Comperimus.] *sequebatur*, & te illius criminis participationem habere. *quæ verba sunt etiam in editione operum B. Gregorij Frobeniana. Verum sublata sunt; quoniã absunt & ab alijs editionibus, & à cæteris collectoribus, & a Ioanne diacono lib 3. num. 43. vita eiusdem Gregorij; omnemque sententiam perturbant.*

DISTINCTIO XXXIIII.

Gratianus. Domesticarum [a] quoque personarum immoderatam familiaritatem episcopum vitare oportet.

Vnde Nicolaus Papa ad Albinum † *archiepiscopum.* † al. Alcuinum.

¶ Etiam consanguinearum immoderatam familiaritatem episcopum vitare oportet. C. I.

Iuo p. 5. c. 353. QVorumdam relatione fidelium, nostris auribus intimatum est; quòd Lanfredus episcopus, qui & iuuenis esse dicitur, venationi sit deditus: quod vitium plurimos etiam de clericali catalogo, genere dumtaxat Germanos [b], & Gallos irreuerenter implicat. Verum iste (si ita est, vt audiuimus) merito iuuenis dicitur; qui iuuenilibus desiderijs occupatus nulla † grauitate constringitur. *& infra.* Nam (vt beatus dicit Hieronymus) venatorem [c] numquam legimus sanctum. *& infra.* Nihilominus autem de hoc episcopo relatum est apostolatui nostro; quòd cum quadam filia sua immoderatam teneat familiaritatem; & ob id mala fama [d] ei orta sit: pro qua te à sanctitate tua, cæterisque coepiscopis suis commonitus, atque correptus est; sed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maxime displicet, & magis, ac magis deteriorem de se reddit opinionem; in quo beatitudinis tuæ, & cæterorum coepiscoporum suorum rationibus non obedit; & per inobedientiam in culpam protoplasti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam synodale cum episcopis [e], & suffraganeis tuis conuocare concilium; & hunc salutaribus eloquijs episcopum conuenire; atque illi pastorali auctoritate præcipere; quatenus ab omnium bestiarum [f] vel volucrum venatione penitus alienus existat; atque ab immoderata filiæ suæ familiaritate semet omnino coerceat. Quòd si parere contempserit, & tam pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ suæ conuersatione vitanda vobis admonentibus obedire distulerit; à vestro collegio excommunicatus abscedat [g]. Quòd si in hoc contumax adhuc apparuerit, à ministerio cessare debebit.

† nulla senii grauitate.] Iuo Ad c. 5. Micheæ & in ps. 90.

[*Ex concilio* [a] *Aurelianensi 4.*]

PALEA. C. II.

Extra de cleric. ven. c. 1. Burc. l. 2. c. 213. Iuo p. 5. c. 366. & par. 6. c. 288. & par. 13. c. 30. Pann. l. 3. c. 167

EPiscopum, presbyterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiusmodi res habere non licet. Quòd si quis talium personarum in hac voluptate † sæpius detentus fuerit; si episcopus est, tribus mensibus à communione [β] suspendatur; diaconus vero ab omni officio, & communione suspendatur.

† al. volitate sæpius des......

a ¶ Aurelianensi.] *Hæc Palea etiam in decretalibus tit. de cleric. ven. c. 1. citatur ex concilio Aurelianensi, & in Pannormia ex c. 8. Sed in Aurelianensibus, quæ extant, non est inuenta. Burchardus, & Iuo par. 6. c. 288. citant ex Meldensi. Eadem vero sententia est in Agathensi, c. 55. (quod etiam citat Iuo par. 5. c. 366. & par 13. c. 30.) & in Epaunensi, c. 3.*

β ¶ A communione.] *In decretalibus legitur* à communione, si presbyter, duobus; si diaconus, ab omni officio suspendatur. *Apud Burchardum est,* se à communione suspendat, presbyter duobus; diaconus vno ab omni officio, & communione suspendatur: *neque multo aliter apud Iuonem par. 6. & in concilio Epaunensi. In Agathensi autem, & apud Iuonem par. 5.* Se à communione suspendat; presbyter duobus mensibus se abstineat: diaconus vero ab omni officio, & † communione cessabit. *Verum apud eumdem Iuonem par. 13. ex concilio item Agathensi hoc modo legitur:* se a communione abstineat ‡ presbyter duobus mensibus se abstineat; diaconus vno ab omni officio, vel communione cesset.

† al. vel ‡ al. suspendat

a ¶ Domesticarum.] In hac 34. dist. ostendit, q clerici etiam domesticis personis non exhibebunt nimiam familiaritatem, & quòd clerici non intererunt venationibus aut aucupationibus. Secundo ostendit qualiter accipiatur cõcubina in superioribus cap. si quis post. c. maritũ. c. habuisse. quæ cap. sunt §. distin. proxi. Tertio adiũgit de multis nõ promouendis, & quòd bigami quãdoq; promouentur ad subdiaconatũ, vt §. c. lector. Quarto ostendit quòd clerici non debẽt interesse conuiuijs nuptiarũ. In fine ostẽdit ꝓpter cui[us] viduæ copulã quis impeditur à promotione.

Quorũdã.] CASVS. Lanfredus episcopus in duobus peccabat: scilicet in venatione more Germanorum & Gallorum, & in imoderata filiæ suæ familiaritate: propter quæ mala fama erat orta de ipso: & ideo sæpe correptus ab Aluino & eius suffraganeis fuit: nullatenus tamẽ emendatus fuit: quare Nicolaus præcepit vt concilio episcoporũ conuocato moneãt illum, vt à supradictis se abstineat: quòd si non fecerit, excommunicetur: & tandẽ si contumax fuerit, deponatur.

b ¶ Germanos.] id est, Theutonicos, qui sunt verũ germen, vel vere nobiles. Argu. extra de elect. venerabilẽ. & de præben. venerabilis. *Germani vnde dicuntur.*

c ¶ Venatorem.] existẽtem venatore: ne obijciatur de Eustachio. 86. dist. Esau.

ADDITIO Sub. qui prius fuit venator, postea fuit sanctus: potest tamẽ aliquis simul esse venator & sanctus. Archidia.

d ¶ Fama.] non quòd aliquid ibi sæui criminis existimarẽt ꝓpter fœdus naturæ id. q a corã omnibus eam nimis osculabatur, & ponebat manus i gremiũ eius: & ideo fuit ei indicta purgatio. sic extra de pur. cano. cap. cum in iuuentute.

Id est, propter sanguinis propinquitatẽ, extra de præsump. cũ in iuuentute. C. de epi. & cle. eũ qui. Archid.

e Episcopis.] Argum. quòd solus metropolitanus non potest audire causam episcopi, etiam ciuilem, vt 11. quæstio. 1. si clericus. & 6. quæstione 4. si inter.

Archiepiscopus solus causã episcopi audire nõ potest.

Sed intellige vt hic c. .... de ...... hic agitur. Arch.

f ¶ Bestiarum.] Infra 86. dist. qui venatoribus.

g ¶ Excommunicatus abscedat.] vt non intersit cũ eis negotijs communibus.

PALEA. C. III.

OMnibus seruis Dei venationes, & siluaticas vagationes† cum canibus; & vt accipitres, aut falcones habeant, interdicimus.

Hæc etiam Palea habetur eod. tit. de cler. ven. c. 2. vbi ex eodem concilio Aurelianensi citatur; quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. Sententia ijsdem pene verbis est in synodo Francica sub Zacharia Papa, quæ & conciliorū tom. 2 est inserta, & habetur lib. 5. capitular. c. 2. & manuscripta etiam inter epistolas Zacharia in codice sæpe memorato monasterij Dominicanorum.

Concubina a autem hic ea intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu asciscitur b; hanc coniugem facit affectus; concubinam vero lex c nominat. De hac dicitur in concilio Toletano 1. c. 17.

¶ Qui non habet vxorem, sed loco illius concubinam, à communione non repellitur. C. IIII.

IS, a d qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet; à communione non repellatur; tamen† vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ sit coniunctione e contentus.

a ¶ Is qui non.] *Integer concilij canon, qui apud Iuonem quoque, & in Pannormia refertur, est hic:* Si quis habens vxorem fidelis†, concubinam habeat; non communicet. Ceterum is, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet; à communione non repellatur: tamen†, vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus. Aliàs viuens abijciatur, donec desinat, & ad pœnitentiam reuertatur. *Neque vero omne concubinarum genus eo etiam tempore permittebatur. De quibus quid in legibus gentiliũ Imperatorum legatur, nihil opus est referre. Certe Iustinianus nouella 18. c. 5. (vt est apud Iulianũ antecessorem) quasdam concubinas comparat quodammodo vxoribus, quæ sine dotalium tabularũ solennitate ductæ fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum est, quod scripsit B. Augustinus in libro de bono coniugij c. 5. & refertur infra 32. q. 2. c. solet. In quibus hæc tria erant necessaria: primum, vt vterque esset solutus: deinde fides mutua, quod alteri non iungerentur, neque à procreatione filiorum abhorrerent. tertium, vt vsque ad mortem in ea vita coniunctione manendum sibi proponerent. Et in his quidem scribit B. Augustinus posse aliquo modo dici, nuptias esse, & connubium; quamuis sic habitam non auderet appellare vxorem; quia non interuenerant instrumenta dotalia, & alia, quæ iure ciuili, & canonico requirebantur, vt esset legitima vxor: quod habetur in prædicta nouella 18. & infra. 30. q. 5. c. aliter. Itaque huiusmodi mulieres, cum non essent vxores, vocabantur concubinæ: sed ob illa tria, ac præcipue, quod in affectu maritali permanere statuerant, permittebatur ipsis communicare; habebanturque tamquam vxores minus solenniter ductę. Et hoc est, quod hic, & in sequenti capite dicitur, pro vxore, & loco vxoris habere concubinam. Idque Gratianus ipse ad finem capitis antecedentis §. concubina. indicauit. Nam concubinarum ad tempus adhibitarum, etiam si filiorum procreandorum causa haberentur, plane illicitus erat concubinatus: quod asserit idem B. Augustinus, c. audite. infra eod. & in eodem libro de bono coniugali, c. concubina. infra 32. q. 2.*

Item Isidorus de distantia† noui, & veteris testamenti.

¶ De eodem. C. V.

CHristiano nō dicam plurimas†, sed nec duas simul habere licitũ est, nisi vnam tantum, aut vxorem, aut certe loco vxoris, (si coniunx deest) concubinam.

[*Ex dictis Augustini in lib. 5. homiliarum, homilia 49.*]

PALEA. C. VI.

AVdite charissimi mēbra Christi, & matris catholicæ ecclesiæ filij. Quod dico cōpetentibus a & fidelibus, audiant pænitentes. Quod dico fidelibus, dico & cōpetentibus, & pænitentibus. Audiant catechumeni; audiant omnes, omnes timeant; nemo cōtemnat: sit mihi in cōsolationē vester auditus; ne vobis sit in testimonium dolor meus: Competentibus dico; fornicari vobis non licet: sufficiant vobis vxores β; audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli, si vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet: & si non habetis vxores; tamen non licet vobis habere cōcubinas, quas postea dimittatis, & ducatis vxores: tāto magis dānatio vobis erit, si volueritis habere vxores & cōcubinas.

a ¶ Competentibus.] *Hoc loco verba sunt ex originali in suum ordinem restituta. Qui autem vocarentur competentes, declarat B. Augustinus in sermone ad competentes; atque intelligi etiam potest ex eodem B. Augustino alibi, & ex alijs.*

β ¶ Vxores.] *In hac præcipue parte non sunt relata propria verba B. Augustini; sed nonnulla omissa, ac mutata. Nam ipse ita scribit:* sufficiant vobis vxores, aut nec vxores: concubinas vobis habere non licet: Audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli eius, si vos contemnitis: concubinas vobis habere non licet: si audiant cōpetentes, quod dico fidelibus, non habetis vxores, non licet vobis habere concubinas, quas postea ducatis vxores; quanto magis damnatio vobis erit, si habere volueritis & concubinas, & vxores dimittatis?

§ *Ceterum, si non talis concubina fuerit, & ætas illius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dinoscitur; apostolica concessione ad ordinem diaconatus proueht potest.*

Vnde Pelagius Papa scribit Florentino† episcopo.

¶ Qui post mortē vxoris habuerit de ancilla filios, diaconus fieri permittitur. C. VII.

FRaternitatis tuę relatione suscepta, eius latorem secundas qui-

---

Extra de cler. ven. c. 2.
Burc. l. 2. c. 214
Iuo p. 6. c. 289.
† al. fatigationes

Iuo par. 8. c. 64.
Pann. l. 6. c. 49.
† al. tantum
† al. fidelem
† al. tantum

† al. consonantia

Iuo p. 8. c. 66.
Pann. l. 6. c. 50.

Burch. l. 9. c. 15.
Poly. l. 6. tit. 8.
Iuo p. 8. c. 153.
Pann. l. 6. c. 41.

† al. Florentio
Ans. l. 7. c. 68. al. 73.
Poly. l. 2. tit. 1.

Cum hoc conc. con ordat Alex. de imo. in l. 3. ff. post tres. circa p inc. ff. si quis con. & pl. in annoton. de trium. & te. §. 3. & 9. sæpe. in ver. si sorte. & ... Ang. col. 1. ad hoc q dictum plurimas, sapor ... numerũ. Item adde Bar. in l. 6 ... ad fin. ... fur. ...

CONCVBINA. CASVS. Dicitur hic q in præcedenti dist. accipit cócubina, quę cognoscitur vxoris affectu: sed non fuit ducta cum solennitate: & talem lex concubinam vocat. Duo sequentia capitula plana sunt.

a ¶ Concubina.] hic respicit id quod dixit §. proxi. dist. cap. 5.

b ¶ Asciscitur.] idest amplectitur.

c ¶ Lex.] Canonica, vt infra cap. proxi. vel etiam lex ciuilis: quia concubinatus á lege nomen accepit, vt ff. de concu. in concubinatu.

d ¶ Is qui.] 30. q. 5. aliter. contra. Sed ibi loquitur quãdo nõ constat de mutuo consensu.

e ¶ Coniunctione.] secundum leges ita est, quòd si impares sunt personæ contrahentiũ, non præsumitur matrimoniũ, nisi dotalia instrumenta interueniãt. C. de nup. imperialis. §. imo. & illud ff. de do. donationes. secus si pares. ff. de ritu nup. in liberæ. secundum canones semper præsumitur adulterium nisi appareant legales solennitates, vt 30. q. 5. aliter, extra de clande. despon. cum inhibitio.

f ¶ Christiano] ¶ Cõcubinam] idest, mulierem non solenniter ductam: si tamen mutuus consensus interuenit. aliàs concubinam non licet habere, vt 32. q. 4. nemo.

CETERVM. Hæc est tertia pars distinctio. in qua dicitur, quòd vero concubinario ex causa potest dispensari. Ioannes de fan.

CASVS. Dictum est supra, q si quis præter vxorem habuit vxoris affectu concubinã, promoueri nõ potest: sed si fornicariam habuit, nec habetur suspectus de incontinentia in futuro, potest promoueri.

Fraternitatis.] CASVS. Clericus quidã mortua vxore in subdiaconum est promotus, qui secũdas nuptias non contraxit, verũtamen cũ Mecena ancilla sua fornicationem commisit: modo volebat in diaconũ ordinari, vnde quęsiuit Florentinus episcopus an posset

Hanc lex etiam non lex appellatur. 31. dist. Nicæna. Archidia.

De hoc not. ... 32. q. 4. cõ iunctim ... in glos.

Et 15. q. 5. dic ... 30. dist. ...

posit? Et respondet Pelagius Papa q sic, duabus rationibus. Vna est, quia defectus nostri temporis non patitur rigorem antiquorũ canonum valere: & quia ætas illius subdiaconi suspicionem incõtinentiæ à se remouere videtur: Micena vero ancilla, de qua confessus est filios habuisse, monasterio tradatur. Plana sunt quæ sequ- q redigitur in seruitutem, vt 32. dist. eos. Sed dic q diuersitas pœnarum epo dat optionem [a], vt extra de offic. deleg. de causis. Vel distinguas an sint publice ductæ quasi vxores, vel non. 15. q. vlt. cũ multæ. Sed qualiter præcipitur isti intrare religionem, cũ hæc res non sit præcepti, vt 32. q. 1. integritas? Dic quòd ratione delicti cogitur intrare monasterium quandoque aliquis ad agendam pœnitentiam, vt 50 dist. si ille. & 81. dist. si quis clericus. vel expone, iubemus, id est, consulimus.

[a] De hoc no. 22. q. 2. in summa.

Religionẽ quandoque cogitur quis intrare.

[1] al. cum. [1] al. subtilitatis

dem nuptias expertum non fuisse didicimus; castitatẽ tamen eum [1] priori non seruasse coniugio designasti. Et quamuis multa sint, quæ in huiusmodi casibus obseruari canonice iubeat sublimitatis [1] auctoritas: tamen quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur [a] in omnibus manere censuram, & ætas istius de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dinoscitur; vt ad diaconatum possit prouehi, temporum, vt dictum est, conscendentes defectui concessisse nos noueris. *& infra.* ¶ Micenam [1] vero ancillam eius, de qua se post transitum vxoris filios, habere confessus est, iubemus, vt tua dispositione cuiquam monasterio cõtinentiam professura [b] tradatur [α].

[1] al. Micinam

α ¶ Tradatur.] *Apud Anselmum sequitur:* vt meliori forte ad quod promouetur officiũ, sub bonæ possit famæ merito ministrare; nec aliqua opinionis eius maculandæ reliquatur occasio: *neque multo aliter in Polycarpo.*

Hoc ex dispensatione misericordiæ: ceterum ex rigore disciplinæ intelligitur illud Aurelianensis [β] concilij.

β ¶ Aurelianensis.] *hæc ad verbum habentur in conc. Gerundensi, c. 8.*

¶ Non admittatur ad clerum, qui præter vxorem, aliam cognouerit. C. VIII.

Burch. l. 2. c. 38. Iuo. p. 6. c. 139.

SI quis de laicis post vxorem, aliam cuiuscumq; conditionis cognouerit mulierem, in clericum nullatenus [c] admittatur.

4 *Quod ergo de pellice, & meretrice apud Gregorium, & Innocentium scribitur; propter spem futuræ incontinentiæ constitutum creditur: quia difficile continentiam seruat, qui se illicito concubitu maculare nõ metuit. Vel [1] prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricem cognouerit maritali affectu: vel quia corrupta florem virginitatis amiserit; vel quia meretricari [d] non desinit, licet in vxorem ducatur. Vtrumque enim, impedimentum cuilibet præstat, quominus ad sacros ordines pertingere valeat.*

[1] al. &

Vnde Hilarius Papa in synodo Romana, c. 2. scribit dicens.

¶ Qui virginem non duxit vxorem, ad sacros ordines non accedat. C. IX.

Ans. l. 7. c. 12. al. 15. Pann. l. 3. c. 50. [1] *canendũ*] orig. [1] *gradus*] orig.

CVrandum [1] ergo in primis est, ne ad sacros ordines [1] (sicut gestis prioribus ante præscriptum est) quisquam, qui vxorem non virginem duxit [e], aspiret.

Item Gregorius vrbis Romanæ præsul [1] Squilatino [1] Episc. lib. 2. epi. 25.

[1] forte Scyllacino

¶ Bigamus, vel pœnitens, corpore vitiatus, litteras ignorans, curiæ vel conditioni obnoxius, clericus non fiat. C. X.

Ans. l. 7. c. 35. al. 42. Poly. l. 2. tit. 38. Iuo. p. 8. c. 288.

PRæcipimus, ne umquam illicitas ordinationes facias: nec bigamum, aut qui virginem non est sortitus vxorem, aut ignorantem litteras [f], vel in qualibet parte corporis vitiatum [g] vel pœnitentiæ [1] vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxiũ ad sacros ordines permittas accedere: sed si quos [h] huiusmodi repereris, non audeas promouere.

[1] al. pœnitentem. [1] al. publice pœnitentem. al. solenniter pœnitentem

Item in Neocæsariensi concilio, c. 8.

¶ Non fiat sacerdos, cuius vxorem euidenter constat adulterium admisisse. C. XI.

Ans. l. 7. c. 19.

SI cuius vxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, euidenter fuerit comprobatum; hic ad ministerium ecclesiasticum admitti [i] non potest. Quòd si in clericatu iam eo constituto, adul-

c ¶ Si quis. ¶ Nullatenus.] Hic de stricto iure loquitur, vt 3. illud 25. distinct. primum.

[a] Sub. & illud. 1. q. 7. si quis omnem.

QVOD ERGO. Hęc est quarta pars huius dist. in qua probat per sex auctoritates sanctorum patrum, q nullus eps debet ordinare bigamũ, vel viduæ maritum, illiteratum, pœnitentem, obnoxiũ curiæ: nec illũ qui cognouit vxorem suam postquam sciuit illã adulteram. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum est s. in cap. fraternitatis. q ille, qui fornicatus est, potest promoueri. sed qa videbatur 2rium ei quod dictum est s. in 33. dist. in cap. maritũ. & cap. laici ideo constitutum est, qa tales cũ difficultate cõtinentiã seruant: vel qa corruptæ erant cum quibus contraxerunt: vel meretricari non cessant, licet in vxores ducãtur. & hoc probatur p cap. quæ sequuntur.

d ¶ Meretricari.] hæc ratio non ualet: quia numquam maritus corruptæ promouetur.

C ¶ Vrãdũ.] CASVS. In hoc cap. dicitur q ad sacros ordines p moueri non potest qui uxorem uirginem sortitus non fuerit.

e ¶ Virginem duxit.] 30. q. 5. qualis.

P ¶ Ræcipimus.] CASVS. Septem genera hominum in hoc cap. enumerantur, qui à promotione repelluntur, ut bigamus, &c.

f ¶ Ignorantem litteras.] scilicet prorsus, ut 36. dist. illiteratos [a].

g ¶ Vitiatum.] enormiter.

[a] Et 1. q. 1. § ecce si clericus. ver. hoc, fal. extra li. 6. de tempo. or. nullus ver. pœna imponitur talem ordinanti.

h ¶ Sed si quos.] iam ordinatos supple. aliter idem repeteret.

Luxuria quandoque plus iuris habet, quam castitas.

[a] Immo fuit dispensatum, vt J. pa... & J. 5. ... & not. & dist. proxi. c. 1.

quuntur vsque ad §. quod ergo.

a ¶ Non patitur.] Ecce casus vbi plus iuris habet luxuria q̃ castitas: quia castus repelleretur si 2xisset cum secunda. sed fornicator non. ad idem facit extra de biga. qa circa. Item p istud cap. quidã dicunt derogatum esse illi 25. dist. cap. vlti. qa cũ illud sit æquitas [a] & illud rigor, merito æquitas præponit rigori, vt 45. dist. licet. 50. distin. ponderet. extra de fur. cap. vlt. C. de iudi. placuit.

b ¶ Professura.] alibi dr q debet vendi, vt 81. dist. quidam. alibi dr

S ¶ I cuius.] CASVS. Aliquis accepit virginem in vxorem [1] ipsa postea adulterium commisit: quærebatur vtrum talis deberet promoueri, vel remanere in ordine iam suscepto. Et rñdet q si laicus est, non potest postea ad ecclesiasticũ ordinem promoueri: si clericus est, dimittat eam: alioquin sit a ministerio alienus. Idem est ex toto casu sequentis capituli.

i ¶ Admitti.] Sed nonne hic vr nimius rigor, q aliquis sine culpa sua puniatur [a]? Propter hoc intelligunt quidã quod hic dr, q si ma-

[1] Sub. quod fieri non debet. vt videtur 16. q. 7. nemini. & ... 74. distin. satis. 74. distin. gesta. 41. clari.

H ritus

ritus patronus est turpitudinis, & leno: sed certe tūc repelleret pp propriū delictū, vt 32.q.1.cap 1.& 2. Dic ergo q ideo prohibet, qa est maritus corruptæ: tñ si non cognouit eam post adulterium perpetratū, promouet, vt j.ea.cap.vlt. Sed pone q vir accuset vxorem de adulterio: nūqd pendēte accusatione tenet ei reddere debitū, si talis est q vult p mouerir? Dicunt qdam q nō: qa si reddit, fit ei pjudicium: sicut nec cogitur reddere debitū ei quā audiuit esse ācillā, vt extra de cōiugio seruorū, proposuit [1]. Sed tñ ibi alia ratio est: qa cum serua non est matrimonium, sed hic est matrimoniū: vnde melius vr q sibi præiudicet cognoscendo eā, q q illi iniuriam faciat, scilicet denegādo ei debitū. & fm hoc sequit q aliqs punitur ex eo qd tenet facere ex necessitate, & est 3 11 q. 4. Nabuchodonosor [a]. vbi dr q nemo puniendus est ex eo, qd necesse habet facere. Item ex hoc sequeret q aliqois p vno facto mereret pœnā & præmium: quod est 3 id 8. q.1. licendum. Item ex hoc sequitur, q aliqs pro vno facto & meretur & demeretur: quod est contra id ff. de neg. gest. siue. meretur enim dum cognuscit vxorē, vt 33. q. 5. cap. 1. Et q vna res habet 3rios effectus: quod est 3 id ff. de sol. qui hominem. §. vlti. Ioan. Posset tñ dici q si maritus reddat debitū vxori corruptę, nō pjudicet sibi quin possit promoueri: quia tūc potius dr cognosci ab vxore, quām cognoscere ipsam, vt 32.q.5. ita nec sicut nec facit sibi præiudicium quin possit eā accusare de adulterio: licet sit argu. contra 33. q. 1. si quis [f]. ff. sol. mat. cum mulier. ff. de adul. si vxor. §. vlti. quid iuris sit de hoc, in quæstione notaui, ibi videas, &c. Posset tñ probabiliter dici, q sibi præiudicat quo ad legē promotionis quæ factum solum requirit, non quo ad legem Mosaicam, vt 15 q. 1. §. fin. non obstat q inuitus hoc fecit, vel passus fuit: arg. 26. dist. acutius. hoc totum determinat decre. extra vt lite pen. c. 2. Barth.

Maritus siue merito bigamus an vxori debitum reddere possit pendente accusatione adulterij.

[1] Vbi de hoc. & extra de adul. c. viij. ibi videas.

[a] Alias incipit, vasis ira.

[f] De hoc ead. q. c. 1. & 11. q. 2. placuit.

...terauit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

Item ex concilio Martini Papa.

Apud Martinū Bracarensem, cap. 28.

¶ De eodem. C. XII.

SI laici† vxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministeriū ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationē alicuius clerici vxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa voluerit permanere, à ministerio alienus sit.

† alicuius laici] orig.

Præmissis auctoritatibus bigami, & qui virgines non sunt sortiti vxores, à sacris ordinibus prohibentur. Sed quæritur, si quis ante baptismo viduam duxerit vxorem, an propterea sit prohibendus à sacris ordinibus.

De his ita scribit Innocentius Papa Victricio Rothomagen. episcopo, epistola 2.c. 5.

¶ Qui ante baptisma, seu post baptisma viduam duxit vxorem, non admittatur ad clerum. C. XIII.

Ans.l.7.c.11. Iuo par.6.c.55.

SI quis [a] viduam (licet laicus [b]) duxerit vxorem, siue ante baptismū, siue post baptismum, non admittatur ad clerum: quia eodem vitio [c] videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris consortium relaxatur. *& infra.* ¶ Quòd si non putatur vxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filij, qui ante baptismum geniti sunt, pro filijs habeantur.

C. 6. eiusdem epist.

Prohibentur etiam bigami à quolibet ordine clericatus, iuxta illud Ambrosij epist. 82. ad Vercellensem ecclesiam.

¶ Qui secunda coniugiū sortitur, clericus non fiat. C. XIIII.

Iuo p. 8.c. 290. Pann.l.6.c.63.

COgnoscamus non solum hoc de episcopo, & presbytero [d] Apostolum statuisse; sed etiam Patres in concilij† Nicæni tractatu addidisse [e], neque clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit.

† concilio Nicæni tractatu] orig.

Similiter etiam viduarum mariti, vel ancillarum, vel meretricum, clerici fieri non possunt.

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 18. legitur.

¶ Spectaculis publicis mancipatam vel eiectam, vel ancillam ducens vxorem, diaconus non fiat. C. XV.

SI quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillā [f], vel aliquam de ijs, quæ publicis spectaculis mancipantur: non potest esse episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiunt.

Quæ autem sit vidua, quæ eiecta, vel meretrix, Hieronymus epist. 128. ad Fabiolam de veste sacerdotali ostendit dicens.

PRAEMISSIS. Casus. *S I laica.*] Ex supradictis infert Gratianus, q bigami, & qui virgines non habuerunt vxores: p moueri non possunt. Nunc incidenter quærit an ille, qui ante baptisma viduam duxerit vxorem, possit promoueri: & probatur q non, per seq. c.

S I quis viduam. Casus. Quidam dicebat, q si quis ante baptisma viduam duxerit in vxorem, q propter hoc non debet repelli a promotione: quia illa vxor non reputat. quare Victricius Rothomagen. eps quæsiuit an hoc esset verum? sic respōdet Inno. siue ante baptisma, siue post viduā duxit vxorē, repelli debet à promotione: quia eadem causa videtur exclusus qui ante baptisma duxit eam, qua is qui post baptisma. Nam in baptismo vitia dimittuntur, & non consortium vxoris: alioquin qui ante baptisma nati sunt, non debent filij reputari. Omnia quæ sequuntur vsque ad cap. si subdiaconus per te videre potes.

a ¶ *Si quis.*] hoc bene habes in Authen. de san. episc. §. clericos autem non aliter ordinari. coll. 9.

b ¶ *Laicus*] Ideo dicit de laico, qa minus videret de eo: vel ideo qa si clericus hoc faceret, non solū non promoueret, sed omni priuilegio ecclesiasticæ dignitatis priuaretur, vt 84. dist. quisquis.

c ¶ *Vitio*] id est, defectu [a]. ss. 56. dist. quia simpliciter. & 26. dist. acutius.

d *C Ognoscamus.* ¶ *Et presbytero.*] supple & diacono. 81. dist. c. 1.

e ¶ *Addidisse.*] Augu. tamen dicit q secundū interpretationem apostolus intellexit de quolibet ordine, vt 81.

SIMILITER Hæc est 5. pars dist. in qua dicit, quòd qui contrahit cum ancilla, vel cum ioculatrice, non potest fieri episcopus vel presbyter. Io. de Fan.

f *S I quis*] *Ancillam.*] Sed quare hic prohibetur, cū tamen eo ipso quod aliquis ducit ancillam suam in vxorem, ipsa libera efficiatur? vt C. de la. li. tol. Authen. ad hoc. & C. de oper. lib. libertæ. similiter tenet matrimonium cum aliena ancilla, vt 29. q. 2. cap. 1. & 2. Respondeo propter prærogatiuam sacerdotij. Vel ideo quia non videtur ibi esse plenum matrimonium, vt 32. q. 2. sicut non omnis. & ideo non videtur ibi esse plenum sacramentum [g]. Vel hoc ideo contingit: quia vilis persona præsumitur qui contrahit cum ancilla.

[a] Vel id est, impedimento.

[?] Et lex dicit quod ex mente legis est perinde accipiendum ac si ea verba legis essent. ff. de verbor. signi. nominis §. verbum.

Ancilla cum domino contrahens libera efficitur.

[g] Id est, tale matrimonium nō videt plene designare Christi & ecclesiæ sacramentum, sm Lau. & Hugo.

Vidua

a V *Idua est.*] Vt hoc melius intelligas, dic quòd vidua dicitur quæ à viro idua, id est, diuisa vel separata est. Nã iduo, as, dicitur separare vel diuidere. & dicit̃ sic ab idus qđ est diuisio vel separatio, secundum Pol. & dic vidua, scilicet ex cuius copula quis impeditur. Hug. Ioan. de Fan. Ma-

ri deberet? Et respondet Martinus Papa, q̃ debet redigi inter minores ordines: epistolam vero postea legere non debet. Sequens autem § patet.

e ¶ *Si subdiaconus.*] collige casum ex eo quod habetur 5. 32. dist. §. similiter in fine.

¶ Quæ sit vidua, vel eiecta, vel meretrix. C. XVI.

Iuo p. 8. c. 297. Pann. l. 6. c. 68.

VIdua est [a], cuius maritus[b] est mortuus: Eiecta est, quæ a marito viuente proijcitur: Meretrix[c], quæ multorum[d] libidini patet.

Apud Martinũ Braca. c. 44. Ex concil. Toletano 1. c. 4.

7 *Sed postea temporum defectui condescendens Papa Martinus in minoribus ordinibus eos constitus permisit, non † regulam præfigendo, dicens.*

† Hæc verba, *non regulam præfigendo*, absunt ab aliquot exemplarib.

¶ Inter lectores, vel ostiarios deputetur subdiaconus secundam ducens vxorem. C. XVII.

SI subdiaconus[e] secundam vxorem duxerit, inter lectores[f] vel ostiarios habeatur, ita vt Apostolum non legat.

Necessitate tamen exigente bigamus vsque ad subdiaconatum potest promoueri.

Vnde Martinus Papa ait.

Ibidem. c. 43. Ex concil. Tole. 1. c. 3.

¶ Viduam ducens vxorem, subdiaconus, si necessitas exigat, fieri potest. C. XVIII.

LEctor, si viduam alterius, vxorẽ acceperit, in lectoratu permaneat: aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat[g]; nihil autem supra. Similiter, & si bigamus fuerit.

8 *Quibus autem propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuijs interesse.*

Vnde in Agathensi concilio, cap. 39 legitur.

¶ Nuptiarum conuiuijs presbyteri interesse non debent. C. XIX.

Burc. l. 2. c. 134. Iuo p. 6. c. 208. Poly. l. 4. tit. 31.

PResbyteri, diaconi, subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxores licentia[a] non est, etiam alienarum[h] nuptiarum euitent conuiuia; nec his cœtibus misceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia; aut obscœni motus corporum choreis, & saltationibus efferuntur; ne auditus, aut obtutus sacris mysterijs† deputati turpium spectaculorũ, atque verborum contagione polluantur.

† al. ministerijs

a ¶ Licentia non est.] *In codicibus impressis legebatur,* licentia modo non est. *Expuncta est dictio,* modo, *quæ neque in originali, neque in vetustis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Inuen., concilio Venetico c. 11. (vbi hoc idem repetitur) habetur Ac presbyteris quidem numquam, vt apud Græcos quidam, licuit ducere vxores.*

Vidua vero intelligenda est, si post solenne fœdus nuptiarum, morte interueniente, à viro suo diuisa fuerit. Ceterum, si antequam conueniant, fatali necessitate ab alterutro diuisi fuerint; licet ex sponsalibus vxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi, etiam si in propria sit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur; nec ex eius copula à sacris ordinibus aliquis prohibetur.

Vnde Pelagius Papa scribit.

¶ Qui cum alio velatam, non tamen illi nuptam, vxorem duxit, sacerdos fieri non prohibetur. C. XX.

Simile 27. q. 2. c. qđ autem §. item si sponsa. Iuo p. 6. c. 113.

VAlentino[i] clerico, cui mulier cum alio ante velata, non tamen ei nupta, sed virgo permanens, post mortem eius, cum quo velata erat sponsa†, coniugali est copula sociata, quia iterum‡ velamen accepit, nullum in promouendo generetur obstaculum; quia nihil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet institutis.

† al. sponsa
‡ al. interim

f ¶ *Inter lectores.*] hoc ex dispẽsatione; sed de iure communi perdit priuilegium clericale; vt 84. distin. quisquis. ideo fit hoc ex dispensatione, q̃ remanet in sacris minorib' ordinib'.

L *Ector.*] CASVS. Dicitur in hoc c. q̃ si aliquis in minoribus ordinibus constitutus viduã duxit in vxorẽ. vel bigamus fuerit, ex dispensatione poterit ad subdiaconatũ promoueri, alias non.

Dispẽsatio vtrũ possit cum bigamo fieri.

g ¶ *Fiat.*] Sic ergo Papa* dispẽsat ꝯ Apostolum, vt hic, & 32. dist. presbyter. Innocẽtius tamen dicit, q̃ non licet dispensare cum bigamo, vt extra de bigamis, nuper. & hoc idẽ dicit Martinus. 50. dist. si quis viduam. Lucius tamen dispẽsauit cum Panormitano archiepiscopo, q̃ fuit bigamus. Item habes hic, q̃ licet sit dispensatum in vno ordine, non ideo intelligitur dispẽsatum in ceteris, vt 32. dist. nos cõsuetudinem. & 50. dist. quicumque pœnitens. sic dispẽsatur in primo matrimonio, & non in secundo, vt 36. q. 2. si autem.

* *Non est absurdũ quod ad .... Vide B. Tho. 4 dist. 2. q. 3. 3.*

P *Resbyteri.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd illi quibus non est licitum contrahere matrimonia conuiuijs nuptiarum interesse nõ debẽt, ne propter motus obscœnos & turpia cantica visus & auditus eorum contaminentur.

h ¶ *Etiam alienarum.*] Et si clerici fuerint in aliquo cõuiuio, & adueniãt ioculatores, surgant, & recedant de mensa. vt de consec. distin. 5. non oportet.

VIDVA. CASVS. Dictum est supra quòd qui viduam habuit vxorem, repellitur à promotione. Nũc vero dicit, quòd vidua est cuius vir post copulam carnalem est defunctus. Verumtamen si ante q̃ cognoscatur à viro suo, mortuus fuerit vir eius, non debet propter hoc vidua appellari, licet traducta fuerit & velata. Et si quis cum tali contraxerit, non repellitur a promotione. quod probatur seq. cap.

b ¶ *Maritus.*] qui in eam gessit maris ritus, eam carnaliter cognoscendo. Lau.

c ¶ *Meretrix.*] alibi dicitur meretrix cuius turpitudo publice venalis est. 32. q. 4. meretrices.

d ¶ *Quæ multorum.*] quæ admiserit plures quàm 23. millia hominum, vt 45. dist. disciplina. vel quæ admisit 60. vt extra de clerico. excom. cap. latores.

SED POSTEA. Hæc est vij. pars huius dist. in qua ponit quomodo olim cum bigamis dispensatum fuit, vt subdiaconi essent. Ioan. de Fan.

S *I subdiaconus.*] CASVS. Quidam promotus ad subdiaconatum secundam duxit vxorem. quærebatur quam pœnam pati

V *Alentino.*] CASVS. Valentinus duxit quandam in vxorem quæ antea fuit alteri desponsata, & cum illo velata: sed non fuit ab eo cognita, quia fuit morte præuentus, & sic virgo permansit. Dicitur hic, q̃ propter hoc Valentino nullum impedimentum generatur quin valeat promoueri post mortem vxoris, vel ea viuente de consensu ipsius.

i ¶ *Valentino.*] hunc casum habes extra de biga. debitum.

A Quibus.] CASVS. Dictum est supra a quibus ordinibus bigami prohibeantur, & vtrum bigami reputentur, qui ante baptismum vnam, & post baptismű alteram, vxores habuerunt, & an liceat fortiri vxores in sacris ordinibus constitutis. In hac vero 35. distin. prosequitur Gratianus tertiű cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet ordinandű nő esse vinolentű, sed sobrium; quia in vete. testa. ministris tépli prohibebatur vinum & siceră bibere, ne propter ebrietatem corda eorű grauarentur: & quia vēter mero æstuãs despumat in libidiné. & hoc probatur exéplo Noe, & exéplo Loth: & dicit quòd vinoléntus est qui frequenter vino repletus. Sequés cap. patet.

a ¶ A quibus.] Hic agitur de tertio cap. apostolicæ regulæ, oportet ordinandű non esse vinoleű, sed sobrium. & introducit multa in cőmédationem abstinentiæ, & in reprobationé ebrietatis. interserit et de pœna illorű, quia et quãter indulgent ebrietati, & dicit q minores corporaliter puniuntur, maiores post admonitioné xxx. dieb' cőrone priuaní, vt j. ea.c. vl. [1]

b ¶ Quia venter.] pinguis venter grossum generat sensum. 44. dist. §. si ergo.

c ¶ Episcopus.] ¶ Aleæ] clerici non debent ludere, vel ludis interesse, vt extra de vi. & ho. cler. clerici nec participes erunt ludentibus, nec inspectores ludi, vt in Auth. de sac. episco. §. interdicimus. coll. 9. Sed nunquid potest repeti id, quod in alea perditur? Dicunt quidam [2] q non, sed pauperibus est eroganda pecunia illa. arg. 14. q. 5. non sane. cű enim turpitudo versatur ex parte vtriusque, melior est conditio possidentis. ff. de cond. ob tur. cau. l. si ob turpé [3]. melius credo q possit repeti, vt ff. de aleatoribus. l. vlt. in fi. etiã vsque ad quinquaginta annos, vt dicit græca constitutio. C. de religio. & sump fun. & de alea. Et si quis existens in alea rem suam vendiderit, tenetur de euictione, vt ff. qua. rerum actio nő da. l. si filio. §. 1. licet autem hic prohibeatur ludus, tamen pro conuiuio habendo potest ludi. ff. eo. l. vlt.

d ¶ Deseruiens] id est, valde seruiens, vt illa præpositio, de, augmentet. ff. depos. l. 1. in princ. quãdoque priuat, vt ibi,

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

e ¶ Aut desinat.] Non ergo pro quolibet delicto statim episcopi debent fulminare, vt vel excómunicent, vel deponant [4]: ad idem facit 67. dist. episcopus. & 92. dist. cap. vlt. Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

f ¶ Priuetur.] aut verberetur, vt infra ea. cap. vlt.

A Bexordio.] CASVS. In hoc cap. triplex status humani generis denotatur. Nam a principio mundi carnes non comedebamus, nec dabamus libellum repudij, nec circumcidebamur. post diluuium vero data lege vinum cum carnibus est assumptű: & repudij datio est concessa, & cultellus circumcisionis est datus. Postquam vero Christus venit, ω reuoluit ad α, id est, finem ad principium: quia hodie non circumcidimur, nec damus repudij libellum, nec carnes omni die comedimus, dicente Apostolo, Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere.

g ¶ Nec carnibus] tamen Lamech fuit venator, sed illud fuit propter pelles, non propter carnes. 31. q. 1 quomodo.

h ¶ In signum.] vt per eam fideles discernerentur ab alijs. vel fuit signum interioris circumcisionis, vel fuit signum futuri baptismi: quia tunc per circumcisionem tollebantur peccatã, sicut nűc per baptismum, vt j. de consecra. dist. 4. q autem apud nos.

i ¶ Implere] s. dist. 4. erit contra. Sed dic, q facile non potest impleri. Vel dic q tunc nullus potuit eã implere quo ad hoc vt adipisceret vitã æternã: q a per circűcisioné nő aperiebat ianua cæli, licet ianua inferni et esset præclusa. secus hodie per baptismű. extra de bap. maiores. Vel ideo istud dicit, q a ꝑplexitas fuit in lege. cum enim ꝑceptű fuit q sabbati die nő fieret aliqđ opus [5], itẽ ꝑceptű fuit q viij. die circűcideret puer [6], potuit cőtingere q sabbatum esset dies viij. ab ortű pueri, sed tñ i hoc nő peccabãt, quia excusabant ꝑp impossibilitẽ: ideo aut fuerűt eis data dura ꝑcepta, q a ex superbia eorű dixerűt, nő deest qui impleat, sed deest q iubeat [7].

k ¶ Duritia.] tamẽ peccatum erat, vt extra de diuor. gaudemus.

l ¶ Et ω.] quæ est vltima litera Græcorum.

m ¶ Ad α] quæ est prima Latinorum. & est argu. q restituta re ad pristinum statum, priora iura restituuntur, vt 26. q. 6 si quis de corpore [8]. ff. de ser. rust. præd. l. si quis alias, & Attilicinus. Itẽ argu. q non fit iniuria rei, si restituitur ad pristinum statum. ff. de pac. si vnus. §. quod & 10 specie dotis.

n ¶ Nec comedimus] id est, suademus non comedere, cőfiliű est.

o ¶ Dedicatum est] id est, in vsum assumptum.

DISTINCTIO XXXV.

A Quibus [a] ordinibus bigami prohibeantur, & vtrum reputentur bigami, qui ante baptismum habuerunt vnam, & post baptismum alteram, & an liceat sortiri vxores in sacris ordinibus constitutis, multorum auctoritatibus breuiter monstratum est. ¶ Sequitur autem in descriptione illa Apostolica, vt sit sobrius, qui ordinandus est, non vinolentus: quod ex auctoritate veteris testamenti introductum est. Ministri enim templi prohibentur vinum, & siceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorű, & vt sensus eorum vigeat semper, & tenuis sit, vel quia vēter [b] mero æstuans facile despumat in libidinem. Vnde Noe in ebrietate nudauit femora: Loth, quẽ Sodoma non vicit, vina vicerunt. ¶ Quòd tamen † vinolentus esse prohibetur, non semel, sed frequẽter vino repletus debet intelligi.

Hinc etiam in canonibus Apostolorum can. 43. & 42 legitur.

¶ Diaconus, presbyter, & episcopus ebrietati, & aleæ deseruientes, nisi desierint, deponantur †. C. I.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ [c], atque ebrietati deseruiens [d] aut desinat [e], aut certe damnetur †, Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens aut desinat, aut communione priuetur [f]. Similiter etiam laicus.

Item Hieronymus libro primo contra Iouinianum.

¶ Esus carnium, & vini potus, post diluuium concessus legitur, post Christi aduentum inhibitus. C. II.

AB exordio cőditionis humanæ nec carnibus [g] vescebamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum [h]. Hoc cursu ad diluuium vsque peruenimus. Post diluuium autem cű datione legis, quam implere [i] nullus potuit, carnes ingestæ sunt ad vescendum, & repudia concessa duritiæ [k], & cultellus circumcisionis appositus, quasi Dei manus plus in nobis creauerit, quàm necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & ω [l] reuoluit ad α [m], & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus [n] carnes, dicente Apostolo [Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere]. Et vinű enim cum carnibus post diluuium dedicatum est [o].

Idem lib. 2. contra Iouinianum.

¶ Alienum est a sapiente potationibus & ebrietatibus vacare. C. III.

LVxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas; omnis, qui cum his miscetur, non erit sapiens.

Idem in Micheam ad c. 2.

Prima Tim. 3. & in glossa ad eű locum habẽtur hæc omnia ex Hiero. epist. 83.
1 Tim 3.
Leuit. 10.
J. ead. c. venter.
Gen. 9. & 19.
Gl. interlinearis.
1. Tim. 3.
al. autem
† communione priuentur
Burch. l. 14. c. 5.
Poly. l. 6. tit. 17.
Iuo p. 13. c. 73.
Pann. l. 3. c. 730.
Rab. pœn. c. 28.
† al. deponatur i. deponatur
Mat. 19.
Act 15.
Gal. 5.
Rom. 14.
Prouerb. 20.

Lamech fuit venator.
Circumcisio quare habeat.
[1] Et qui nec sic resipuerint, deponentur, vt j ca. episcopus. Hug.
Clerici ludere aut lusores spectare nő debẽt. Lusor pecuniã lusam repetere potest.
[2] Secundũ Laurẽt.
[3] ff. de cond. ob tur. cau. l. vbi autem. hæc sunt opi. Pla. & Bar.
[4] Ad hoc extra de cler. percuss. c. 1. vbi de hoc. sed contra 46. dist. quoniã. & 2. q. 1. nec aliquis in gl. no. quod.
Circumcisio. & baptismus differunt.
[5] Vt Exod. 20.
[6] Gen. 17.
[7] Hoc sententia Hier. prius ferm. in primo lib. regul. cap. 8.
[8] Vbi de hoc & facit quod no. j. q. 7. non autem.

E *Ecclesiæ principes.*] Casus. Quidam prælati cum populum admonere deberent ad ieiunia seruanda, fartis corporibus & rubentibus buccis prædicabant: in quos inuehitur Hiero. & auctoritate Micheæ prophetæ probat eos deijciendos à prælaturis suis in tenebras exteriores: quas vitare possunt, si imitentur apostolos non solum sermone, sed etiam vitæ conuersatione. Quæ autem sequuntur, plana sunt: vsque ad cap. sexto die.

S *Sexto die.*] Casus. Secundum H. cap. istud diuidit in tres partes. In prima parte Ambr. detestatur vinū gulæ, & cōmendat abstinentiam in cibo: & hoc probat per Adam, qui dum voluit abstinere a cibo vetito, perseuerauit in bono. sed postquam non abstinuit, spoliatus est omni bono gratuito, & vulneratus est in naturalibus. In secunda parte quæ incipit ibi, *Et infra:* detestatur ebrietatem: & hoc per Noe, qui propter ebrietatē nudatus est: ex qua ebrietate seruitus est secuta. & per Loth, qui propter ebrietatem cōmisit incestū cū duabus filiabus suis. In tertia parte, quæ incipit ibi, *At non Abraham.* cōmendat sobrietatē in vino: & hoc per Abraham, qui angelis hospitibus suis non vinū, sed lac apposuit. Et per Ioannem Baptistam, qui nec vinū bibit, nec panem comedit. Beneuentanus autē sic ponit casum. In hoc cap. probat Ambro. vij. rationibus & exēplis esse abstinendum a superfluitate ciborū & vini: quia multa mala inde proueniunt. Prima ratio est in princ. cap. Secunda ibi, *Vt sciamus.* Tertia ibi, *In prin.* Quarta ibi, *Manebat.* Quinta ibi, *Legimus.* Sexta ibi, *At non Abraham.* Septima ibi, *Denique annunciant.*

¶ Ignominiosum est sacerdoti affluere delicijs, epulis, atque lasciuijs. C. IIII.

Michea 2.

ECclesiæ principes[a], qui delicijs affluunt, & inter epulas, atque lasciuias pudicitiam seruare se credunt, propheticus[b] sermo describit, quòd eijciendi sint de spatiosis domibus, lautisque[c] cōuiuijs, & multo labore epulis cōquisitis,[d] & eijciendi propter malas cogitationes, & opera sua. Et, si vis scire, quo eijciendi sunt; Euangelium lege: in tenebras scilicet exteriores[e], vbi erit fletus, & stridor dentium. An non confusio, & ignominia est, Iesum crucifixum, magistrum pauperem, atque esurientem fartis prædicare corporibus? ieiuniorumque doctrinam rubentes buccas[f], tumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoque, & abstinentiam amplectamur.

Matt. 22.

Idem ad oceanum, epistola 83.

¶ De eodem. PALEA. C. V.

In initio dist. Hiero. in epist. ad Titū ad c. 1.

VEnter mero æstuans cito despumat in libidines. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

[*Idem ad Nepotianum de vita clericorum.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

in epist. ad Oceanum.

† *altario deseruiunt*] orig.

Leuit. 10 *nu.* 6.

Ad Nepotianū. *Ephes.* 5.

Ad Eustochiū. epist. 22.

VInolentum sacerdotem & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant † in tēplo Dei, prohibentur vinū, & siceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggrauentur corda eorū. Sicera hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest. *& infra.* ¶ Quidquid inebriat, & statum mentis euertit, fuge similiter vt vinum. [Nolite, ait Apostolus, inebriari vino, in quo est luxuria.] *& supra.* ¶ Qui altario deseruiunt, vinum, & siceram non bibant. Sponsa[a] Christi vinū fugiat vt venenū: vinū, & ebrietas incendiū est.

a ¶ Sponsa Christi.] *In epistola ad Eustochium sic habetur:* Hoc primum moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. *& paulo post:* vinum, & adolescentia duplex est incendium voluptatis.

Item Prosper de vita contemplatiua, lib. 2. c. 22.

¶ De eodem. C. VII.

LVxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

Item Ambrosius in libro de Elia, & ieiunio, c. 4. & 5.

¶ In paradiso abstinentia, post paradisum edendi lasciuia incœpit. C. VIII.

† *vbi*] orig.

† *ibi*] orig.

SExto[g] die bestiæ[h] sunt creatæ, & cum bestijs orta edendi potestas est, & vsus escarum. Vbi cibus cœpit[i], ibi finis factus est mundi: ibi † cœpit sua incrementa nescire, vbi † cœperunt diuina opera circa eum feriari[k], Quo indicio declaratum est, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos desijt[l] augeri. *& infra.* ¶ Et vt sciamus nō esse nouum ieiunium[m], primam illic legem constituit de ieiunio. *& infra.* ¶ Eousque nemo præuaricari nouerat, vt adhuc orta non esset, quæ prima est præuaricatio Indictum ieiunium, abstinentiæ lex à Domino Deo: præuaricatio[n] legis à diabolo; culpa per cibum, latebra[o] post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. *& infra.* ¶ Serpens gulæ persuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiso regnantem expulit; abstinentia ad

g ¶ *Sexto.*] Illud inducitur ad detestandam ebrietatem siue gulam. Primo, quia per eam degenerauit humana cōditio. Secūdo, exemplo Noe. Tertio, quia seruitus est inducta propter eam. Quarto exemplo Loth. Deinde commendat sobrietatem exemplo Abrahæ, qui cibum ministrauit angelis sine vino: & exemplo Ioan. Baptistæ.

Ebrietatis mala.

g ¶ *Sexto die.*] id est, die veneris. nam Dominico die Dominus cœpit facere mūdū, vt 75. distinctio. quod die. Alij dicunt, quod omnia simul creauit. vnde Salomō: Qui viuit in æternum, omnia simul creauit. sed licet omnia simul facta fuerint, non simul dicta omnia poterant: & ideo scriptura vtitur tali dist. extra de sum. tri. cap. 1.

Die Dominico incœpit Dominus mundum facere.

Ecclesiast. 18. cap.

a ¶ *Principes.*] id est, prælatos, vt de consec. dist. 1. corpora.

b ¶ *Propheticus.*] scilicet Micheæ.

c ¶ *Lautisque.*] id est, delicatis.

d ¶ *Epulis conquisitis.*] id est, terrenis delicijs, quæ multo labore quæruntur. de conse. dist. 5. nos tales.

e ¶ *Exteriores.*] id est, ex toto extra lucem. arg. 40. dist. quælibet.

f ¶ *Buccas.*] Plenius véter facile de ieiunijs disputat. 11. q. 2. gloria episcopi. Arg. quod archidiacono cum visitat parochias non est exhibenda procuratio, vt. 10. q. 3. illud. Hoc verum est ante visitationē factam. extra de cens. exigit. Grego. 2.

h ¶ *Bestiæ.*] id est, animalia in terra. nam v. die fuerunt creata volatilia & pisces. Gene. 1.

i ¶ *Cœpit.*] mundus.

K ¶ *Feriari.*] id est, cessare.

l ¶ *Desijt.*] tunc fuit homo spoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus. de pœnit. dist. 1. Adam.

m ¶ *Ieiunium.*] id est, abstinentia.

n ¶ *Præuaricatio.*] scilicet fuit.

o ¶ *Latebra.*] quia abscondit se Adam a facie Domini. de pœnit. dist. 1. & venit.

a ¶ *Reuocauit.*] arg. q primi parentes saluati sunt, vt de pœni. dist. 1. sicut primi. & de consecratio. dist. 1. hic duo.
b ¶ *Iumentum.*] id est, carnē suam quam pascit homo quasi iumē tum. Vel dicitur corpus iumentum, quasi iuuamentum.
c ¶ *Non esset.*] 1. dist. 1. ius gentium contra. sed ibi soluitur.

o ¶ *Secularium.*] cū enim eps sit iudex & corporū, vt 11. q. 2. de persona. & 13. q. 1. pcipimus. & animarū. 10. q. 1. quæcūq;. oportet ipsum tam spiritualī, q̄ seculari scientia ornari. 39. dist. circa prin.

Illitteratos.] CASVS. Quæsitum fuit a Gelasio, vtrum illitterati & corpore vitiati, qui seipsos sponte absciderunt, possint promo-

Corpus est iumentum.

paradisum reuocauit[a] errantem. *& infra.* ¶ In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantauit: dedit naturam, sed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. *& infra.* ¶ Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noe. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumentum[†][b] suum ad remediū temperauit: non effudit ad vitium. ¶ Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat a consorte naturæ suæ obsequia seruitutis exigere. Non esset[c] hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidē iam fraternæ prælationis inuidia[d], manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia. Læsa pietas[e] est, dum ridetur ebrietas[f]. Non illis itaque solis nocent vina, quos tentant[g], sed & illis amplius, quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. ¶ Legimus etiam, quod patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quem timentes incēdium sodomitarum confugerant, & habitabant in spelunca. *& infra.* ¶ Fuit itaque ebrietas origo incesti, pessimæ regenerationis partus[h] deterior. ¶ At non Abraham vina in suo conuiuio ministrabat: sed immolabat vitulum: butyrum, & lac, etiam angelis hospitibus exhibebat. Cæli dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed recte illic deerat materia peccati[i], vbi erat remissio[k] peccatorum. Deniq; annuntiauit eum Ioannes non manducans panem neque bibens vinum. Qui enim Christum annuntiat, ab omni vitiorum incentiuo præstarē se debet alienum.

Ibidem. c. 5. — † *Iumentum*] vera lectio. — Gen. 19. — Gen. 18. — Matt. 11. c.

¶ *Item ex concilio Agathensi, c. 41.*

¶ Triginta diebus a communione abstineat clericus, quem ebrium fuisse constiterit. C. IX.

ANte omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio à communione statuimus submouendum, aut corporali[l] subdendum supplicio.

Burc. l. 14. c. 11. Iuo p. 13. c. 79.

DISTINCTIO XXXVI.

OPortet[m] etiam ordinandum esse prudentem. Quod contra eos notandum, qui sub nomine simplicitatis[n] excusant stultitiam sacerdotum. Prudentem autem episcopum oportet intelligi non solum litterarum peritia, verumetiam secularium[o] negotiorū dispositione[†]. Vnde in epistola Gelasii Papæ ad episcopos per Lucaniam, c. 18. & 19.

Glo. ordinaria. 1. Timo. 3. — † alias dispensatione.

¶ Illitterati, & corpore vitiati non promoueantur ad clerum. C. I.

ILlitteratos[p], aut aliqua parte corporis vitiatos[a], vel imminutos[q] nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere: quia litteris carens, sacris non potest esse aptus officiis: & vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerūt. ¶ Similiter qui seipsos[s] abscindūt.

Burch. l. 2. c. 1. 8. Iuo p. 6. c. 37. & 75. Pann. l. 3. c. 46. Leuit. c. 22. Ibidem c. 19.

a ¶ Vitiatos, uel.] *Istæ duæ voces absunt à plerisq; vetustis exemplaribus Gratiani, & originali, cuius expressa est potius sententia, quàm verba relata.*

Item Zozimus Papa epist. ad Isichium episcopum Salonitanum.

d ¶ *Prælationis inuidia.*] qua Cain interfecit fratrem suum.
e ¶ *Pietas.*] paterna.
f ¶ *Ebrietas.*] id est, ebrius.
g ¶ *Tentant.*] id est, inebriant.
h ¶ *Partus.*] id est, effectus. istud vult dicere, q vinum ex se duos producit effectus: primo ebrietatem: deinde incestum. & ebrietas fuit deterior effectus vini †. Vel aliter; ex ebrietate processit seruitus. Itē ex ea pcessit incestus, qui deterior est. Vel illud vult dicere, q filia est deterior, q̄ mater: quia Moabitæ & Amonitæ, quę ab illis processerunt, fuerunt deteriores, quam matres.
i ¶ *Materia peccati.*] scilicet vinum.
k ¶ *Remissio.*] id est, Deus remittens peccata.

Effectus vini est duplex.

† Et secundum hoc expone regenerationis, id est, vini quod generauit ebrietatem in incestu Aech.

Ante omnia.] CASVS. Dictū fuit in concil. Agathen. vt prius à clericis vitetur ebrietas, q̄ alea, quę cūctorū nutrix est vitiorum. si qs clericus fuerit inebriatus, si est in sacro ordine, xxx. diebus a communione remoueatur: si est in minoribus ordinibus, verberibus subjiciatur.
l ¶ *Aut corporali.*] recipiat 40. ictus. sed eps non verberabit clericū per laicum, vt extra de senten. excom. vniuersitatem. nisi sit incorrigibilis, vt extra de sen. excom. vt famæ.

Episcopus per laicum non verberet clericum.

De hoc etiam nota. 11. q. 3. c. [illegible]

Oportet igitur.] CASVS. Hic intitulat 36. dist. in qua prosequitur quartū c. scilicet, oportet epm esse prudentē, quod verū est non solum in litteratura, sed etiā in secularibus negotijs. Et hoc dictū est pp eos qui sub nomine simplicitatis stultitiā sacerdotum excusant. De litteratura tractatur in his tribus dist. continuis. De peritia vero secularium negotiorum tractatur in 39. dist.
m ¶ *Oportet.*] Ab hoc loco vsque ad 40. dist. ostendit quam peritiā debent habere clerici: & in hac ostendit q habebunt peritiam litterarum sacrarum. in proxi. dist. ostendit, q etiam habebunt peritiam secularium scientiarum. & inde sumpta occasione ostendit in 38. distin. q ignorantia est periculosa clericis. in 39. dist. dicit q habebunt peritiā secularium negotiorum. Et agit hic de quarto cap. apostolicæ regulæ.
n ¶ *Simplicitatis.*] Nec simplicitas, nec aliud potest excusare sacerdotis imperitiam, vt 38. dist. si in laicis.

Sacerdotis imperitia est inexcusabilis.

moueri. Et respondet q non: quia secundum legem Moysi nihil vitiosum Deo debeat offerri.
p ¶ *Illitteratos.*] scilicet penitus. Sufficit tamen mediocris sciētia: vt extra de elec. cum nobis olim. non enim requiritur in clerico summa perfectio. sic ff. de ædil. edi. sciendum. §. illud. & l. si quis vēditor. licet sit arg. contra. extra de pur. ca. constitutus. Sed quid si penitus laicus ordinaretur, numquid reciperet characterem? Sic, argu. 1. q. 1. ventum. ibi, sed dicitur. De hoc not. 40. dist. sicut. & extra de cle. per sal. promo. cap. vno.
q ¶ *Imminutos.*] enormiter.
s ¶ *Seipsos.*] ex indignatione. Ioan.

Episcopus est iudex corporum & animarum.

Scientia mediocris sufficit.

De hoc etiam no. 40. dist. sicut. & 1. & extra de cle. per sal. promo. cap.

Qui

Qui ecclesiasticis. CASUS. Quidam archiepiscopus promouit quemdam ad episcopatum, qui non erat litteris eruditus, nec disciplinis ecclesiasticis imbutus. quæsitum est de eo & de ordinatoribus quam poenam debeant pati. Et respondet Zozimus, quod ordinatus debet remoueri ab ordine quem suscepit, ordinatores vero careant potestate ferendi eumdem ordinem, quem illicite tradiderunt.

nos. vel dic vt not. 11. q. 3. in summa. in fin. Consueuit distingui, quod si ex negligentia ordinat quis indignum, tunc suspenditur: si ex certa scientia, tunc deponitur. Vel aliter, aut ordinat illum cum quo de facili dispensare potest, vel cum quo dispensare non potest, vt secundum hoc magis vel minus puniatur. hodie tamen mitius agitur cum talibus, vt extra de præbend. graue.

¶ Ad summum sacerdotium non aspiret, qui diuinis stipendijs, vel disciplinis non est eruditus. C. II.

Infra di. 59. c. 2. Ansel. l. 6. c. 28. Iuo p. 5. c. 102.

QVi ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione diuinis stipendijs [a] eruditus, nequaquam ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiam ordinatores eius careant eo ordine [b], quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum.

Ecce quòd sacrarum litterarum oportet episcopum habere peritiam: vnde in veteri testamento inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas: quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. ¶ *Hinc etiam vectes, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inserti, vt cum arca esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus: quia prædicatores, per quos Ecclesia circumfertur, sacris litteris semper debent insistere, ne tunc quærant [c] discere, cum ex officio alios debeant docere.* ¶ *Hinc etiam David prius ex gratia spiritus sancti donum scientiæ percepit, & postea administrationem regni assecutus est.* ¶ *Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, sed sapientiam à Deo petijt, & impetrauit.* ¶ *Hinc etiam Dominus prius ponit verba sua in ore prophetæ, & postea constituit [d] eum super gentes, & regna, dicens ad Hieremiam [Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitui te hodie super gentes, & super regna.]* ¶ *Hinc etiam Malachias ait [Labia sacerdotis custodient [e] scientiam, & legem requirent de ore eius; quia Angelus Domini exercituum est.]* ¶ *Hinc etiam Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens illos, & interrogans, & postea prædicare cœpit: quia prius quisque discere, & postea prædicandi officium vsurpare debet.* ¶ *Hinc etiam Salomon prius ait [tempus tacendi] & postea [tempus loquendi]; quia veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo prædicatur.* ¶ *Hinc idem Dominus ait [Qui audit [f], dicat, veni [g]].* ¶ *Hinc etiam prius Apostolos docuit, deinde eos ad prædicandum misit, dicens [Estote ergo prudentes, sicut serpentes [h], & simplices [i] sicut columbæ].* *Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit, & scripturas explanauit; & postea dixit eis [Euntes in mundum vniuersum, &c.] Vnde, cum de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & postea discipulis dedit, & per eos demum turbis apposuit: quia sacramenta legis, & prophetarum prius disserendo exposuit, & postea eorum scientiam discipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus dispensauit.* ¶ *Hinc & Petrus, cum rectoribus ecclesiæ scriberet, ait [Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem [k] de ea fide [l] & spe [m], quæ in vobis est].* ¶ *Hinc etiam Paulus scribens ad Timotheum ait. [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.]* ¶ *Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non sufficit prælatis bona conuersatio, & morum honestas, nisi addatur scientia doctrinæ.* ¶ *Vnde sacerdotes ingressuri tabernaculum, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum.* ¶ *Hinc etiam in canticis canticorum oculi [n], per quos prælati ecclesiæ intelliguntur, assimilantur columbis, quæ resident iuxta fluenta plenissima [o].*

Exo. 28.] ex interpre. lxx. — Exo. 25. — 2. Reg. 5. — 3. Reg. 3. — 2. Paral. 1. — Hier. 1. — Mal. 2. — Luc. 2. — Eccle. 3. — Eccle. 3. — Apocal. 22. — Matt. 10. — Marc. 16. — Matt. 14. — 1. Pet. 3. — 1. Tim. 4. — Exo. 38. — Cant. 5.

a ¶ *Stipendiis.*] id est, officijs.

b ¶ *Ordine.*] Hic habes quod qui iniuste confert aliquem ordinem, priuatur potestate conferendi illum. 1. q. 1. si qui episcopi. alibi suspenditur à celebratione Missæ per annum, vt 55. dist. nullus. alibi deponitur, vt 51. dist. c. 1. & 62. dist. c. vltim. & 81. dist. tantis. cum in hoc sit pœnarum varietas, forte minor amplectitur. 50. distin.

ECCE. CASUS. Beneue. sic ponit casum huius §. in hoc §. probat Gratianus 14. rationibus vel auctoritatibus, quòd episcopus debet esse peritus in litteris. Prima est in principio. Secunda incipit ibi, *Hinc etiam vectes.* Tertia, *Hinc etiam David.* Quarta: *Salomon quoque.* Quinta, *Hinc etiam Dominus.* Sexta, *Hinc etiam Malachias.* Septima, *Hinc etiam idem saluator.* Octaua, *Hinc etiam Salomon.* Nona, *Hinc idem Dominus.* Decima, *Hinc etiam prius.* Vndecima, *Hinc Petrus.* Duodecima, *Hinc etiam Paulus.* Decimatertia, *Vnde sacerdotes.* Decimaquarta, *Hinc etiam in canticis.*

c ¶ *Quærant.*] nec enim episcopus debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet instruere, vt 2. q. 7. conuenientibus. sic 16. q. 1. sic viue. Ioan. in Auth. de sanc. episc. circa princ.

ADDITIO. Si tamen episcopus minus sit eruditus, ab alio doceri non contemnat, vt patet 18. distin. non oportet. & 22. dist. de Constantinopolitana. & 20. q. 3. si haues.

d ¶ *Constitui.*] Nota ex ordine loquendi probari ordinem factorum. sic 43. dist. sit rector. & 20. dist. §. 1. Ioan. Ar. 1. q. 1. vt euidenter.

e ¶ *Custodient.*] quia videre debet quibus prædicet, & quibus non, vt 43. dist. in mandatis. & 32. quæst. vlti. c. penul.

f ¶ *Qui audit.*] discendo.

g ¶ *Veni.*] docendo.

h ¶ *Serpentes.*] ne eorum dolis supplantemini.

i ¶ *Et simplices.*] ne alijs dolos machinemini. Ioan. vt 6. quæ. 1. si cupis.

k ¶ *Satisfactionem.*] scilicet respondendo eis satisfaciatis. Et est arg. quod prælati tenentur respondere ad omnes quæstiones: nam in debent differre prælati à subditis, quantum granum à palea, vt 25. dist. 3. nomine autem criminis. 1. q. 1. vilissimus. & 8. q. 1. licet. Ioan.

l ¶ *De ea fide.*] id est, de articulis: quod credimus & tenemus. Ioan.

m ¶ *Spe.*] id est, de his quæ speratis.

n ¶ *Oculi.*] scilicet sponsæ.

o ¶ *Plenissima.*] sic semper prælati sedebunt iuxta fluenta Euangeliorum

Episcopus aliorum doctrinam non debet spernere.

* 16. q. 1. si cupis.

Hinc etiam Hieronymus[a] *in Leuit.*

Sacerdotis est legis scientiam habere; non bellis, sed orationibus vacare. C. III.

SI quis vult pontifex non tam vocabulo esse, quàm merito, imitetur Moysem, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? quòd nõ discedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt Pontificis opera, vt, aut à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando: aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ spiritus sanctus docet. Est & aliud opus, quod facit Moyses: ad bella non vadit [a], non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus eius: si relaxauerit, & demiserit † manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo & sacerdos ecclesiæ indesinenter [b], vt vincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnantes eos, qui volunt pie viuere in Christo.

Leuit. 8.

Exo. 17.

† *al. dimiserit*

a ¶ Hieronymus.] *Citatur ex B. Hieronymo, & extat in homilia sexta Origenis in Leuiticum: quas quidem homilias cum aliis multis B. Hieronymus Latinas fecit: sed ita, vt noxia quæque detruncarit, vtilia transtulerit. Quod ipsemet ad Theophilum epist. 62. ad Vigilãtium epist. 75. & in prologo secundi libri in Michæam professus est. Ac frequenter Gratianus ea, quæ sunt Origenis, Hieronymi nomine citat: vel quia præcipui ecclesiæ doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus ea, quæ dictum est, modo illa vertendo, pene sua fecerat.*

DISTINCTIO XXXVII.

1 p.s SEd quæritur [c], *an sæcularibus litteris oporteat eos esse eruditos. De his ita scribitur in concilio Carthaginensi 4. c. 16.*

¶ Libros gentilium non legat episcopus. C. I.

EPiscopus gentilium [d] libros non legat: hæreticorum autem, pro necessitate, aut tempore.

Ansl. 7. c. 102. Burch. l. 3 c. 95. Iuo p. 4. c. 160. & p. 5. c. 197. Pann. l. 2. c. 130. Poly. l. 4. tit. 7.

Item Hieronymus ad Damasum Papam de filio prodigo, epist. 146.

¶ Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis Euangelijs comœdias legunt. C. II.

SAcerdotes Dei omissis Euãgelijs, & prophetis videmus comœdias legere, amatoria bucolicorum versuum verba canere, Virgilium tenere †; & id, quod in pueris necessitatis [e] est, crimen in se facere voluptatis.

Iuo p. 4. c. 163. Pann. l. 2. c. 131. † *al. tenere in manibus*

Idem ad cap. 4. epist. ad Ephesios, lib. 2. comment.

¶ In vanitate, & obscuritate sensus ambulant, qui sæcularibus disciplinis occupantur. C. III.

NOnne vobis videtur in uanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui physicus perscrutator oculos trans cælum leuat, & vltra profundum terrarum, & abyssi †, In quoddam inane demergitur, qui iambum ferit [a]? qui tãtam † metrorum siluam in suo studiosus corde distinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas, & nefas quærit? qui adulatur regibus, hereditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui sit relicturus, ignorat?

Eph. 4.

† *al. abyssi quoddam immane demergit*] † *al. tantum*

a ¶ Ferit.] *Antea legebatur*, iambum seruet. *In originali autem impressum est*, Iambum struit. *Emendatum vero est ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo sic scribit:*

Iambus ipse sex enim locis manet,
Et inde nomen inditum est senario;
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quòd pedes coniungimus. *Ac de ijsdẽ senarijs Isidorus l. 1. Etymol. c. 38. ait*, hos græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

---

rum & sacræ scripturæ: & sicut columba sedet ex natura iuxta aquam vt videat in ipsa aqua vmbram superuenientis accipitris, & sic sibi præcauere consueuit: sic prælatus sibi per scripturam præcauebit contra hæreticos. 10. dist. in fi. 11. dist. nolite.

Prælatus columbæ imitetur.

S *Iquis vult.*] CASVS. Tria sunt opera, quæ Moses & Aaron faciebant, scilicet legere, docere populũ, & orare: hæc tria opera debet episcopus facere, si vult imitari Mosen & Aarõ. & si orauerit episcopus, vincet populus eius dæmones, sicut populus Israel vicit Amalechitas orãte Mose.

a ¶ *Non vadit.*] Numquid ergo episcopi nõ intererunt bellis? immo [1], quia etiam possũt alios hortari ad bellum, vt 23 q. 7. igitur. & c. hortatu. Ioan.

1 *No. sic hic al fuga. 23. q. 1. igitur an fi. Archi.*

b ¶ *Indesinenter.*] omnino, vel horis statutis. sic 23. q. 3. hi qui. de cõsecra. dist. 5. nomquam. 38. distin. si laicus. ff. de condi & demonst. si qs ita. 22. dist. sacrosancta.

S *Ed quæritur.*] Hæc dist. diuiditur in quinque partes. Secunda ibi, *Cur ergo.* Tertia ibi, *Relatum.* Quarta ibi, *Ideo.* Quinta ibi, *Vt itaque.*

CASVS. Ponitur hic 37. dist. in qua quæritur an oporteat clericos esse eruditos litteris sæcularibus, scilicet libris gentiliũ: Et primo probat eos non esse legendos, vsq; ad §. sed econtra. deinde probat contrarium. postea dat solutionẽ §. eo. §. cur ergo. Prima duo cap. plana sunt.

c ¶ *Sed quæritur.*] in hac 37. dist. quærit [2], G. an ordinandus debeat habere peritiam sæcularium scientiarũ. Primo autem ostendit, quod clerici nõ debent recipere libros gẽtiliũ [3]. Secundũ ponit argu. in contrarium, & talem dat solutionem, quod quidam legunt libros gentilium causa delectationis & voluptatis, & hoc est prohibitũ: quidam legunt ad eruditionem, & illud licitũ est, vt per eos sciant recte loqui, & discernere verum à falso. Io. vt §. eo. §. cur ergo. Et no. quod in omnibus vsque ad §. sed contra. videtur sola voluptas prohiberi.

2 *Scilicet in ordinãdis. Hug.*

Clerici an libros gentilium recipere possint.

3 *Et hoc facit of quod ad §. §. eod. sed econtra.*

d ¶ E *Piscopus gentilium.*] ergo nec leges audire debent. nã opprobrium est eis, si se velint esse peritos disciplinarum forensium. C. de testa. consulta diualia. Sed contra, leges sunt per ora principum diuinitus promulgatæ, vt 16. q. 3. nemo [4]. Dic quòd ad hoc licet audire leges, vt per eas melius intelligantur canones. argum. §. ead. dist. §. sed sæculares. Ioan.

Episcopis an liceat leges audire.

4 *Ad idẽ C. de longi temp. præscrip. l. si. 23. q. 3. ideo. Arch.*

e ¶ S *Acerdotes.*] ¶ *Necessitatis.*] vt sciant recte loqui.

N *Onne.*] CASVS. Quattuor genera hominum in hoc cap. reprehenduntur, scilicet dialectici, qui quotidie in arte dialectica torquentur, & physici, qui oculos trans cælum leuant, & versificatores, & cupidi, qui diuitias per fas & nefas acquirunt, quas in momento cui sint relicturi, ignorant.

V*ino.*] Casus. in hoc cap exponit quinque Hierony. Dicit enim, quòd illi inebriātur vino, qui sacras scripturas male intelligunt, atque peruertunt. Secundo inebriantur sicera, qui sæculari scientia abutuntur. Tertio exponit, qui dicātur pseudo prophetæ. Quarto, qui sint diuini. Quinto q̄ ille comedit vuam acerbam, qui aliter exponit scripturam, quàm veritas habet, etsi non contra fidem.

a ¶ *Vt intelligunt.*] Talibus qui male intelligunt dicta magistri, essent aures præscindendæ. vt 24. q. 3. si Petrus.

b ¶ *Secundum tropologiam.*] id est, secundum moralem intellectū à tropos, quod est conuersio [1], quando verba nostra conuertimus ad mores informādos. 43. dist. in rector.

Additio. Isti contrarium faciebant. & facit de pœnit. dist. 1. super tribus. Arch.

Aures male intelligentis sunt abscindendæ.

[1] Et lôgos sermo, inde tropologia id est conuersio sermonis ... 7a. dist. ...

Idem lib. 9. ad c. 28. Esaiæ.

¶ Qui scripturas sacras male intelligit, vel sæculari sapientia abutitur, vino inebriatur, & sicera. C. IIII.

VIno inebriantur, quando scripturas sanctas male intelligunt [a], atque peruertunt: sicera, quando sæculari abutuntur sapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula † sunt appellanda, quam phasmata, id est vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque soluuntur. *Idem.* ¶ Secundum tropologiam [b] pseudoprophetas eos debemus accipere; qui aliter scripturarum verba accipiunt, quàm spiritus sanctus sonat; & diuinos eos, qui coniectura mentis suæ incerta futurorum quasi vera pronuntiant absque diuinorum auctoritate verborum. *Idem.* ¶ Quicumque scripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit.

† al. tendicula

Hie. l. 5. ad c. 29. Ier.

Hier. l. 6. comment. ad c. 31. Ier.

Idem lib. 3 ad c. 6. epist ad Ephesi.

¶ Reprehenduntur episcopi, qui filios suos sæcularibus erudiunt litteris. C. V.

Iuo p. 4. c. 166.

LEgant episcopi, atq; presbyteri, qui filios suos sæcularibus litteris erudiunt, & faciunt illos comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis [c] forsitan sumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, uel totam substantiam suam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in kalendariam strenam [d], & saturnalitiam sportulam [e], & mineruale munus grammaticus, & orator, aut in sumptus domesticos, templi stipes, aut in sordida scorta conuertit. Heli sacerdos, ipse sanctus fuit: sed quia filios [f] suos non erudiuit in omni disciplina, & correptione, supinus cecidit, & mortuus est.

1. Reg. 2.

[*Item ex responsione Hadriani* [a] *Papæ ad Carolum, c. 49.*]

PALEA. C. VI.

Iuo p. 4. c. 129.

† al. innumerā

OMnem vim venenorum † suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici, quæ, philosophorum sententia, definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

a ¶ Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum est. Eadem vero habentur apud. S. Ambrosium lib. 1. de fide ad Gratianum Imper. c. 3.*

Item Rabanus de pressuris ecclesiasticis.

¶ Beatus Hieronymus ab angelo verberatur, quia Ciceronis libros legebat. C. VII.

Ex Hieronymo ad Eustochium de custodia virg. Iuo p. 4. c. 164. Pān. l. 2. c. 132.

LEgimus de beato Hieronymo, quòd cum libros [g] legeret Ciceronis ab angelo est correptus, eo quòd vir Christianus paganorum figmentis intenderet.

Luc. 15.

Hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur; qui de siliquis [h]*, quas porci manducabant, ventrem suum replere cupiebat.* ¶ *Hinc etiam Origenes* [a] *ciniphes, & ranas, quibus Aegyptij sunt percussi, vanam dialecticorum garrulitatē, & sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd non est ab ecclesiasticis sæcularium litterarum quærenda peritia. Sed contra legitur, quòd Moyses, & Daniel omni scientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiam, quòd præcepit Dominus filiis Israel, vt exspoliarent* [i] *Aegyptios auro, & argento, moraliter instruens, vt siue aurum sapientiæ, siue argentum eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vsum salutiferæ eruditionis vertamus.* ¶ *In Leuitico etiam primitias* [b] *mellis, id est dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre.* ¶ *Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli tres partes* [k] *philosophiæ volunt intelligi. Denique (vt in expositione psalterij* [r] *Cassiodo-*

Actorum 7. Dan. 1.

Exo. 3. & 11.

Leuit. 2.

Matt. 2. Rab. ad hunc locum Matt.

L*egant.*] Casus. In hoc cap. reprehenduntur sacerdotes à Hieronymo, qui filios suos & nepotes faciebant legere comœdias & poetica carmina, & quia ad hoc pecuniam ecclesiasticam & ad alios turpes vsus conuertebant: vnde dicit eos presbyteros puniēdos ad instar Heli, qui cecidit de sella supinus, & mortuus est, quia suos filios nō correxit. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad §. sed è contra

c ¶ *Ecclesiasticis.*] arg. 3 §. 31. dist. omnino.

d ¶ *Strenam.*] Strena est primū donum, qđ datur in principio calendarum. & datur pro augurio. 26. q. vlt. non obseruetis. & dicitꝰ strena quasi sine threna, id est, sine lamentatione.

e ¶ *Sportulam.*] quæ datur pro fabulis saturni, vel p̄ festis saturni celebrādis, vel p̄ ludis saturni bonæ fortunæ.

f ¶ *Sed quia filios.*] Talis repellitur a testimonio, vt 6. q. 1. qui crimen. Item nec potest esse episcopus, vt 48. distin. §. necesse. immo potius dicitur canis, q̄ episcopus, vt 2. q. 7. qui nec. Ioan.

g L*egimus.*] ¶ *Libros.*] quia legit eos causa delectationis, non causa eruditionis, vt de conse. dist. 5. non mediocriter.

h ¶ *De siliquis.*] id est, sæcularibus scientijs, quæ inflant, nō satiāt.

Scientiæ sæculares non satiant.

[h] Sicut enim siliquæ onerāt vētrem & inflant, sed non satiant, sic & illæ à spirituali fame non liberant nec caritatē expellunt, sed onere peccatorum & gehennæ cumulant grauius, quicumque ergo ad innouentia caecitatem ignorantiæ illas agens & scientiæ dicere appetit, quasi siliquis vētrem suum replere cupit. ... eundem Hug.

SED E CONTRA. Casus. A modo p̄bat Gratianus, q̄ clerici sæcularibus scientijs debent esse eruditi. Et hoc probatur sex rationibus. Prima est in principio. Secunda ibi, *Legitur etiam.* Tertia ibi, *In Leuitico.* Quarta ibi, *Magi.* Quinta ibi, *Denique.* Sexta ibi, *Hinc etiā Ambrosius.*

i ¶ *Vt expoliarēt.*] 14. q. 5. dixit.

k ¶ *Tres partes.*] scilicet

cet moralem, naturalem, rationalem.

a ¶ *Despecta.*] respectu aliarum scientiarum. Ioannes.

T *Vrbat.*] Casvs. Quidam prohibebant Christianos ne legerent libros gentilium, quos Beda reprehendit, dicēs quòd bene possunt legi sine peccato, vt vtilia inde sumantur, ad instar Mosi & Danielis, & et Pauli, qui suis epistolis inseruit versus poetarum, scilicet, Cretenses, &c.

b ¶ *Si qua.*] arg. q vtile non vitiatur per inutile, vt 16. q. 4. q. c. i. dist. 9. si ad scripturas. contra. Ioan.

c ¶ *Magister.*] Nam legitur q cum Paulus venisset Athenas, vidit aram ignoti Dei, i qua erat scriptum, Hæc est ara ignoti Dei: .i quo viuimus, mouemur, & sumus. à qua scriptura Apostolus incepit prædicationem sua, & aperuit illis Atheniensibus sensum illius scripturæ, prosequens de Deo nostro, & dicens: Quē vos dicitis ignotū, ego prædico & colo. tunc Dionysius areopagita videns quemdam cæcū transeuntem dixit illi: Si illuminaueris istum cæcum, credam tibi, q statim inuocato nomine Christi illuminatus est, & ille credidit.

d ¶ *Ind. dissee.*] In epistola Pauli ad Titum illud Epimenidis poetæ, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. i. q. 1. Dominus declarauit. Interseruit etiam in prima epistola ad Corinthios illud Menandri, Sæpe bonos mores corrumpunt colloquia praua. 28. q. 1. sæpe. Item vtus est illo versu. Odero si potero, si non, inuitus amabo. sed Hiero. de consecra. dist. 5. nonnumquam vsus est versibus Virgilij, & Augu. illo Lucani, mens hausti nulla, &c. 16. q. 5. nec mirum. & iurisperitus auctoritate Virgilij. ff. de rerū diuisione. intantū. §. cenotaphiū. & Homeri, insti. de contrah. emp. §. pretium.

Athis, ignoto Deo datum est.

Dionysius per prædicationē Pauli suit conuersus.

Apostolus vsus est versibus poetarum.

CVR ERGO. Casvs. Soluit Gratianus contrarietatem hanc, dicens q sæculares scientias debet q addiscere non ad voluptatem, sed ad eruditionem, vt quæ in eis vtilia inueniuntur, ad vsum sacræ eruditionis conuertantur, Vnde Gregorius quēdam episcopum reprehendit, non quia sæculares scientias didicerit: sed quia ad voluptatem grammaticam loco Euangelij exponebat.

e ¶ *Sed saculares.*] Vnde beatus Gregorius infra 86. distinct. cum multa.

L *Egimus aliqua.*] Casvs. Totum hoc cap. legi pōt de sæcularibus scientijs sm H. & ostenditur ratio triplex quare legantur, scilicet negligantur, ne ignorentur, & vt repudientur. Vel sic legimus aliqua vt nouum & vetus test. ne negligamus. Legimus aliqua, vt artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, vt scripturas hæreticorum, vt repudiemus.

f ¶ *Ne negligamus.*] vt vetus testamentum.

g ¶ *Ne ignoremus.*] Nam quamuis nullus sit vsus, tamen scientia necessaria est, vt §. dist. 7. cap. vlti.

h ¶ *Repudiemus.*] vt libros hæreticorum, vt 24. q. 3. c. vlt.

S *I quis.*] Casvs. Ca. illud diuidit in duas partes. In prima parte dicitur, q nō est reprobandū, si quis addiscit grāmaticā vel dialecticam, vt inter verum & fallum discernat. In secunda parte quæ incipit ibi, *Geometria.* dicitur quòd quadruuiales scientiæ veritatem

Ne-

rus testatur] omnis splendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, qualibet varietas decoræ pronuntiationis à diuinis scripturis sumpsit exordium. ¶ *Hinc & Ambrosius ait super epistolam Colossensium.* C. 4.

[Omnis ratio scientiæ superna, vel terrena creaturæ in eo est, qui est caput earum, & auctor: vt qui hunc nouit, nihil vltra quærat, quia hic est perfecta virtus, & sapientia; quidquid alibi quæritur, hic perfecte inuenitur. In Daniele, & Salomone ostendit infidelibus se totius auctorem sapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs, & Prophetis astrologiam, geometriam, & alia huiusmodi: quæ ideo despecta[a] sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorem, & dum his student, curam animæ non habent. Qui vero Christum nouit, thesaurum sapientiæ, & scientiæ inuenit; quia id nouit, quod vtile est.]

a ¶ Origenes.] *In homilia 4. ad cap. 7. Exodi, vanas quidem comparat poetis: sophistas autem dialecticis.*

β ¶ Primitias] *Leuitici c. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in sacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, sed non super altare imponi. Vbi in glossa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Isychio autem paganorum doctrina, cuius primitiæ ad imitationem beati apostoli Pauli possunt Deo offerri.*

γ ¶ Cassiodorus.] *In prolog. psalterij, c. 15. & sequenti multis verbis Cassiodorus diuinæ scripturæ eloquentiam explicat, & commendat. Sed quæ affert in principio explanationis psalmi 6. vnde videntur hæc, quæ nunc referuntur, conuenire.*

δ ¶ Ambrosius.] *Ex B. Ambrosij principio expositionis capitis secundi epistolæ ad Colossenses, hæc summatim collecta sunt, referunturque in glossa ordinaria, & ab Anselmo ad idem caput secundum, cuius Anselmi verba Gratiani verba magnopere sunt similia.*

Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c. 9. in Samuelis allegoricis expositionibus.

¶ Non prohibeantur clerici sacrās litteras legere. C. VIII.

TVrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis sæcularibus litteris omnimodo æstimat prohibendos; in quibus † si qua[b] inuenta sunt vtilia, quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapientia, uel litteris Ægyptiorum paterentur erudiri; quorum tamen superstitiones simul & delicias horrebant. Nec ipse magister[c] gentium aliquot uersus poetarum suis uel scriptis indidisset[d], vel dictis.

Iuo par. 4. c. 85. Pann. l. 2. c. 133. † al. quibus vbilibet inuenta vtilia]

a *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed sæculares[e] litteras quidam legunt ad voluptatē, poetarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam vero ad eruditionem eas addiscūt, vt errores gentilium legendo detestentur, & vtilia, quæ in eis inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter sæculares litteras addiscunt. Vnde B. Gregorius quemdam episcopum non reprehendit, quia eas didicerat; sed quia contra episcopale officium pro lectione Euangelica, grammaticam populo exponebat.*

L. 9 reg. epist. 48. Infra 86. dist. c. cum multa.

Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam in explanatione proœmij.

¶ Sæculares litteræ legendæ sunt, ne ignorentur. C. IX.

LEgimus aliqua, ne negligantur[f a]; legimus, ne ignoremus[g]; legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus[h].

Pann. l. 2. c. 134.

a ¶ Negligantur.] *Sic etiam in Pānormia, sed in originali & in vno Gratiani manuscrip. ne legantur. Ibi enim agitur de pseudoeuangelijs. Sed non est mutatum ob glossam.*

Item Hieronymus ad c. 1. epistola ad Titum.

¶ Grammatica legenda est, vt per eam sacræ scripturæ intelligantur. C. X.

SI quis artem grammaticā nouerit, uel dialecticam, ut rationē recte loquendi habeat, & inter falsa & uera dijudicet, nō improbamus[a].

Pann. l. 2. c. 135.

veritatem in se habent: sed non sunt scientiæ pietatis, & assumendæ. Sed vetus & no. test. sunt scientiæ pietatis, & assumendæ: & grammatica in bonos vsus assumpta proficere potest.

a ¶ *Geometria*] De astronomia non facit mentionem: quia hæc abijt in desuetudinem, vt 26. q. 2. §. his ita.

d ¶ *Prædicta.*] scilicet de incarnatione, vt illud Virgilij. (Virgilius.)

Iam noua progenies cælo demittitur alto

e ¶ *Contemnere.*] vt illud Ouidij. (Ouidius.)

Odero si potero: si non, inuitus amabo.

¶ Geometria [a] quoq; & arithmetica, & musica habent in sua scientia veritatem: sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legem, intelligere prophetas, Euangelio credere, Apostolos non ignorare. ¶ Grammaticorum [b] autem doctrina etiam potest proficere ad vitam; dum fuerit in meliores vsus assumpta.

Iuo p. 4. c. 167. Pano. l. 2. c. 136

a ¶ Non improbamus.] *Absunt istæ duæ voces ab originali. Exponens autem B. Hieronymus verba illa ex principio epistolæ ad Titum,* & cognitionem veritatis, quæ est iuxta pietatem, *ita scripsit:* Est plane veritas, quæ non habet pietatem: si quis grammaticam, &c.

b ¶ Grammaticorum.] *Hæc non sunt B. Hieronymi, sed Isidori lib. 3. de summo bono, c. 13. ex quo citat Iuo.*

Item Hieronymus in primum caput Danielis.

¶ Exemplo Danielis probatur non esse peccatum sæcularibus litteris erudiri. C. XI.

Poly. l. 4. tit. 7. [nolunt.] orig. & Polyc. & hic deinceps.

QVi de mensa [b] Regis, & de vino potus eius nolunt † comedere, ne polluantur; vtique si ipsam sapientiam, atque doctrinam Babyloniorum scirent [c] esse peccatum; numquam acquiescerent discere, quod non licebat. Discunt autem, non vt sequantur; sed vt iudicent, atque conuincant: quomodo si quispiam aduersus mathematicos velit scribere imperitus mathematicæ, risui pateat: & aduersus philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldæorum, qua & Moyses omnẽ sapientiam Aegyptiorum didicerat. *Idem.* ¶ Si quando cogimur litterarum sæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim omisimus; non nostræ est voluntatis, sed, vt ita dicam, grauissimæ necessitatis; vt probemus ea, quæ à sanctis prophetis ante sæcula multa prædicta [d] sunt, tam græcorum, quàm latinorum, & aliarum gentium litteris contineri [e].

Act. 7. Hier. in prologo in Daniele.

Item ex synodo Eugenij [a] Papæ secundi.

¶ Magistros, & doctores episcopi congruis locis constituant. C. XII.

Iuo p. 4. c. 214. Ans. l. 7. c. 2. Poly. l. 4. tit. 32.

DE quibusdam locis ad nos refertur neque magistros [f], neque curam inueniri pro studio litterarum. Idcirco in vniuersis episcopijs, subiectisque [g] plebibus, & alijs locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magistri [h] & doctores constituantur; qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assidue [i] doceant: quia in his maxime diuina manifestantur, atque declarantur mandata.

a ¶ Eugenij.] *Apud Anselmum citatur ex synodo habita Romæ in consist. Lateran. à Beato . . . In Polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenij: ex quo etiam citat Iuo. Inuentum vero est in synodo Eugenij Papæ II. & in synodo Leonis IIII. quarum synodorum, vt alibi dictum est, exemplaria sunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam synodi à Gregorio VII. Romæ habitæ, talis cuiusdam capitis hæc ponitur summa,* Vt omnes episcopi artes litterarum in suis ecclesijs doceri faciant.

† *sed ibi fusius.*

Item Augustinus contra Faustum Manichæum, lib. 13. c. 15.

DE quibusdam.] C A S V S. Relatũ fuit Eugenio in synodo sua, quod in quibusdã locis nõ erãt magistri, qui erudirent alios in liberalibus artibus: & ideo præcepit omnibus episcopis, vt in cõgruis locis magistros cõstituãt, qui quotidie in doctrinis liberalib' alios doceãt.

f ¶ *Neque magistros.*] Arg. quod scholares in scholis de ecclesijs suis debent habere præbendas. 3. dist. 32. si quis. ff. ex quibus causis maiores in integrũ. necnon. ff. de de negotijs gestis. l. 1. extra de clericis nõ resi. inter quattuor. 1. q. 2. sacerdos. Sed contra 1. q. 2. placuit. & de cons. dist. 1. nemo. & 12. q. 2. concessa. 16. q. 1. generaliter.

(1 Intelligo aliquid esse in scholis, licet aliquando diuertat causa eundi ad curiam Romanam vel alibi, statim reuertiturus nam nec diuertisse videt. de pæ. dist. 1. diuortiũ. Archid.)

g ¶ *Subiectisque.*] idest, baptismalib' ecclesijs.

h ¶ *Vt magistri.*] Quid iuris sit de magistris, habes extra de magist. quia nonnulli. & extra de magist. cap. 1. quia a clericis ipsius ecclesiæ, & à pauperibus nihil petet, vt ibi dicitur. Sed numquid magister iure licito potest facere collectã? Videtur quod nõ: quia scientia donũ Dei est: vnde vendi nõ potest, vt 1. q. 3. nõ solũ. quia professores iuris & si honeste accipiũt, in honeste petũt, vt ff. de va. & extraor. co. l. 1. §. est quidẽ. Itẽ quia potius debet proiicere pecuniã exẽplo Cratis. 12. q. 2. gloria. §. Crates. Itẽ quia propter honorẽ adipiscendum legũt: nõ propter vtilitatem aliorũ, quare tamquam suorũ negotiorum gestores nihil ab auditoribus petere debent, vt ff. de nego. gest. si pupilli. §. 2. Sed contra: qui pro tẽpore præstat obsequiũ, debet cõsequi beneficium, vt 12. q. 2. charitatem. Item quare non posset magister vendere doctrinam suã, sicut iurisperitus consilium, vt 14. q. 5. non sane? Item nonne testis gratis testatur: & tamen recipit procurationem, id est pecuniam procurationis nomine, vt 4. q. 3. c. venturis. & episcopus gratis consecrat ecclesiam: tamen recipere potest procurationem: vt extra de simo. cum sit. & officium magistri remunerandum est, vt ff. de dona. Aquilius? So. tunc petat magister collectam cum ei sua plenissime non sufficiunt, vt 10. quæst. 3. priscis. & 12. q. 2. episcopus ecclesiasticarum rerum. Ioan. Ego credo quidquid dicat Ioan. quòd magister potest facere collectam de qua viuat, & procuretur, etiam si abundet [a]: quia episcopus cum consecrat ecclesiam, & cum visitat, recipit procurationem etiam si abundet, vt in decre. de si. cum sit Romana. & extra de censi. cum Apostolus. & eo titu. sopite. nec vendit magister scientiam, quia æstimari non potest: sed pro labore suo promittitur ei præmium nã prædicator non dicitur vendere prædicationem: & tamen petere potest sustentationem, vt extra de præscrip. cũ ex officij. & de censi. cum venerabilis. & 13. quæstio. 2. §. quia ergo. & §. his ita. Bar.

(Magister pro docendo an possit collectam facere.)

(a Arg. contra se. q. 1. canendum. lunes in. vbi de hoc. & ibi dicta. Archid.)

i ¶ *Assidue.*] idest, horis competentibus sic 3. 31. dist. sacerdotibus. ff. de condi. & demon. si quis ita legauerit.

(De hoc etiam no. 1. q. 1. vendi. plene contra de magistris. quia. Archidia.)

QVi de mensa.] C A S V S. Duæ quæstiones factæ fuerunt Hieronymo. Prima fuit, an sit peccatum discere doctrinam & scientiã paganorũ? Et respondet Hieronymus, quod non: & hoc probat exemplo quattuor puerorũ, scilicet Danielis, Ananiæ, Azariæ, Misaelis, & exẽplo Moysi: quia si sciuissent esse peccatũ, nũquam didicissent. Discebant enim vt cõuincerent incredulos: aliter ridiculi paterent, si de dogmatibus eorũ cũ eis disputarent, cũ inde nihil scirent. Secunda quæstio fuit, an sit peccatũ recordari sæcularium legũ in prædicatione vel disputatione? Et respondet, quod nõ: quia hoc fit ex necessitate, vt probem' ea, quæ sancti dixerũt, in libris gẽtiliũ cõtineri.

(Daniel & socij sui.)

b ¶ *Qui de mensa.*] Daniel, Ananias, Misael, Azarias [1]. nam turpe est alicui decretista ius in quo versatur ignorare, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. Seruius.

(1 Isti alio nomine dicti sunt Balthasar, Sidrac, Misac, & Abdenago secũdum Hugo. & Lau.)

c ¶ *Scirent esse peccatum.*] Ex eo quod Hieronymus hic inducit exemplum Danielis, colligitur arg. quod in dubijs recurrendũ est ad exẽpla maiorũ & aliorũ. 26. q. 2. sunt nonnulli. 22. q. 1. vt nouerittis. 1. q. 7. conuenientibus. 12. q. 2. quella. 16. q. 3. præsulũ. 14. q. 1. c. vlt. 26. q. 2. non statuũ. & C. non exẽplo. C. de sen. & interlo. nemo. [2] cõtra Sol. vbi iura deficiunt, recurrendũ est de similib' ad similia: alias non. 20. dist. de quibus. dic vt ibi. Itẽ arg. præmium eo ipso bonũ, quod ab aliquo bono sit factũ, vt 7. q. 1. omnis q. & 34. q. 1. cũ beatissim' 9. q. 2. Lugdunensis. 12. q. 2. expedit. 28. q. 1. sic. n. 31. dist. omnino. Io.

(2 Vt not. 20. dist. cap. fine. Recurratur quandoque de similibus ad similia.)

Si qui]

[illegible] sunt pro parte approbanda pro parte reprobanda.

S *I quid veri.*] CASVS. Manichæi dicebant, quod si Orpheus & Sybilla, & alij vates & philosophi gentilium de Deo aliquid dixerunt, tantæ est auctoritatis quantæ sunt verba prophetarũ. Sic respondet Augu. dicens, quod si quid veri ibi reperitur, valet ad conuincendũ eos: sed non vt habeatur in auctoritate sicut verba prophetarum. Et hoc probat similitudine Dæmonum & Angelorũ: qui dæmones, licet vera dixerint de Christo, non tamen sunt tantæ auctoritatis quãtæ verba Angelorum.

a *Si quid veri.*] Arg. quod testes vel instrumenta possunt pro parte rata haberi, pro parte nõ, vt dixi s. dist. 9. si ad sacras. sed illud verũ est, quando reprobãtur ratione personæ: secus si reprobẽtur propter dicta. Itẽ argu. quod si aliquid induxero pro me, quod non teneor recipere contra me. s. dist. 19. si Romanorũ. contra. Ioan. Sol. si vtor aliquo contra me, & pro me vti debeo: nisi in casibus specialibus. 2. q. 7. si hæretic. Dic vt ibi. Bart.

b *Valet quidem.*] Argumen. esse argumentandũ ab exemplis paganorum, & in dubijs ad ea recurrẽdũ. j. 13. q. 2. questa. s. dist. 21. submittitur.

c *Dæmoniorum.*] Cũ dixerunt filio Dei, Ad quid venisti ante tẽpus torquere nos? Apostolus tamẽ in epistola ad Corinth. videtur contrarium dicere, cũ dicit: Si cognouissent eũ, numquã dominũ gloriæ crucifixissent. Dic quod sic perfecte eum nõ nouerunt: tamẽ credebant eũ filiũ Dei, cum viderunt eũ ambulantem super aquas; cum viderunt eum esurire, non credebant.

Diaboli veri cognouerunt Christum esse filium Dei.

h *In pueritia.*] Argu. quod aliquis potest testificari de eo quod vidit in puerili ætate, vt hic, & de consec. dist. 4. cum itaque. & cap. placuit. & 16. dis. deinde. nã & liber factus potest testificari de eo quod vidit, cum esset seruus, vt ff. de verb. signi. nanonẽ §. vlti. Argu. cõtra, quia hæc ætas nescit quid agat, vt C. de falsa moneta. l. 1. & impubes nihil intelligitur scire, vt ff. de iur. & fac. igno. l. vlti. Dic quod si fuerit capax doli, bene potest de eo quod tunc vidit, testari de puro facto. sed de circumstantijs, scilicet qualiter quod factũ sit, nõ: quia in hoc facile potuit falli memoria. Ioan. quod satis credo. argu. instit. de inuti. stipu. §. pupillus. ff. de regu. iur. l. in negotijs. Bart.

Testificari potest quis de eo quod vidit ætate puerili.

Ad idem facit ex pr. vt videtur ff. ad vell. l. [illegible]

¶ Auctoritatibus gentilium, eorum vanitas retunditur, atque conuincitur. C. XIII.

S I quid veri[a] de Deo Sybilla, vel Orpheus, alijue gentium vates, aut philosophi prædixisse perhibentur, valet quidem[b] aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam; non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam. Quantum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem Angelorum, & confessionem dæmoniorum[c]; tantum inter auctoritatem prophetarum, & curiositatem sacrilegorum. *Ibidem infra*

Item Clemens Papa I. epist. 5. ad suos discipulos.

¶ Ad intelligentiam sacrarum scripturarum, sæcularium peritia necessaria ostenditur. C. XIIII.

3 R Elatum est nobis, quòd quidam in vestris partibus cõmorantes aduersantur sacris† doctrinis: & prout eis videtur, nõ secundum traditionem[d] patris, sed iuxta sensum suum, docere videntur. Multas enim quidam, vt audiuimus, vestrarũ partium ingeniosi† homines ex ijs, quæ legunt, verisimilitudines[e] capiunt. Et ideo diligenter obseruandum est; vt lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit; sed fieri non oportet. Non enim sensum†, quem extrinsecus adulteretis, alienum[f], & extraneum debetis quærere; aut quoquo modo ipsum scripturarum auctoritate confirmare: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere[g] scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruauit; vt ipse possit ea, quæ recte suscepit, competenter asserere. Cum enim ex diuinis scripturis integram quis, & firmam regulam veritatis susceperit; absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus studijs, quæ forte in pueritia[h] attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

† al. sanis

† secundum ingenium hominum. Jorig.

† al. sensum extrinsecus alienũ

Item Isidorus in lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 13.

¶ Quare prohibetur Christianus poetica figmenta legere. C. XV.

4 I Deo prohibetur Christianus figmenta legere poetarum; quia per oblectamenta inanium fabularum mentẽ excitant ad incentiua libidinum. Non enim solum thura[i] offerendo, dæmonibus immolatur; sed etiam eorum dicta libentius capiendo. Iuo p. 4. c. 167. Pann. l. 2. c. 137.

Vt itaque ex præmissis apparet, imperitia sacerdotibus semper esse debet aduersa: quia cum per ignorantiam cæcati alijs ducatum præstare cœperint, ambo in foueam cadunt: vnde dicitur in psalmo [Obscurentur oculi eorum[k], ne videant; & dorsum[l] eorũ semper incurua.] Cum enim obscu- Ex Greg. in l. 1. pastor. c. 1. Matt. 15. Psal. 68.

R *Elatum.*] Hæc est 3. pars huius dist. in qua dicit quòd à sapientibus debemus audire, quæ leguntur in sacra scriptura. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam erant, qui cũ veritatis doctorẽ non haberent, diuinã scripturã exponebant pro suæ voluntatis arbitrio: & non secundum traditionẽ sanctorum patrum: ex suo ingenio quasdam similitudines capientes: quos Clemẽs reprehẽdit, ostẽdens, quod diuina scriptura nõ debet intelligi secundũ arbitriũ alicuius, nec extraneus sensus debet quæri, vel à littera alienus: licet multa sint in diuinis scripturis, quæ possunt trahi ad varios & diuersos intellectus. Et ideo docet scientiã esse discendã ab eo, qui veritatẽ à suis maioribus percepit: vt possit postea veritatẽ prædicare, & alios recte docere: & ad assertionem veri dogmatis artibus liberalibus poterit vti, vt falsa & simulata declinet. Sequens cap. patet.

d *Traditionem.*] Tales dicuntur transferre terminos patrum, vt 24. q. 3. transferunt.

e *Verisimilitudines.*] idest, statim volunt per similitudines procedere in alijs. & licet per similia licitum sit argumẽtari†, vt 20. dist. de libellis. nõ tamen semper, vt 17. q. 1. nuptiarum. & 28. q. 1. sic enim.

f *Alienum.*] nisi illud reperiatur in auctoritate. vt cum inuenitur annus poni pro die, vel è cõtra, vt 31. dist. tenere. 33. q. 1. hoc ipsũ.

g *Discere.*] Prius enim debet discere quàm docere, vt 16. q. 1. si clericatus. & c. sic viue. & 36. dist. §. ecce.

† Ad hoc contra de elect. vtilitatem. & de relect. lit. 1. & de transla. ep. ver. contra de ap. pella. vna ff. ad l. Aquil. illud. Archid.

I *Deo prohibetur.*] Hæc est 4. pars huius dist. in qua dicit causam quare fuit prohibitũ studere in libris gentilium. Ioan. de Fan.

i *Thura.*] quasi dicat non refert, an quid fiat, an eius simile, vt 22. q. 3. exultimant. & 86. dist. pasce. ff. man. l. vlti.

VT ITAQVE. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, quod sacerdotes debẽt ignorantiã omnino vitare: quia si sacerdotes cæci & ignorantes velint docere subiectos, ambo in foueam cadũt: quod probatur auctoritate psal. Et licet quis velit se excusare auctoritate Euangelij dicentis, Seruus nesciens voluntatẽ domini, &c. non tamen prodest. & hoc probatur auctoritate Apostoli, Qui ignorat, &c. quod debet intelligi de eo, qui inuenit à quo potuit discere: aliàs punitur. quòd probatur auctoritate Augustini, Non omnis, &c. Sequens capitulum patet.

k *Oculi eorum.*] idest, prælati†, qui regunt alios.

ADDITIO. vt 36. dist. §. ecce. in fi.

l *Dorsum.*] idest, subditos qui sustentari debent à prælatis quasi in dorso: vel quia sequuntur dorsum ipsorum. vndecima quæst. 3. præcipue.

† Aliàs oculi eorum s. prælatorũ qui, &c.

2 Qui

a ¶ *Qui ignorat.*] idest, qui negligit scire, vel contemnit scire. ADDITIO. Nã ignorãtia q̃ est ex culpa, nocet. 18 q. 1. §. ex his. b ¶ *Qui noluit.*] Videtur ergo quòd illi sint excusati ad quos prædicatio Apostolorum non peruenit, vt 82. dist. proposuisti. sed non est ita: quia in omnem terram exiuit sonus eorum. 19. dist. ita do-

ideo magister annectit istam 38. dist. in qua ostendit quòd ignorantia periculosa est, maxime sacerdotibus. Notandum est ergo, quòd ignorantia iuris alia est iuris naturalis, alia ciuilis vel canonici. Ignorantia iuris naturalis neminem excusat, si est adultus, vel discretus: quia in his parum interest decipere vel decipi posse, vt 16 q. 1. si cupis. de hac dicitur, Ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis vel canonici nemině excusat, vt j. ea. si in laicis. &c. quæ ipsis aliquos tamẽ excusat, vt milites, mulieres, rusticos, minores. Ioan. In damno tamen vitãdo nulli nocet, vt ff de iuris & facti igno. error. in fi. nisi in ijs quæ introducta sunt ad rigorem iuris conseruandum, vt in cõstitutione, si quis in tantã. C. vnde vi. & in præscriptionibus. Bar. Ignorantia facti alia probabilis, & hæc excusat: quia etiã peritissimos fallit, vt j. 1. q. 1. si quis à simoniacis. & 9. q. 1. ordinationes. alia ẽ crassa & supina, vt cum quis ignorat id quod publice factum est in ciuitate. hæc neminem excusat, vt 16. dist. quod dicitis. 12. quæst. 2. qui & humanis. Hoc plenius inuenies 1. q. 4 §. vlti. in fi.

Ignorãtia iuris est multiplex.

vantur illi, qui præeunt; ad ferenda onera peccatorum facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque sacerdotibus, vt ignorantiam à se, quasi quamdã pestem abijciant. Licet enim seruus nesciens voluntatem domini sui, & non faciens, dicatur vapulare paucis; non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apostolus; Qui ignorat[a], *ignorabitur. Quod de eo intelligendũ est, qui noluit*[b] *intelligere, vt bene ageret.*

Luc. 12. 1. Cor. 14. Psal. 35.

Vnde Augustinus ait in lib. quæst. veteris, ac noui testamenti, quæst. 67.

C. XVI.

NOn omnis ignorans immunis est à pœna. Ille enim ignorans potest excusari a pœna[c], qui à quo disceret, non inuenit. Istis autẽ hoc ignosci petit, qui habentes à quo discerent, operam non dederũt. Huiusmodi non licet ignorare: accipiant ergo ueniam, si conuertãtur.

¶ De hoc legi. & no. 1. q. 4. §. vlti. in fin. ... in quibus ... & ... regula. in prin. & ...

¶ *Caput hoc in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus coniunctum est superiori. Est autem responsio ad quæstionem, quam præmisit B. Augustinus his verbis:* Quid est, quod in carne positus Saluator ait: Pater ignosce illis; non enim sciũt quid faciunt. Si enim nesciũt quid est, quod ignoscitur? maxime cũ dicat Rex Abimelech ad Deũ: Numquid gentem ignorantem perdes? Non omnis ignorans, immunis est, &c. *In extremo autem addita sunt nonnulla ex ipso B. Augustino, quò sententia sit integrior.*

Luc. 23. Gen. 20.

Ignorantia facti est multiplex.

DISTINCTIO XXXVIII.

CVm[d] *itaque voluntaria ignorantia omnibus noxia sit; sacerdotibus est periculosa.*

Vnde in concilio Tolet. 4. c. 24. legitur.

¶ Sacerdotibus maxime ignorantia vitanda est. C. I.

Burc. l. 1. c. 108. Iuo p. 5. c. 202. Ans. l. 7. c. 114.

IGnorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei uitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus apostolus dicens ad Timotheum[e] (Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ; & semper permane in his.) Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas, & canones, ut omne opus eorum in prædicatione, & doctrina cõsistat: atq; ædificent cunctos tã fidei scientia, quàm operũ disciplina.

1. Tim. 4. Ibidem inferius Conc. Arel. 4. c. 3.

IGnorantia] CASVS. Docet hoc concilium Toletañ. quòd ignorantiã sacerdotes Dei debent vitare, quæ mater est cunctorum errorum: & ideo maxime in sacerdotibus est vitanda. Vnde sacras scripturas legere debent, quibus populus sibi commissus valeant erudire tam in scientia fidei, quàm in moribus: & hoc probatur auctoritate Apostoli dicentis: attende lectioni, &c.

e ¶ *Ad Timotheum*] Aug. quod vni dicitur, ad omnes extenditur, vt 24. q. 1. quodcumq;. & 16. q. 1. prædicator. 61. dist. miramur. de pœniten. dist. 1. §. his auctoritatibus 2. C. de

Item ex eodem Tolet. 4. c. xxv.

¶ Officialem libellum ab episcopo accipiant presbyteri, cum ordinantur. C. II.

Burc. l. 2. c. 157. Ans. l. 7. c. 113. Iuo p. 3. c. 129. Pann. l. 3. c. 23.

QVando presbyteri in parochijs ordinantur, libellum officialem[f] à suo sacerdote[g] accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant; ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant. Cum uero ad Litanias[h], uel ad concilium[i] uenerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, uel baptizent.

Item Leo episcopus ad clerum, & plebem Constantinopolitanæ vrbis, ep. 22.

dominus. nec excusatur quis per ignorantiam, qui potest habere copiam peritorum. ff. de iuris & facti ignorantia. l. regula. vel si sua prudentia facile potuit illud scire. C. de ingenuis manumissis. l. 3 & ff. quis ordo i bonorũ possessione seruet. l. 2. §. in bonorũ.

c ¶ *Non omnis.*] ¶ *A pœna.*] idest, a peccato pro quo debetur pœna, vel a pœna æterna. aliter non congrue diceret, nec verum, etiam cum in quolibet ignorante sit pœna eo ipso quòd ignorat, secundum Hug.

CVm itaque.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. In prima intendit probare, q̃ omnes sacerdotes & alij maiores & minores debent esse instructi in lege diuina, & precipue in canonica, & probat hoc per 2. auctoritates. Secũda ibi, Quamuis. Tertia ibi, Sed dicet. Ioã. de Fan. CASVS. Facta mentione supra de ignorantia in §. vt itaque. & in c. non omnis. supponit Gra. 38. dist. in qua ostendit q̃ ignorantia periculosa est, maxime sacerdotibus.

d ¶ *Cum itaque.*] Superiori dist. facta fuit mentio de ignorantia

diuer. rescrip. l. 1. ff. de pac. iurisgentium. §. pactorum. Argumen. contra 21 distinct. qualis.

¶ Versic. nunc autem aliã est c. ad idem de sãi ... dist. 4. ...

QVando.] CASVS. Docet concilium Toletan. quòd quando episcopi ordinant presbyteros in capellis, debent eos docere qualiter officia debeant celebrare, ne per ignorantiam in diuinis sacramentis offendant. & cum ad litanias venerint, vel ad concilium, debent episcopo suo reddere rationem qualiter baptizauerint, vel officia celebrauerint. Sequens capitulum patet.

f ¶ *Officialem.*] in quo continetur officium ecclesiasticum.

g ¶ *A sacerdote.*] idest, episcopo.

h ¶ *Ad litanias*] idest, in rogationib[9]. Et sic patet quòd omnes sacerdotes venient ad cathedralem ecclesiam in festo rogationũ. hic j. de conse. dist. 3. c. 3. de conse. dist. 1. & hoc.

Processionum rogationum.

i ¶ *Vel ad concilium.*] Sic patet, quòd conuentus quem habet episcopus cum clericis suis, dicitur concilium, vt 18. q. 2. abbates. & 9. q. 2. placuit. 18. dist. propter. & c. placuit.

¶ Inscitia sacerdotum nec excusatione digna est, nec venia. C. III.

SI in laicis[a] vix tolerabilis videtur inscitia; quanto magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia? — Ansl. l. 7. c. 119. Polyc. l. 4. tit. 4.

Item Cælestinus vniuersis epis per Apuliã, & Calabriã constitutis, ep. 3.

¶ Canones non licet sacerdotibus ignorare. C. IIII. — Burc. l. 2. c. 160. Iuo p. 6. c. 251. Ansl. l. 7. c. 108. Poly. l. 4. tit. 4.

NVlli sacerdotum liceat canones[b] † ignorare, nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digne † seruabitur; si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permissa, frangatur? — † al. suos canones † al. digna

Item ex dictis Augustini.

¶ Quæ sint sacerdotibus necessaria ad discendum. C. V. — Burc. l. 2. c. 2. & l. 19. c. 8. Ansl. l. 7. c. 169. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo par. 6. c. 22. Pann. l. 3. c. 24.

QVæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum[c]; id est liber sacramentorum[d], lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus[e], canon pænitentialis, psalterium, homiliæ per circulum anni Dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum[f] defuerit; sacerdotis nomen vix[g] in eo constabit: quia valde periculosæ sunt euangelicæ minæ; quibus dicitur [Si cæcus cæco ducatum præstet: ambo in foueam cadunt.] — *Matth. 15.*

¶ Cæteri etiam Collectores Augustinum citant. Fere autem omnia hæc habentur in pœnitentiali Bedæ, & in libro de officijs ecclesiasticis, & alibi.

Item ex 7. synodo, c. 2.

¶ Quæ oportet scire eum, qui episcopus est ordinandus. C. VI. — Mutat. est periodi ductus. Iuo p. 5. c. 372.

OMnes psallentes repromittimus[h] Deo [In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.] Quod omnes quidẽ Christianos obseruare saluberrimum est; sed præcipue hos, qui hierarchicam consecuti sunt dignitatem. Vnde definimus omnem, qui ad episcopatus prouehendus est gradum, modis omnibus psalterium[i] nosse; vt ex hoc & omnis clerus, qui sub ipso fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter à metropolitano; si in promptu habeat legere scrutabiliter, & non transitorie tam sacros canones, & sanctum Euangelium, quàm diuini Apostoli librum, & omnem diuinam scripturam; atque secundum mandata Dei conuersari, & docere populum sibi commissum. Substantia[k] enim summi sacerdotij nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est vera diuinarum scripturarum disciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionysius. Quòd si disceptauerit[l], & ita libenter facere, & docere minime spoponderit; nullatenus consacretur. Ait enim prophetice Deus. [Tu scientiam repulisti; & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.] — *Psal. 118.* Cap. 1. eccl. Hierarchiæ. *Osee 4.*

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 3.

¶ De eodem. C. VII.

PLacuit †, vt ordinandis episcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorũ inculcentur[m]; ne se aliquid contra statuta concilij fecisse pæniteat †. — † al. pæniteant.] al. afferant

Item Zepherinus Papa epist. 1. ad episcopos Siciliæ.

¶ Sacræ scripturæ inhærentes non obscurantur iniquitate mundana. C. VIII.

SIcut stellas cæli non extinguit nox; sic mentes fidelium, firmamento[n] inhærẽtes sanctæ scripturæ non obscurat mundana[o] iniquitas.

Item Hieronymus ad Eustochium in proœmio comment. in Esaiam.

¶ Ignorantia scripturarum est ignorantia Christi. C. IX.

SI iuxta apostolum Paulum, Christus Dei virtus est, Deique sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam[p]; ignoratio scripturarum, ignoratio Christi est. — 1. Cor. 1.

Laici iuris peritum debent habere.

a ¶ *Si in laicis.*] Videtur ergo q laici habebunt peritiã iuris: maxime si sint iudices, cũ teneantur ferre sententiã in scriptis, vt dixi 20. dist. §. 1. Sed pôt intelligi de iure cõsuetudinario, vel de iure naturali, i quo piculosa ẽ ignorãtia, vt 16. q. 1. si cupis.

Vel dic q hoc possit intelligi de illis laicis, q in dignitate sũt constituti, de quibus habetur circa 59 dist. si os. Io. Archid.

NVlli sacerdotum.] Casus. Multi populi normam canonum & decretorum non seruabant: & episcopi cũ canones ignorarẽt, eos non corrigebãt. Præcepit ergo Cælestinus, vt nulli episcoporũ liceat canones ignorare, quatenus cũ fuerit necesse, corrigã: deliquẽtes.

b ¶ *Canones.*] Pænitẽtiales, si intelligis de sacerdotibus, vt 26. q. 7. tẽpora. si intelligis de epo, planũ est, vt 23. dist. qui episcopus.

Adde 6. dist. statuimus & extra de cons. & a h. c. [illegible] & j. eo. omnes.

QVæ ipsis.] Casus. Octo exponit in hoc capitulo Augustinus, quæ sunt sacerdotibus necessaria, ad hoc vt ignorantiã vitent: scilicet libri sacramentorum, &c. de quibus octo si vnũ defuerit, vix sacerdotis nomen habebit.

c ¶ *Ad discendũ.*] supple hæc sunt.

d ¶ *Sacramentorum.*] idest, Missale.

e ¶ *Computus.*] quò ad dies & menses.

f ¶ *Si vnum.*] Argu. q vbi plura requiruntur ex necessitate, si vnum ex his deest, nihil agit, vt de consecra. dist. 4. in synodo. 22. q. 2. animaduertẽdum. sic qui offendit in vno, factus est reus omnium, vt de pœniten. dist. 5. consideret. & est simile; C. de testamen. si vn. & ff. de transactionibus, cum his. §. si prætor. Arg. contra 30. q. 5. aliter. ff. de ven. inspi. c. t. l. 1. in fi.

Scilicet à principio gl.

g ¶ *Vix.*] quia vbi res deest, nec nomen habebitur, vt 68. dist. corepiscopi. 7. q. 1. fact. C. de ser. à nullo. 35. q. 7. quid est.

Hic adde q[illegible] 3. q. 1. in glo. 2. 21. dist. [illegible] dam. Archid.

OMnes psallentes.] Casus. In hoc capitulo statuit synodus, vt omnis qui ad episcopatum promouendus est, psalterium sciat, vt ex eo omnis clerus, qui sub eo fuerit, instruatur: & tempore suæ ordinationis debet metropolitanus ordinandũ epm interrogare, si sciat legere canones sacros: & oẽm diuinã scripturã: & si inuenitur ignorãs, repellatur. Et hoc probatur auctoritate prophetæ dicentis: Tu scientiam repulisti, &c. Si vero legere & alia supradicta sciuerit, nisi promittat se secundum illa victurum, nõ ordinetur. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad capitulum, quamuis.

h ¶ *Repromittimus.*] idest, videmur nos obligare, cum dicimus illa verba: In iustificationibus tuis meditabor.

i ¶ *Psalterium.*] 85. dist. archidiaconum. 23. distinctione, qui episcopus.

Aliás incipit. Florentinum.

k ¶ *Substantia.*] idest, de substantia sacerdotij videtur esse, quòd ordinandus habeat scientiam.

l ¶ *Si disceptauerit.*] idest, si contradixerit.

m PLacuit, ¶ *Inculcentur.*] similiter cum nouum celebratur concilium, vt 18. dist. decernimus. 11. q. 3. curæ.

Pro declaratione huius c. vide Alex. de Imo. in l. si quis. C. de pac. & §. igitur ordinandus. in auth. non oportet. epis.

n SIcut stellas.] ¶ *Firmamẽto.*] idest, meditationi & lectioni. Hug.

o ¶ *Mundana.*] Vnde dicitur, Ama scientiã scripturarũ, & carnis vitia nõ amabis. de cõsecra. dist. 5. numquã. Hug. & Lauren.

p SI iuxta.] ¶ *Sapientiã.*] sic argumentatur: Christus est scientia: ergo qui ignorat sciẽtiã, ignorat Christũ: & intellige de tali ignorantia, quæ contemnit discere. s. proximo cap. si. Ioan.

Adde quæ notat scire Christianos ad beatitudinem consequendam. not. Bal. in gl. super rubri. C. de summa trinit. Inn. & Io. Andre. in c. 1. §. pro defectu de summa.

a Qui ea.] ¶ Sapiuntur.] Idest, approbantur.
b ¶ Ignorat.] Intellige de eo qui contemnit scire, vel de eo qui de facili scire posset, si habuisset tractatum cũ peritis, vt C. de inge. ma. l. 3. & dist. prox.
Quamuis.] Hæc est secunda pars huius distin. in qua dicit, quòd de mensa &c. si quid veri Dic quòd omnis scientia bona est: sed dicitur aliqua sciẽtia mala, quia mala est illi, cui dat occasionẽ peccãdi: sicut Adæ fuit malũ pomũ paradisi, vt 2. q. 3. quid ergo. & Iudæ buccella, vt 1. q. 1. §. opponitur. ver. nec mirum. de consecrat. distin. 2. & sancta.

Scientia aliqua dicitur mala.

Item Gregorius in pastorali, par. 1. c. 1.

¶ A Domino sciuntur; vel ignorantur, qui ea quæ Dei sunt, sapiunt, vel ignorant. C. X.

1. Cor. 14. Lib. moralium. 25. c. 23. mutato verborum ordine.

QVi ea, quæ Dei a sunt, sapiunt, à Domino sapiuntur [a]: & qui ea, quæ Dei sunt, nesciunt, à Deo nesciuntur, Paulo attestante, qui ait [Si quis ignorat [b], ignorabitur.] *Idem.* Quicumque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.

a ¶ Dei sunt.] *In loco indicato legitur:* Qui ea, quæ sunt Domini nesciunt, à Domino nesciuntur, Paulo attestante, &c.

Item Augustinus in Enchiridio ad Laurentium, c. xvij.

¶ Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, errare probatur. C. XI.

Sentent. l. 3. dist. 38. c. illud. † al. error. 9. p. c. cauendus. iong.

2 QVamuis errare † [c], quanta possumus cura, cauendũ sit, non solũ in maioribus, verumetiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari; non tamen est consequens, vt continuo erret quisquis aliquid nescit: sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum: quod est erroris proprium. Verumtamen in qua re quisque erret, interest plurimum. Nam in vna eademque [d] re, & nescienti sciens, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuersis autem rebus, id est, cum iste scit alia, ille alia, & iste vtiliora, ille minus vtilia, vel etiam noxia; quis non in eis, quæ ille scit, ei præferat nescientem? sunt enim quædam, quæ nescire, quàm scire [e] sit melius.

3 *Sed licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid vitiosum proferant episcopi, vel presbyteri, non tamen ideo à scholasticis sunt despiciendi: quia morum vitia magis, quàm verborum sunt præcauenda.*

Vnde Augustinus in libro de catechizandis rudibus, c. 9.

¶ Non contemnant scholastici ecclesiasticam simplicitatem. C. XII.

Iuo p. 6. c. 383.

SEdulo monendi sunt scholastici [a], vt humilitate induti Christiana, discant non contemnere, quos cognouerint morum vitia, quam verborum amplius deuitare; & cordi casto linguam exercitatam nec conferre audeant; quam etiam præferre consueuerant. *& infra.* His etiam maxime vtile est, nosse ita esse præponendas verbis sententias [f], vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quàm disertiores audire sermones; sicut malle debent prudentiores, quàm formosiores [g] habere amicos. Nouerint etiam non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites, & ministros ecclesiæ forte animaduerterint, vel cum barbarismis, & solœcismis Deum inuocare; vel eadem verba, quæ pronuntiant, non intelligere [h], perturbateque distinguere: non quia ista minime corrigenda sunt; vt populus ad id, quod plane intelligit, dicat [i], Amen [k]: sed quia † pie toleranda sunt ab eis, qui didicerunt, vt sono [l] in foro, sic voto in ecclesia benedici. Itaque [m] forensis illa [n], nonnumquã forte bona dictio [o], numquam tamẽ benedictio dici potest.

† tamen] orig.

a ¶ Scholastici.] *Vox illa abest ab originali. Sed in eo hæc præcedunt:* Sunt item quidam de scholis vsitatissimis grammaticorum, oratorumque venientes, quos neque inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctissimos, quorum mens magnarum rerum est exercitata quæstionibus. His ergo, qui loquendi arte ceteris

SED LICET. Supra dictum est, quòd presbyteri debẽt ignorantiã curtare: sed licet quandoque per ignorantiã peccent in grammatica, nõ tamen propter hoc sunt a grammaticis, idest, scholasticis despiciendi: quoniam vitia sunt magis præcauenda quàm verba.

SEdulo.] CASVS. Quidã prælati per ignorantiã grãmaticæ lectionis Deũ cũ solœcismo & barbarismo inuocabant: & propter hoc a peritis scholasticis despiciebãtur. quære quębtũ suit ab Augustino, an hoc deberent facere? Et respondet quòd nõ: & hoc probat tribus rationibus. Prima est, quia diserta lingua scholasticorum casto cordi nõ debet præponi. Secunda est, quia scientia præponit verbis, sicut animus corpori: & sicut prudẽs amicus formoso præponitur. Tertia est quia Deus magis inspicit affectum quàm vocem. ignorantia tamen talis est reprehẽdẽda: sed ab his toleranda qui didicerunt: quia sicut sonus in foro, ita votũ in ecclesia benedicit.

f ¶ Sententias.] Nota quòd magis cõsideranda est sententia quàm verba, vt 1. q. 1. marchion. 2. 2. q. 5. humanæ. de consec. dist. 4. retulerunt. & si nõ sanctificatur. & potius mens est considerãda quam verba, vt 23. q. 1. paratus. Argu. contra extra de sposa. ex litteris. Sol. non est à verbis recedendum nisi ex verbis paru[m] generetur intellectus: & tunc verba sunt interpretanda.

Sententia potius quàm verba attendi debet.

g ¶ Quàm formosiores.] Vnde Seneca. Infirmus non quærit medicum eloquentem: sed curare scientem.

Seneca.

quòd illi errant qui falsa pro vero approbãt, vel e cõtrario. Ioã. de Fã.

CASVS. Quidam contra Aug. ita argumentabantur: non potest quis errare nisi ignorantia rerũ: sed omnis ignorãtia est nesciẽtia, ergo quicumque nescit, errat. Dicit Aug. quòd ignorãtia est vitãda in maioribus & in minoribus: non tñ sequitur, quòd quicumque nescit, errat. Sed ille dicit errare, qui putat se scire qđ nescit: & qui falsũ pro vero asserit. Verũtamẽ multũ refert in quibus rebus quis erret. Nã si in se honesta, & quæ ad salutem animæ proficiat quis erret, sciens præponitur nescienti, & nõ errans erranti. In rebus autẽ diuersis, si illa sint vtilia, illa inutilia & noxia: in noxijs nesciens præponatur scienti: quia talia melius est nescire quàm scire.

c ¶ Errare.] Errare enim est aliud pro alio putare, vt 22. q. 2. in qb[us]. d ¶ Eademque.] In his quæ spectant ad salutem animæ, nihil interest errentis vel decipientis, 26. q. 2. si crepis.

e ¶ Quàm scire.] Hic videtur quòd bonum sit ignorare mala, vt 32. dist. hospitiola. Sed contra quia omnis scientia à Deo est, vt 37. dist. hunc. &. bonũ est scire mala, vt ea vitemus, vt supra dist. prox. quòd

h ¶ Intelligere.] Argu. quòd non est deponendus aliquis propter imperitiam, vt 10. q. 1. placuit.

Imperitia nõ facit quẽ deponi.

i ¶ Dicat.] Arg. contra extra de fi. presbyte. proposuit. 7. q. 1. illud. sed nec hic populus respõdet, Amen, officiãdo ecclesiã vel Missã. Et ita videtur, quòd nec sine ministro potest presbyter Missam dicere, licet H. dicerit, quòd bene potest cum populo tantũ ecclesiã officiare.

Ad idẽ 71. dist. episcoporũ in fi. 21. q. 2. in Galliani in fi. Presbyter an sine ministro possit celebrare.

k ¶ Amen.] Videtur ergo sufficere, si populus respondeat sacerdoti in Missa, & sic est contra 7. q. 1. illud. Sed dic quòd non respondet populus officiando Missam.

l ¶ Vt sono.] Hoc est dicere, sicut in concione laici cõpositos sermones & politos considerant: sic viri ecclesiarum votum & intentionem considerare debent sacerdotis.

Dicit Hugo quòd idẽ verũ est: sed hoc non est ligatur hic. non enim dicitur quòd populus sic respondeat officiãdo, vt sequitur de hoc supra in glo. præallegata. Archid.

m ¶ Itaque.] idest, quamuis.
n ¶ Illa.] concio.
o ¶ Bona dictio.] nominetur: non tamen potest dici benedictio. 28. dist. presbyterum.

Nullus

N *Vllus.*] Casvs. Quidam episcopi dedignabantur discere à iuuenibus, vel ignobilibus propter opprobriū senectutis, vel nobilitatē generis: quos Clemēs reprehendit, dicēs q potius sunt membra diaboli quam Christi: & potius sunt infideles q̄ fideles. 74. dist. epōrū. sed ꝑmotū nō deijcit, sed dat ei coadiutor, vt 7. q. 1. qa frater. & 12. q. 2. vobis. tamē iste Petrus nō tantū pp simplicitatē fuit remot⁹, sed etiā qa solidos dedit ad vsurā, vt 47. dist. de Petro. a *Opprobrium.*] Et dicit Augustinus. Ego senex a puero nondum g *Extrinseca.*] Debet enim cautus circa sua negotia esse, vt 23. dist. qui episcopus. & est simile 86. dist. fratrem. Ioannes.

hominibus excellere videntur, cum veniunt, vt Christiani fiant, hoc amplius, quàm illis illitteratis impartire debemus; quòd sedulo admonendi sunt, vt humilitate, &c.

Item Gregorius ad Leandrum episcopum Hispalensem, in præfat. Moral. ad finem.

¶ De eodem. C. XIII.

INdignum vehementer existimo, vt verba cælestis oraculi restringam sub regulis Donati.

¶ *Hoc, & duo sequentia capita absunt à multis antiquis exemplaribus, neque glossam habent.*

[*Item Augustinus de vera religione, c. 49. & 50.*]

PALEA. C. XIIII.

LOcutio diuinarum scripturarum secundum cuiusque linguæ proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua, sua quædam propria genera locutionum; quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda.

[*Item Hieronymus ad Pammachium, epist. 52. cuius initium est, Christiani interdum pudoris est.*]

PALEA. C. XV.

ECclesiastica interpretatio, etiam si habet eloquij venustatem, dissimulare eam debet, & fugere† ; vt non otiosis philosophorū scholis, paucisque discipulis, sed vniuerso loquatur hominum generi. † *al. non fugere*

Item Clemens Papa, epist. 3.

¶ Propter opprobrium senectutis, à paruulis, & à minimis non erubescat discere episcopus. C. XVI.

NVllus episcopus † propter opprobrium [a] senectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis† eruditis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & discere, atque agere bona recusat; magis diaboli, quàm Christi membrū esse ostenditur; & potius infidelis, quàm fidelis monstratur. † abest ab originali. † *al. minimè.*

DISTINCTIO XXXIX.

[1] gra. ECce [b] *plenarie monstratum est, quòd sacerdotes oportet litterarum tam sacrarum, quàm sæcularium esse peritos. Nunc quæritur, an sæcularium negotiorum oporteat eos habere peritiam* [c]. *Hanc prælatis esse necessariam multis rationibus probatur. Debent namq; prælati subditis non solum spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia plene possint perficere, sæcularium negotiorum oportet eos habere solertiam* [d]; *vt eorum cautela & ecclesiæ seruentur indemnes, & cuique necessaria pro suo modo* [e] *ministrentur. Vnde quidam in episcopum electus, à Beato Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne eius occasione res ecclesiæ dilapidarentur. Sic enim scribit Gregorius clero, & nobilibus Neapol. lib. 8. epist. 40.*

¶ Sæcularium negotiorum imperiti non sunt in episcopos eligendi. C. I.

PEtrus diaconus, quem à vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est [f]: & nostis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca [g] subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse sollicitus. Ansl. 6. c. 13. Poly. l. 2. tit. 1.

annicula paratus sum edoceri, vt 24. q. 3. si habes. & stultus est, qui bona quæ videt, discere contemnit, vt 22. dist. de Constantinopolitanæ. & si vnū pedem haberem in sepulchro, alium extra: adhuc vellē discere, vt ff. de fideicō. liber. apud Iulianū. Vnde Seneca. Nulla ætas sera est ad discendum. — Imitatio optima ad discendū. — Seneca.

ECce.] Hæc dist. breuis est: & ideo non diuiditur.

b *Ecce.*] In tribus superadictis dist. demonstratum est, episcopum debere esse prudentem in litteris tam diuinis q̄ sæcularibus. Nunc vero in hac 39. distin. ostendit, quòd oportet episcopū esse prudentem in negotijs sæcularibus, vt sua cautela reddantur ecclesiæ indemnes: & cuique necessaria pro suo modulo ministrentur, & hoc exemplo Domini, qui turbas sequentes non solum verbis spiritualibus, sed etiam corporalibus alimentis reficiebat: quam peritiam quia Petrus diaconus nō habuit, est à dignitate repulsus, ad quam fuerat electus, vt probat sequens cap. quod per se patet. — Episcopus debet esse prudens in negotijs sæcularibus.

c *Habere peritiam.*] Et ita hoc est adhuc de illo capitulo, de quo tractatur 36. dist. scilicet, oportet episcopū esse prudentem. secundum Hugo. & Lau.

d *Solertiam.*] idest industriam, & solicitudinē. Solers enim antiquitus dicebat q erat oī bona arte instruct⁹. Et dicit solers, q sit solicitus in arte & vtilis, secundum Papiam.

e *Pro suo modo.*] qa plus quādoque conferendū est vni quam alteri, vt 1. q. 2. clerici. 12. q. 2. vulteranę. ext. de pbē. de multa. in fi.

f PEtrus.] *Simplex est.*] Quædā est simplicitas, quæ est cōtraria dolo: & illa ē bona, vt 16. q. 1. sicupis. sed hic vocat simplicitatē negligētiā siue stultitiā, vt 36. dist. in principio. illa enim impedit promouēdū, vt hic, & arg. 74. dist.

[illegible] est [illegible]. 7 [illegible] simplicitas [illegible] quando est simplex [illegible] C. de [illegible] de [illegible] hæredi. [illegible] Archid.

DISTINCTIO XL.

1. Tim 3. Ps. 131. Exo. 28.

OPortet [a] quoque episcopum esse ornatum, & hospitalem. Ornamenta episcopalia, virtutes debent intelligi, quæ à Domino eis repromittuntur, cum dicitur [Sacerdotes eius induam salutari.] Vnde in veteri testamento varijs vestibus ex præcepto Domini sacerdotes ornati leguntur: quia multimodis virtutibus debet splendere vita pontificis; vt gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, sed vita, & mores sanctum faciunt sacerdotem. Vnde ex suscepto officio non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi se nouerint assecutos.

Vnde Symmachus Papa ait.

¶ Officium sacerdotii non confert, sed adimit peccandi licentiam. C. I.

Polyc. l. 3. tit. 7.

NOn nos beatum Petrum, sicut dicitis, à Domino cum sedis priuilegijs, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perennem [b] meritorum dotem cum hereditate [c] innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce [d], ad illos pertinet, quos [e] par conuersationis splendor illuminat. Quis enim [f] sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ a loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit: aut qui eriguntur, illustrat [g].

¶ *Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, est in libro, quem pro Symmacho Ennodius diaconus scripsit: ivreque Symmachi nomine citatur, quòd eum librum Symmachus, & vniuersa quinta synodus pro causa Symmachi habita sic approbarunt, vt parem ei cum synodis, & Apostolicis decretis auctoritatem tribuerint.*

Item Hieronymus ad Heliodorum, epist. 1.

infra. 2. q. 7. c. non omnes. Polyc. l. 5. tit. 8. Burc. l. 1. c. 207. Iuo p. 5. c. 321.

¶ Filij sanctorum sunt, qui exercent opera eorum. C. II.

NOn est facile stare [h] loco Pauli, tenere gradum Petri iam cum Christo regnantium: quia [a] hinc dicitur; non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum; sed qui exercent opera eorum [i].

a ¶ Quia hinc.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum, ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant etiam ceteri collectores.*

Item Gregorius.

¶ Morum nobilitas, non loci, vel generis, sacerdotes notificet. C. III.

Burc. l. 1. c. 208. Iuo. p. 5. c. 322. Polyc. l. 3. tit. 7.

NOs qui præsumus, non ex locorum [k], vel generis dignitate; sed morum [l] nobilitate [m] innotescere debemus: nec vrbium claritate, sed fidei puritate.

Item Gregorius ad Anastasium presbyterum, lib. 6. epist. 29. vel c. 193.

¶ Non loca, vel ordines, sed merita nos Deo iungunt. C. IIII.

Polyc. ibidem.

NOn loca, vel ordines [n] creatori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti, in Matthæum, homilia 40. ad c. 21.]

OPortet] Hæc dist. diuiditur in sex partes, in quarum prima probat primo & principaliter, quod ornatus debet esse sacerdos, & omnes alij clerici, vt honorem faciant suis cathedris & dignitatibus: & hoc probat per quatuor aucto. Secunda ibi, *Homo christianus*. Tertia ibi, *Si Papa.* Quarta ibi, *Ante omnia.* Quinta ibi, *Illud.* Sexta ibi, *Multi.* *Ioan. de Fan.*

CASVS. Hic intitulatur 40. dist. in qua prosequitur quintum cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet episcopum esse ornatum: sed per ornamenta virtutes intelliguntur: & hoc probatur auctoritate Ital. & exemplo sacerdotum veteris testamenti, qui varijs vestibus vtebatur, quæ designant vestes interiores, scilicet virtutes & bonos mores, quibus suæ cathedræ conferant decorem, quem ab eo non accipiunt: nec intelligant sibi licentiam peccandi concessam ex dignitate sibi data, sed necessitatem bene viuendi: quod probat seq. cap.

a ¶ Oportet.] Hic prosequitur 5. cap. Apostolicæ regulæ, oportet episcopum esse ornatum. Est autem duplex ornatus, exterior, & interior. Exterior ornatus consistit in grauitate, & in incessu, & in habitu, & in temperantia cibi & potus. de isto ornatu agitur in proxima seq. dist. Interior ornatus est virtus. & de hoc agitur hic: & ostendit quod locos non dat virtutem, nec dignitas: sed vitæ meritum. Ioan.

NOn nos.] CASVS. Quidam dicebant, quod Petrus & successores eius licentiam peccandi a Domino receperunt cum priuilegio dignitatis. Symmachus autem Papa dicit, non esse verum: quia Petrus transmisit ad posteros apostolicam dignitatem cum hereditate innocentiæ, quam per bona opera acquisiuit: verumtamen nullus debet dubitare sanctum esse quem apex tantæ dignitatis attollit: in quo si bona propria desunt, sufficiunt merita Petri, vt bonæ opinionis habeatur. Quæ sequuntur vsque ad cap. si Papa. plana sunt.

b ¶ Perennem meritorum.] id est, apostolicam dignitatem per bona merita acquisitam [1].

c ¶ Cum hereditate] id est, ad hoc transmisit vt essent heredes bonitatis suæ.

d ¶ Pro actuum luce.] id est, per bonos actus.

e ¶ Quos.] id est, quia eos.

f ¶ Quis enim.] quasi dicat, & si quandoque forte Apostolici non essent boni, tamen semper præsumuntur esse boni. quis enim, &c. Sed nonne contrarium est 19. dist. Anastasius 2. 1. dist. nunc autem? Sed non dicit hic, quod sancti sunt: sed quod sancti præsumuntur, donec contrarium constet: quia hereditatem innocentiæ recipiunt, vt hic dicitur. Sed quid si constet de ipso, quod adulterium commisit vel homicidium? Dicit Hug. quod licet non possit accusari, inde tamen peccat: & quod hic dicitur, bene facere, intelligitur de his, quæ possunt æque retorqueri ad bonum vel ad malum: quia semper in dubio pro ipsius facto præsumitur. Sed hoc certe idem est in quolibet sacerdote, vt 11. q. 3. absit. & 42. dist. cap. 1. & 16. q. 1. si clericatus? Respon. hoc verum est: sed tamen magis præsumitur pro Papa, vt 93. dist. cap. 1. vnde sacrilegij instar esset disputare de facto [2] suo, vt 17. q. 4. §. qui autem. Vel dic quòd facta Papæ accusantur, vt homicidia Samsonis, & furta Hebræorum, & adulterium Iacob, vt extra de diuor. gaudemus. Ioan.

g ¶ Illustrat.] id est, dat eis occasionem bene viuendi, vt 81. distin. valet.

h NOn est. ¶ Stare.] digne, sicut exigit eminentia dignitatis. Hug.

i ¶ Opera eorum.] 35. dist. cap. ecclesiæ.

k NOs. ¶ Non ex locorum.] tantum: ne sit contra. 81. dist. valet.

l ¶ Morum.] C. de episco. & cleri. si quemquam.

m ¶ Nobilitate.] sic 3. 1. q. 1. vilissimus.

n NOn loca, vel ordines.] tantum: quia per ordines confertur gratia, vt 1. q. 1. quidquid. & est simile 23. q. 4. sicut a.

[1] Arg. 24. q. 1. pudenda.

Papa siue Apostolicus semper præsumitur bonus.

Papa de homicidio vel adulterio accusari nequit.

[2] Ita fuit sententia Laur. dicentis, quòd qui de alijs præsumit, vel diuinat, peccat venialiter, & de Papa, mortaliter. ar. huius 9. hic allega. qui autem.

¶ Magnitudo peccati, vel dignitatis quemque fortiter d[e]iicit. C. V.

2 HOmo Christianus fortiter cadit [a] in peccato propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis †.

Item ex dictis † *Bonifacij* [a] *martyris.* († *al. gestis*)

¶ Damnatur Apostolicus, qui suæ, & fraternæ salutis est negligens. C. VI.

SI Papa suæ, & fraternæ salutis negligens, deprehenditur inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturnus; [b] quod magis officit sibi, & omnibus; nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio [c] gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus †. Huius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus à nemine [d] est iudicandus; nisi deprehendatur à fide [e] deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere. (Iuo par. 5. c. 23.) († *al. vapulaturos*)

a ¶ Dictis Bonifacij.] *Nauclerus gen. 26. testatur hoc fuisse dictum Bonifacij martyris. Verum Deusdedit presbyter Cardinalis, tit. Apostolorum in Eudoxia, tempore Victoris Papæ 3. libros quatuor de rebus ecclesiasticis composuit, qui in bibliotheca Vaticana seruantur. Et libro primo cap. 231. ex gestis (sic habent etiam multi Gratiani codices, & Iuo) Bonifacij martyris, & Archiepiscopi Moguntini sedis Apostolicæ legati, hæc sanctissimi illius viri de Romano Pontifice, ac sede Apostolica verba refert, in quibus est hoc caput: & quædam ex antecedentibus, & sequentibus valde illustratur.* Sancta Romana ecclesia priuilegio specialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium ecclesiarum post Christum Iesum effecta, secundum Antistitis, vel rectoris sui qualitatem, & valitudinem afficit totius Christianitatis membra, vt illius incolumitati sua respondeant incolumitate, & cogaudeant: & nihilominus eius lãguoribus suo languore consentiant: & sicut eius gloria iuxta Apostolum conglorificantur, sic eius deiectione deijciuntur, vt illud propheticum in eo præcipue compleri deprehendatur [Omne caput languidum, & omne cor mœrens: à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.] (1. Cor. 1.) (Esa. 1.) Et reuera tanta reuerentia apicem præfatæ Apostolicæ sedis omnes suspiciunt, vt nõnullam sanctorum canonum disciplinam, & antiquam Christianæ religionis institutionem magis ab ore præcessoris eius, quàm à sacris paginis, & paternis traditionibus expetant: illius velle, illius nolle tantum explorant, vt ad eius arbitrium suam conuersationem & ipsi remittant, aut intendant. Quòd si, vt summopere sibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei sine intermissione tabescens, fidelis dispensator & prudens existens, Deo & hominibus, opere & sermone irreprehensibilem sese conseruare studuerit, vt vere fatear, vniuersum pene mundum secum attonitum, & solicitum post Deum currere facit: ex vtroq; sexu populos diuersæ professionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino suo super omnia bona ipsius constituendus ducit. Si vero suæ, & fraternæ salutis negligens deprehẽditur, inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper à bono taciturnus (quod magis officit sibi & omnibus) nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternũ vapulaturus: cuius culpas illic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus à nemine est iudicandus, nisi forte deprehendatur à fide deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertunt propensius pendere. Saluo enim diuinæ omnipotentiæ mysterio, vt dignum est, loco ab ipsa secundo illud B. Iob nõ incõgrue aptari sanctæ Romanæ ecclesiæ potest: [Si destruxerit, nemo est qui ædificet: & si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ei: si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram] (Iob. c. 12.) nec immerito: cum ipsa specialius in Petro cæli, terræq; retentet habenas. Hæc cum omnium fidelium in Christo spiritalis sit mater, nemo debet renuere illius ferri disciplina, vel emẽdari censura, iuxta illa prouerbia Salomonis [Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abiicit disciplinam, infelix est: & stultus homo despicit matrẽ suam.] (Prou. 1. 6. 18.) & rursus [Est maledictus à Deo, qui exasperat matrẽ: & maledictio matris eradicat fundamẽta;] (Eccle. 3.) illa vtiq; quæ arrogãt †, diuisa à sede illius, cui dictum est [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã.] (Matt. 16.) & super arenam concupiscentiæ carnalis, seu humanæ præsumptionis probantur posita: cuius riui minime prosperatur, si à suo fonte diuidatur. († *forte*] arrogauerit)

HOmo.] Hæc est secunda pars huius dist. in qua probat, quòd vnus in eodem genere peccati magis punitur quàm alius: & hoc probat per istud c. Ioan. de Fan.

a ¶ *Cadit.*] id est, cadere videtur ab ecclesia. Ex hoc capitulo plurimi dicunt, quod circumstantiæ loci & temporis & dignitatis & sciẽtiæ aggrauãt peccatũ [1]: vt magis peccet clericus, quàm laicus in eodem genere delicti, & magis litteratus, quàm non litteratus, & magis peccatur in loco sacro vel tempore quàm extra. arg. 19. dist. nulli. & 50. dist. quia tua. & 11. q. 3. præcipue. & 25. q. 1. nulli. de pæni. dist. 5. consideret. & 32. q. 5. qui viderit. & augetur peccatum dignitate peccantis, [2] vt ff. de re milita. omne. §. augetur. Alij dicunt quod circũstantiæ cũ sint bonæ & à Deo, non debent esse alicui occasio mali. vnde dicunt, quod circumstantiæ nõ aggrauant peccatũ, sed solus contemptus. si ergo laicus ex maiori contemptu peccat, magis peccat quam clericus. Sed quia non constat ecclesiæ qualiter quis peccat, an ex contẽptu vel alio modo, 24. q. 3. Deus. ideo non potest iudicare de peccato secundum contemptum: & ideo iudicat per circumstantias, quasi per quasdam præsumptiones: & magis punitur clericus quàm laicus: quia magis præsumitur contra ipsum. & licet hic duæ causæ tantum enumerentur, quæ videntur aggrauare peccatum: tamen plures sunt. de pœ. di. 5. cõsideret.

SI Papa.] Hæc est tertia pars huius dist. in qua probat, quod Papa magis punitur quam alij, si male regit ecclesiam Dei. & hoc probat per hoc cap. Ioan. de Fan.

CASVS. Bonifacius martyr consultus fuit, an Papa ab aliquo possit iudicari, si inueniatur negligens & remissus in operibus suis, cum noceat sibi & omnibus subditis suis: & similiter multos secum trahit. Et respondet quòd non, cum debeat omnes alios iudicare: nisi hæreticus deprehendatur, pro cuius salute, cum ipse sit caput ecclesiæ post Deum, vniuersitas fidelium instantius orat: sed licet iudicari non possit, nihilominus punietur cum ipso diabolo in æternum.

b ¶ *Taciturnus.*] Taciturnitas mortalis est in prælato, vt 43. dist. c. 1. (Prælati tacere non debent.)

c ¶ *Mancipio.*] id est, diabolo, qui mãcipatus est gehennæ. de pœ. dist. 1. mancipium.

d ¶ *A nemine.*] Papa à nemine potest iudicari, vt 9. q. 3. nemo. quod intellige nisi ipse se subiiciat alij. 2. q. 7. nos si incompetenter. Sed contra 24. q. 2. sane profertur. versiculo, item Romanorum. vbi dicitur, quod Dioscorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quãuis in fide non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Constantinopolitanum. Item adhuc obstat 12. q. 2. non liceat. ibi, vnus Papa iudicat de suo successore. Sed ibi non iudicat de ipso, sed dicit quod non liceat ei alienare res ecclesiæ. (Papa iudicatur à nemine.)

e ¶ *A fide deuius.*] Quod intelligit Hugo, cum Papa non vult corrigi: si enim paratus esset corrigi, non posset accusari, vt 24. q. 1. aperte. & cap. at. & cap. hæc est fides. & 2. q. 3. dixit Apostolus. Sed quare non potest accusari de alio crimine? ponamus quòd notorium sit crimen eius vel per confessionem, vel per facti euidentiam: quare non accusatur vel de crimine simoniæ, vel adulterij: etiam cum admonetur, incorrigibilis est, & scandalizatur ecclesia per factum eius? Certe credo quòd si notorium est crimen eius, quandocumque, & inde scandalizatur ecclesia, & incorrigibilis sit: quòd inde possit accusari. Nam contumacia dicitur hæresis [3], vt 81. dist. si qui presbyteri. & contumax dicitur infidelis, vt 38. dist. nullius. Hic tamen specialiter fit mentio de hæresi, ideo quia & si occulta esset hæresis de illa posset accusari: sed de alio occulto crimine non posset. Item numquid potest denunciari crimen Papæ secundum regulam istam, Si peccauerit in te frater tuus [4]: cum nomine fratris quilibet Christianus dicatur, vt 11. q. 3. ad mensam. Sed dico quod non potest denunciari crimen de ipso, nisi inde posset accusari. nam inutilis esset denunciatio [5]. Itẽ numquid Papa posset statuere, quod non posset accusari de hæresi? Rñ. quod non: quia ex hoc periclitaretur tota ecclesia: quod non licet. (Papa an de crimine accusari possit.)

j. 25.

Circumstantiæ peccata aggrauãtes.

[1] Adde ad hoc tex. gl. & doct. in l. & facta. §. 1. ff. de pœ. & de hoc latius no. Gof. in su. de pœ. & re. §. confiteatur quis, &c.

[2] Ad hoc 5. q. 6. presbyteri. C. de episc. & cle. presbyteri.

[a] Concor. tex. in l. nemo. C. de sum. tri. & l. omnes. §. qui manus. ff. de ca. militi.

[3] Dic, quod hæresis dicitur pluribus modis, vt no. 24. q. 1. inter. & extra de hære. firmissime.

[4] Vt 2. q. 1. si peccauerit.

[5] Sub. nam denunciatio fit ad correctionem, ad quam compelli non potest cum superiorem non habeat. Archidia.

Imperator pro quo peccato deponi possit.

j.25.q.1.sunt quidam. quia hoc fit in eo casu quo desinit esse caput ecclesiæ, & ita non tenet constitutio. Sed pro quo peccato potest Imperator deponi? pro quolibet: si est incorrigibilis. vnde deponitur, si est minus vtilis, vt 15.q.6.alius.

A [Nte omnia.] Hæc est quarta pars huius distin. in qua dicit, quod dif-

d [Vt secundus locus.] quia primus locus est papatus, secundus locus est episcopatus. Vel ideo hoc dixit, quia factus est episcopus alteri, vt 7.q.1.non autem. — Papatus est primus locus.

S [Icut viri.] CASVS. In hoc cap. notatur similitudo inter matrimonium carnale & spirituale: quia sicut legitima coniunctio, scilicet animorum, vnum facit matrimonium, & sicut duorum commistio vnum facit corpus, ita clericatus & sacerdotium vnum faciunt presbyterum & electio & consecratio faciunt vnum episcopum. Et hæc omnia supradicta vnum corpus efficiunt, id est ecclesiam, quod cito rumpitur, nisi legaliter obseruetur.

Item Augustinus ad Valerium, epist.148.

¶ Non ordines, sed vitæ merita nos Deo commendant. C. VII.

Ans.l.6.c.196. Iuo p.6.c.389. 4 ANte omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorie[a], atque adulatorie res agatur; sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & damnabilius. ¶ Item nihil esse in hac vita, & maxime hoc

Ans.l.6.c.186. tempore difficilius, laboriosius, periculosius[b] episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autem iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici; & eo tempore, quo discere cœperam, vis mihi[c] facta est merito peccatorum meorum. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus[d] gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.

Item Isidorus.

¶ Corrumpitur, & ad terram sacerdotium trahitur, nisi legaliter, & iuste seruetur. C. VIII.

SIcut viri, & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & sicut duorum copulatio vnum perficit corpus; ita clericatus[e], & sacerdotium vnum faciunt presbyterum; & electio[f] & consecratio vnum faciunt episcopum, quæ omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur, & ad terram trahitur, nisi legaliter seruetur, nisi iuste viuendo laudetur.

Item Ambrosius lib. de paradiso, c.4.

¶ Gratia, non locus saluat animam. C. IX.

† Quo loci illud aduerte] orig. 5 ILlud† autem animaduerte, quia extra paradisum[g] vir factus est, & mulier intra paradisum, vt aduertas, quòd non loci[h], non generis nobilitate, sed virtute vnusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra paradisum factus, hoc est in inferiore loco, vir melior inuenitur: & illa, quæ in meliore loco, hoc est in paradiso, facta est, inferior reperitur.

Item Gregorius, lib.6.reg.epist.5.seu c.169.

¶ De eodem. C. X.

† al. Quamlibet QVælibet† occulta[i] loca sine gratia Dei animam saluare non possunt: quod aliquando in ipsis quoque conspicimus erratibus[k]

Gen.19. electorum. Nam Loth in ipsa peruersa ciuitate[l] fuit iustus; in monte[m] peccauit. Sed ista cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim paradiso iucundius! quid cælo securius! & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit[n].

Idem.

De eodem. C. XI.

Burc.l.1.c.106. Iuo p.5.c.320. ADam primus homo pro peccato de paradiso eiectus est[o]: hoc est, quia Dei nobilitatem à se deiecit, nobilitate loci priuatus est.

¶ *Primo libro B. Gregorij in Ezechielem homil.9. leguntur hæc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur:* Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in paradiso cecidit.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti, in Matthæum, hom.43. ad c.23.]

e [Clericatus.] id est, minor ordo. hic videtur, quod si laicus promoueretur in sacerdotem, nullum reciperet characterem: sed si haberet aliquem minorem ordinem, & per saltum reciperet superiorem, bene reciperet characterem, vt 52. distin. solicitudo. Alij dicunt, quod laicus verum ordinem reciperet, dum tamen baptizatus fuerit. arg. 1.q.1. veniam. Io. quod verum credo. B. — † Idem no. 16. dist. c.1. in glo.

f [Electio.] consueuit istud induci, quod ex sola electione non consequitur aliquis ius, vt de hoc dixi 63. dist. quanto.

I [Llud.] Hæc est quinta pars huius dist. in qua probatur, quod non est ita magnus, quod cadere non posset, si gratiam non haberet: & hoc probatur per hoc ca. & duo c. seq. Io. de Fan. CASVS. Quidam olim gloriabantur de loci nobilitate, sed Ambro. probat non esse gloriandum; quia in loco nobili potest esse malus, & in vili loco bonus inueniri, & hoc probat exemplo Adæ & Euæ. nam Adam creatus fuit in agro Damasceno, & tamen melior est inuentus Eua, quæ in paradiso est creata.

g [Extra paradisum.] in agro Damasceno.

h [Non loci.] ar. quod ratione loci vel dignitatis, vel nobilitatis pro aliquo non præsumitur, vt 12.q.2. gloria. arg. contra 24. dist. quando. Et certe pro nobilibus semper debet præsumi in his, quæ spectant ad nobilitatem. ar. ff. de fid. instr. l. si Io.

Q [Vælibet.] CASVS. Quidam dicebant, quod aliquis non poterat saluari, nisi in locis solitarijs: sed Greg. dicit hoc non esse verum. & hoc probat exemplo trium. Nam Loth in ipsa ciuitate fuit iustus, & in monte peccauit. Adam in paradiso deliciarum peccauit, quo nihil est iucundius. Et angelus de cælo per peccatum descendit. Cap. quod sequitur, patet.

i [Occulta.] arg. contra eremitas.

k [Erratibus.] id est peccatis vel delictis.

l [Peruersa ciuitate.] arg. quod non nocet bono malorum conuersatio, vel cohabitatio.

m [In monte.] 15.q.1. inebriauerunt. — † Et 15. distin. sicut dic.

n [Cecidit.] Nam ex varietate locorum nullum discrimen inducitur. C. de tempo. in integ. restit. l. vlt. arg. contra 32.q.5. qui viderit.

o [Cecidit.] Et hæc est causa, quare nos persequitur, quia nos illuc debemus ascendere, unde ipse descendit. 16.q.2.c.1. — Dæmon quare nos persequitur.

o A [Dam.] [Eiectus est.] Gen.4. de pæ. dist.1. Adam & priuatus, vt de pæn. dist.2.c. serpens. & c. sicut primi. — De casu eius habetur de pæ. dist.2. in princ. Lau.

difficile est bene regere sacros ordines & ecclesiasticas dignitates, sed facile est male regere, & periculosum: & hoc probat per hoc cap. & cap. seq. Io. de Fan.

CASVS. Aug. factus fuit episcopus Hipponensis ecclesiæ. Vnde Valerius referebat gratias creatori. Aug. dicit, quod si quis vtatur officio epi, presbyteri, diaconi transitorie & semiplene, nihil est lenius & facilius: sed nihil est ei damnabilius apud Deum. sed si quis militet eo modo quo Christus iubet, nihil est difficilius, sed nihil beatius apud Deum. Et ostendit quod ad tantam dignitatem eligi non debuit, cum minora officia non didicerit gubernare. Et hoc probat nauigantis exemplo, cui cura nauis committi non debet, qui remum tenere non nouit.

a [Si perfunctorie.] id est, negligenter.

b [Periculosius.] quia qui episcopatum desiderat in terra, inueniet confusionem in cælo. 8.q.1. qui episcopatum. & j. ea. c. mult. — Episcopatum desiderare valde periculosum est.

c [Mihi.] & sic aliquis potest cogi vt fiat eps. quod verum est, si ab initio cogitur, vt fiat de nolente volens. vt 13.q.4. displicet. sed si perseueraret in voluntate, non esset cogendus, vt 74. dist. vbi ista.

¶ Non est uerus sacerdos omnis, qui nominatur sacerdos. C. XII.

6 MVlti sacerdotes, & pauci sacerdotes; multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo sedetis super cathedrā; quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem, sed homo locum[a]; non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos. Qui bene sedent super cathedram, honorem accipit ab illa; qui male sederit, iniuriam facit cathedræ; ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedens, si quidem bene vixeris, & bene docueris, omnium iudex es: si autem bene docueris, & male vixeris, tui solius cōdēnator eris†. Nam bene viuendo, & bene docēdo, populum instruis, quomodo debeat viuere: bene autem docendo, & male viuendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare. *Idem*. ¶ Quicumque desiderauerit[b] † primatum in terra, inueniet confusionem in cælo; nec[a] inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit[c]; nec vnusquisque eorum festinet, quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam nō qui maior fuerit in honore[d], ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.

1. Pet 3. — † *al. es.* — Ibidem homilia 35. ad c. 20. — † *al. desiderat*

a ¶ Nec inter.] *In loco indicato legitur*, vt inter seruos Christi non sit de primatu certamē, nec vnusquisque, &c, *Sed obstitit glossa, ne mutaretur.*

DISTINCTIO XLI.

1 pars. *ECce quibus oporteat sacerdotem esse ornatum moribus; sed præterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet & incessu[e]; habitu, vt nec fulgidis, nec sordidis se vestibus ornet. Vt enim ait Hieronymus[β], nec affectatæ sordes, nec exquisita deliciæ laudem pariunt; quod tam de vestibus, quàm de cibis intelligendum est.*

β ¶ Hieronymus.] *Ad Eustochium de custodia virg. sic scribit:* nec affectatæ sordes, nec exquisitæ munditiæ conueniunt Christiano. *Ad Nepotianum quoque in eamdem fere sententiam,* vestes pullas æque deuita, vt candidas; ornatus, vt sordes pari modo fugiendæ sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

Vnde Augustinus ait lib. 3. de doctrina Christiana, c. 12.

¶ Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam vti debemus alimentis. C. I.

QVisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quàm sese habēt mores eorum, cum quibus viuit[f]; aut intemperans[g], aut superstitiosus[h] est. Quisquis vero sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat; aut aliquid significat[i], aut flagitiosus[k] est. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido[l] vtentis in culpa est, *& infra.* ¶ Quid igitur locis, & temporibus, & personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temere flagitia[m] reprehendamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretiosissimo cibo sapiens vtatur; insipiens autem fœdissima gulæ flamma in vilissimum olus ardescat,

Too p. 4. c. 24. Pān. l. 2. c. 195.

MVlti.] Hæc est sexta pars huius distin. in qua dicit, q nomē sacerdotis debet consistere in re, & non tantum in nomine, vt per hoc cap. probatur. Io. de Fan.

CASVS. Reprehenduntur hic quidā qui erant presbyteri, vel sacerdotes nomine tantū, & non re vel vita, qui pp cathedrā se sanctificatos putabant: sed male, qa locus nō sanctificat hominem, sed homo locum. vnde dicit Ioan. Chrysostō. q si bene docent, & bene viuunt, populum instruunt, & bene habebunt: & si bene docent & male viuunt, seipsos condemnant.

a ¶ *Sed homo locum.*] Sed res accedere debet hominibus, & non homo rebus. ff. de ædil. edic. iustissimæ.

IDEM QVICVMQVE. CASVS. Quidam desiderabāt dignitatem, vt præessent aliis, & non vt prodessent: sed dicit Io. Chrysost. q tales inuenient confusionem in cælo, nec inter seruos Christi computabuntur. Nō enim debet aliquis festinare qualiter appareat maior aliis: nam q iustior est, maior est; & nō qui maior est dignitate, est iustior.

b ¶ *Desiderauerit.*] Ad hoc vt præsit, non vt prosit, ne onflet. 8. q. 1. qui episcopatum.

c ¶ *Tractauerit.*] Non q eo solo q aliquis loquitur de episcopatu, punitur, sic co ipso, q quis loquitur ambitiose de minimis, peccat. 16. q. 1. si cupis. & q loquitur de mulieribus, vt 32. dist. hospitiolū.

Peccat qui de minimis ambitiose loquitur.

d ¶ *In honore.*] quia nō gradus elegantior, sed vitæ melioris actio cōprobatur. 23. q. 4. sicut in. & 16. q. 1. sunt nonnulli. Et est hic arg. q ista pars quæ iustiori ratione innititur, maior dicitur, licet sit minor. sic 31. dist. Nicæna. 19. distin. in canonicis. 4. q. 3. §. 1. extra de testibus, in nostra. & 20. dist. §. 1.

Ecce.] Supra in præcedenti distin. dictum est, q oportet episcopum esse ornatum moribus & virtutibus. In hac vero 41. distin. dicitur, q oportet episcopū esse ornatum in exterioribus, & in habitu scilicet & incessu. in habitu, ne fulgidis vel sordidis vestibus se exornet: quod probat auctoritate Hieronymi dicētis: Nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudes pariunt. quod tam de vestibus quam de cibis est intelligendum. Et ad hoc inducit sequens cap. De incessu autem dicet ∫ ca. 5. vlt.

Error de eloquentia vestra: 1. sic vide... 31. distin. Nicæna. Ambulia.

Ornat[us] exterior episcoporum.

e ¶ *Et incessu.*] vt grauitate itineris ostendat grauitatem mentis, vt ∫. ca. 5. vlt.

QVisquis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd nullus debet vti rebus transitoriis strictius vel abundantius quam socii, cum quibus viuit: quia remissius vtendo aut hypocrisim significat, aut intemperantiam: abundantius vtendo, vel laudem significat, vel quia est gulosus vel prodigus. In secunda parte quæ incipit ibi, *In omnibus.* ostendit vsum illorum pretiosorum non esse repudiandum, si tranquille, & sine turpitudine, vel voracitate assumantur. Et hoc probatur exemplo Christi, qui cibum delectatum, scilicet piscem comedit, & reprehēditur vsus viliū ciborum, si nimis ardenter & cum cū voracitate assumātur, qđ probatur exēplo Esau & iumētorum.

f ¶ *Viuit.*] Nota q quilibet se conformabit sociis suis in cibo & in moribus, vt dist. 8. quæ ∫. 12. dist. illa. Et est arg. quòd rōne societatis toleratur excommunicatus, quia excōicatus rōne ∞ctus ad communionem admittitur. extra de senten. excom. si uere.

Excommunicatus ratione societatis toleratur.

g ¶ *Aut intemperans.*] scilicet nolens conformare se aliis.

h ¶ *Superstitiosus.*] id est, manis gloriæ cupidus, uel hypocrita.

i ¶ *Significat.*] forte habet uentrem insatiabilem, uel causa infirmitatis hoc facit.

k ¶ *Aut flagitiosus est.*] prodigus uel hypocrita.

l ¶ *Sed libido.*] q.d. potius considerabimus cām facti, q ipsum factū. hc 23. q. 8. occidit. & 19. dist. scīēdum. arg ∫ J. 32. q. 4. origo.

m ¶ *Flagitia.*] id est, non statim dicamus aliquid esse uitiosum. nam dubia in meliorem partem sunt interpretanda. extra de regu. iur. estote.

a ¶ Piscē

a ¶ *Pisce vesci.*] hanc historiã habes de pœ. dist. 2.§.opponitur.
b ¶ *Sed ex causa.*] vt ¶.2 1.q.4.omnis iactatio.

D *Elicia.*] Casvs. Dicitur in hoc cap. q si quis vtitur cibo delicato sine immenso desiderio, non peccat, vt Helias qui carnes comedit. Si quis autem vilem cibum nimis ardenter appe- dist. peruenit 50. dist. contumaces. 26.q.7.tẽpora. Argu. § 12.q.5. qui compulsus. Dic q ignobiles magis puniuntur corporali pœna, quam nobiles: sed pecuniariter magis puniuntur nobiles quàm ignobiles, vt 24.q.3. qui contra. & ff. de pœ. si quis aliquid. & l. quædam.

Nobilis & ignobilis pœna non est æqua.

1 al. sanus — Luc. 24. — Gen. 25.

& sanius† quisque maluerit, more Domini, pisce vesci[a], quàm lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleræque bestiæ; quia vilioribus aluntur escis. Nã in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa[b] vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.

† ¶ Intemperans.] *Apud sanctũ Augu. & Iuonẽ legitur: tẽperans. Sed ob glossam non est mutatũ.*

Idem super Epistolam Ioannis.

¶ Non cibus, sed appetitus in culpa est. C. II.

2. Reg. 23. — 3. Reg. 17.

DElicię quælibet, si absque desiderio percipiantur, non officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ. Dauid enim aquã male cõcupitã effudit, & Helias carnes comedit.

¶ *In operibus beati Augustini aut impressis, aut manuscriptis, quæ hactenus ad manus venerint, hæc non sunt inuenta. Ceterum apud Prosperum de vita contemplatiua l. 2. cap 22. eadem ferè leguntur:* Nec deliciæ quælibet, si absque desiderio percipiantur, officiunt: & viles cibi plerumque abstinentiæ profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est, q sanctus Dauid aquæ in se concupiscentiam castigauit: atque eam sibi à suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit: & sancto Heliæ perceptio carnium non cõcupita non nocuit.

Idem de verbis Domini secundum Matthæum, serm. 5.†

† *ad illa verba*] petite, & dabitur nobis] *sed paulo aliter.*

¶ Contra suæ infirmitatis consuetudinem, aliquibus cibis diuites vti non cogantur. C. III.

NOn cogantur[c] diuites[d] pauperum cibis vesci: vtantur consuetudine infirmitatis suæ; sed doleant aliter se non posse: si consuetudinem[e] mutant, ægrotant. Vtantur superfluis[f], dent inopibus necessaria. Vtantur pretiosis, dent pauperibus[g] vilia.

Idem lib. 2. quæst. Euang. c. xi.

¶ Aequanimitas tolerandi, non vsus vel abstinentia cibi iustitiam facit. C. IIII.

Iuo par. 4. c. 23. — Matt. xi. & Luc. 7.

QVod dicit Dominus in Euãgelio[h] [Iustificata est sapiẽtia ab omnibus filiis suis] ostendit filios sapientiæ intelligere nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non se corrumpendi, atque opportune sumendi, vel non sumendi ea, quorum non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuendum est. Neque quantum sumas, interest multum: cum videamus aliorum stomachum citius saturari; & eos tamen illi ipsi[i] paruo quo satiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti; & vel ante ora positas[k] epulas, si id in tempore[l] opus sit, cũ tranquillitate aspicere, neque[m] tangere. Magis ergo interest, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atque personæ suæ, & pro suæ valetudinis necessitate quis capiat: sed quanta facilitate, & serenitate animi careat, cum[o] his[o] vel oportet, vel necesse est carere, vt illud in animo Christiani compleatur, quod Apostolus dicit. [Scio[p] & minus habere: scio & abundare: vbique & in omnibus imbutus sum, & saturari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo, qui me confortat.]

Philipp. 4.

d ¶ *Diuites.*] cum sunt in pœnitentia.
e ¶ *Si consuetudinem.*] Arg. quòd commutationes pœnarum possint fieri in spiritualibus. 82. dist. presbyter.

Pœnæ in spiritualibus possunt commutari.

f ¶ *Superfluis.*] id est, pretiosis.
g ¶ *Pauperibus vilia.*] Argu. contra ¶. 49. dist. c. vlti. in fine.

QVod dicit.] Casvs. Augu. exponit hic illũ locum Euangelij super Math. venit Ioannes non manducans neque bibens: & dicunt, dęmonium habet. Venit filius hominis manducãs & bibens, & dicunt Iudæi: Ecce hic homo vorator est, & potator vini. Sed iustificata est sapientia a filijs suis, id est, Christus iustus est ostensus à suis Apostolis. Est ergo casus. Quæsitum fuit ab August. vtrum sit virtus in abstinendo vel manducãdo, & respondet q nõ: sed iustitia est in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperandi se in abundãtia ciborum: & non se corrumpendi. Et hoc probat exemplo Apostoli dicentis: Scio esurire, & scio abũdare. in cibis. n. non multũ interest siue parum siue multum sumat quis: cum ille qui parum sumit, & ardenter, reprehendatur: & is qui paulo plus & ante horam cum oportet sumit sine auiditate, commendetur.

h ¶ *In Euangelio.*] Tangit hic quòd Christus in Euangelio Matth. xj. dicit de Iudæis: Venit Ioannes non manducans carnes, neque bibens vinum: & dixistis, dæmonium habet. venit Iesus manducans & bibens: & dixistis, ecce vorator & potator vini. sed licet alij male opinarentur de ipso: tamẽ iustificatus est ab Apostolis suis.

Abstinẽtia Christi & Ioannis iustificata fuit.

i ¶ *Ipsi.*] datiui casus.

· Id est Christus iustus est ostensus à suis discipulis huic apostolis secundum B. Bruxen. qui ipsum omnia iuste facere intellexerunt.

tit, reprehenditur, vt Dauid, qui aquam de cisterna Bethleem cõcupiuit nimis ardenter.

NOn cogantur.] Casvs. Quæsitum fuit ab August. qd debeat fieri de diuitibus, qui tempore pænitentiæ non possunt vti cibis vilibus & aridis vt alij pænitentes? Rñdet Augu. q non debent ad hoc cogi, sed vtantur pretiosis, & dent pauperibus vilia: quia si consuetudinem mutant, ægrotant: dolere tamen debent q non possunt sicut alij abstinere.

c ¶ *Non cogantur.*] Arg. q mitius agendum est cum diuitibus & nobilibus, quam cum pauperibus, vt 86. distin. non satis. & 84.

¶ Ad idem q̃ legitur & not. extra de vo. c. 1.

k ¶ *Positas.*] coram alijs.
l ¶ *Si id in tempore.*] id est, pro tempore, scilicet cum coram aliquibus tempore necessitatis citius proponitur cibus.
m ¶ *Neque.*] id est, nõ ideo debet quis statim comedere, q videt alios necessitate exigente comedere, & proponitur cibus.
o ¶ *Cum.*] id est, quando.
o ¶ *His.*] id est, eis.
p ¶ *Scio.*] sic facient episcopi, cum venient ad pauperes ecclesias: ne breui hora consumat victum longi temporis. extra de censi. cum Apostolus.

Item ex concilio Gangrensi, c. vltimo.

Temperantia ciborum, & vestium, non dissolutio eorum laudatur. C. V.

PArsimoniam [a] cum veste humili non reprobamus: sicut etiam ornatum [α] præter corporis diligentiam [b] infucatum laudamus. Dissolutos autem, & fractos in vestibus incessus non recipimus: & domos Dei honoramus, & conuentus, qui in his fiunt, tamquam sanctos, & vtiles recipimus; pietatem in priuatis [d] domibus nō concludentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorantes: & congregationem in ecclesia factam ad vtilitatem communem recipimus, & bona opera, quæ supra [c] [β] vires [e] in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus: & omnia, quæ conueniunt traditionibus Apostolicis, & sanctarum scripturarū præceptis, in ecclesia fieri exoptamus. Iuo p. 8. c. 321.

α ¶ Præter corporis.] *Est ex prisca versione. Græce est:* δὶ ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος ἀπηρίεργον. *id est:* propter corporis tantum curam minime superuacaneā atq; operosam. *sed ob glossam non est mutatum.*

β ¶ Supra vires.] *in prisca illa versione est:* iuxta vires. *Dionysiana habet, vt Grat. Græce autē:* Τὰς καθ' ὑπερβολὴν εὐποιίας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις, διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας; i. eximias, atque excellentes fratrum beneficentias, quæ secundum traditiones per ecclesiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Constantinopolitano, lib. 1. reg. epistola 24.

¶ Sub specie virtutum sæpe se vitia ingerunt. C. VI.

SAepe se vitia [f] esse virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parsimonia, effusio, largitas, crudelitas, zelus iustitiæ, remissio, pietas velit videri.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 15.

¶ Meritis fidei, & vitæ, non diuitijs episcopalis auctoritas quæritur. C. VII.

EPiscopus vilem supellectilem [g], & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat.

¶ Hospitium quoque non longe ab ecclesia habeat. Ibid. c. 14.

Item ex eodem, c. 45.

¶ De eodem. C. VIII.

CLericus professionem suam & habitu, & incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat. Burc. l. 2. c. 209. Iuo p. 6. c. 284. Ans. l. 7. c. 201.

Sicut ergo in cibis mores eorum, cum quibus viuimus, obseruare monemur; sic & de indumentis intelligendum est. Vt enim alibi dicitur; [Quisquis contemptis his, cum quibus viuit, lautiora sibi, vel austeriora præceteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans sui, aut superstitiosus est.] In incessu autem debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (vt Augustinus ait) inæqualitatem indicat mentis. Vnde historiographus [h] ille cum eius mutabilitatem [i] describeret, cuius conscientia excita [†] curis mentē vastabat [‡]; inter cetera hoc etiā notabile indicauit, dicens [Citus modo, & modo tardus incessus.]

Marginal notes: 3. ead. c. quisq. — ep. 109. ad Monachas habetur sensus. — Sallustius de Catilina. — † al. excitatam, al. exagitatam — ‡ al. vexabat

DISTINCTIO XLII.

[1 ps] H*Ospitalem [k] vero sacerdotē esse oportet, ne sit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur [Hospes eram, & non suscepistis me.] Qui enim Apostolum secutus, alios ad hospitalitatē debet inuitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primum à seipso [l],* Matth. 25.

Parsimonia.

PArsimoniam.] CASVS. Octo enumerantur in cap. quorū sex commendantur, & duo reprobantur. & scire debes, quòd parsimonia est vsus rerum temporalium cum moderatione.

a ¶ Parsimoniam.] id est, temperatum vsum.

b ¶ Diligentiam.] id est, voluptatem.

c ¶ Infucatum.] id est, pretiosum; vel infucatum, id est non pretiose fucatum.

Orare publice q̄ clā melius est.

d ¶ In priuatis.] Arg. 3 illos qui dicunt melius esse orandum in priuato loco, & non corā hominibus, q̄ in ecclesia, ex illa auctoritate: Tu autem cū oraueris intra in cubiculū tuum, & clauso ostio ora patrē: sed illud de cubiculo mentis intelligitur.

e ¶ Quæ supra.] Nam quidquid super erogaueris, reddam tibi, sic 86. distin. non satis.

SAepe.] CASVS. Dicit Hic Grego. q̄ vitia diligenter sunt præcauenda, quia sæpe sub specie virtutum vitia latenter subintrant.

f ¶ Sæpe se vitia.] Stulti dum vitant vitia in cōtraria currunt.

g ¶ Episcopus. & Supellectilem.] hoc hodie nō tenet: qa modo habent amplas possessiones, vt 12. q. 1. expedit. & sic nō est p̄. de cōse. dist. 1. vasa. & extra de cēsi. cum Apostolus. vbi dr̄ q̄ archiepi quinquagita equitaturas habebūt in visitationibus.

SICVT ERGO. Cōcludit Gratianus ex supradictis, q̄ sicut mores eorū cum qbus viuimus, seruādi sunt in cibis: sic etiam in indumētis, & in incessu etiā debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentis ostendat maturitatem. Si enim incōposite & nō decēter incedit (vt dicit Aug.) mentis inæqualitas indicatur. Et hoc probat exemplo Catilinæ, qui pp variū incessum fuit a Sallustio notatus.

h ¶ Vnde historiographus.] Sallustius.

i ¶ Mutabilitatem.] Catilinæ.

HOspitalē.] Hæc dist. diuidit in quattuor partes: in quarum prima dicitur, q̄ sacerdotes debent esse hospitales, & recipere pauperes Christi. & hoc probatur per id quod sequitur vsq; ad cap. quiescamus. Secunda ibi, *Quiescamus*. Tertia ibi, *Sed inot.* Quarta ibi, *Non oportet*. Ioan. de Fao.

CASVS. In hac 42. distin. prosequitur Gra. sextum cap. Apostolicæ regulæ: scilicet, oportet sacerdotem esse hospitalem. quod pbat 8. rationibus. Prima est in principio. Secunda incipit ibi, *Qui enim Apostolum*. Tertia ibi, *Si enim sacerdos*. Quarta & quinta incipiunt ibi, *Ordinandus itaq.* Sexta ibi, *Quomodo etiam secundum Hieron.* Septima ibi, *Vnde Apostolus*. Octaua ibi, *Si enim vidua*. Casus autem sequentis cap. planus est.

K ¶ Hospitalem.] In hac distin. ostendit Gratianus, q̄ hospitalis erit ordinandus: quia non haberet frontē inuitandi alios ad hospitalitatem, si domum suam hospitibus clauderet: & quia hæc pietas remuneratur æternaliter & temporaliter. Item exemplo Abrahæ & Loth: qui quoniam hospitales erant, Angelos hospitio recipere meruerunt. Addit etiam quòd in hospitalitate nō erit electio vel delectus personarum. adiungit etiam de conuiuijs in ecclesia non faciendis. In fine breuiter tangit 7. cap. Apostolicæ regulæ: scilicet, oportet episcopum esse pudicum.

l ¶ A seipso.] ff. de nego. gest. si pupilli §. vlti. ff. de fideiuss. tutor. ff. de pactum in eo. 47. dist. §. necesse. in princ.

Marginal notes: 96. §. 1. — 1. c. eadem. quiescamus. — 3. c. nō debet. & cap. seq. — 4. Saltem in §. pudicum.

Aliena,

a ¶ *Aliena.*] 47. dist. sicut. ꝗ. 93. dist. diaconi. ꝗ. 14. q. 4. quid dicam. sic extra de testi. spo. sæpe. & 16. q. 1. decimæ.
b ¶ *Corporalis.*] sine operibus pietatis.
ADDITIO. Et qđ dicit ad modicũ, dicas respectu eorũ per quæ habetur vita æterna. vtilis tamen est, quia opportunitatem peccandi

nis quotidianis, non autẽ de præmeditatis. aliàs ꝙ diceret Hierony. 16. q. 1. c. si. vbi dicit, ꝙ in paupere magis est attendenda religio, ꝗ paupertas. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam dicebant, ꝙ in omnibus hospitibus recipiendis facienda erat examinatio. sed dicit Io. Chryso. nõ esse verum. Nam si petat aliquis tãquam prælatus, facienda est examinatio, quia forte nõ recte petit, vel est intrusus, vel excommunicatus. Non enim datur tũc tẽporale, sed ẽt accipit spirituale. Si vero petit amore Dei, indifferenter est omnibus dãdũ, exẽplo Abraham, qui meruit Angelos recipere: quod forte non fecisset, si distinxisset personas. Quæ sequuntur, patent vsque ad distinctionem.

& à domestica ecclesia sua debet exigere quod postea populis imperet: si primum, imitando Christum, ipse debet facere, quæ postea populum doceat, necesse est, vt pauperes hospitio recipiat, quò ad hospitalitatem facilius suo exemplo subditos attrahat. ¶ *Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam*

Gen. 18. & 19. Gloss. ord. gen. 19. ex Alcuino.

renocet, quomodo Abraham, & Loth per hospitalitatis opera, Deo placuere, & Angelos hospitio meruerunt recipere; quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberauerunt; quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdiderit; quomodo etiam

In regula Monacharũ c. de paupertate.

secundum Hieronymum, aliena [a] rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur: ac sic per opera pietatis se instruat, vt & præsentis vitæ subsidia, & æterna claritatis præmia à Deo percipiat; vtrumque enim pietati promittitur. ¶ *Vnde Apostolus scribens ad Timotheum ait*

1. Tim. 4.

[Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis [b] quidẽ exercitatio ad modicum vtilis est, pietas autem est vtilis ad omnia [c], habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ]. Ab hac [d] quisquis alienus [e] fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. ¶ *Si enim vidua [f] in ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recepit hospitio, quæ pedes sanctorum nõ lauit, quæ omne opus bonum non est executa; multo magis sunt prohibendi à sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde † hospitalitatis opera despicientes, in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est, c. xi.*

1. Tim. 5. 31. q. 1. quomodo.

† al. Vnde quidã

¶ Non sunt despiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent. C. I.

Bur. l. 19. c. 114. Iuo p. 15. c. 136. Ans. l. 5. c. 76.

Vide in hunc locum Alci. lib. ... agapen. ... Alc. ... non agapen.

SI quis despicit eos, qui fideliter agapas †, id est conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens, quod geritur, anathema sit.

Epist. 3.

Hinc etiam Ioannes Euãgelista in epistola sua quemdam Diotrephem [g] excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de ecclesia eijciebat. In hospitalitate autem nõ est habendus delectus personarum; sed indifferenter quibuscumque sufficimus, hospitales nos exhibere debemus.

Vnde Ioannes Chrysostomus in epist. ad Hebræos hom. xi. ad c. 6.

¶ In recipiendis hospitibus nulla debet esse distinctio. C. II.

† al. perniciosa

2 QVIescamus [h] ab hac absurda curiositate, & diabolica, & peremptoria †. Si enim in clero se electũ esse dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est: circa maiora periculum [i] vertitur: non enim das, sed accipis. Si vero pro nutrimẽto postulat [k], nihil in his examines. Inquire, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, numquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis & hos repulisset: Sed quoniã omnes [l] recipiebat, suscepit & Angelos. Non enim ex vita eorũ, quos accipis, mercedem tibi retributurus est Deus; sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate.

h ¶ *Curiositate.*] Non enim semp ermus curiosi, nam multa sunt dissimulanda ff. de noua. l. dol. in fin.

Discretione maiore in maioribus opus est.

i ¶ *Periculum.*] si enim in minoribus adhibenda est discretio, fortius in maioribus. sic 7. q. 1. c. vlt. ff. ad Carb. l. 1. §. 2.

k ¶ *Postulat.*] Ergo indistincte omnibus est danda eleemosyna, vt ꝗ. ea. ca. prox. & ꝗ. §. pr. & 86. dist. pasce. & 1. q. 2. ꝗ pro. & 11. q. 3. quonia multos. & 16. q. 1. si cupis. & 13. q. 4. dum aliqui dicturi omni petenti te tribue. Sed ꝙ dñs dicit, Desudet eleemosyna i manu tua, donec inuenias iustum cui des. Et i Cãticis, vbi dicitur: Ordinauit in me charitatem. Et dicit Ambro. Ordinata est charitas vt prio Deus, secundo parẽtes, deinde filii, postea domestici, vltimo extranei diligẽtur. Et alibi dicit Ambro. ꝙ delectus personarũ debet esse in misericordia impendenda; vt 86. dist. non satis. & Hierony. dicit, ꝙ i pauperibus nõ tã paupertas ꝗ religio est attendenda, vt 16. q. 1. qui quid. & Augu. dicit. Vtilius esurienti panis tollitur, ꝗ de cibo securus, &c. vt 5. q. 5. non omnis. 23. q. 4. nimiũ.

Eleemosyna quibus est danda.

H. dicit ꝙ hoc dicit in ... sed nescio vbi, sed potest ... vel hoc dicit ... interpretatio ... authoritas ... ex ... gratia in oculis eius multa. Ar.

di aufert. de consec. dist. 5. numquam. Lau.
c ¶ *Ad omnia.*] id est, ad tẽporalia & æterna, vt 16. q. 1. decimæ.
d ¶ *Ab hac*] hospitalitate.
e ¶ *Alienus*] vt 85. dist. archidiaconum.
f ¶ *Vidua*] 31. q. 1. quomodo.
? quis.] HINC ETIAM. Adhuc probat Gratianus hospitalitatem esse tenendam, & qui eam nõ habuit, abiicitur ab ecclesia, sicut Io. eiecit quemdam Diotrepem, quia pauperes non recipiebat. Et ostẽdit ẽt ꝙ omnibus indifferẽter quibus possumus debemus hospitalitatẽ exhibere: qd probat sequens capitulo.
g ¶ *Diotrepem.*] proprium nomen, vel id est, sacerdotem.
¶ *Quiescamus.*] Hæc est secunda pars huius dist. in qua dicitur, ꝙ in eleemosynis dandis non debet esse differentia cũ petitur pro nutrimento. si autem peteretur causa prædicationis, tunc esset discernendum. Hoc autem intelligo de eleemosy-

Distingue ergo: eorũ ꝗ petũt eleemosynã, alii sunt cogniti, alii nõ. Itẽ alii petũt quasi ex debito, vt prædicatores & prælati, alii pro sustentatione corporis. Si ergo qs petat ex debito, & rõne officii, qa dicit se ad hoc missum vt ibi prædicet, & tale officiũ cõstat ei cõmissum esse, recipiẽdus est. si ẽ incognitus, ẽ examinãdus an ita sit, vt i hoc capt. Si aũt quis petit pro nutrimẽto, tunc indistincte omnibus est danda, vt hic, & 1. q. 2. ꝗ pro. & 11. q. 3 qui. nisi qs p securitatẽ ei bi negligat sustẽtatiõe: qa tũc subtrahenda est ei, vt 5. q. 5. non omnis. nisi iã fame moriatur, vt 86 dist. pasce. si autẽ nõ possumus omnibus sufficere, tũnc dãda est potius bono, ꝗ malo; cõsanguineo, ꝗ extraneo. & hic loquitur illud, Desudet eleemosyna, &c. & illud, Ordinauit in me charitatẽ, vt 86. dist. non satis.
l ¶ *Sed quoniam omnes*] arg. ꝙ ratione dubitationis melius est ex abundanti aliquid facere, quam aliquid dimittere, vt 11. q. 3. nolite. 13. q. 2. non æstimemus. 24. q. 3. corripiantur. Et est argum. ad

 quæstio-

Dubitatio notabilis.

quæstionem cum dubitatur quis ex duobus occiderit hominem, ꝙ potius ambo admittantur ad ordines, quàm ambo repellant . arg. contra 23. q. vlt. § quattuor. Quid iuris sit de hoc, notatur in quæstionibus. & est expressum de homi. significasti.

Argu. ad hoc 23. q. 4. § magnum. Lau.

ta fidei non sunt pandenda, nec nimis alta dicet minus capacibus. & si subditi non obediunt prædicanti, non ideo cessabit à doctrina & correctione eorum.

i Silentio.] Expone negatiue. sic 2. q. 7. sancta.

k Nam latratu.] id est, prædicatione.

21. q. 1. nolite. in fin.

Vt] ea dist. sancimus. cum duobus c. seq.

a NOn oportet, &c.] Partes.] & domum mittere. & est contra episcopos qui nolũt prouincias visitare, & tamen petunt redimi procurationes, vt 10. q. 1 relata.

b Propter iniuriam.] id est infamiam.

Clerici in tabernis possunt quandoque comedere.

c NVlli.] Transeuntes.] Sic in tabernis possunt clerici comedere causa necessitatis, vt 44. dist. clerici. de vi. & hone. cleric. clerici.

d Oratorium.] ab orando quippe dicitur, vt in eo nihil aliud quàm oretur & psallatur. 1. ead. in oratorio.

e Quicquam aliud.] tamen ecclesiasticæ causæ possunt & debent tractari in ecclesia, vt 2. q. 2 præceptum.

Sed non sunt seruanda extra de immu. eccl. c. 3. vide de hoc.

PVdicus quoque.] Hæc dist. diuiditur in quattuor partes, in quarum prima dicit, ꝙ rector ecclesiæ debet esse discretus in silentio, & vtilis in verbo, ne aut tacenda dicat, aut dicenda subticeat. & ad hoc probandum inducit c. sequen. Secunda ibi, *In mandatis*. Tertia ibi, *Scimus autem*. Quarta ibi, *Pariter quoque*. Io. de Fan.

C. xxv. In hac dist. 43. prosequitur Gratianus 7. cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet episcopum esse pudicum: quod verum est non solum factis, sed etiam verbis, vt probatur per cantica canticorum.

f Pudicus.] Hic breuiter tangit 7 cap. Apostolicæ regulæ, oportet episcopũ esse pudicũ.

g Gena.] Sicut enim per genas cibi , sic per prædicationes ecclesiæ fideles incorporantur, vt de consecratio. dist. 2. quia passus.

Scilicet masticantur, & masticatus incorporantur. Hug.

Debet. In hoc §. prosequitur Gratianus 8. cap. Apostolicæ regulæ, scilicet oportet episcopum esse doctorem, id est, talem qui sciat docere. Nam quantum prodest bonis per exempla bonæ vitæ, tantum nocet malis si fileat. Nam prædicatione prælatorum mali sunt arcendi & corripiendi, sed in sua prædicatione debet prælatus esse discretus, ne vel tacenda proferat, vel dicenda taceat. Quod sequentibus capitulis probatur.

h Debet, &c.] Hic prosequitur viii. cap. Apostolicæ regulæ, oportet ordinandum esse doctorem, id est, talem qui sciat docere & prædicare. considerabit autem prius quibus & quæ prædicet, quia non omnia omnibus sunt prædicanda. hæreticis enim secre-

Vt] ead. di. in mandatis.

Sed licet ipsa conuiuia despicienda non sint; non tamen in ecclesiis celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes sibi tollere oportet.

Vnde in Laodicensi concilio, c. 27.

¶ Clerici ad agapem vocati partes sibi non tollant. C. III.

NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos ª ad agapē † vocatos, partes ª tollere propter iniuriam ᵇ, quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari. Ansel. l. 5. c. 77. Iuo p. 3. c. 128.

† Vide quod no. Andreas Alcia. lib. præter misiorum : in dictione, agapes.

α Clericos.] *In concilio græco, & prisca etiam versione additur,* vel laicos.

β Propter iniuriam.] *græce est:* διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προσρίψασθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ, *idest,* eo quòd ecclesiastico ordini inuratur contumelia.

Item ex eodem, c. 28.

¶ In locis Deo sacratis nec comedere, nec accubitus sternere liceat. C. IIII.

NOn oportet in basilicis, seu in ecclesiis agapem facere, & intus ª manducare, vel accubitus sternere. Burch. l. 3. c. 82. Iuo p. 3. c. 31. Ansel. l. 5. c. 78.

α Et intus.] *græce est,* καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ θεοῦ *: quod Dionysius vertit,* nec intra domum Dei: *sed apud Balsamonem abest vox,* Dei.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 30.

¶ Nisi necessitate coacti clerici in ecclesia non conuiuentur. C. V.

NVlli episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuiis, quantum potest fieri, prohibeantur. Burch. l. 3. c. 83. Iuo p. 3. c. 74.

Item ex dictis B. Benedicti Abbatis. In reg. B. Benedicti. c. 52.

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

ORatorium ᵈ hoc sit, quod dicitur; nec ibi quidquam aliud ᵉ geratur, vel condatur, quàm quod diuinis ministeriis conueniat. Burch. l. 3. c. 81. Iuo p. 3. c. 71. † al. laudibus

Item Augustinus epist. 109. de regula monachorum. Sensus non verba. Isidorus Etymo l. 15. c. 4. Smaragdus in re. B. Bndicti. c. 52.

¶ De eodem. C. VII.

IN oratorio præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur; vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent. Burch. l. 3. c. 80. Iuo p. 3. c. 72.

DISTINCTIO XLIII.

PVdicus ᶠ quoque debet esse sacerdos, vt & moribus, & verbis pudorem indesinenter exhibeat. Vnde in canticis canticorum gena ᵍ sponsa, id est prædicatores, turturi comparantur. Debet ʰ etiam gratiam docendi habere: quia, vt Hieronymus ait, [Innocens, & absque sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio ⁱ nocet. Nam latratu ᵏ canum ˡ, & baculo ᵐ ª pastorum, lupi sunt arcendi]. In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat, aut proferenda taceat.

Cant. 5. ex glossa interlin. ibi.

Ad Oceanũ ep. 83. & glossa or. in 1. Timo. 3. in ver. doctorem

α Baculo.] *In epistola B. Hieronymi legitur,* baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Sed glossa ordinaria cum Gratiano concordat.*

Vnde Gregorius par. 2. sui pastoralis, c. 4. ait.

¶ De discretione prædicationis, & silentii. C. I.

SIt rector discretus in silentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda profe-

l Canum.] infra 2. q. 7. qui nec.

m Et baculo.] comminationis.

SIt rector.] Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd rector debet esse discretus, vt fileat vel loquatur cum viderit expedire. Nam sicut incauta locutio ponit hominem in errorem, sic indiscretum silentium in errore relinquit. & hoc probatur ix. auctoritatibus. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Sed cum rector*, dicitur ꝙ prædicator debet esse vtilis in verbo, id est,

talia

talia proferat, per quæ corda audientium non lædantur. & hoc probatur tribus auctoritatibus. In tertia quæ incipit ibi, *Prouidendum quoque est.* dicitur ꝙ etiam vtilia non debet nimis effundere, quia loquacitas nimia leuis apud homines reputatur, & hoc probatur tribus auctoritatibus.

c ¶ *Hinc rursus.*] Primo conqueritur, & primo ponit verba prophetæ, deinde ea exponit, & sic procedit per totum cap.
d ¶ *Docere.*] id est, dicitur.
e ¶ *Tacendo.*] Not. ꝙ tacens & timens fugere dicitur. vnde etiam tacens pro contumace habetur, vt 65. dist. si forte & ff. de interro. act. de ætate. §. qui tacuit.

rat, aut proferenda reticescat. Nam, sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veri-
Io. 10. tatis vocem nequaquam iam gregis custodiæ, pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente a lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam Domi-
Esa. 56. nus increpat dicens [Canes muti, non valentes latrare b]. Hinc rur-
Ezech. 13. sus c quæritur, dicens [Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.] Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis, voce libera, huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastorem enim recta timuisse dicere d, quid est aliud, quàm tacendo e terga præbuisse? qui nimirum si pro grege se obijcit, murum pro domo Israel hostibus op-
Thren. 2. ponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur [Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pænitentiam prouocarent.] Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnumquam doctores vocantur, qui dum fugitiua f esse præsentia indicant, quæ sunt ventura manifestant: quos g diuinus sermo falsa videre redarguit; quia dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate h blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clauis quippe apertionis est sermo i correctionis; quia increpatio culpam detegit, quam sæpe nescit k ipse etiam, qui perpetrauit. Hinc Pau-
Ad Tit. 1. lus ait [Vt potens sit in doctrina sana exhortari; & eos, qui contradi-
Malach. 2. cunt, redarguere.] Hinc per Malachiam dicitur [Labia sacerdotis custodiunt l scientiam, & legem requirunt ex ore eius; quia m Angelus Domini exercituum est] Hinc per Esaiam Dominus admonet dicens
Esa. 58. [Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.] Præconis n quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim, quòd super pastores o primos in lin-
Act. 2. guarum specie spiritus sanctus insedit; quia nimirum, quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi præcipitur, vt taberna-
Exo. 28. culum sacerdos ingrediens tintinnabulis p ambiatur; vt videlicet prædicationis voces habeat; ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat: scriptum quippe est [vt audiatur sonitus, quando ingreditur, vel egreditur sanctuarium in conspectu Domini; & non moriatur q]. Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur; quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? propheta testante, qui ait [Sa-
Ps. 131. cerdotes tui induantur iustitia]. Vestimentis itaque illius tintinna-
† al. si bula inhærent; vt † vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera r sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum præparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat; ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter
Mar. 9. abscindat. Hinc namque veritas dicit [Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos]. Per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio au-
Rom. 12. dientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait [Nõ plus sapere, quàm
Exo. 28. oportet sapere, sed s sapere ad sobrietatem t]. Hinc in sacerdotis ve-

f ¶ *Quæ dum fugitiua.*] id est, transitoria.
g ¶ *Quos.*] simplex relatio, no refertur ad immediate dictum.
h ¶ *Securitate.*] eo ipso ꝙ tacetur, promittitur securitas delinquentibus, vt 83. distinct. error.
i ¶ *Sermo.*] doctoris.
k ¶ *Nescit.*] scilicet esse peccatũ ille cui prædicatur, vel cum eius pænitẽtia auditur, quæritur ab eo locus, & tẽpus, & persona cum qua deliquit, quæ forte peccator propter verecundiam vult occultare, vt de pæni. distin. 6 c. 1. in fin. Tamen in quæstionibus vbi fit præiudicium alij, non fient speciales interrogationes, vt ff. de quæst. l. prima. §. qui quæstionem. — Et de pæ. dis. 5. c. 2. in prin.
l ¶ *Custodiunt.*] id est, custodire debent.
m ¶ *Quia Angelus.*] id est, nuntius Domini.
n ¶ *Præconis.*] infra de consecra. distinct. 4. baptismus.
o ¶ *Pastores.*] id est, Apostolos.
p ¶ *Tintinnabulis.*] octoginta tintinnabula, & totidem mala punica in inferiori margine tunicæ sacerdotalis pendebant.
q ¶ *Non moriatur.*] anima scilicet peccando, vel vt fama eius non sit mortua.
r ¶ *Opera.*] Argum. quòd si aliqua permiserit se desponsari vel arrhari, licet expresse nõ consentiat, videtur ꝙ sponsalia sint contracta. arg. 30. q. 5. feminæ 27. quæst. 2. si quis desponsauerit, 35. q. 2. honorantur. ff. de sponsa. sed ea. Nam opera probant, vt 46. dist. cap. 1. 11. q. 3. existimant. 22. q. 5. cauete. vt extra de his quæ fiunt à ma. par. cap. ex ore. argu. ff. de muro. si filius. ff. de inoffic. testa. l. vlt. ff. de ædil. edic. si tamen §. ei qui. Ioan. Ego dico, ꝙ — Dicas ꝙ si parentes [illegible] suorum filiis, sufficit eorum taciturnitas, vt in 10 tribus prædictis, & extra de despon. impub. accessit. & c. de illis. Arch.

CASVS. Primo dicit, ꝙ prædicator, vel rector nec silenda proferret, nec proferenda silebit. & hoc probat ix. auctoritatibus. Secundo dicit, ꝙ talia proponat, quæ non deducant homines in errorẽ: & hoc probat tribus auctoritatibus. Tertio ostendit, ꝙ etiam vtilia non debet nimis effundere. & hoc probat tribus auctoritatibus.
a ¶ *Veniente.*] iuxta illud.
Nam siluisse nocet, multosque silentia damnant.
b ¶ *Latrare.*] propter pigritiam.

si contrahentes possunt loqui, exprimere debent cõsensum suum; alioquin non iudicaretur pro matrimonio, cũ necessaria sint verba quantum ad ecclesiam, vt extra de spon. tuæ fraternitatis. quia etiam mutus si contrahit, signis debet exprimere consensum, vt extra de spon. cum apud. Bar. — Verba in contrahendo matrimonio, an sint de necessitate.
s ¶ *Sed sapere.*] ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hære. cum ex iniuncto.
t ¶ *Ad sobrietatem.*] id est, sine præsumptione.

a ¶ Ni-

a ¶ *Nimie.*] id est, in multiloquio.
b ¶ *Leuigatur.*], id est, leuis & inanis ab auditoribus iudicatur.
c ¶ *Est.*] scilicet vsque ad vesperam, vt supra distinct. 6. testamentum.
d ¶ *Seminiuerbius.*] A presbyteris Atheniensium dictum est de Apostolo, quid sibi vult iste seminator verborum? & secundum hoc erit hic seminiuerbius. sed si habes semiuerbius, tunc dic quòd obscurus erat, vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebat. ADDITIO. Seminiuerbius, id est, seminans verba, vel id est, abbreuians verba, secundum Lau. Item Paulus in quadam sequentia dicitur spermologus. sperma.n. græce, latine dicitur semen, & logos sermo, secundum Huguon.

Seminiuerbius quis dicatur.

e ¶ *Præmisit.*] argum. quòd ab ordine verborum est argumentandum. 20. distinct. §. 1. & 23. quæst. 4. displicet & 1. q. 1. vt euidenter. & 3. quæst. 7. in grauibus. extra de rescrip. cum dilecta. Et si præcedens verbum est dubium, & sequens manifestum, sequens clausula est sequenda. ff. de pet. hæred. vtrum autem quandoque etiam secundum præcedentem exponitur sequés. ff. de leg. 1. si seruus plurium. in fin.

Argumentũ ab ordine verborũ sumitur.

Aliàs dicitur quòd de ordine scripturæ nõ est curandum. ff. de sol. nec enim. Archid.

f ¶ *Importunitas.*] Nota quod propter tria consueuit induci cap. scilicet quòd tacens & timens videntur fugere. Item quòd æque aliquid probatur factis vt dictis. Item ordinem verborum attendendum, vt per notata supra posita patet.

N mandatis.] Hæc est secunda pars huius distin. in qua dicitur, quòd hæreticis & paganis non sunt secreta nostræ fidei manifestanda. & hoc cap. ad hoc probandum inducitur. Si tu quæras quæ dicta Origenis recipiantur? Respon. recipit ecclesia tamquam sua ea, quæ de dictis eius Hiero. recipit. alias sunt cum suo auctore damnata per Papam Gelasium. 15. dist. sancta Romana. versic. item Origenis. Io. de Fan.

CASVS. Quæsitum fuit ab Origene, vtrum indifferenter secreta fidei sint cuilibet reseranda? Et respondit quòd non, duabus rationibus. Prima est, quia Christus præcepit vt intrantes ciuitatem examinemus, quis sit in ea dignus, vt apud eum cibum sumamus; multo fortius est hoc faciendum in cibo spirituali, cum non debeamus proiicere margaritas nostras ante porcos. Secunda est: quia si fidelis est, & bonus paratus corrigi, reserare sibi debemus, vt quod in eo deficit, per nos suppleatur, vt si qua in eo macula fuerit, emendetur: si autem perfidus est & incorrigibilis, nulla secreta fidei ei sunt reuelanda, sed monendus est vt resipiscat. Si vero nos prouocet dicere quod non decet ipsum audire, debemus eum prudenter eludere; ne si nil respondeamus, putent auditores inopia responsionis nos declinare certamen.

g ¶ *In mandatis.*] scilicet Euangelicis, Matthæi 10. cap. & Mar. 7. vbi Dominus præcepit discipulis suis: In quâcumque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & sic ibi manete. Ex verbus illis arguitur hic a maiori. Lau.
h ¶ *Non potest,*] Nam timor in dubiis deteriora canit. Et Lucanus. *Pessimus in dubijs augur timor.*
i ¶ *Quod.*] id est, quia bona sint.
k ¶ *Virtutum.*] Ergo videtur, quòd qui non habet fidem possit habere virtutem, quod non est verum, vt 24. quæstio. prima vbi.
l ¶ *Quæ palam.*] id est, dubitanter sunt mala.
m ¶ *Permanet.*] sæpius admonitus.
n ¶ *De secretioribus.*] sed ea quæ spectant ad admonitionem, non autem secreta fidei: quia si illa sciret, facilius non inde impugnaret, vt 11. q. 3. nolite.

ste iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitas designatur? Nam sicut in malo punico, vno exterius cortice multa interius grana muniuntur; sic innumeros sanctæ ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat; hoc, quod iam præmisimus, per se metipsam veritas discipulis clamat. [Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos:] ac si figurate per habitum sacerdotis dicat; mala punica tintinnabulis iungite, vt per omne, quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est solicita intentione rectoribus, vt ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidem nimie a & inordinate proferantur: quia sæpe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium, loquacitatis incauta importunitate leuigatur b; & auctorem suum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ seruire auditoribus ad vsum profectus ignorat. Vnde bene per Moysem dicitur [Vir, qui fluxum seminis patitur, immundus est c]. In mente quippe audientium, semen secuturæ cogitationis est qualitas auditæ locutionis; quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi sapientibus prædicator egregius seminiuerbius d est vocatus. Qui ergo fluxum seminis patitur, immundus asseritur; quia multiloquio subditus, ex eo se inquinat: quod si ordinate promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda † potuisset: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vsum generis, sed ad immunditiam semen effundit. Vnde Paulus quoque, cum discipulum de instantia prædicationis admoneret, dixit [Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius, prædica uerbum, insta opportune, importune:] dicturus [importune,] præmisit e [opportune;] quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua utilitate se destruit, si habere importunitas f opportunitatem nescit.

Mar. 9.

Leuit. 15.

Act. 17.

† al. corde

2. Tim. 4.

Item Clemens epist. 3. in extremo.

¶ Porcis, & canibus sacra non sunt committenda. C. II.

2 IN mandatis g habemus, vt venientes ad ciuitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus; quanto magis nosse conuenit, quis, qualisue sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Soliciti enim, & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias causas vtile est viri huius habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest h dubitari, quod i bona sint, emendatus est, & inculpabilis; hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis, & humanus (quæ vtique bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, vt ei, qui obtinet bona uirtutum k, etiam quod deest fidei, & scientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in ijs, quæ palam l sunt, peccatis inuolutus permanet m, & inquinatus; non me oportet ei aliquid de secretioribus n, & remotis

Matth. 10.
Mar. 7
Matth. 7.

a ¶ Pruden-

a ¶ *Prudenter.*] transferendo nos callide ad alienam materiam: cũ nec ipsi debeant alieni regni scrutari arcana. C. de cõmer. mercatores. & extra de elec. quòd sicut. immo subtili ingenio debemus à barbaris extorquere aurum, vt C. de commercijs. l. 2. & 14. q. 4. ab illo. & q. 5. c. dixit. I. c. prox. vbi dicit, q̃ prudẽter debemus eludere tales. nec etiã illud ob. 24. q. 3. dixit Apostolus, vbi dicit, hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita. quia vtrumque illorum obtinet in secretioribus fidei, quæ non debemus pandere illis: sed ab illis quæ faciunt ad correctionem, numquam cessandum est, vt 1. q. 7. conuenientibus. Io. Hodie autem si hæretici non corrigantur, statim tradendi sunt curiæ sæculari ad puniendum. si autem corrigantur, & iurent stare mandato ecclesiæ: in perpetuo carcere debent detrudi ad agendam pœnitentiam, vt extra de hæreti. c. penul. Bar.

Prælatus proprer persecutores nõ debent prædicationem.

diuinæ scientiæ proloqui; sed magis protestari, & conuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos à vitijs emendet. Quòd si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus rectè agentem nõ oportet audire; prudenter [a] eum debemus eludere [b]. Nam nihil omninò respondere, auditorum causa vtile non videtur: ne forte existiment nos responsionis penuria [c] declinare certamen; & fides eorum lædatur non intelligentium propositum nostrum.

Item Anacletus, epist. 1. omnibus episcopis.

¶ Verba prædicationis persecutoribus suis prælati non subtrahant. C. III.

Iuo p. 5 c. 237. circa medium.

3 SCimus autẽ multos ob id infestare doctores, vt eos perdant [d], & placita propriæ volũtatis adimpleant. Non propterea tamen doctores (inquantum vires suppetunt) à recta æmulatione [e], & bona intentione †recedere [f] debent; scientes, quia beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

†al. instinctione. Matt. 5.

Item Gregorius Venantio, lib. 1. epist. 33.

¶ Non est mundus à sanguine subiectorum; qui Dei consilium illis non annunciat. C. IIII.

Act. 20.

EPhesijs Paulus [g] dicit [Mundæ sunt manus meæ à sanguine [h] omnium vestrum: non enim subterfugi, quominus annuntiarem [i] omne consiliũ Dei vobis.] Mundus [k] ergo a sanguine eorum nõ esset, si eis Dei consilium annuntiare noluisset: quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo [l] pastor occidit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epistola, cuius initium est, [Proposueramus.]

¶ Aeternæ damnationis pœnam incurrit prædicator, qui semen diuini verbi non spargit. C. V.

† *Dispensatio nobis*] orig. 1. Cor. 9.

DIspensatio †est nobis cælestis seminis iniuncta: væ [m] si non sparserimus: væ si tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet, & clamet [n]; quanto magis [o] cuilibet exiguo metuendum est: Proinde, sicut non leue discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro diuinitatis cultu, & ecclesiæ correctione quod congruit; ita his [p] (quod absit) nõ mediocre periculum est; qui cum debeant parere [q], despiciunt.

Glossa ordi. ex Ambr. ser. 2. in psal. 118. in ver. [Abscondi eloquia tua.]

4 *Pariter quoque obseruare debet sacerdos, ne indignis, & non intelligentibus secreta mysteria, sua prædicatione reserare incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi; non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Vnde in expositione [Beati immaculati] dicitur. [Vitium est secreta mysteria vulgare indignis: quod fit vel loqua-*

Dolus bonus.

b ¶ *Eludere.*] Nota dolum esse bonum contra hostem. sic 22. q. 2. vtilem. & ff. de do. l. 1.

c ¶ *Penuria*] Argu. contra infra 24. q. 3. cum quibus s.

SCimus.] Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur, q̃ si prælati non corrigunt suos subditos, sanguis subditorum de prælatorum manibus requiretur. Si autem faciamus quod in nobis est, non imputatur nobis malitia subditorum. & hoc probat per ista tria cap. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam prælati cessabant à correctione, & à recta via, quia infestabantur à suis subditis: sed dicit Anacletus, q̃ propter hoc à prædicatione cessare non debent, & à recta æmulatione, id est, dilectione: quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

d ¶ *Perdant.*] i. confundant.

Aemulor varia significata habet.

e ¶ *Aemulatione.*] idest dilectione. Vnde no. versum, qui valet ad multas expositiones:

Aemulor inflatur, amat, inuidet, et imitatur. Bar.

f ¶ *Recedere.*] Not. q̃ propter subsannationẽ vel persecutionẽ nõ cessabit doctor à docẽdo, vel prælatus a prędicãdo, vt hic, & 11. q. 3. noite. quia etsi illi non proficiant, tamen ipse faciat quod suum est, vt 47. dist. quod apud nos. & 23. q. 4. sicut nõ est. nec obstat

EPhesijs.] CASVS. Venantius episcopus suos subditos corrigere nolebat, vel negligebat. de quo eum Gr. reprehendit: quia peccata subditorũ nisi eos corrigat, sibi imputantur. & hoc probat auctoritate Pauli: & quia pastor videtur occidere delinquentes, nisi eos corrigat.

g ¶ *Paulus*] in actibus Apostolorum 20. cap.

h ¶ *A sanguine.*] idest a peccato.

i ¶ *Annuntiarẽ.*] Arg. q̃ si per te non stat aliquid quo minus fiat, nõ est tibi imputandũ: vt 24. q. 2. admonere. & 47. dist. c. vlti. & §. necesse. & C. de inst. & subst. l. 1. Ar. cõtra extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cap. 1. Ioan. Sed certe ibi stetit non per petentem possessionẽ. ff. de reg. iur. l. culpa. Bar.

Imputandũ nõ est ei per quẽ nõ stat.

k ¶ *Mundus.*] Arg. à destructione antecedentis, vt 24. q. 2. sane.

l ¶ *Tacendo.*] infra 83. dist. error.

DIspensatio.] CASVS. In hoc cap. Nicolaus Papa reprehendit prælatos, q̃ nolunt corrigere subditos, & prædicare: qui væ erit eis, si verba cælestis seminis non prædicauerint, & nõ sparserint i subiectos: & hoc ꝓbat auctoritate Pauli. Præterea sicut magnũ est periculũ ꝑlatis silere: sic ꝑiculosũ est subditis nõ obedire.

m ¶ *Væ*] alias veh, scilicet æterna mors. 11. q. 3. væ qui.

n ¶ *Et clamet*] Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? §. 6 dist. sed pensandum.

ADDIT. Vel dic, clamet prædicando: vel se timere æternã damnationem, secundum Hug.

o ¶ *Quanto magis.*] Ar. à maiori, vt 32. q. 5. si Paulus. 8. q. 1. si ergo tantus.

p ¶ *His.*] idest, subditis.

q ¶ *Parere*] idest, obedire.

CAPITVLVM. Hæc est quarta pars huius dist. Dictum est s. in ca. in mãdatis. q̃ secreta fidei nõ sunt hęreticis reuelãda. Nũc vero dicit Gratianus q̃ idem est de catholicis indignis, & non intelligentibus. si autẽ secus fiat non fit ad eorũ vtilitatem: sed potius ad ostentationem, vel adulationem, vel scientiæ iactationẽ, vel propter loquacitatẽ incautã. Et hoc probat per expositionẽ, Beati immaculati. Ex quibus omnibus patet, q̃ si prælatus in prædicando discretionem non seruat, tamquã torto naso, id est, discretione carens, sacerdotis officio videtur indignus.

a ¶ Irre-

a ¶ *Irreuocabile.*] Horatius: *Nam semel emissum manet irreuocabile verbum.* extra de verb. sig. forus. & Ouidius.

Nescit vox missa reuerti. iuxta illud:

Voxe missa semel, irreditura volat:.

b ¶ *Torto*] infra dist. 49. cap. 1. Hinc etenim nasum comparat discretioni: quia per eum perpendit odor & fetor.

nę nō est exercenda: sed monendi sunt nō imperiose, sed benigne, vt Deus in nostro sermone timeatur, & non nos: & vt cetera multitudo frangatur, incipiendum est a spiritualibus, vel spiritualibus proximis.

c ¶ *Putantur.*] à stultis videlicet.

...citate incauta, dum sine iudicio volat irreuocabile [a] *verbum; vel adulatione, vt ei placeat† ;cui secreta reuelat, vel iactatione scientiae, vt plura scire videatur.] In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat esse discretio in praedicatione sacerdotis: qua si forte caruerit, tamquam torto* [b] *naso, sacerdotalis officij iudicatur indignus.*

Cum autem] hic dist. diuiditur in tres partes: in quarum prima probat de temperantia gulę. & hoc probat per quattuor auctoritates sanctorum patrum. Secunda ibi, *Multis.* Tertia ibi, *Non oportet.* Ioannes de Fan.

CASVS. Supra in 35. dist. dictum est, quod sacerdos non debet esse vinolentus, sed sobrius: quia comessatio & voracitas ebrietatis sunt cohaerentia, ideo prohibita ebrietate, prohibet in hac 44. dist. voracitas, & gulae intemperantia. Et probatur tribus rationibus. Prima est, quia comessatio & ebrietas ab Apostolo enumerantur inter opera tenebrarum dicens: nō in comessationibus, &c. Secunda est: quia ventris ingluuies facile prouocat ad luxuriam: & omne opus bonum dissoluit. Tertia probat exemplo Nabuzardam, qui destruxit muros Hierusalem: quia ei multitudo coquorum deseruit. Sunt autē comessationes noxię nō solum sacerdotibus, sed etiā laicis: qui dies festiuos celebrare non putant, nisi comessationibus deseruiant.

CVM AVTEM. Haec dist. spectat ad tertium c. apostolicae regulae, quae tractata est 35. dist. oportet ordinandum esse nō vinolentum, sed sobrium. sed nō tractauit ibi nisi de sobrietate potus: ideo resumit eā hic, & tractat de temperantia & sobrietate cibi. Adnectit quod laici & clerici qui faciūt magna conuiuia causa lasciuiae, delinquunt. Itē addit quod clerici nō debet comedere vel bibere in tabernis, nisi necessitas cogat. Deinde dicit, quod cibum clericorū semper praecedet & sequetur oratio. Item quod in sacerdotali conuiuio semper debet legi lectio sacrae scripturae.

c ¶ *Vtrumque*] Argumen quod voo prohibito vel permisso, idē erit in connexo sibi, vt s. dist. 4. denique. & 1. q. 1. sicut Christus. Et est hic argu. quod si Papa vel episcopus scienter aliquē ordinat, videtur restituere ipsum famae, cū fama & sacerdotiū sibi sunt annexa. Quod falsum est, vt extra de schisma. cap. 2. vbi dicitur quod probare debet secum fuisse dispensatum. Bar.

d ¶ *Viuere.*] Sufficere debet ergo clerico, quod viuat, id est, sola necessaria habeat. & arctatur illa necessitas tantum ad victum & vestitum, vt 12. q. 1. episcopus. Qualiter tamen hoc intelligendum est, dixi 21. quaest. 1. cap. 1.

COmessationes.] CASVS. Quaesiuit Aurelius ab Augusti. vtrū clerici qui in diebus festiuis deseruiūt comessationibus & ebrietatibus, propter hoc debent suspendi vel excommunicari. Et respōdet quod nō: quia multitudo est in causa, in quam seueritas discipli-

DISTINCTIO XLIIII.

[1] pars

CVm autem vinolentus esse prohibetur, gula intemperantiam nequaquā habere permittitur. Neq; enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur. Vtrumque [c] *enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat scribens Romanis [Non in comessationibus, & ebrietatibus.] Ventris namque ingluuies ad luxuriam prouocat facile; & omne opus bonum dissoluit. Vnde [venter, & genitalia sibimetipsis vicina sunt: vt ex vicinitate membrorum confoederatio intelligatur vitiorum.] Hinc etiam Nabuzardam princeps coquorum muros Hierusalem destruxisse legitur: quia venter, cui multitudo coquorum deseruit, aedificia virtutum ad solum redigit. Sacerdos itaque de altari viuere* [d] *, non luxuriari quaerat, vt ait Hieronymus. [Tibi o sacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur.] Sunt autem comessationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxiae: qui festiuos, & solennes dies non aliter se digne celebrare putant; nisi comessationibus deseruiant.* Rom. 13. Hier. in epist. ad Amandum, & Aug. de Temp. serm. 65. Greg. in pastor. par. 3. c. 20. 4. Reg. vlt. secundum lxx. In Michęā c. 3. in extremo.

Vnde Augustinus scribit ad Aurelium episcopum, epist. 64.

¶ Non est vacandum comessationibus, & ebrietatibus. C. I.

COmessationes, & ebrietates ita concessae, & licitae putantur [e], ut in honorem etiam beatissimorum martyrum non solum per solennes dies (quod ipsum quis non lugendū [f] uideat, qui haec non carneis [g] oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur. *& post pauca:* Non ergo aspere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur: magis docendo, quam iubendo; magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum est cum multitudine [h] peccantium †. Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur; cum dolore fiat, de scripturis comminando uindictam futuram; ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius mouebuntur spiritales, aut spiritalibus proximi; quorum auctoritate, & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus cetera multitudo frangatur. Iuo p. 13. c. 68.

† *abest ab orig. Iuo, & aliquot manuscriptis Gratiani*

Item ex concilio Laodicensi, c. 24.

¶ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. C. II.

NOn oportet [a] clericos seruientes à presbyteris usque ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes vsque ad ministros, Cōc. Aquisgrā. c. 60. Burc. l. 5. c. 138. Iuo p. 6. c. 205.

f ¶ *Lugendum.*] idest, nonne vnusquisque hoc lugendum videat?

g ¶ *Carneis.*] scilicet spiritualibus.

h ¶ *Cum multitudine.*] Multi sunt 40. vt extra de cle. excom. latores. Aliquando 23 milia sunt pauci, vt 45. dist. disciplina. Et habes hic quod propter multitudinē detrahit seueritati, vt 50. dist. vt cōstitueretur. & 1. q. 7. quoties. 33. q. 4. ipsa pietas. &c. non potest. Quādoque & cū paucitate mitius agendū est, cū timetur scandalū. 23. q. 4. cū quisq; . Vbi ergo aliquid male fit: & quasi ex auctoritate defendit, tūc nō debet dormire seueritas. quādo vero nō defendit, tūc dissimulari potest propter scandalū, vt de paeni. dist. 6. c. 1. in fi. & 81. dist. plurimos. & 50. di. domino sancto. sed propter scandalū nunquā debet deseri veritas ipsa, vt extra de reg. iu. qui scādalizauerit 7. sed seueritas poenarū pōt deseri, vt hic. Itē vbi nō habet locū dispēsatiōis remediū, vt in matrimonio: propter multitudinē nō ē recedēdū à seueritate canonica, vt extra de transact. ex par. Bar. 8.

NOn oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui voti continentiae fecerūt, prohibentur ingredi tabernas, nisi causa necessitatis, vt j. c. sequenti. Sequentia duo capitula plana sunt.

i ¶ *Vsque.*] improprie ponitur hic, vsque, cum nulla sint in medio.

a ¶ Qui

a ¶ *Qui in proposito.*] vt Deo deuoti conuersi. 11. q. 1. duo, &c.
b N *Vlli clerico licet*] *Ergasterium*] idest, stationem.
c ¶ *Quanto magis.*] cui non licet minus, non licebit & maius, vt hic. & 24. q. 1. miramur. & 74. dist. gesta. 14. q. 5. pœnale. sicut in casu conuerso, scilicet cui licet maius, & minus. 16. q. 2. visis.
Aut

d ¶ *Aut cesset.*] sic 35. dist. c. 1.
e C *Lerici.*] ¶ *Nisi peregrinationis.*] No. q permittitur viatori, quod alij no permittitur. Arg. simile. 3. 11. q. 3. quoniam multos.
M *Vltis.*] Hæc est 2. pars huius dist. in qua reprehenditur quidam Natalis episcopus, qui semper erat in comessationibus, ita q officiū suum nesciebat: & ita alijs detrahebat. & hoc probatur per hoc cap. & per ca. seq. Ioan. de Fan.

aut lectores, aut exorcistas, aut ostiarios, aut psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito[a] continentiæ sunt, tabernas [β] intrare.

α ¶ Clericos seruientes.] *Græce est, ἱπηρετικούς, quod Dionysius vertit,* sacro ministerio deditos: *quam versionem concilium Aquisgranense, Burchardus, & Iuo attulerunt.*
β ¶ Tabernas.] *sequebatur in impressis,* nisi causa necessitatis. *quæ sunt expuncta, quia neque in plerisque manuscriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in ipso concilio Laodicensi, aut Aquisgranensi (vbi c. 60. hoc idem reperitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can. Apost. 54.*

Item ex sexta synodo, c. 9.

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergasterium habere voluerit. C. III.

NVlli clerico licet tabernam [α], aut ergasterium[b] habere. Si enim huiusmodi, tabernam ingredi prohibetur; quanto magis[c] alijs ministrare in ea? Si quis vero tale quid fecerit; aut cesset[d], aut deponatur.

α ¶ Tabernam, aut ergasterium.] *Græce est* καπηλικὴν ἐργασίαν, idest cauponariam tabernā.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.

¶ Nisi necessitate compulsi clerici tabernas non ingrediantur. C. IIII.

Aquisgran. cōc. c. 90. Burc. l. 2. c. 130. Iuo p. 6. c. 204.

CLerici, edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis[e] necessitate compulsi.

Item Gregorius Natali episcopo, lib. 2. reg. indict. 10. epist. 14.

¶ Corripiendus est episcopus, qui conuiuijs occupatur. C. V.

2. MVltis ab vrbe tua venientibus, frater charissime, didici, pastorali cura derelicta, solis te conuiuijs occupatū: quæ audita non crederem, nisi hæc actionum [†] tuarū experimentis adprobarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquā exhortationi inuigiles[g], sed ipsum quoque vsum ecclesiastici ordinis ignores; hoc est in testimonium[h], quod eis, sub quibus es positus, seruare reuerentiā nescis.

Idem ad eundem, lib. 2. epist. 37.

¶ De eodem. C. VI.

† al. sanctitatis

COnuiuia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, recte vestra fraternitas[i] in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendum est; quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla absentium vita mordetur; nullus ex irrisione reprehenditur; nec in eis inanes sæcularium negotiorum fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiuntur: cum non plus, quàm necesse est, seruitur corpori; sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaq; si vos in vestris conuiuijs agitis, abstinentium [†] [k], fateor, magistri estis.

† al. abstinentia

[*Item ex concilio Nannetensi.*]

PALEA. C. VII.

De consec. dist. 5. c. nullus. Burc. l. 2. c. 161. Iuo p. 6. c. 251. † al. in amore † al. sacro permittat

NVllus presbyterorum, quando ad anniuersarium diem, trigesimū, aut septimum, vel tertium alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam presbyteri conuenerit, se inebriare vllatenus præsumat, nec precatus amore [†] sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare; nec plausus, & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat, aut turpia ioca, vel vrso, vel tornatricibus ante se fieri [†] patiatur: nec laruas dæmonum [β] ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum.

β ¶ Dæmonum.] *Burchardus addit* quas vulgo Talamascas dicunt.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VIII.

Burc. l. 2. c. 162. Iuo p. 6. c. 253. decantet, aut alij quis.] Burch.

QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium, aliquis [†] prior illorum, versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat; & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes; & per vices cibum, & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem

CASVS. In hoc cap. reprehēdit Grego. Natalem episcopum, qui tantū conuiuijs deseruiebat, in quibus vita absentiū reprehendebatur, & inanes fabulæ cantabant: quod ex eo apparebat, qa neq; lectioni neque exhortationi insistebat: neque suis maioribus reuerentiam exhibebat.
f ¶ *Abstinentium.*] Arg. q̄ summus contra aliquem quādoque propter crimen præteritum. 18. dist. peruenit. 34. q. 1. cum per bellicam. Quandoque ex præsenti circa præsens, vt hic. quandoque circa futurum. 50. distin. si quis diaconus. Quandoque ex præterito circa præteritum. 22. quæst. 2. nō est. Quandoque ex præterito circa futurū. 23. q. 5. si apud. & 6. dist. plurimos.
g ¶ *Inuigiles.*] quæ duo, scilicet lectioni studere, & exhortationi inuigilare, sunt opa pontificis. 36. di. c. vlti.
h ¶ *In testimonium.*] hic vnū factu pbat aliud, vt 1. q. 1. cōstat, &c.
C ¶ *Onuiuia.*] CASVS. Idem Natalis episcopus excusabat se, q a reprehensus fuit propter conuiuia, quæ faciebat: dicens quod bona intentione & causa impēdēdæ charitatis hoc faciebat. Sed Gregorius dicit, q tunc fiunt ex charitate, cum vita absentiū non reprehenditur, nec inanes fabulæ recitantur, sed verba sacræ lectionis, & cū infirmitas sola reficitur: & qui hæc in suis conuiuijs facit, magister ē abstinentiæ. Quæ autē sequuntur vsque ad distinctioné, plana sunt, & per se patent.
i ¶ *Moderetur.*] Vnde versus.
Quisquis amat dictis absentum rodere vitā,
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.
k ¶ *Abstinentiū.*] Nota quòd abstinens dicitur qui bene comedit: & continens dicitur q tamē cognoscit vxorē suā, vt 31. dist. Nicena.
Aut

similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum Domini, sicut in cœna fecisse legitur: & sic se contineant omnes presbyteri, maxime in talibus locis, vt non vituperetur ministerium illorum. *Matth. 26.*

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IX.

Burc. l. 2. c. 164. Iuo p. 6. c. 255.

QVando presbyteri per kalendas simul conueniunt post peractū diuinum mysterium †, ad necessariam collationem, non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium, ibi ad tabulas residеant: ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent: quia indecens est, & onerosum; sępe etiam tarde ad ecclesiam redeuntes maius damnum de reprehensione consequuntur, quod † de grauedine mutua contrahunt, quàm lucrum ibi † faciant. Nam de huiusmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit: qui inconuenienter cœnam Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam Dominicam, idest ad collationem verbi sub occasione conueniunt, & ex veritate † ventris causa coniunguntur; reprehensibiles coram Deo, & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos bibere faciant; & maxime vltra tertiam vicem poculum non contingant; & sic ad ecclesias redeant.

† *al. ministerium* † *&* † *al. sibi* *1. Cor. 11.* † *al. ingluuie ventris*

Item ex concilio Laodicensi, c. 55.

¶ Christiani ex symbolis conuiuia non celebrent. C. X.

Conc. Aquisgr. c. 83. Rab. i pen. c. 27.

3 NOn oportet [a] ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Christianos ex symbolis [b] [quæ † vulgus comessalia appellat] conuiuia celebrare [c].

† *ista sunt addita loco cuiusdam glossa*

Item ex concilio Toletano 3. c. 7.

¶ Sacrarum scripturarum lectio sacerdotalibus semper conuiuijs misceatur. C. XI.

Burc. l. 2. c. 169. Iuo p. 6. c. 260. Rab. i pæn. c. 28.

PRo reuerentia [d] Dei, & sacerdotum id vniuersa sancta constituit synodus, vt (quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi) in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum; & fabulæ non necessariç prohibentur.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 61. & 66.

¶ De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet. C. XII.

Apud Martin. Braca. Burch. l. 2. c. 165. Iuo p. 6. c. 256. C. 66.

NOn liceat sacerdotes, vel clericos, sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis. ¶ Nec oportet clericos, vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire conuiuia, nec aliquando clericos, nisi hymno [e] dicto, comedere panem; & post cibos gratias auctori Deo referre.

Si ergo laicis comessationes damnabiles sunt, multo magis sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait) crassum sensum generat: cum sacerdotalis sensus contra vigil esse debeat, & tenuis: atque ideo edacitatis vitio obnoxij in sacerdotes vngi non debent. Hi enim (vt ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vitiorū bello subiacent, nequaquā per prædicationis vsum præesse magisterio ceterorū debēt.

Epist. ad Nepotianum. Lib. 23. c. 12.

DISTINCTIO XLV.

SEquitur, [non percussorem.] Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem, & perturbati sensus, vt percutiat; qui debet esse patiens: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Constantinopol. lib. 2. epist. 52. al. c. 91.

1. Tim. 3. & ibi glossa ordin. & Ans. ex Hier. ad Oceanum

NOn oportet.] Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, quòd nullus debet facere conuiuium de confertis, idest, de symbolis: quod in vulgari dicitur, eschot. & ad hoc probandum ista tria capitula inducuntur. Ioan. de Fan.

a ¶ Non oportet.] hic habent quidam cap. nullus. quod est infra de conse. dist. 5. nullus.

b ¶ Ex symbolis.] symbolum est quando plures conferunt ad conuiuia facienda. idem est confertum.

c ¶ Celebrare.] Nā vt ait Iuuenalis. Miserū ē aliena viuere quadra.

d ¶ PRo reuerentia.] infra de consecra. dist. 5. in omnibus.

e ¶ NOn liceat.] ¶ Hymno.] j. de consec. dist. 2. panis & calix. & c. didicimus.

SEquitur.] Hæc dist. diuiditur in quattuor partes. In quarū prima probatur per septē auctoritates, q prælati nō debēt esse accensi ad irā vel perturbationē. Secūda ibi, *Salomon.* Tertia ibi, *Ex his.* Quarta ibi, *Percussor.* Ioan de Fan.

¶ CASVS. In hac 45. dist. prosequitur 9. cap. apostolicę regulę, oportet epm non esse percussorem: q nō debet esse irascibilis & perturbati sensus, sed patiēs exemplo Christi, qui dorsū posuit ad flagella. Et primo probat q prælati nō debent aliquē percutere vsq; ad §. *Salomon.* postea allegat in contrariū vsque ad §. *Ex his.* Not. ergo q est percussio spiritualis: & est percussio corporalis. Spiritualis est, cū q̄s indiscreto sermone corrigit aliquos. ista prohibetur, vt j. c. vlti. Corporalis est illa, quę manu fit. & illa vbi fit ex ira vel odio, vel ad hoc vt magis timeat, peccatum est, vt j. ea. ca. 1. sed si fit causa correctionis, licita est ei qui habet potestatē in eū, vt j. ead. cū beatus. & 35. dist. ante omnia. hoc tamen scias, q episcopus suis manibus neminem verberabit, vt 86. dist. non liceat. sed per alium potest, vt 5. q. 5. illi. nō tamen per laicū, sed per clericū, si cleric⁹ fuerit verberandus, vt extra de sent. excom. vniuersitatis. nisi penitus sit incorrigibilis. tunc etiā per laicum potest, vt extra de sentent. excommunic. c. vt famę. Item distinguendum est circa qualitatem ipsarum personarum, quæ corrigendæ sunt, & etiam circa quantitatem criminum; nam qui sunt in minoribus ordinibus constituti, licite verberantur etiam pro minoribus criminibus, vt infra ead. §. Salomon. & 35. distinct. ante. sed maiores non sunt verberandi nisi pro maioribus, vel enormibus criminibus, vt infra ead. cum beatus. & 35. distinctione ante. Sunt tamen alij casus, in quibus licite percutitur clericus, vt not. 17. quæstio. 4. si quis suadente.

Percussio est duplex.

De hoc manifesto dic vt legi. & no. extra de sen. excom. cū voluntate. vt. q etiā de his.

Corrigens debet multa attēdere.

Clericus an percussus ... verberari.

Quid

Q *Vidam autem.*] Casus. Quidam prælati erant, qui vt magis timerentur, suos clericos verberabant. Et præterea homines ad fidem verberibus, & non prædicatione cogebāt: sed dicit Grego. in hoc cap. q hoc facere nō debent. & hoc probat auctoritate Pauli dicētis: Argue, obsecra, increpa in omni patiētia &

¶ Verborum correptione, non verberibus timeri debet episcopus. C. I.

Io. Diac. l. 3. c. 9. Poly. l. 4. tit. 9. 2. Tim. 4.

Q Vid autem de episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones[a] dicant, bene fraternitas vestra nouit. Pastores etenim facti sumus, non percussores: & egregius prædicator dicit [Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem[b].

Item in concilio Romano sub Siluestro, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

† *Nemo* orig.

N Eminem † [c] quisquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus, non episcopus clericum, vel seruitorem ecclesiæ ad cædem perducat. Sed si ita causa exigit clerici; triduo[d] priuetur honore, vt pænitens redeat ad matrem ecclesiam.

Item Gregorius Paschasio episcopo Neapol. lib. xi. epist. 15.

¶ Non asperis, sed blandis verbis, ad fidem sunt aliqui prouocandi. C. III.

† *al. à plano*

Iuo p. 13. c. 105.

† *al. adhibere*

Q Vi sincera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis[e] non asperitatibus debent studere; ne quorum mentem reddita ad † planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine à consueta ritus sui volunt cultura suspendere; suas illi magis, quàm Dei causas probantur attendere. ¶ Iudæi siquidem Neapoli consistentes questi nobis sunt, asserentes, quòd quidam eos a quibusdam feriarum suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis sit licitum festiuitatum suarum solennia colere: sicut eis nunc vsque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quòd si ita se veritas habet, superuacuæ rei videntur operam dare †. Nam, quid vtilitatis est, quando, & si contra longum vsum fuerint veriti, ad fidem illis, & conuersionem nihil proficit? Aut cur Iudæis, qualiter cæremonias[f] suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, vt ratione potius, & mansuetudine prouocati sequi nos velint, non fugere: vt eos, ex eorum codicibus ostendentes, quæ dicimus, ad sinum matris ecclesiæ Deo possimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuante, ad conuertendum accendat, & de suis illos solennitatibus inquietari denuo non permittat: Sed omnes festiuitates, feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi, quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi, celebrandique licentiam[g].

Item Gregorius iiij. in epistola episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis.

¶ Non seueritate, sed beneuolentia subditos prælati corripiant. C. IIII.

ꝗ. ead. c. licet. Iuo p. 5. c. 368. † *al. commotio*

Matth. 26.

L Icet plerumque accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda; plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia[h], quàm seueritas; plus cohortatio, quàm comminatio †; plus charitas, quam potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato[i] viuat. Nam si Dominus statim post trinam negationem beatum Petrum apostolum præceptorem nostrum iudicasset; non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset. Expectandi[k] ergo, atque corri-

d ¶ *Triduo.*] similis suspensio est 5. q. 3. in loco, &c.

Q *Vi sincera.*] Casus. Neapolitani verberabant Iudæos vt ad fidem conuerterentur: nec permittebant eos suas festiuitates celebrare. De hoc conquesti fuerunt Iudæi Papæ. Præcepit ergo Papa Neapolitano archiepiscopo, ne hoc fieri permittat; quoniam non asperitatibus, sed rationibus & auctoritatibus veteris test. sunt commonendi, & admonitionibus ad fidem sunt conuertendi: alias eorum conuersio erit inutilis. si autem conuerti noluerint, in ferijs & festiuitatibus suis, quas ipsi & parentes eorum hactenus coluerunt, inquietari nō permittat, sed liberam habeant licentiam celebrandi.

e ¶ *Blandimentis.*] vel etiam muneribus, vt 23. q. 4. c. vlti. licet arg. sit contra. 1. q. 2. quam pro. 21. q. 2. primum.

f ¶ *Cæremonias.*] cæremoniæ dicuntur sacrificia Iudæorum: quia cereis exercebantur i. dist. 6. §. his ita.

g ¶ *Licentiam.*] Sed nonne Iudæi mortaliter peccant illa faciendo[a]; quomodo ergo datur eis licentia peccandi mortaliter? Item si peccant mortaliter, quare non puniuntur, cum ipsi in alijs delictis puniantur, vt 17. q. 4. constituit. extra de viu post miserabilem? Sed dic quòd non dat eis hic licentiam peccandi: sed liberationē à pœna. & est simile 4. dist. denique. & 21. q. 2. placuit. 23. q. 1. paratus. Ad aliud respondeo, quòd si Iudæi ab hoc prohiberentur, ergo iam cogerentur ad fidem. & hæc vera sunt: dumtamen ipsi in contemptum nostræ fidei non exerceant talia, vt C. de Iudæ. Iudæos. & extra de Iudæis, & si Iudæos.

Ecclesia quare permittit Iudæos mortaliter peccare.

a Nam celebrare & exercere illa cæremonialia est peccatū mortale. vnde Hier. Cultus legis ab aduentu Christi non differt ab idololatria. &c.

L *Icet plerumque accidant.*] Casus. Episcopi i Gallia, Germania & Europa statim eum perpendebāt clericos suos delinquere, eos iudicabant, & ejiciebant de ecclesia sua: de quo Papa eos reprehendit, & docet, q si aliquando clerici delinquant, non statim fulminent illos, sed supportent: cum nec ipsi sint sine reprehensione & peccato. & hoc probat exemplo Christi: qui si Petrum post trinam negationem statim iudicasset, non tantū fructū ex eo recepisset. Et auctoritate Euangelij dicentis. Quod tibi nō vis fieri, &c.

Argu. quòd sufficit allegatio generalis non expressa lib. & quo per gl. in verbo, comminabantur. in c. comminabatur. de dispen. impub.

& doctrina. Et auctoritate concilij, in quo statuitur, vt nullus clericus percutiatur: qui contra fecerit, triduo suspendatur.

a ¶ *Canones.*] 86. distin. non liceat.

b ¶ *Fidem*] Ad fidem enim nemo cogendus est, vt 23. q. 5. ad fidē. & ꝗ. c. de Iudæis. sed fidem receptam cogitur quis retinere. & sic non obstat 23. q. 4. quis nos. & q. 6. iam vero.

Fidem suscipere nemo cogitur.

c N *Eminem.*] ¶ *Peccantem.*] dum tamen non nimis[1] enormiter excedat. vel intellige q clericus in sacris ordinibus constitutus non est grauiter & immoderate verberandus. & sic non obstat extra de sent. excom. vniuersitatis. Ioan.

1 Et sic non ob. extra de sen. excom. vt fama. Ioan. de Fan.

h ¶ *Beneuolentia.*] Nam sententia, quæ misericordiam vetat, fugienda est. 50. dist. ponderet.

Sententia sine iudicia misericordia.

i ¶ *Sine peccato.*] vt 81. dist. Apostolus. & 25. dist. §. nunc autem.

k ¶ *Expectandi.*] Ar. q semper iudex potius sequetur misericordiā q iudiciū: vel æquitatē quam rigorē, vt 86. dist. nō satis. 50. dist. pōderet. 26. q. 7. alligāt. & 35. q. 9. veniam. Ad idem 9. dist. sana.

Iudex sic amare aequitatem & misericordiam.

a ¶ Iudi-

a ¶ *Iudicandi.*] id est, damnandi.
b ¶ *Scandalorum.*] nam scandalum est, clericum statim puniri post delictum. sic. 11. q. 3. rursus.
c ¶ *Non vult*] sic. 3. q. 6. qui se scit.

CVm beatus.] CASVS Quidã epi odio inflãmati fratres suos honorãdos scilicet abbates, presbyteros, & diaconos sic verberabant cũ delinquebãt, sicut cõsueuerũt verberari latrones. qd reprehẽdit cõciliũ Bracarẽse: & ostẽdit hoc nõ esse faciẽdũ, nisi pro grauiorib⁹ & mortalib⁹ culpis. Et hoc pbat auctoritate Apli, q pcipit arguere & obsecrare in patiẽtia. & vna rõne: q si qs seatte honorabiliora mẽbra pcutit, sibi debitã subtrahit reuerẽtiã: iuxta illud Sapiẽtis. Leuiter castigatus reuerẽtiã exhibet castigãti: & q sec⁹ fecerit, iuxta verborũ modũ pœnã excõicationis & exilij sustinebat.

DE Iudæis.] CASVS. Quidam cogebant Iudæos ad fidẽ: & ideo statutũ fuit in cõcilio Toletano, ne de cetero ad fidẽ per vim adducantur: quia cui vult, Deus miseretur: & quem vult indurat. Admonendi ergo sunt, & non cogendi. Verũtamen si iã coacti sunt ad fidẽ, sicut factum fuit temporibus principis Sisebuti: quia iam sacramenta diuina receperunt: cogendi sunt ea seruare: ne nomen Domini blasphemetur in eis: & fides quam susceperũt, contemptibilis habeatur. Sequẽs c. satis planũ ẽ.
d ¶ *Saluandi sunt.*] quia nullus inuitus fit bonus, vt 23. q. 6. vides.
e ¶ *Coacti sunt.*] Coactio conditionalis de qua hic loquitur, non impedit sacramentum baptismi: nec etiã sacramentũ ordinis, vt 74. dist. vbi. impedit tamẽ sacramentũ matrimonij ¹, vt extra de spon. cũ locũ. sed si fuerit absoluta coactio, nullus character imprimitur, vt extra de baptis. maiores. sed in dormientibus & amentibus distinguitur: quia si prius habeant propositũ baptizandi, recipiũt characterem: aliter nõ, vt ibidẽ dicitur in fin. eo quòd dormiens possessionem nõ acquirit, vt ff. de acqui. pos. l. 1. §. 1.
f ¶ *Vilis.*] No. propter vilitatem vitandã aliquid fieri. 100. dist. prisca. & c. seq.
g LIcet.] ¶ *Et quod prouisum est.*] simile est quod dicit decret. quod alicui pro pietate cõceditur, nõ debet redundare in alterius iniuriam, vt extra de ecc. ædi. c. 2. & extra de app. reprehẽsibilis.
h ¶ *Concordiam.*] scilicet vt vnus præesset alijs, ne fieret schisma, vt 93. dist. legimus. & 89. dist. ad hoc.

EPiscopum.] CASVS. Statutum fuit in canone Apostolorũ, vt nullus episcopus, presbyter, vel diaconus pcutiat fideles delinquẽtes, vel infideles volẽs ab eis timeri. qd si fecerit, deponatur: quia Dñs hoc nõ docuit: imo cũ percuteret, non repercutiebat, sed patiebat.
i ¶ *Docuit.*] Sed nõne Dñs flagellis pculsit, vt 1. q. 3. saluator? Sol. Sic: sed nõ fecit hoc vt timeretur, sed causa correctionis, vt ibi eodem, in summa.

Coactio vel de- pia.

¹ Arg. dist. 12. q. 4. ... de hoc ibi valeat.

gendi magis sunt rectores ecclesiæ, quàm statim iudicandi ᵃ: cum maiora negotia, & difficiliores causarum exitus, sanctorum patrum canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia consecrati iubeant sub nostræ sententiæ expectatione suspendi, nostroque moderamine finiri. Vnde necesse est hæc, & alia ecclesiastica quæque negotia post multarum experimenta causarum solicitius perspici †, & diligentius præcaueri: quatenus per spiritum charitatis, & pacis, omnis materies scandalorum ᵇ, & præsumptio inuidorum ᵃ atque oppressio simplicium fratrum de ecclesijs Domini auferantur. Et sicut non vult quisquam fratrum se aliorum iudicio prægrauari; ita non audeat alij inferre, quod sibi non vult ᶜ fieri. Iudæi non sunt cogendi ad fidem: quam tamen si inuiti susceperint, cogendi sunt retinere.

† *prospici.* Ioc.

ᵃ ¶ Inuidorum.] *In epistola Gregorij IIII. (quæ est in sæpe memorato codice bibliotheca Dominicana) & aliquot vetustis exemplaribus Gratiani legitur,* Iudæorum.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 56. Statutum est.

¶ Sicut non sunt Iudæi ad fidem cogendi; ita nec conuersi ab ea recedere permittuntur. C. V.

DE Iudæis antem præcipit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri. [Cui enim vult Deus, miseretur; & quem vult indurat.] Non enim tales inuiti saluandi sunt ᵈ, sed volentes, vt integra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo proprij arbitrij voluntate serpenti obediens periit; sic vocante se gratia Dei, propriæ mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrij facultate vt conuertantur, suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Christianitatem coacti sunt ᵉ venire (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia iam constat eos sacramentis diuinis sociatos baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis, & sanguinis Domini extitisse participes; oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur; ne nomen Domini blasphemetur; & fides, quam susceperunt, vilis ᶠ, & contemptibilis habeatur.

Burch. l. 4. c. 82. Iuo p. 1. c. 276. & par. 13. c. 94. Pann. l. 1. c. 72. Rom. 10.

Item Leo Papa, epi. 82. ad Anastasium episcopum Thessalonicensem, c. 1.

¶ Beneuolentia plus quàm seueritas erga corrigendos agat. C. VI.

LIcet nonnumquam accidant, quæ in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis; plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm seueritas; plus cohortatio, quàm commotio †; plus charitas, quàm potestas. Sed hi, qui quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi, facile ab hac lege discernuntur: & dum dominari magis, quàm consulere subditis quærunt, placet honor; inflat superbia: & quod prouisum ᵍ est ad concordiam ʰ, tendit ad noxam.

5. ead. c. licet. 1. Poly l. 4. tit. 29. † *al. commotio*

Item ex canon: Apostolorum, c. 28. iuxta priscam versionem.

¶ Deijciatur ab officio presbyter, & diaconus & episcopus verberibus timeri quærens. C. VII.

EPiscopum, aut presbyterum, ant diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci ab officio suo præcipimus; quia nusquam nos docuit ⁱ hoc Dominus. Econtrario vero ipse cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

Ans. l. 6. c. 159. Polyc. l. 4. tit. 9. 1. Petri. 2.

Item ex concilio Bracarensi 3. c. 6.

¶ Non verberibus, sed verbis subditos episcopi corripiant. C. VIII.

CVm beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni

2. Tim. 4.

a Gra ...

Clerici ad iura aequaliter verberandi.

a ¶ *Grauioribus.*] Hic patet quod maiores clerici non sunt verberandi, nisi pro minoribus culpis: sed minores etiam verberantur pro minoribus, vt 35. dist. ante. & 23. dist. c. denique. 5. q. 5. illi qui. sunt & aliae personae quae habent coercitionem verberum, sed temperatam: vt pater, dominus, mater, paterfamilias, magister, maritus [1], vt 23.

[1] Adde glo. in l. [illegible]

b ¶ *Subtrahat.*] Argumen. quod ex quo praelatus non seruat reuerentiam subdito, nec subditus tenetur ei seruare, vt 45. dist. esto. 22. q. 5. de forma. 32. q. 5. iniquum.

c ¶ *Leuiter.*] ff. ad legem Aquiliam. praeceptoris.

d ¶ *Exilij.*] Not. clericum posse relegari in exilium, vt 2. q. 1. in primis. & notatur 3. q. 4. hi qui. — Clericus potest relegari.

† sic in codice regio.

patientia praecipiat, extra hanc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis caedibus in honoratos † subditos efferuescere, quantas poterant latrocinantium promereri personae. Et ideo, qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, idest presbyteri, abbates, & leuitae, qui exceptis grauioribus [a], & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere, non est dignum, vt passim vnusquisque praelatus honorabilliora membra sua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus subijciat, & dolori: ne, dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat [b], iuxta illud, quod quidam sapiens dixit. [Leuiter [c] castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiae increpatio nec correctionem recipit, nec salutem.] Et ideo, si quis aliter, quàm dictum est, praedictos honorabiles subditos, licentia perceptae potestatis elatus, malitia animi tantum, credidérit verberandos; iuxta modum verberum, quae intulerit, excommunicationis pariter, & exilij [d] sententiam sustinebit.

Leuiter] orig.

Prouerb. 23. — *Salomon vero contra admonet dicens* [*Percute filium tuum virga: & liberabis animam eius à morte.*] *Hinc etiam B. Gregorius scribit in dialogo Beatum Benedictum, quemdam monachum virga percutiendo sanasse; quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus flagello facto de funiculis, male versantes in templo flagellans* [e] *& de oratorio domo eiecit. Hinc etiam Apostolus fornicatorem* [f] *illum satanae corporaliter vexandum tradidit: & magum* [g] *illum corporali caecitate damnauit. Hinc etiam in canonibus* [h] *pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter versantur, verberibus castigari iubetur. Virgines quoque, si religionis veste deposita alijs se copulauerint, ergastulis* [i] *retrudi praecipiuntur.*

lib. 2. dial. c. 4. Io. 2. 1. Cor. 5. Act. 13. Siricius Papa epist. 1. c. 6.

Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20. lib. par. 4. c. 6.

lib. 20. c. 6. & cap. 29. Iob. past. par. 2. c. 6. l. 1. reg. epist. 24.

¶ Disciplina non est seruanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina. C. IX.

DIsciplina [k], vel misericordia multum destituitur: si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet, & iuste consolans misericordia, & pie saeuiens disciplina. Hinc est, quòd semiuiui illius uulneribus, qui à Samaritano in stabulum ductus est, & uinum adhibetur, & oleum; ut per uinum mordeantur uulnera, per oleum foueantur: quatenus unusquisque, qui sanandis uulneribus praeest, in uino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: per uinum mundentur putrida, per oleum sananda foueantur. Miscenda [l] est ergo lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis uirga simul & manna est: quia cum scripturae sacrae scientia, in boni rectoris pectore, si est uirga districtionis, sit & manna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait [Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.] Virga etenim percutimur, & baculo sustentamur. Si ergo est districtio uirgae, quae feriat; sit & consolatio baculi, quae sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate saeuiens: sit pietas, sed non plus, quàm expediat, parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. Videamus amantem pie & districte saeuientem.

Luc. 10. Heb. 9. Psal. 22.

SALOMON. Haec est secunda pars huius dist. in qua probatur quod subditi sunt castigandi: & tunc eos praelati diligunt cum eos castigant. & haec probantur per istum §. & per quia que auctoritates Sanctorum. Ioan. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit, quod eps percutere non debet. Modo probat Gratianus contrarium in hoc §. septem auctoritatibus & exemplis: quod etiam per sequentia capitula probat.

e ¶ *Flagellans.*] vt 1. q. 3. saluator.

f ¶ *Fornicatorem.*] s. 2. q. 1. de manifesta.

g ¶ *Et magum.*] s. 23. q. 8. legitur.

h ¶ *In canonibus.*] in hoc libro non inuenio illos canones: sed verba correctionis inueniuntur 28. dist. de his. & 12. q. 1. c. 1.

i ¶ *Ergastulis.*] infra 27. q. 1. impudicas. & cap. peruenit.

Disciplina.] CASVS. In hoc cap. probat Gratianus (alias Grego.) quod praelatus circa correctionem subditorum debet in se habere misericordiam & disciplinam. Et hoc probat quinque rationibus vel exemplis, scilicet Samaritani, qui vulneribus semiuiui apposuit vinum & oleum: & arca, in qua virga erat & manna: & Dauid, qui virga & baculo sanatus est: & Moysi, qui circa populum exercuit misericordiam & seueritatem: & exemplo Iob, qui cum sederet quasi Rex exercitu circumstante, erat tamen moerentium consolator. Et quid haec supra dicta significent, diligenter in hoc cap. exponitur.

k ¶ *Disciplina.*] id est, rigor siue poena.

l ¶ *Miscenda est.*] Not. quòd iudices semper sequentur mediocritatem, vt ar. extra de cens. ex parte. ff. de pig. act. si seruus. ff. de iur. & fac. ign. nec supina. extra de offi. custo. c. 2. & ff. de verb. obli. continuus §. cum ita [1]. Arg. contra. ff. de nego. gest. Nesennius. in fi. Io. Sc. Iudex potius sequatur aequitatem, quam rigorem, vt C. de iud. placuit. vbi certum est ius ab aequitate dissentire, vt in restitutione minorum: nisi ex causa magis sequeretur rigorem: vbi s. multis grassantibus opus est exemplo, vt ff. de poe. aut facta. in fi. vbi autem ius scriptum non est, iudex semper sequatur aequitatem, vt extra de transact. c. vlt. Bar.

Iudex mediocritatem sequatur.

[1] Ad idem ff. de [illegible]

23. q. 4. duo ista. & q. 5. c. 1. & 9. q. 2. sicut. vnde si pater verberat filium clericum in minoribus ordinibus constitutum, non est excommunicatus: idem est de alijs propinquis, vel de ijs qui familiam habent, vt extra de senten. excommu. cum voluntate. in fi. Ioan. Tancredus tamen respondit, quod si pater animo corrigendi verberat filium in sacris ordinibus constitutum, quod non est excommunicatus: quia manus illa non est iniuriosa, cum non faciat animo iniuriandi, vt extra de senten. excommu. c. 1. hoc etiam notaui in quaestionibus. B.

[2] Quaestio [illegible]

a ¶ *Meum non est.*] Arg. quod de vno conceditur, de alio negatur. sic. 1. q. 1. per Esaiam. §. 3. q. 3. qui sit. & 23. q. 4. forte. sic 25. dist. qualis similiter cum iudicatur rem meam esse, per consequens iu dicatur tuam non esse, vt ff. de procur. Pomponius §. 2.

b ¶ *Dele.*] Sed quare hoc petijt Moses, cum nemo deleri possit nisi pp peccatum proprium: qa spiritus sanctus nulli ingerit immeritam pœnã, vt 1. q. 3. illud? D cunt quidã q impetu mentis hoc dixit. Alij dicunt, q ex magna confidẽtia hoc dixit; quasi dicat, impossibile est q me deleas. Aug. tñ dix q hæc dictio, aut, ponitur hic cõditionaliter, idest si nõ dimittis eis hãc noxã, dele me cum eis. postea destrue cõsequens: sed nõ deles me: ergo dimittes eis hanc noxã. & Gregorius hic cõditionaliter exponit. Alij intelligunt hoc de morte temporali, prout vr sonare littera sequens.

c ¶ *Obtinuit.*] j. 50. dist. si qs pposterа. contra, ibi dr quòd veniã petijt, sed nõ obtinuit? Respondeo. Obtinuit ad tempus, vel ne punirentur æternaliter: sed non vt numquam punirent. Puniti enim sunt pro illo peccato in Romana & in Babylonica captiuitate, vt 76. dist. ieiunium. vel obtinuit veniam quo ad vitam æternam, non quo ad temporalem: sicut & Dauid remissum fuit peccatũ quo ad vitam æternam: sed tamen punitus fuit tẽporaliter, vt de pœni. dist. 3. sicut primo.

d ¶ *Paucorum.*] Nota 23. millia dici pauca: quia pauci fuerunt respectu aliorum. simi. ff. de verborum significatio. maiorem.

ADDITIO Et 23. q. 4. §. quod autem.

e ¶ *Allegauit.*] Argu. q idem potest esse aduocatus vtriusque partis. & nunc inducere iura pro vna parte, nunc pro altera. quod est falsum; & sic tutor duorum litigantium pro vno agit, & pro altero rñdet, vt ff. de aucto. tut. accipientis. Ex hoc loco sumit causa quare episcopus accedens ad altare deponit mitram & baculum: sed cum conuertit se ad populum, resumit comminationis suæ insignia, vt de consecra. dist. 1. nullus episcopus.

pœnam, à canone latam, vel lege inflictam, vt 2. q. 3. §. notandum. 2. sed illud ibi expeditũ est. Itẽ qualiter miseref iudex illius quem occidit? Itẽ quæ misericordia manet circa illũ q deponit? Item quæ misericordia fit ibi vbi filius punif pro delicto patris? vt 6. q. 1. § verum. 2. Sol. ideo dr iudex seruare rigorem & misericordiã: non

Sub. sicut qui idem pr. ff. 21. q. 2. contra. Anthusa.

Mosi oratio p populo in quo fuit exaudita.

Adde regulariter quos dicuntur pauci not. glo. l. sanamus, ff. de don. cau. mor. & in c. cupientes. §. cæterum. in glo. in ver. decedente sui paucitas. de elect.

Adde de hoc late per Ioan. Andr. in mercu. reg. ebrietatus. in lib. 6.

Episcopus quandoque mitram, & quandoque deponit mitram & baculum ob hanc causam.

Iudex qualiter potest habere rigorem & misericordiam.

Nam iudex in re & in lecto ... 23. q. 5. ... 23. q. 8. Anglia.

¶ Certe cum Israeliticus populus ante Dei oculos pene inueniabilem contraxisset offensam, ita vt eius rector audiret [descende; peccauit populus tuus] ac si ei diuina vox diceret; qui in tali peccato lapsus est, iam meus non^a est; atque subiungeret [Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentẽ magnam.] ille semel & iterum pro populo, cui præerat, obicem se ad impetum Dei irascentis opponens ait [Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele^b me de libro tuo, quem scripsisti.] Pensemus ergo, quibus visceribus eumdem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri se petijt. Sed tamen iste, qui tanto eius populi amore constringitur, contra eius culpas pensemus, quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim vt petitione prima, ne delerentur, culpæ veniã obtinuit^c, ad eumdem populum veniens ait [Ponat vir gladium suũ super fœmur suum; ite & redite de porta vsque ad portam per mediũ castrorum; & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum: cecideruntque in die illo quasi viginti^a tria millia hominum.] Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petijt: paucorum^d vitam gladio extinxit. Intus arsit ignibus amoris: foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta seueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipse iudicij gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret. Vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, causam populi apud Deũ precibus, causam Dei apud populum gladijs allegauit^e. Intus amans diuinæ iræ supplicando obstitit: foris sæuiens culpam feriendo consumpsit. Succurrit citius omnibus ostensa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum suum citius exaudiuit agentem pro populo: quia vidit, quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine ergo populi vtrũque Moyses miscuit, vt nec disciplina deesset misericordiæ, nec misericordia disciplinæ. Vnde hic quoq; iuxta vtramque virtutem dicitur [Cumque sederem quasi rex circumstãte exercitu, eram tamen mœrentium consolator.] Sedere quippe circũstante exercitu, vigor est, ac disciplina regiminis: mœrentium vero corda consolari, ministerium pietatis.

Exo. 32.

Ibid.

Iob 29.

a ¶ Viginti tria.] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij, sed in hebrais, paraphrasi Chaldaica, versione septuaginta, & vulgata est: tria millia.*

Item Isidorus lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 54.

¶ Iuste iudicans misericordiam cum iustitia seruat. C. X.

OMnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque^f penso iustitiam & misericordiam portat^g: sed per iustitiam reddit peccanti sententiam; per misericordiam, peccanti temperat pœnã: vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat: quædam vero per miserationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timẽs, & tremens in omni negotio formidat: ne de iustitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iustificatur, inde potius condemnetur.

Burc. l. 16. c. 25. §. omnis.

Item Augustinus in Enchiridio, c. 72.

¶ Qui remittit, & qui corripit, vterque miseretur C. XI.

ET qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coercet

4. senten. dist. 15.

O ¶ *Mnis.*] CASVS. Dicit in hoc cap. q omnis q recte iudicat, debet in manu gestare stateram, vt iudicet & absoluat iuste: & in vtroq; penso, id est in condemnatione vel absolutione debet habere simul iustitiã & misericordiam, vt p iustitiam peccan sententiã reddat: & per misericordiam peccan temperet pœnam: in omni negotio timens ne iustitiæ tramite deuians cadat.

f ¶ *In vtroque.*] id est, in absoluendo & condemnando.

g ¶ *Portat.*] Sed qualiter istud stare potest, q iudex habeat misericordiã & rigorem? Primũ ea ratione, qa iudex nõ potest mitigare non q simul exerceat ea circa aliquem: sed qa si opus fuerit, & causa subest, debet esse misericors in dispensando: si causa non subest, debet esse rigidus in iudicando. Vel dic q iudex semper habebit misericordiam etiam occidendo hominem: & si non per mitigationem pœnæ, saltem per compassionem, vt j. ea. vera. Item ea hoc facit misericordia, cum facit vt ille coerceatur inter flagella, & ne fiat deterior. Vnde eo ipso q iudex punit aliquem, misericordiã facit, vt j. ea. cap. prox. & ille intellectus patere potest ex illis cap. 23. q. 4. duo illa. & cap. ea vindicta. qui enim facit finem peccato, misericors est, vt de pœn. dist. vlt. c. vlt. in fi.

E ¶ *T qui emendat.*] CASVS. In hoc cap. ostendit Augustinus q eleemosyna dupliciter fit a plato: scilicet dimittendo ei a quo

quo læsus est, & orando pro ipso vt ei dimittatur, vel verberãdo, vel corrigendo delinquentes ẽ: inuitos: quia multa bona præstantur inuitis, qñ ipsi sunt sibi inimici. Capitulũ qđ sequit, planũ est.

Rancorẽ dimittere tenemur.

a ¶ *Dimittit.*] Quilibet potest & tenetur dimittere rãcorem, sed non tenetur dimittere satisfactionem. vt 90. distin. si quis contristatus.

non. Cõtraria vero iura in casibus specialibus loquuntur, in quibus quis cogitur.

SVNT ENIM Dictum est ṡ. in cap. proxi. quòd qui corripit & punit, dat eleemosynam: ideo ponit quot sunt genera eleemosynarum, & ad hoc alleg. duo cap. seq. Io. de Fan. & Hug.

aliqua disciplina; & tamen peccatum eius, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit[a] ex corde, vel orat, vt ei dimittatur; non solum in eo, quod dimittit, atque orat, verum etiam in eo, quod corripit[b], & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat; quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis[c], quando eorum consulitur vtilitati, nõ voluntati: quia sibi ipsi inueniũtur esse inimici.

al. Alcuinus

Sunt enim multa genera eleemosynarum, de quibus Albinus† ait.

¶ De multiplici genere eleemosynarum. C. XII.

Pãn. l. 2. c. 192.

TRia sunt genera eleemosynarũ: vna corporalis, egenti dare, quidquid[d] poteris: altera spiritualis, dimittere[e] a quo læsus fueris: tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

Item Augustinus, lib. 50. homil. homilia 6.

¶ Eleemosynæ pecuniæ præfertur eleemosyna cordis. C. XIII.

Pãn. l. 2. c. 193.

DVæ sunt eleemosynæ, vna cordis, altera pecuniæ. Eleemosyna cordis est dimittere ei, à quo læsus es. Nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes; indulgere peccanti, quantum volueris redundat[f] tibi. *& infra.* ¶ Eleemosyna cordis multo maior, est quàm eleemosyna corporis. *& infra.* ¶ Charitatis eleemosyna sine substantia terrena sufficit sibi; illa vero, quæ corporaliter datur, si nõ benigno corde[g] tribuitur, omnino non sufficit.

Ex his omnibus apparet, quòd nec lenitas mansuetudinis sine rectitudine seueritatis, nec zelus rectitudinis sine mansuetudine in prælatis debet inueniri. Percussores ergo, qui præmissis auctoritatibus ab episcopali officio remouentur, nõ quilibet corporaliter flagellantes, sed prætermissa mansuetudine ad verbera semper parati intelligendi sunt: qui per flagella non vitia corrigere, sed timeri appetunt, quibus Petrus scribit 1. Pet. 5. *[Ne sitis dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo]. Hinc etiam Gregorius scribit in moralibus, lib. 19. parte 4. c. 23.* in c. 29. Iob. c. 16

¶ Mansuetudo, & districtio ab inuicem nõn separentur. C. XIIII.

SVnt namque nonnulli ita districti, vt omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nõnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque summopere sunt tenenda, vt nec in disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum mansuetudine districtionem deserant disciplinæ; quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, eum contumaces corrigunt; nec disciplinæ vigorem molliant, cum infirmorum animos cõsolantur. Regat ergo disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem: & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

Item homilia 34. in Euangel.

¶ Vera iustitia miseris compatitur, delinquentibus indignatur. C. XV.

† *iustitia*] orig.

VEra iustitia compassionem habet; falsa vero †[h] dedignationem.

d ¶ *Quidquid.*] Hæc est magna eleemosyna quæ dat vltra id quod potest? vt 42. dist. parsimoniam.

Eleemosyna vtpote.

e ¶ *Dimittere.*] quantum ad rancorẽ ad minus, vt 90. dist. c. si quis contristatus.

1 Dominus nõ vult opes fundi, sed dispensari, 76. dist. non sa... Archid.

DVæ sunt] CASVS: Dicit Augustinus in hoc cap. quòd duæ sunt eleemosynæ, vna cordis, s. dimittere & parcere inimicis; alia corporis, scilicet pecuniæ: sed eleemosyna cordis maior est, quam eleemosyna corporis. quandoque enim volo facere, sed non possum, cũ nõ habeã cui dem, vel pauperes non inueniã: eleemosynam vero cordis semper facere possum, quæ sine terrena substantia sufficit.

f ¶ *Redundat.*] id est, abundat.

g ¶ *Benigno corde.*] quia qui dat pauperi eleemosynã non ex charitate, sed ideo vt remoueat a se importunam petitionem, rem perdit & meritum, & venialiter peccat, vt 25. dist. §. criminis.

Eleemosynæ dator potest venialiter peccare.

2 Sic etiam peccat quis dando eleemosynã ad vanam gloriã... q. 1. vide quantum.

EX HIS OMNIBVS. Hæc est tertia pars huius distin. in qua probatur, quòd in correctionibus debet semper iudex declinare in partem mitiorem, & tamẽ punire: & hoc probat per quattuor auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, quòd seueritas cum mansuetudine, & econuerso semper est habenda. Et soluit supradictã contrarietatem, dicens quòd in capitulis supra dictis vsque ad §. Salomon. illi percussores ab episcopali officio remouentur, qui verberant, non vt vitia corrigant, sed vt magis timeantur: & qui prætermissa mansuetudine semper sunt ad verbera parati, de quibus dicit Petrus, Ne sitis dominantes, &c.

SVnt namque] CASVS. Quidam prælati intantum erant misericordes, quòd omnino rigorem iustitiæ negligebant. Alij erant intantum rigidi, quòd nullam misericordiam, vel mansuetudinẽ habebant: quos Greg. in hoc cap. reprehendit, dicens quòd circa delinquentes, & iustitiam & misericordiam seruare debent, ita quòd rigor non sit rigidus, neque mansuetudo sit dissoluta.

VEra iustitia compassionem.] CASVS. In hoc cap. assignatur differentia inter veros iustos, & falsos hypocritas, quia veri iusti compassionem habent, & indignantur aduersus delinquentes, eos corrigendo. Falsi vero iusti despiciunt peccatores, & dedignantur eos, & nulla misericordia, vel compassione delinquentibus condescendunt, & inquantum se extollunt, intantum deteriores sunt.

h ¶ *Falsa vero.*] Vnde falsa iustitia nõ est iustitia, & iudex si iusti-

statis & 23 quæst. 4. si illic.

b ¶ *Corripit*] Hic videtur, quòd aliquis põt verberare vel excommunicare aliquem propria iniuria sic 23. q. 4. si illic. & 2. q. 7. si quis. Sed contra ṡ. dist. prox. seditionarios 1. vbi dicitur, quòd clerici nõ debent esse vltores propriæ iniuriæ. similiter est contra 23. q. 4. inter. vbi dicitur, quòd nullus debet aliũ excõmunicare pro propria iniuria. similiter est contra 23. q. 5. de occidẽdis. vbi dicitur, quòd iudex pro sua iniuria nõ debet reum occidere. Sed solue vt dixi 2. q. 7. si quis eps. Ioan. Sol pro propria iniuria potest prælatus aliquẽ punire, dummodo non faciat hoc animo vlciscendi, vt ṡ. dist. prox. seditionarios. vel vt magis timeatur, vt ṡ. ea. dist. c. 1. sed si animo corrigendi hoc facit, & nõ ex indignatione, bene licet, vt in hoc cap. dicitur. Bar.

1 Ad id⁹ adde extra de homi. significasti 2. in si. & hoc no extra de cle. per... c. 1. sin vidua. Archid.

Beneficium inuito confertur.

c ¶ *Inuitis.*] Arg. quòd inuito confertur beneficium, vt 23. q. 4. displicet. & q. 5. non vos. 74. dist. placuit, & c. cõsuluit. ff. de neg. gest. soluendo. ff. de lib. caus. l. 1. & 2. & ff. de appel. non tantũ. arg. contra 20. q. 3. præsens. & 23. q. 5. ad fidem. ff. de reg. iur. inuito. Solu. ad bonum semel receptum bene cogitur aliquis illud retinere, 2 alias

Sic dicitur falsa virtus. 28. q. 2. §. ex his.

tia in eo non est, nō est iudex, sicut nec iniusta misericordia, misericordia, vt 23. q. 4. est iniusta. sicut falsus denarius non est denarius: & falsus tutor nō est tutor, vt ff. de ver. sig. Paulus. Et nota q facit hic differētiā īter indignari & dedignari, vt īdignatio spectet ad malos & dedignatio ad bonos: & illud odium est bonum quo quis odit peccata, non homines, vt 86. distin. odio. & iustus irascetur peccatis populorum, vt 7. q. 1. §. cum vero.

Iudex falsus nō est iudex. Indignari & dedignari differūt.

Vnde dicit, q dedignari proprie est cum superbia fieri, & corripere. & increpare, secundum Hug.

rit, intelligatur etiam de manifesto delicto. Quid iuris sit, dixi 2. q. 1. si peccauerit.

g ¶ *Morbida.*] infra 1. q. 1. fertur. 24. q. 3. resecandæ.

h ¶ *Hinc etiam alibi.*] arg. q possumus vti iure aliquo, cuius non habemus auctorem, ut s. eod. neminem. & extra de fit. & male. cap.

malum contingit ibi mociatur 2. q. 1. si peccauerit. Ad hoc de pœ. dist. 1. §. hoc ergo. Archid.

Iure cuius non est auctor vsitum possumus vti.

tionem: quamuis & iusti soleant recte peccatoribus dedignari Sed aliud est, quod agitur typho superbiæ; aliud, quod zelo disciplinæ. Dedignantur † etenim, sed non dedignantes. *& post pauca.* ¶ At contra hi, qui de falsa iustitia superbire solent, ceteros quosque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt, & quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt.

† *al. Indignantur*

Item Hieronymus, ad c. 4. Threnorum. Rabani sunt, nō Hieron. ij commentarij.

¶ Peccantes mansuetudine prouocentur, non austeritate abijciantur. C. XVI.

R Ecedite[a], inquiunt, polluti: recedite, abite; nolite nos tangere: nolite in aliquo nobis communicare. Talis loquela non illuminat cæcum, non sanat ægrotum, non curat infirmum; sed magis occidit, atque in desperationem periclitantem mittit. Boni etenim rectores ex sua infirmitate[b] aliorum infirmitates pēsantes magis per humilitatis, & mansuetudinis leuamentum[c] student peccantes ab erroris laqueo eruere, quàm per austeritatem in foueam perditionis nutantes propellere. Vnde doctor gentium [Factus sum, inquit, infirmus infirmis.]

Threm. 4. Esa. 52. 1. Cor. 9.

Item ex Origene, homilia 7. in Iosue.

¶ In populum ira Dei descendit, cum prædicator delinquentes palpat, non corripit. C. XVII.

S Ed illud non otiose transmittendum est, quòd vno[d] peccante ira Dei super omnem populum venit. Hoc quando accidit? quando sacerdotes, qui populo præsunt, erga delinquentes benigni videri volūt, & verentes peccantiū linguas, ne forte male de eis loquantur, sacerdotalis seueritatis immemores nolunt complere quod scriptum est [Peccantem coram omnibus argue, vt ceteri[e] timorem habeant.] & itetum [Auferte malum ex vobis ipsis]: nec zelo Dei succensi imitantur Apostolum dicentem [Tradidi huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat]. Neque illud Euangelij implere student, vt si viderint peccantem; primo secrete conueniant: post etiā duobus[f], vel tribus adhibitis †; quòd si contempserit, & post hæc ecclesiæ correctione non fuerit emendatus, de ecclesia expulsum velut gentilem habeant, ac publicanum: & dum vni parcunt, vniuersæ ecclesiæ moliuntur interitum. Quæ ista bonitas? quæ ista misericordia? vni parcere, & omnes in discrimen adducere? Polluitur enim ex vno peccatore populus. Sicut ex vna oue morbida[g] vniuersus grex inficitur; sic vno fornicante, vel aliud quodcumque scelus committente plebs vniuersa polluitur.

1. Tim. 5. 1. Cor. 5. Ibid. Matt. 18. † al. arbitris

Hinc etiam alibi[h] dicitur [Rectorem subditis pietas matrem, disciplina vero patrem exhibeat.] 4 ¶ *Percussor quoque dicitur, qui sermone inutili infirmorum conscientiam vulnerat.*

Greg. past. 2. par. c. 6.

Vnde Anacletus Papa epist. 2 ad Episcopos Italiæ.

¶ Qui sermone incauto conscientiam percutit infirmorum, percussor vocatur. C. XVIII.

S Ane percussor ille dicitur doctor, qui sermone inutili conscientiā percutit infirmorum. Ideo tenere vos, & omnes fideles oportet eū, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sancta † ; & contradicentes redarguere; & recte viuentes, atque rectam fidem tuentes consolidare.

Ad Titum. 1. † al. sana

R Ecedite.] CASVS. In pricipio huius cap. ponit Hierony. verba hypocritarum scripta in Hieremia, qbus vtuntur hypocritæ excīdo peccantes à sua communione, dicēdo: Recedite, &c. Sed dicit Hieronym⁹, q talis loquela non sanat, immo peccātes in desperationem inducit. Bonus autem pastor compatitur delinquenti, & per humilitatem conatur eū ab errore reuocare, sicut Paulus faciebat, qui dixit: Factus sum infirmus infirmis.

a ¶ *Recedite.*] Hæc sūt verba illorum, qui habent falsam iustitiam: sed hæc verba non de corporali, sed de spirituali recessu intelligenda sunt, vt 23. q. 4. recedite.

b ¶ *Infirmitate.*] ideo enim Dominus permisit Petrū cadere, vt ex sua infirmitate sciret qualiter deberet aliorum infirmitatibus cōpati, vt notat. considerandum.

Petr⁹ cecidit nō sine causa.

c ¶ *Leuamentum.*] Debet enim prælatus singulos iuuare pro posse, vt 8. q. 1. Clemens.

S Ed illud.] CASVS. Quidam sacerdotes volebant videri beneuoli inter suos subditos, & quia timebant ne homines male loquantur de ipsis, negligunt corrigere delinquentes, quos Hieronymus redarguit: & q debent esse vigiles, & corrigere peccatores, probat quatuor auctoritatibus, scilicet, Peccātem coram omnibus, &c. Ostendit etiam quātum malum ex negligentia prælatorum sequatur, scilicet vno peccante vniuersa plebs polluitur. Quod probat duobus exemplis, scilicet Achor, & ouis morbidæ.

d ¶ *Vno.*] scilicet Achor, qui furatus fuerat regulam auream de hiericontino anathemate, vt 1. q. 4. §. item peccato ciuium.

e ¶ *Vt ceteri.*] Not. q cum quis delinquit publice, publice est arguendus, & non occulte, vt sic ceteris metus incutiatur, & etiam scandalum auferatur, vt 2. q. 5. si mala. & q. 7. qua propter. & 23. q. 4. ita plane. & 18. quæst. 2. peruenit. & 12. quæst. 3. cap. ult. & multis personis crassantibus exemplo opus est, vt ff. de pœni. aut facta. §. ult.

Pone quòd aliquis peccauit publice & satisfacere vult in vetulto, numquid sufficit? Non. Nā dicit canon, vbi

f ¶ *Duobus.*] Ex hoc cap. uidetur quòd illa auctoritas: si peccauerit, cap. 1. de consecra. distinct. 4. sanctum. argum. contra. ff. de fal. l. ul. ubi dicitur, quòd falsarius est qui allegat leges, quarum non habetur auctor. Ioan. Hoc ideo contingit in legibus; quia nulla sine auctore certo inuenitur. B.

PERCVSSOR. Hæc est quarta pars dist. in qua prosequitur de percussione spirituali, quia supra dixit de corporali. Arch.

CASVS. Hactenus exposuit de percussore corporali: Nunc intendit tractare de spirituali, de illo scilicet qui inutili sermone infirmorum animos uulnerat. Hoc probat per sequens cap. cuius casus facilis est, & per se uidebis.

Sequi-

Sequitur.] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima reprehendit superbos doctores. Secunda ibi, *Ecce quare.* Tertia ibi, *Non licet.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 46. dist. in qua prosequitur decimũ cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet epm esse

Hoc habet.] CASVS. In hoc cap. dicitur quod duo genera sunt prælatorum. Nam alij sunt arrogantes, alij sunt humiles. Arrogantes sunt qui humiliter nesciunt proferre quod docent: quia quasi in quadam sublimitate residentes, quos docent tanquã in imo positos despiciunt: & vix dominando eis loqui dignantur. Et hoc probat auctoritate prophetæ dicentis: Vos autem, &c. Humiles vero sunt qui tanto vehementius vitiũ elationis fugiunt, quanto ardentius verborum iaculis ipsum magistrum elationis, id est, diabolum persequuntur.

DISTINCTIO XLVI.

1. ad Tim. 3. & ibi glossa ordin. & Ant. ex Hierony. in epist. ad Oceanum.

SEquitur [a] [*Non litigiosum.*] *Nihil est enim impudentius arrogantia rusticorum, qui garrulitatem auctoritatem putant; & parati ad lites, in subiectos tumidi intonant: quod ex arrogantia, & superbia prouenire manifestum est.*

Vnde Gregorius scribit in moralibus, lib. 23. par. 5. c. 12. ad cap. 33. Iob.

¶ Arrogantes nesciunt inferre humiliter, quæ docent. C. I.

HOc habet proprium doctrina arrogantium, vt humiliter nesciãt inferre quod docent: & recta, quæ sapiunt, recte ministrare non possint. In verbis [b] enim eorum proditur; quòd cum docent, quasi in quodam sibi videntur sublimitatis culmine residere: eosque quos docent, vt longe infra se positos, veluti in imo respiciunt † (¶ al. despiciunt); quibus non consulendo loqui, sed vix dominando dignantur. Recte autem his per prophetam Dominus dicit: (Ezech. 34.) [Vos autem cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia:] Cum austeritate enim, & potentia imperant, qui subditos suos non tranquille ratiocinando corrigere, sed aspere inflectere dominando festinant. (Ibidem. c. 13.) At contra vera doctrina tanto vehementius hoc elationis vitium fugit per cogitationem † (¶ al. cognitionem): quanto ardentius verborum suorum iaculis ipsum magistrum [c] elationis insequitur. Cauet enim, ne eum magis elatis moribus prædicet, quem in corde audientium sacris sermonibus insectatur [d].

2 *Ecce, quare litigiosi prohibentur in episcopos ordinari. Est & alia causa huius prohibitionis. Litigiosi namque vel adulationibus animos principum sibi conciliant: vel fratribus suis detrahendo, infamiæ notam ingerunt; vel inter fratres discordiam seminando, seditionem numquam facere cessant: quæ omnia in prælatis damnabilia esse probantur.*

Vnde Gregorius scribit in moralibus, lib. 18. par. 4. c. 3. ad c. 27. Iob.

¶ De ijs, qui peccatoribus adulantur. C. II.

SVnt nonnulli, qui dum malefacta hominum laudibus efferunt; augent [e] quæ increpare debuerũt †. Hinc enim per prophetã dicitur: (Ezech. 13.) [Væ qui consuunt puluillos sub omni cubito manus; & faciũt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis.] Ad hoc quippe puluillus ponitur, vt mollius quiescatur. Quisquis ergo male agentibus adulatur, puluillũ sub capite, vel cubito iacentis ponit, vt qui corripi ex culpa debuerat, in ea fultus laudibus molliter quiescat. ¶ Hinc rursum scriptum est: (Ibidem.) [Ipse ædificabat parietem, illi autem liniebant eum.] Parietis quippe nomine, peccati duritia designatur. Aedificare ergo parietẽ, est contra se quempiam obstacula peccati construere. Sed parietem liniunt, qui peccata perpetrantibus adulantur, vt quod illi peruerse agentes ædificant: ipsi adulantes quasi nitidũ reddant. ¶ Sed sanctus [f] vir sicut mala de bonis nõ æstimat [g], ita iudicare bona de malis recusat, dicẽs (Iob. 27.) [Absit à me, vt iustos vos iudicẽ: donec deficiã, nõ recedã ab innocentia mea.]

Hinc etiam in concilio Carthaginensi 4. c. 56. legitur.

(¶ Adde text. in l. captantias. ff. de hæ. insti. gl. in l. 1. & ibi Cyn. C. si quis alt. vel sibi. prohi.)

¶ Adulator, vel proditor clericus ab officio degradetur. C. III.

(Burc. l. 2. c. 176. Iuo p. 6. c. 267. Pann. l. 3. c. 173.)

CLericus, qui adulationibus [h], & proditionibus [i] vacare deprehenditur, ab officio degradetur.

esse non litigiosum. Nihil enim deterius est arrogantia prælatorum incompositorum: vnde rusticis cõparantur, quia garrulitatem auctoritatem putant: & parati ad lites, tumide in subditos intonant: quod ex superbia prouenit. Et ad hoc inducit sequens cap.

a ¶*Sequitur.*] In hac 46. dist. exequitur x. cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet epm esse nõ litigiosum. talis autem duplici de causa prohibetur ordinari. Vna, quia cum talis sit arrogans, nescit humiliter docere: vnde subditi vilipendunt eius doctrinam [1]. Itẽ alia ratione: quia consueuerunt tales distemperati esse in moribus. solent enim esse adulatores, proditores, & detractores, maledici, inuidi, scurriles, ad vlciscendas iniurias suas prompti: quæ secundum ordinem hic exequitur [2].

(Litigiosus duplici ratione ordinari non debet.)

(1 Vt 3. co. c. 1.)

(2 Tertia, quia cũ ipse sit litigiosus, & per consequẽ...)

b ¶*In verbis.*] Ex verbis enim perpendimus alicuius stultitiam, vt 93. distin. legimus. & extra de succes. ab intest. cum dilectus. & ex verbis perpendit quanta fides adhibeatur testibus, vt ff. de quæst. de minore. quandoque etiam per signa perpenditur: quia impudicus oculus, &c. vt 32. q. 5. nec solo. & de pœnitentia distin. 1. in actione.

(Stultitia per verba ac signa perpenditur.)

c ¶*Magistrum.*] id est, diabolum.

d ¶*Insectatur.*] id est, persequitur.

ECCE. Hæc est secunda pars huius dist. in qua reprehendit auaros, adulteros, maledicos, murmuratores, seditionarios, & iniuriarum vltores: & hoc probat per octo auctoritates. Ioannes de Fan.

CASVS. Dictum est supra quòd litigiosi nõ debent in episcopos ordinari: quia nesciunt humiliter docere. Ponit Gratianus alias causas: quia tales consueuerunt esse adulatores & detractores, & inter fratres discordias seminantes: quæ omnia sunt damnabilia in prælatis. Et ad hoc inducitur sequentia capitula.

Sunt nonnulli.] CASVS. Quidam prælati cum deberent redarguere peccatores, laudabant illos in peccatis: quos Grego. in hoc cap. reprehendit. Primo auctoritate prophetæ dicentis: Væ qui consuunt, &c. quam auctoritatem Greg. diligenter exponit. Secundo quadam similitudine, quæ incipit ibi, *Hinc rursum.* Tertio exemplo Iob, quod incipit ibi, *Sed sanctus vir.* cuius verba hic exponit Gregorius. Quæ autem sequuntur vsque ad cap. sicut. plana sunt, & per te formabis.

e ¶*Augent.*] Non enim oportet laudando augere malitiam serui, vt ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere. in fi.

f ¶*Sed sanctus.*] scilicet Iob: cuius verba Grego. hic exponit.

g ¶*Non æstimat.*] quia dubia in meliorem partem interpretantur, vt extra de reg. iur. estote.

h ¶*Clericus.* ¶*Qui adulationibus.*] Triplex est adulatio, vt dixi 25. distin. §. alias. *f. 163. a. adulan.*

i ¶*Proditionibus.*] Proditor dicitur qui propter timorẽ non defen-

(Proditor multipliciter dicit.)

dit veritatem:& qui tacet eam, vt 11.q.3 nolite. [i] Itẽ qui crimen alterius sibi soli notũ manifestat, vt 2.q.1. si peccauerit. Itẽ qui malitiose circũuenit aliũ, & callide seducit, vt in periculũ salutis trahat. 16.q.1. si cupis. Ite q rem sibi cõmissam exponit hostib[3] 23.q.5. de forma. Item q iussa veritatis cõtẽnunt. 11.q.3. abijt. Itẽ qui secretum sibi commissum reuelat. 13. distin. nerui.

in procuratore [7], vt ff. de procur. procurator qui pro euictione. quia tutor fit ex necessitate, procurator voluntate. ff. de Procurat. l. 1. Bar.

k [¶] *Commodis.*] quia periculosa est talis compensatio. 14. distin. quod ait.

[2] a. vbi de hon.

[*] Item prodit q non probãda defert. 2.q.7. §. de his. in princ. Item qui secreta sibi cõmissa reuelat. de pæ. dist. 6. sacerdos. Arch.

Adde Pan. de Castro, & Alexandrum de Imola in l. si quis iniquum. §. si procurator. ff. quod quisque iur. gl. tamen. in l. si sciente. ff. de pac. est, videtur tenere contrarium, quam sequuntur Bar. & Ange. per l. oudine §. in fraud. ff. ad munit. idc etiã tenet Bar. in l. 1. §. sincidit. in fi. ff. ad Turp. & Francisc. tigri. in d. §. in fraudẽ. sed vos in l. 1. C. vt nemo ad suum pa. li. 31 & ibi Ange.

Item ex eodem concilio, c. 55.

¶ Excommunicentur ab episcopo qui fratribus non probanda obijciunt. C. IIII.

ACcusatores [a] fratrum episcopus excommunicet, qui [*] non probanda fratribus obijciunt. Et si emendauerint vitium, recipiat eos ad communionem, non ad clerum [b].

a [¶] Qui non probanda fratribus obijciunt.] *Verba ista neque in originali, neque in multis Gratiani antiquis codicibus habentur.*

Item ex eodem concilio, c. 57.

¶ Remoueatur ab officio clericus maledicus, scurra, fratrum profectibus inuidens non promoueatur. C. V.

¶ *Rubrica hæc pertinet simul ad hoc caput, & ad duo sequentia.*

CLericus maledicus (maxime in sacerdotibus) cogatur [c] ad postulandam veniam; si noluerit, degradetur: nec vmquam ad officium absque satisfactione reuocetur [d]. Burc. l. 10. c. 66. Iuo. p. 11. c. 11. & par. 13. c. 66.

Item ex eodem concilio, c. 60.

¶ De eodem C VI.

CLericum scurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum censemus. Ansl. l. 7. c. 163. Bur. l. 2. c. 173 Iuo. p. 6. 263. & p. 11. c. 79. Pann. l. 3. c. 172.

Item ex eodem, c. 54.

¶ De eodem. C. VII.

CLericus inuidens fratrum profectibus, donec in vitio est, non promoueatur. Burh. l. 2. c. 16. Iuo par. 6. c. 35.

Item ex eodem, c. 67.

¶ Non sunt ordinandi, qui seditionibus vacant. C. VIII.

SEditionarios statuimus numquam ordinãdos [e] clericos, sicut nec vsurarios, nec [f] iniuriarum [g] suarum vltores. Agath. cõc. c. 69 Bur. l. 2. c. 17. Iuo. p. 6. c. 36.

Item ex concilio Laodicensi, c. 5.

¶ Vsuras exigere clericis minime licet. C. IX.

3 NOn licet fœnerari ministris altaris, vel in sacerdotali ordine cõstitutis, vel vsuras vel lucra, quæ sescupla [†] [h] dicũtur, accipere. † al. sesquipla

Item Leo Papa episcopus per Campaniam, epist. 1. c. 4.

¶ Nec suo nomine, nec alieno clericus fœnerari debet. C. X.

SIcut non suo [i], ita nec alieno enim nomine aliquis clericorum exercere fœnus attentet. Indecens est enim, crimen suum commodis [k] alienis impendere. Fœnus autem hoc solum aspicere [†] & exercere debemus, vt quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum mansura tribuit, recipere valeamus. Ansl. 7. c. 150. Burc. l. 2. c. 121. Iuo. par. 6. c. 66 † al. accipere

a A *Ccusatores.*] id est, detractores.

b [¶] *Non ad clerum.*] Optimum est hic argu. pro H. qui dicit, q qui semel fuit excõicatus, amodo non admittatur ad actus legitimos [3], vt dicam 4.q.1. in prin.

[3] Hoc cap. nil videtur facere ad hoc, quia ab relatione ad excõicatũ q est pœna medicinalis sed ad eum quod est damnat. Arch.

c C *Clericus. Cogatur*] per excõicationem, vt 6.q.1. alij q. & 25.q.1. prædicandũ.

d [¶] *Reuocetur.*] Argu. q episcopus posset depositum restituere. de hoc dixi 3.q.6. ideo. Vel dic degradetur: id est, suspendatur, & reuocetur per Papam.

e S *Editionarios.* [¶] *Ordinandos.*] & ordinatos deijciendos.

f [¶] *Vsurarios.*] quia tales propter auaritiam pro minimo litigant.

g *Nec iniuriarum*] de hoc dixi s. dist. proxi. & qui emendat.

N *On licet.*] Hæc est tertia pars huius dist. in qua respondet & prohibet vsuras præcipue clericis: prohibet dico per duas auctoritates. Ioan. de Fan.

h *Sescupla.*] Hic ponitur sescuplu pro sesquialtero, quod continet totum, & eius medietatem. Sescuplum [4] sm quod per s. scribitur, dicit a sequi, quod est totũ, & plica. vnde sescupla vsura dicit cũ datur summa aliqua, & recipit summa illa cũ sua plica, id est, medietate. Sexcuplum scriptum per x, dicitur qlibet res sexies multiplicata.

Sesquplum.

[4] Vide Bud. in lib. de asse & partibus eius. in prin.

S *Icut non.*] CASVS. Quæda quæ fuerunt à domino Papa vtrum liceret alicui clerico tutorio vel curatorio nomine vsuras exercere. Et respondet q sicut non suo, ita nec alieno nomine debet quis facere vsuras. Inocongruũ enim est pro aliorum cõmodis perpetrare delicta. Sed illã solam vsuram facere debemus, vt quod in hoc sæculo misericorditer operamur, à Domino in futuro sæculo multiplicatum recipere valeamus.

[5] Vsura in vsuris est sesquplex: ergo si q̃s carere mutuo 4. solidos, & postea pro vsura recipere sex, illa vsura est sesquipla, quasi sequiplica, à sequi, quod est totum, & plica, quod aliquid vocat, id est medium & sesquialter, id est sexcuplum sing.

i [¶] *Non suo.*] Arg. quod quis non potest facere suo nomine, nec alieno, vt 23.q.8. his a qbus. & ff. de admi. re. ad ci. per. l. 2. in prin. Arg. 88. dist. eps. & 2.q.6. si eps. 5.q.3. cap. vlt. ff. quæ res pi. obli. po... Archi. Et est hic argu. q si aliquis quasi procurator vel tutor quandoq; recipit vsuras, q non non possit petere vt sibi reddant vsuras. Ioan. Vnde si aliquis tutor a me recipit vsuras nomine pupilli, finito officio possum petere vsuras à tutore: q a p alio peccare non debuit. vt de hic lectura in alijs contractibus: qa finito officio non conuenitur tutor vel curator, vt C. de admi. tut. si nõ subscripsisti. & C. quando tuto. vel cura. esse desi. [6] l. 1. licet secus sit

Tutor pupilli nomine nõ exiget vsuras exigere.

[6] Alias quando pris. ex facto tutori. L.

DISTINCTIO XLVII.

[1] gs QVod autem [1] in fine huius capituli, vsurarij ordinari prohibentur, inde est, quòd vsuram exercentes cupiditati deseruire probantur: cupidi autem ab Apostolo ordinari prohibentur [m]: quia tales facile à iusto deuiarent. 1. Tim. 3.

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 44. legitur.

Q *Vod autẽ.*] Hæc dist. diuidit in quattuor partes: in quarũ prima principaliter phibet vsuras: & hoc facit p quinque auctoritates. Secunda ibi, *Vtrum.* Tertia ibi, *Necesse est,* Quarta ibi, *Quod tunc.* Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum est supra in illo cap. seditionarios. q vsurarij prohibentur ordinari. In hac vero dist. 47. dicit q ideo hoc contingit, qa tales cupiditati deseruiunt. cupidi autẽ ab Apostolo ordinari prohibentur: quia cito & facile a iustitia deuiant. & prosequitur 11. cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet episcopum non esse cupidum. Sequens cap. patet.

l *Quod autem.*] Hic prosequitur 11. cap. Apostolicæ regulæ, non cupidũ, & cõtinuatur illi cap. seditionarios. & ideo prohibetur cupidus, quia facile a vero deuiat.

m [¶] *Prohibentur.*] scilicet in epistola ad Timotheum.

Episcopus

a [E]Piscopus.] ¶ Exigens.] sed non suscipient. tunc enim deponeretur, vt j. ea. si quis. §. vbi de accipiente dicitur. vel exigens cum effectu. vel illud pro tempore datũ est, & nõ habet locum hodie, sed habuit locum tempore Apostolorũ propter nouitatem ecclesiæ. Et habes hic, q non quodlibet mortale peccatũ deijcit. ras vel hemiolia decetero exercere, vel aliquam machinationem circa hoc facere, deponatur.

b ¶ Centesimas.] Centesima dicitur vsura, quæ sorti æquiparatur in anno. — Immo in centum mensibus.

c ¶ Transigens.] id est, quodcumque nouum pactum vel contractum inueniens in fraudem vsurarum, vt si sumat rem in pignore, & nõ computat fructus in sortem. cap. 1. & 2. extra de vsuris.

ADDITIO. Vel dic transigens, id est, turpia lucra per negotiũ transactionis petens, id est, vel transformãs, vt qui vendit granum centũ solidos, secũdum Goff.

d ¶ Excogitans.] arg. q sola cogitatio punitur, vt 6. q. 1. §. si quis cum. quod verum est quo ad Deum, etsi non procedit ad actum, vt 17. q. 1. nec aliqua.

¶ Diaconus, presbyter, & episcopus exigens vsuras, nisi desierit, deponatur. C. I.

Burc. l. 2. c. 119. Iuo p. 6. c. 195. & p. 13. c. 11. Pann. l. 3. c. 157.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus vsuras à debitoribus exigens[a], aut desinat, aut certe deponatur.

j 14. q. 4. c. 8. ex alia versione. Poly. l. 4. tit. 31. Rab. l. pœ. c. 32. Burc. l. 2. c. 129. Ansel. li. 7. c. 153. Iuo p. 6. c. 196. & par. 13. c. 8.

Item ex concilio Nicæno, c. 17.

¶ Vsuras exigens siue clericus, siue subiectus regulæ, deijcitur. C. II.

Psal. 14

QVoniam multi sub regula constituti auaritiam, & turpia lucra sectantur, oblitique diuinæ scripturæ dicentis [Qui pecuniã suam non dedit ad vsuram] mutuum dantes, centesimas[b] exigunt, iuste censuit sancta, & magna synodus, ut si quis inuentus fuerit post hanc definitionem vsuras accipiens, aut † ex adinuentione aliqua, vel quolibet modo negotium transigens[c], aut hemiolia, id est, sescupla[a] † exigens; vel aliquid tale prosus excogitans[d] turpis lucri gratia, deijciatur à clero, & alienus existat à regula.

† redundat illa particula.

† al. sesquipla

† al. sesquipla

a ¶ Sescupla. †] *Hoc sesqualterarum vsurarum genus, quamuis grauissimum, in frugibus humidis, vel aridis Constantinus lege permiserat, quæ nunc extat in codice Theodosiano, lib. 2. tit. de vsuris l. 1. Eodem pertinet, quod scribit. B. Hieronymus in commentarijs in Ezechielem, lib. 6. c. 18. his verbis.* Solent in agris frumenti, & milij, vini, & olei, ceterarumque specierum vsuræ exigi, siue, vt appellat sermo diuinus, superabundantiæ: verbi gratia, vt hiemis tempore demus decem modios, & in messe recipiamus quindecim, hoc est, amplius partem mediã. *Quamobrem hoc canone, quo Patres illi omnes pecuniarias vsuras clericis interdixerunt, voluerunt etiam sescuplam frugum expresse ijsdem interdicere. Postea vero in alijs concilijs, & a Romanis Pontificibus, genus omne vsurarum tanquam iuri naturali, et diuino contrarium tam clericis, quàm laicis fuit interdictum: quemadmodum apparet in Decretalibus tit. de vsur.*

Hinc etiam Gregorius in 19. lib. Moralium, c. 25. in 29. c. Iob scribit dicens.

¶ Temporalibus lucris deseruientes, Deo nequaquam militare probantur. C. III.

OMnes huius sæculi dilectores in terrenis rebus fortes sunt, in cælestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortẽ desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt: pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cælesti mercede vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant: terreno iudici toto etiam die assistere fortes sunt: in oratione vero coram Domino vel vnius horæ momento lassantur: sæpe nuditatem, deiectionem, famem pro acquirendis diuitijs, atque honoribus tolerant: & earum rerum se abstinentia cruciant, ad quas adipiscendas festinant; superna autem laboriose quærere tanto magis dissimulant, quanto ea retribui tardius putant. ¶ Hi itaque quasi aliarum arborum more deorsum vasti sunt, sursum angusti: quia fortes in inferiora subsistunt, sed ad superiora deficiunt. At contra ex qualitate palmarum[e] designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studijs fortes, & in cælestibus debiles; sed longius, atque distantius studiosos se Deo exhibent, quàm sæculo fuisse meminerunt. ¶ Nam cum quibusdam per prædicatorem nostrum dicitur [Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem]: eorum proculdubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur; si nequaquam amplius[f] potestis, saltem tales[g] estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat sancta libertas aeris[h] a, quos in carne validos habuit vsus terrenæ voluptatis.

Rom. 6.

a ¶ Aeris.] *Apud B. Gregorium legitur*, sancta libertas heredes *vel*, sancta libertas charitatis, quàm in carne: *In vno autem exemplari Gratiani Vaticano*, cælestis conuersationis: *quod in glossa ad explanandam dictionem, aeris, affertur.*

OMnes.] CASVS. Cap. illud diuidit in tres partes. In prima parte inuehitur Grego. contra cupidos, qui in terrenis sũt fortes, & in cælestibus debiles, quoniam circa terrena sũt ardentius insudantes, sed pro vita æterna vix per momentum laborant. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Hi itaque*. dicitur, q cupidi & mundanorum amatores assimilantur arboribus quibusdam, quæ deorsum vastæ sunt, & sursum tenues. Nam hi tales circa terrena sunt fortes, & in superioribus deficiunt. Boni vero palmæ comparantur, quæ deorsum est tenuis, & superius ampla. Nam hi tales in cælestibus magni sunt, in terrenis debiles. In tertia parte quæ incipit ibi, *Nam cum quibusdam*. Hortatur nos Grego. q saltem ita simus fortes circa bonum, sicut fuimus circa vitia corpori seruiendo.

e ¶ Palmarum] secundum illud: Iustus vt palma florebit.

f ¶ Amplius.] Tantum faciatis boni, quantum fecistis mali, non intelligas quòd tandiu debeat pænitere, quandiu fuit malus, quia tãta posset esse contritio, quòd momentanea pænitentia sufficeret. de consecra. distinct. 4. baptismi. — Peccato an tandiu debeat pœnitere quam diu fuit malus.

g ¶ Tales. Videtur hic q aliquos posset tantũ crescere in malitia, quantum in bonitate, quod non est verum, quia charitas potest in infinitum extendi, iuxta illud, Bonum mihi lex oris tui super millia, &c. sed malitia non, quia aliquis non potest esse summe malus, vt de pæn. dist. 2. c. si termo. §. econtrario.

h ¶ Aeris.] id est, cælestis conuersationis

cit iam promotum, vt 35. dist. cap. 1. & 5. q. 4. in loco.

QVoniam multi.] CASVS. Quidam clerici obliti diuinæ scripturæ dicentis, Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram. vsuras centesimas faciebant, quæ in fine anni sorti æquiparantur. Ideoque synodus statuit, vt si quis inuentus fuerit vsu-

De Petro.] Casus. Petro quem Neapolitani elegerunt in archiepiscopũ, de quo cõfirmando supplicauerũt Papæ, duo obiiciebatur, scilicet ꝙ solidos dederat ad vsuras, & ꝙ nimis erat simplex. De vsura scribit Gregorius Neapolitanis, vt de hoc veritas inquiraẽ, quo inuento recedãt ab eius electione, & aliũ eligãt. Si aũt hoc falsum fuerit, q̃a p̃sona eius sibi nota nõ erat, & vtrũ sit ita simplex vt dr̃, p̃cipit vt decetero Romã veniat, vbi si aptus inuentus fuerit iuuante Dño cõsecrabiẽ. Seq. c. patet.

Ambrosius eũ nõ habere p̃pria, sed communia sunt indigentibus q̃cunq; possidet vltra propriũ vsum. In tertia parte q̃ incipit ibi, *Numquid iniquus est Deus?* respondetur alii obiectioni, quã auarus faciebat. Dicebat.n. si nõ sunt mea, q̃ possideo, & pecco retinẽdo, ergo Deus est iniquus, q̃ tñ mihi dedit, & multis aliis egẽtibus ni hil

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. epist. 40.

¶ Ad sacros ordines vsurarij promoueri non debent. C. IIII.

De Petro[a] insuper ad nos peruenisse[b] cognoscite, quòd solidos dedit ad vsuram: quod vos oportet cum omni subtilitate[c] perquirere: & si ita constiterit, alium eligite, & ab huius vos persona sine mora suspẽdite. Nam nos amatoribus vsurarum nulla ratione manus imponimus. Si vero subtili habita inquisitione hoc falsum esse patuerit (quia persona eius nobis ignota[d] est, & vtrum ita sit de simplicitate eius, quod ad nos perlatum est, ignoramus) cum decreto[e] à vobis facto ad nos eum venire necesse est; vt vitam, moresque illius solicitius inquirentes, sensum quoque pariter agnoscamus, vt si huic judicio aptus extiterit, vestra in eo (adiuuante Domino) desideria compleamus. Ansel. l. 6. c. 9. Poly. l. 2. tit. 2.

Item ex concil. Eliberitano, c. 20.

¶ Degradetur clericus, qui vsuras accipere detegitur. C. V.

Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere; placuit degradari[f], & abstinere[g]. Ivo p. 13. c. 12. Pan. l. 3. c. 156.

Item Leo Anatolio episcopo Constantinopolitano, epist. 51.

¶ Nec implicari errore, nec cupiditate violari sacerdotem oportet. C. VI.

a Virum catholicum, & præcipue Domini sacerdotem, sicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari, dicente sancta scriptura [Post concupiscentias tuas non eas]. Mens[h] enim potentiæ[i] † auida nec abstinere nouit à vetitis, nec gaudere concessis, nec a pietati adhibere consensum. Ansl. l. 7. c. 149. Eccle. 18. † *al. pecuniæ.*

a ¶ Nec pietati.] *Hoc postremum orationis membrum abest ab originali: sed habetur etiam apud Anselmum.*

Item Gregorius, lib. 7. epist. 110.

¶ Qui cupiditatem à se non abscindit, bonorum auctori inhærere non valet. C. VII.

Bonorum auctori inhærere aliter non valemus, nisi cupiditatem à nobis (quæ omnium malorum radix est) abscindamus. 1. Tim. 6.

Item Ambrosius de eo, quod scriptum est in Euangelio [Hominis cuiusdam diuitis fructus vberes ager attulit.] Serm. 81. Luc. 12.

¶ Auari est hominum bona inuadere, quorum necessitatibus subuenire valet. C. VIII.

A b b a s v s e. Et facit quod no. j. ea. quārū. in glos. hic patet. ibi dicam. Sed Ber. contra loquit in matrimonio, in quo licet qs sua culpa cadat in metū, nō nocet, vt no. extra q metus cau. Abbas. Arch.

D *E his.*] C a s v s. Quidam clerici defendendo se, paganum occiderūt: quare quæsiuit Quadrantinus eps, an peracta pænitentia possint ad pristinum gradū redire, vel ascendere ad altiores? Et respōdet q nō: quia Papa nō dat eis licentiā aliquem hominē occidēdi: & ideo melius est illis i gradu inferiori irreprehēsibiliter famulari, quam alta indebite appetēdo i profundū iferni demergi.

f ¶ *De his.*] Circa illos qui cōmittunt homicidiū, distingue sic: quia aut cōmittitur homicidiū ex necessitate: aut ex casu: aut ex volūtate. Si ex necessitate: aut illa necessitas est euitabilis: aut ineuitabilis. Si est euitabilis, ad superiores ordines nō pōt ascendere: sed in iā susceptis toleratur, vt j. ea. de his clericis. Si fuit ineuitabilis necessitas, sine oi dispensatione potest ministrare in ordine iā habito: sed ad superiores hanc dos petet dispensationē, vt extra de homici. suscepimus. & c. 2. Necobst. extra eod. lator. vbi dicitur, q ad superiores talis licite promouetur: q3 hoc intelligo ex dispensatione. Ioā. Sed certe quidquid dicat Ioā. de necessitate ineuitabili, capitulū videtur expresse dicere q talis necessitas in nullo obsit, vt j ea quia te quasi obnoxium. De hoc notaui in quæstionibus. B. Si vero casu cōmittitur homicidiū: aut dedit operam rei licitæ, aut nō. Si dedit operā rei licitę, ei nō imputatur. sed potest ministrare in suscepto, & ascendere ad superiorē, vt extra eo. c. vlti. & j. ea. sæpe 3. & extra eo. Ioānes. Sed si illicitæ rei operā dedit, tūc nec i suscep o pōt ministrare, nec ad superiore ascēdere, vt j. ea. clerico. & ca. si quis volūtate. Si vero volūtate occidit: nūquā dispensandū est cū eo, secundū qd loquitur ca. miror. H. tn cū suo rigorē ait q in nullo casu pōt homicida promoueri: quia potius debet quilibet permittere se occidi, quam aliū occidere, vt 23. q. 5. ita ne. & dicit q hoc verbū, consulendi, ponitur pro verbo præcipiendi, vt 23. q. 1. sic enim. Item secundū H. etia o si crimen homicidij sit occultum, tamen post pænitentiā nō potest exequi suū officiū. secus est secundum eū in quolibet crimine alio, vt j. ea. de his qui in simonia. Ioan. Et hoc expresse dicitur extra de temp. ordi. ca. vlti. & ita duo crimina tātū excipit: scilicet simoniā, & homicidiū. Arg. extra de accusa. inquisitionis. B. Alij autem plerique dicunt, q siue sit homicidium, siue aliud crimen, dummodo sit occultum, post pænitentiam bene exequitur officium suum sine omni dispensatione, licet non possit promoueri. Sed in simonia post nullam pænitentiam potest exequi officium suum. 1. q. 1. erga. Hodie autē obtinet opinio H. circa crimen occultū, vt extra de accusa. inquisitionis. B. 3

g ¶ *Defendendo*] incaute sine moderamine. cuilibet enim licitum est se defendere cum moderamine, vt s. dist. 1. ius naturale. & extra de appel. ca. significauit. C. vn de vi. L.

S *I episcopus.*] C a s v s. Quæsitū fuit in cōcilio Agathen. quam pœnā debet pati eps, presbyter, vel diaconus, q capitale crimē cōmiserit, vel chartā falsauerit, vel falsū testimoniū dixerit? Et respōdet, q deponi debet, & detrudi in monasteriū ad agendā pœnitentiam: vbi donec viuit, nō nisi laicā tātūmodo cōmunionē accipiat.

h ¶ *Aut chartam.*] Dic vt s. 19. dist. in memoriam.

i ¶ *Testimonium.*] j. 5. q. 6. presbyteri.

tratum homicidium [a] posse in sacerdotio ministrare; immo (quod est ineptius) nobis suadere [b] velle, vt ipsi tali præsumptioni præberemus assensum. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcumq; pænitentiam concedendum; cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus lacrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus saltem remedijs curatus, salutis possit inuenire suffragium.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non potest, qui paganum occidit. C. V.

Iuo p. 6. c. 120.

CLericum, qui paganum occiderit [c], non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nam cum discreti sint milites sæculi à militibus ecclesiæ; non conuenit militibus ecclesiæ militare [d] sæculo, per quod [e] ad effusionē sanguinis necesse sit peruenire.

Item Osbaldo Chorepiscopo Quadrantino.

¶ Qui defendendo se paganum occiderit, sacerdotali careat officio. C. VI.

DE his [f] clericis, pro quibus consuluisti, scilicet qui se defendēdo [g] paganum occiderunt, si postea per pænitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere; scito nos nullam occasionem dare, nec vllā tribuere eis licentiam quēlibet hominē quolibet modo occidendi. Verū si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltē paganū occiderit, multum sibi cōtulit, si ab officio sacerdotali recesserit: satiusq; est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quàm alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi, c. 50.

¶ Cadat ab officio episcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. C. VII.

SI episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam [h] falsauerit, aut falsum testimonium [i] dixerit; ab officij honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi, quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

S *I quis viduam.*] CASVS. Statutum fuit in concilio Martini Papæ, quòd si quis duxerit in vxorem viduam vel relictam: aut homicidium commiserit facto, præcepto, consilio, vel defensione, post baptisma promoueri non potest: & si irrepserit, deponatur & eijciatur: & in fine suæ vitæ communionem accipiat.

loco debebit alius ordinari. Subdiaconus vero irreuocabiliter deponetur, laicam tamen communionem accipiat.

h *Presbytero.*] Ergo clericus degradatus non retinet ordinē. arg. 14. dist. ex antiqu. & 11. q. 3. epis. & 15. q. vlt. si quis presbyter. & 23. q. vlt. clerici. & idē videtur per hoc qd dicitur infra inter laicos communionem. Sed tñ dico φ characterē semper retinet, per id qđ habes 1. q. 1. qđ quidā. & 32. q. 7. licite. arg. 81. dist. dictum. Vnde qui percutit ipsum, incidit in canonē: saltē in memoriā pristinæ dignitatis, vt ff. de decurio. l. vlt. & ff. de quæst. vnius. §. seruus. & de consecra. dist. 4. offēditur loa. qđ non credo, cū careat omni priuilegio clericali [4]: nec credo φ conficiat [5]: quia oēm potestatem amisit. B.

i *In tua*] Ergo episcopus potest remittere pænitentiam iniunctam à Papa. hic 33. q. 2. latorem.

ADDITIO. Vel de hoc vt ibi. arg. contra 15. dist. c. 2. in fi. ibi videas. De hoc etiam not. 26. q. 7. tempora.

k *Abbatem.*] Ergo abbas potest esse diaconus: quia abbas potius est nomen officij, quàm dignitatis. 18. q. 2. c. 6. immo in minoribus ordinibus cōstitutus pōt esse [6] abbas. extra de ætate & qualit. tuā.

l *Veneris.*] existentem.

m *Cecidisse.*] per crimen.

n *Priorem.*] id est, vt sit monachus, vt prius fuit: nō tñ erit abbas.

o *Ob tineat.*] non ordinem, vel dignitatem.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 26.

¶ Qui homicidij, facto, aut præcepto, aut consilio post baptismum conscius fuerit, clericus non ordinetur. C. VIII.

Apud Mar. Brac.

Ans. l. 7 c. 31.

Ex can. 18. Apost.

SI quis [a] viduam, aut ab alio dimissam [†] duxerit, non admittatur ad clericatum. Quòd si irrepserit, deijciatur. Similiter, si homicidij aut facto [c], aut præcepto, aut consilio, aut defensione [e] post baptismum conscius fuerit, & per aliquam subreptionem ad clericatum venerit; deijciatur, & in fine vitæ suæ [†] laicam communionem tantummodo recipiat.

[†] al. relictam

[†] al. suæ communionem recipiat

a ¶ Defensione.] *In codice Lucensi regio (in quo sunt etiam hæc capitula à Martino Bracarensi episcopo collecta) & apud Anselmum, & in editione conciliorum tribus tomis, in margine legitur, assensione: cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburiensi, c. 21. circa finem.*

Item Gregorius Ianuario episcopo Calaritano, lib. 3. epist. 26.

¶ De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt. C. IX.

Poly. l. 4. tit. 39.

Ans. l. 8. c. 20.

Iuo par. 6. c. 78.

Pann. l. 3. c. 133.

PEruenit ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post pænitentiam, vel ante, ad ministerii sui officium reuocari: Quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit [g]; sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium vlterius non accedat.

Idem Venantio Lunensi episcopo, lib. 4. epist. 5. seu c. 49.

¶ De eodem. C. X.

Poly. ibidem.

Ans. l. 8. c. 21.

Iuo par. 6. c. 83.

ACcedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero [h] perlatum est. Peruenit namque ad nos, quia, postquàm pro crimine lapsus sui, à sacerdotij ordine est deiectus, ad explendum ministerium sacerdotij præsumpsit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit; eum sacri corporis & sanguinis Dominici participatione priuatum in pænitentiam redigat: ita vt vsque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eū fraternitas tua talem pænitentiam agere cognouerit, vt ei iuste ad recipiendam inter laicos communionem, & ante exitum, debeat misereri; hoc in tuæ [i] fraternitatis ponimus potestate: *& infra.* ¶ Præterea ad fraternitatis tuæ consulta respondentes statuimus, diaconum, & abbatem [k] de portu Veneris [l], quem indicas cecidisse [m], ad sacrum ordinem non debere, vel posse vllo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in pænitentiam deputare te conuenit: cuius si postea actus, conuersatioque meruerit; priorem [n] inter alios monachos, vbi tu tamen decreueris, standi locum obtineat [o]. Subdiaconi quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autē Veneris, loco lapsi diaconi, alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyterum, vt numquam ad sacri ordinis ministerium præsumat accedere, scriptis cauere decreuimus: sed eum in insula Gorgona, at-

Eodē lib. 4. epist. 16. seu c. 60.

Pann. l. 3. c. 132.

a *Si quis.*] Iudex executor & assessor in causis criminalibus nō possunt promoueri. hoc nō est ratione peccati: quia oō peccā: esta faciendo [1], vt 23. q. 4 quæsitū. & q. 1. miles. sed propter irregularitatē, quam ex tali facto contraxerunt.

b *Aut facto.*] Vt miles.

c *Aut præcepto.*] Vt iudex.

d *Aut consilio.*] Vt assessor. & ita ex consilio punitus aliquis, contra illud ff. man. l. 2. 10 fi & l. deniq. Sed aliquid addi debet de voluntate: arg. φ sic. 1. q. 4 quia præsulatus. in fi. quod nō cōcedo, licet ante quam fiat, vellet illud factū esse: vel post factum gratum habeat.

e *Defensione.*] euitabili. B.

f *Post baptismum.*] Ergo si ante baptismū, potest. Basianus dixit: si ante baptismū occidit non peccando, vt iudex, non potest promoueri: quia nō tollitur irregularitas: sed si occidit peccando, tollitur totū. Ioan. Et sic melioris cōditionis est peccans, quàm nō peccans. De hoc quid iuris sit, notaui in quæstionibus. & 36. distin. in gloss. videtur. B. [2]

P *Eruenit.*] CASVS. Episcopus Calaritanus restituebat clericos lapsos in crimen fornicationis ante pænitentiam, vel post. prohibet Greg. dicens φ tales carere debent sacris ordinibus: & ad altaris ministeriū nūquam accedere.

g *Fuerit.*] de quo fuerit cōuictus vel cōfessus. & hoc [3] verum est nisi episcopus cum eo dispensasset, vt extra de iudi. at si clerici. Sed nonne canonista prohibet episcopo dispensare in hoc casu? non: sed redarguitur indiscreta dispensatio, vt dixi extra de præben. de multa.

A *Ccedens.*] CASVS. Hoc cap. loquitur de quodam presbytero Saturnino, & de quodā diacono abbate, & de quibusdā subdiaconis. presbyter Saturninus propter suum delictū depositus fuit. & tamen post depositionē Missas celebrauit. Diaconus vero abbas & subdiaconi mortaliter peccauerūt, crimē fornicationis committendo. Vnde Lunēsis eps quæsiuit quam pœnam isti pati deberent. Et respondet Gregor. φ Saturninus presbyter careat communione corporis & sanguinis Christi donec vixerit. in fine tamen viaticū accipiat: nisi antea episcopo visum fuerit ei esse miserendū. & in scriptis caueat, vt de cetero Missam nō cantet: & gerat curam monasteriorū in insula Gorgonia & Caprarìa sine præiudicio alicuius. Diaconus vero abbas sēper ab ordine sacro depositus erit: qui tamē poterit inter alios monachos priorem locū obtinere, si eius cōuersatio meruerit: sed ordinē nō obtinebit, in cu-

[1] Ideo dicebat Ber. φ illud c. in telligebatur de illis qui non peccauerunt.

Consilium finis vt quia iussisti.

Homicida ante baptismū an promoueri possit.

[2] Quæstio venialis est de qua habuisti 23. dist. in prin. & iris de hoc. & 51. dist. in summa & 56. di. deinde. Arch.

[3] Bellum φ capiente contradicente in hoc casu. &c.

Degradatis perstens, caret executione ministerii.

[4] Adde quæ no. in addi. c. 2. de pœ lib. 6. & casonistam in glo. in verb. sacrilegium. 1. 9. 1. dist.

[5] Hoc fuit opi. Hay quam tenet. Gof. & B. extra de cle. ex comm. mi. ca. 1.

Abbas quem ordinem debet habere.

[6] Verum est dispensatione: & sic sequitur decr. tuā. alias est vna. &c.

z Sollicitudinem.] Vt sit procurator loci, licet sit infamis: quia infames non excluduntur à ciuilibus muneribus sed honoribus Arg. C. de his qui non imple. lib. sacra. soluti sunt. l. s. lib. 10. & extra de ætate & qualita. tuam. & sic procurator monasterij potest esse infamis: sed non procurator epi. 5. q. 3. quia episcopus. quia nó requiritur summa in eis perfectio integritatis, vt 16. q. 1. legi.

Ista opi. obtinet tenetur per gl. & doct. in c. cum deputati de iudi. & c. Imperatorú. de iura. calum. Spec. in ti. de procu. §. 1. ver. item q est infamia. & Alexander de Imol. in l. rerú criminu. in fine. C. de procu.

que Capraria solicitudinem[a] de monasterijs gerere, & in eo, in quo est statu, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus.

a Presbytero.] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorij. & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur,* expresbytero, *itemque inferius in hoc eodem capite:* Saturninum vero expresbyterum, *sine vt in impressis B. Gregorij,* expresbytero. *Depositos enim presbyteros, expresbyteros, & eos, qui monasteria deseruerant, exmonachos appellabant, sicut illi qui consulatum, aut quæsturam gesserant, exconsules, aut exquæstores vocari soliti fuerant.*

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 39. seu. 5. 203.

Ans. l. 8. c. 25.

Loco lapsi alius ordinandus est. C. XI.

POstquam quemquam criminaliter abscedentem† (al. cadentem), in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio reuocari; & vltra tres menses[b] ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittunt (dist. 75. quoniã): ne cadente pastore dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet; fraternitas vestra deprecationi eorum consentire, & in loco lapsi debet episcopum ordinare.

Item Martinus Papa I. in epistola ad Amandum.

Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare. C. XII.

SI post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit deprehensus† (al. deprehendatur] orig.) obnoxius, omnimodo prohibendum est, eum manibus lutulentis, atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare.

2 *E contrá*[c] *exemplis, & auctoritatibus probatur post actam pænitentiam proprios gradus licite posse administrare, & ad maiores conscendere. Maria enim soror Aaron postquam lepra percussa est, quia in Moysem murmurauerat, acta pænitentia à peccato mundata, & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron*[d] *autem post conflatum vitulum, etiam in summum sacerdotem consecratus est. Dauid*[e] *post adulterium, & homicidium spiritum prophetiæ recepit, & in proprio† gradu permansit. Achab quoque post mortem Nabuthæ viri sanctissimi per pænitentiam humiliatus in regia sede remansit. Et vt prætereamus multa exempla veteris testamenti, Petrus negauit Christum, & tamen postea princeps Apostolorum factus est: Paulus Stephanum lapidauit*[f]*, & tamen à Deo in Apostolum electus est. Multi quoque ab hæresi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in suis ordinibus sunt recepti: alij vero ad episcopalem etiam gradum sunt promoti, vtpote Augustinus*[g]*, & alij complures.*

33. q. 2. c. hoc ipsum
Num. 12.
Exo. 32.
2. reg. 1. & 12.
al. pristino
3. reg. 21.
Matt. 26.
Ioan. 21.
Act. 7. & 9.

De eodem. PALEA. C. XIII.

Bur. l. 5. c. 233. Iuo in prologo. Pann. in prologo. c. 32.

IOannes Chrysostomus à duabus synodis orthodoxorum episcoporum fuit diiudicatus† (al. iudicatus), sed iterum fuit restitutus. Marcellus episcopus Ancyræ Galatiæ depositus fuit: sed postmodum proprium recepit episcopatum. Asclepius dijudicatus à synodo, ecclesiam suam postea recepit. Lucius episcopus Adrianopolites damnatus à Papa Iulio recepit ecclesiam sui episcopatus. Cyrillus episcopus Hierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est ecclesiæ suæ. Simili modo Polychronium eiusdem ecclesiæ Hierosolymitanæ pontificem Sixtus Papa (Sixtus Papa iij.) damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum episcopum damnauit, sed postea eum in proprium locum restituit ecclesiæ suæ (35. q. 9. c. Gregorius.). Misenum episcopum a Felice Papa dãnatum Gelasius Papa successor illius reconciliauit† (al. & communicauit), & ecclesiæ suæ restituit. Leontius, dum esset presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodosium, quem Eugenius eius antecessor presbyterij honore priuauerat, sanctæ ecclesiæ Signinæ consecrauit episcopum. Ibas namque episcopus dijudicatus fuit, sed sancta synodus canonica suam illi restituit ecclesiã. Rothadũ vero episcopũ sanctæ Suessionensis ecclesiæ a synodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium† (al. Suffrenum] vel Suffredũ] vt 16. q. 3. deniq; Suffredus.) Placentinum episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

Caput hoc à vetustioribus codicibus abest in vulgatis inscribebatur, Item ex epistola

P Ostquam.] Casus. Episcopus quidam depositus fuit: canonici volebant alium eligere. Archiepiscopus vel primas disturbabat eum restituere nolens: quod dicit Greg. de iure fieri non posse: & cũ ecclesia vltra tres menses vacare non debeat, præcipit Grego. archiepiscopo, vt deprecationi canonicorum cõsentiat, & loco depositi alium ordinet.

b Tres menses.] tres dantur ad electionem à die mortis: & alij tres menses ad consecrationem petendam. j. 100. distin. quoniam. & 63. distinct. obeuntibus. & extra de elect. ne pro defectu. nisi per necessitatem prorogetur: vt 28. distin. de Syracusanæ.

Electio an fieri debeat intra tres menses.

De hoc 63. dist. Obeuntibus. & c. bene noui. ibi de hoc.

CONTRA. Hæc est secunda pars huius distinctionis, in qua magister probat contrarium eius quod supra probatum est: scilicet q post lapsum possunt reparari: pbat inquam per exempla & per nouem auctoritates. Ioan. de Fant.

Casus. Supra probatum est, q lapsi post pænitentiam non sunt restituendi. Modo Gratianus probat contra, scilicet q possunt restitui, & ad altiora conscẽdere: & probat octo exemplis; scilicet Mariæ & Aarõ, Dauid, Achab, Petri & Pauli, Augustini, & aliorum, quorum nomina i sequẽti palea ponũtur: q omnes post peccatũ sunt restituti.

c E contra.] Maria, &c. de hoc dicitur 2. q. 7. § item obijcitur.

d Aaron.] Hæc historia habetur 45. dist. disciplina.

e David.] Hæc historia dicitur 2. q. 7. § item cum Balaam.

f Lapidauit.] id est, lapidantibus cõsensit, custodiendo vestes, vt j. ea. considerandũ. vnde non fuit penitus immunis, vt extra de homi. cap. sicut. § illi quoque. tñ hoc exemplum non competit, quia illud fuit ante baptismum.

g Augustinus.] qui fuit Manichæus: sed ante baptismũ: & ideo non competit exemplum, &c.

Arg. contra. 22. q. 6. videtur vis ac hoc.

L Pon-

Ponderet.] CASVS. In hoc cap. ostendit Calixtus Papa, quòd clerici post lapsum peracta pœnitentia possunt in pristinum statum restitui. Et hoc probat auctoritatibus & exemplis xi. Prima est in principio capituli. Secunda probatio incipit ibi, *Sed si aliquis lapsus.* & ad hoc inducit auctoritatem Apostoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, *Porro sanctus Dauid.* Quarta ibi, *Beatus quoque.* Quinta ibi, *Peccator.* Sexta ibi, *Errant itaque.* Septima ibi, *Numquid qui dormit.* Octaua ibi, *Redde mihi.* Nona ibi, *Vade. & amplius noli peccare.* Decima ibi, *Nō ergo.* Vndecima ibi, *Sententiam.*

Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inscriptio sublata est, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs historijs sunt collecta, & aliqua longe post Cyrillum & Hierosolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum, & Iuonem vlla talis inscriptio est, sed tantum in Pannormia.*

β ¶ Misenum.] *Antea legebatur*, Nicænum. *Emendatum est ex Burchardo, Iuone, & 6. Gregorius 1.35.q.9 Atque in Pontificali Romano manuscripto in vita Nicolai primi hæc leguntur*: Sicut beatus Papa Felix Vitalem, & Misenum episcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti consenserant, sacerdotali gradu, ecclesiastica imo communione priuauit.

Præterea Calixtus Papa I. de huiusmodi scribit ita, epistola 2. ad episcopos Galliarum.

¶ Clerici post lapsum in suis ordinibus reparari possunt. C. XIIII.

Ponderet [a] vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui nō vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacra ait scriptura [Quod tibi [b] non vis fieri, alteri ne facias.] Nos enim tempore [c] indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinem corrūpamus. ¶ Sed si aliquis lapsus quocumq; modo fuerit, portemus † eum, & fraterno corripiamus affectu: sicuti ait B. Apostolus: [[d] Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate; & sic adimplebitis legem Christi.] ¶ Porro sanctus Dauid [e] de criminibus mortiferis egit pænitentiam, & tamen in honore permansit. ¶ Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando Dominum negasse pænituit: sed tamen Apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam peccantibus pollicetur, dicens [Peccator in quacumque die conuersus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.] Errant enim qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pænitentiam, Domino ministrare [f] non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra † traditas ecclesiæ claues disputare, & agere videntur: de quibus dictum est [Quæcumque solueritis in terra, erunt soluta & in cælo.] Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera est. ¶ Nos vero indubitanter tā Domini sacerdotes, quàm reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus; testante Domino per Prophetā [Numquid [g] qui dormit γ, non adiiciet [h] vt resurgat [i] ?] Et Propheta Dauid pænitentiam agens dixit: [Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.] Ipse namque post pænitentiam, & alios docuit [k], & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ ecclesiæ, si lapsi fuerint, & condignam pænitentiam Deo gesserint, vtrumque facere posse. Docuit enim quando dixit [Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te cōuertentur.] Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat [Sacrificium Deo spiritus contribulatus.] Videns enim Propheta scelera sua mundata per pænitentiam, non dubitauit prædicando, & Domino libando curare aliena. *& infra.* ¶ Mundatur ergo homo à peccato, & resurgit gratia Dei lapsus, & in pristino manet officio iuxta prædictas auctoritates. Videat, ne amplius peccet, vt sententia Euangelij maneat in eo [Vade, & amplius noli peccare.] Vnde ait Apostolus [Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius.] *& infra.* ¶ Sententiam, fratres, quæ misericordiam [l] vetat, non solum tenere, sed & audire refugite; quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs.

Marginal references: *Tob. 4.* — Burc. l. 19 c. 42. Ino. p. 6. 48. — † *non perdamus eum, sed fra.* Ior. — *Gal. 6.* — *Ezech. 18.* — Poly l. 4. tit. 38. Pann. l. 3. c. 148. — † *al. traditas ecclesiæ claues despicere videntur*] 1. ex Augu. c. vt constitueretur. — *Matt 18.* — Greg. l. 2. ep. 53. — *Ps. 40.* — *Ps. 50.* — *Ioa. 8.* — *Rom. 6.*

γ ¶ Numquid.] *In epistola Calixti & apud collectores indicatos legitur:* numquid, qui cadit, non adijciet, vt resurgat? & qui auersus est, non reuertetur? *& alibi:* nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. *Quæ duæ sententiæ habentur Hiere. 8 & Ezech 33. Sed ob glossam nihil est mutatum.*

Item Hieronymus ad c. 3. Malachiæ.

¶ In pristinum gradum post pænitentiam reuocari possunt sacerdotes. C. XV.

a ¶ *Ponderet.*] Grauis erit quilibet in verbis, vt 4. q. 3. §. item in criminalibus. ver. in testibus. & qui cito fatur, ad pænitentiam properat, vt dicit Seneca: & potest quis in proprio facto petere inducias ad respōdendum, vt ff. de interro. act. qui interrogatur, an heres sit nā testis repentinus, &c. 5. q. 5. §. sed aliud.

b ¶ *Quod tibi.*] in Tobia.

c ¶ *Tempore.*] Nam ratio temporis mutat cōstitutionem, vt 34. dist. fraternitatis.

d ¶ *Apostolus.*] ad Galatas.

e ¶ *Dauid.*] Hoc exemplum nō competit, nā nihilominus fuit dictū ei: Nō ædificabis mihi domum: quia vir sanguinū es. ī. de consecr. dist. 1. c. 1. & 1. q. 7. si quis omnem. — *Dauid prohibitus est ædificare.*

f ¶ *Ministrare.*] dispēsatiue, si crimen est manifestum; vel ipso iure, si crimen est occultū. extra de tēp. ord. c. vlt.

g ¶ *Qui dormit.*] in peccato.

h ¶ *Non adijciet.*] id est, non conabitur bene operando.

i ¶ *Vt resurgat.*] per pænitentiam.

k ¶ *Docuit.*] id est, docturum se promisit: & sic eo ipso quod quis promittit se velle docere, Deo obligatur. sic 21. dist. in nouo. vbi similiter arguit Anacletus ex illa auctoritate: Dabo tibi claues, id est, do in corpore mortali & sic futurū ponitus pro præsenti, vt de consec. dist. 2. in Christo. ff. de verb. sig. verbū erit. B. simile 23. q. 5. §. hic notandū. ibi, da. &c. — *Docere se velle promittēs, Deo obligatur.*

l ¶ *Misericordiam.*] Si enim in aliquo redarguendi sumus, melius est misericordiæ reddere rationem, quàm crudelitatis. 35. q. 9. veniam. & ī. 26. q. 7. alligant. & 11. q. 3. nemo ī. 86. dist. non satis. ī. 1. q. 7. exigunt. ī. dist. 9. sana quippe. — *Excedendū est potius circa misericordiam, quā circa crudelitatem.*

ET purgabit filios.] CASVS. Probat Hiero. post peractam pœnitentiam sacerdotes posse Deo placere, & sacrificare sibi sicut ante peccatũ faciebant. Et hoc probat auctoritate Malachiæ dicentis, sacerdotes vete. testamen. purgandos esse & colandos, vt puri remaneant, sicut aurum & argẽtum, vt Deo digne offerant. Ita & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurũ, & argẽtũ, & erũt offerentes Domino iusta sacrificia, & placebit Domino sacrificiũ Iuda & Hierusalẽ sicut dies sæculi, & anni antiqui.
b Tempus enim, &c.] verba Petri in epistola canonica. ADDITIO. primæ Petri. 4. c.

Mal. 3.
1. Pet. 4.
Ezechiel 9.

ET purgabit[a] filios Leui: tempus[b] est enim vt iudicium incipiat à domo[c] Dei.] & alibi[d] scribitur. [A sanctis meis incipite]. In filijs autem Leui omnem[e] sacerdotalem intellige dignitatem. Si autem sacerdotes purgandi sunt, & colandi, vt purum aurum remaneat, & argentum; quid de ceteris est dicendum? Qui cum emundati fuerint, & colati; tunc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hierusalem, hoc est pro ijs, qui Dominum, confitentur, & pacem eius mente conspiciunt [sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui[f]:] vt quomodo in principio[g] placuerunt Deo, sic post peccatum[h], & pœnitentiam placere incipiant, cũ omni fuerint peccatorum sorde purgati.

c A domo.] id est, sacerdotib⁹. Oĩa enim mala a sacerdotibus processerunt, 24. q. 3. transferunt.
d Et alibi.] in Ezechiele cap. 9.
e Omnem.] arg. quod de vno dicitur, de omnibus intelligitur, vt 61. dist. miramur. & 24. q. 1. quodcumque.
f Antiqui.] id est, patres sancti.
g In principio.] id est, ante peccatum. argu. j. proxi. cap.
h Sic post peccatum.] immo plus. j. ea. cap. fidelior.

Vide glosã in capite isto allegato.

Item Gregorius Secundino, lib. 7. epist. 53.

¶ Lapsi reparari possunt. C. XVI.

Rab. in pœn. c. j.
Burc. l. 19. c. 43.
Iuo p. 6. c. 85.
Pann. l. 3. c. 147.

QVia sanctitas tua hoc à nobis requisiuit, vt sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus, dum se dicit de hoc canones diuersos legisse, & diuersas sententias inuenisse, aliàs resurgendi, aliàs nequaquã posse: Ideo[α] nos generales synodos à Nicæna incipientes, hãc cũ reliquis quattuor[i] veneramur; quia ipsam sequentes ceteræ in cũctis canonicis sententijs vnanimiter concordant. Nos vero præcedentes patres sequi debemus, qui auctore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite[k] itaque incipientes vsque ad quartum[l] altaris ministrum, hanc formam seruãdam cognoscimus, vt sicut minorem maior præcedit in honore; ita &[m] † in crimine; & quem maior sequitur culpa; maiore plectatur vindicta; & sic postea † pœnitentia credatur esse fructuosa. ¶ Quid enim prodest triticum[n] seminare, & fructum[o] illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorem. *& infra.* ¶ Ad fontem misericordiæ recurrentes Euangelij proferamus sententiam. [Gaudeo[p], inquit, super vno peccatore pœnitentiam agente, magis quam super nonagintanouem iustis, qui non indigent pœnitentia]. Et ouem perditam, nonagintanouem[q] non errantibus relictis in deserto[r] †, humero pij pastoris ad ouile reportatam Dominus ipse testatur. Si ouis perdita errans post inuẽtionem ad ouile humero reportatur; cur post pœnitentiam ad ecclesiæ ministerium lapsus non reuocetur? Sicut[β] in Apocalypsi dicitur de ministro ecclesiæ [Memento vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima[s] opera fac]. Quid enim est grauius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci[t] inueniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipsum beatum Petrum apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem pœnitentia secuta est, & post pœnitentiam misericordia data est; quia postea ab Apostolatu eum non expulit; qui ante quidem ipsum se negare prædixit.

† al. & crimine
† al. vindicta, quæ post pœnitentiam
Luc. 15.
† in deserto] abest ab orig.
Apoc. 2.

α ¶ Ideo nos.] *In duabus editionibus epistolarum B. Gregorij legitur*, ideo generalissima, quæ à Nicæno concilio incipiunt cum reliquis quattuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes, &c. *In vno manuscripto eodem est*; generalissime; *reliqua eodem modo. Apud Burchardum, Iuonem, Panormiam.* Nam nos generaliter; *ceteroqui parum à Gratiano discordant.*
β ¶ Sicut.] *Hinc vsque ad vers.* Quid enim. *in aliquot codicibus epistolarum excusis, & duabus manuscriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

Q Via sanctitas tua.] CASVS. Secundinus inueniebat cõtrarias auctoritates de reparatiõe lapsorũ, quare supplicauit Gregor. vt solueret ei has cõrietates, & scriberet sibi de clericis lapsis, verũ possint post pœnam reparari. Gregu. vero ei satisfaciens ostẽdit lapsos peracta pœna, posse in statũ pristinũ reduci, sequẽs concilia & antiquos patres. & hoc probat exẽplis & rationibus sex. Prima ratio ẽ ibi, *Quid enim.* Secundum exemplum vel ratio est ibi, *Aut domum.* Tertia ibi, *Gaudeo.* Quarta ibi, *Et ouem.* Quinta ibi, *Sicut in Apocalypsi.* Sexta ibi, *Quid enim grauius.*
i Quattuor.] scilicet Constantinopolitana, Ephesina, Calcedonensis, & Ancyrana, de qua habes j. ea. dũo[†];
k A capite.] id est, episcopo.
l Vsq; ad quartum.] id est, subdiaconatum.
m Ita & in crimine.] j. 24. quæst. 1. non afferamus.
n Triticum.] id est, pœnitentiam.
o Et fructum.] id est, restitutionem.
p Gaudeo.] ideo dicit, gaudeo, q͂a post pœnitentiam fortior resurgit homo, vt infra ea. fidelior[*].
q Nonagintanouem.] Per hunc numerũ designantur nouem ordines Angelorum, de quibus habes j de pœ. dist. 2. principium.
r In deserto] id est, in cælo: quod diabolus per casum deseruit.
s Et prima.] arg. q͂ restituti possunt accusare & testificari. arg. j eod. ferrum. & cap. domino sancto.
t Pauci.] difficile enim est cõtinere, vt 28. dist. de his. & 33 q. 5. qui sinit. nec tamen ideo minus delictum est, vt 2. q. 5. multi. in fi. & 32. q. 7. flagitia. & licet istud sit naturale, non tamen excusat. vt ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si fornicatus.

† De istis habes sup. 15 dist. c. 1.
* Secundũ hũc intellectũ istud, magis, quod est in textu ierenus comparatur, & lege de veri ta ilis & laeuitate quadam similitudine vulgari. Acciul.

Idem super Ezechielem, hom. 9. ad c. 2.

& alij, vt dicit Gre. cum emendati fuerint poterunt offerre, & placebit Deo sacrificium eorũ, sicut dies sæculi, & anni antiqui Domino placuerũt, id est, sicut ante peccatum Domino placuerunt, ita & post peccatum emendati placent, & placere debent.
a ¶ Et purgabit.] Verba Malachiæ sunt; Ecce veniet Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonũ, & sedebit cõflans, & emundans quasi aurũ, & argentũ,

Q Vid est. CASVS. Probat Gre. in hoc c. q prælati post lapsum peracta pœnitentia, ex officio suo pdicare possunt: & hoc probat exẽplo Ezechielis prophetæ, q cũ staret & videret similitudinẽ quattuor animaliũ, & quattuor rotarũ, cecidit i faciẽ suam, & Dñs dixit ei: Fili hominis, sta supra pedes tuos, & loquar tecũ. Iacẽti ergo in peccato propheta dicitur, vt resurgat per pœnitentiam, & post pœnitẽtiã ad prædicãdũ mittit. Prælati similiter in peccato iacẽtes prædicabunt, sicut fecit propheta. Nam cum stant in peccatis superbiæ plati, dignum est, vt ad bona opera cõsurgãt per pniam. Et no. q in pdicta auctoritate stare du pliciter sumit. Nã prio accipit i mala significatione, postea in bona.

a ¶ *Propheta.*] Ezechiels, Ezechie. 2.

b ¶ *Stans.*] Hic stans accipitur in mala significatione, & prius i bona, & ita est hic arg. q aduocat' variis modis pot iura exponere, sicut hæc auctoritas, Verbum caro factu est. vel illud: Veritas de terra orta est. quãdoq; exponitur, id est, Christus d virgine natus est, vt 35. q. 10. c. 1. quandoq; exponitur. i. confessio de pœnitente. de pæ. dist. 1. quicumque. arg. contra 23. q. 7 quod autẽ. Sed hæc diuerso respectu.

Terra vario modo possunt expo ni.

ADDITIO. Ad idẽ extra de ap. solicitudinẽ, in fi. vbi de hoc.

c ¶ *Timore.*] seruili s cũ quo charitas dedignatur habitare. Iduerit ẽm ille timor filialẽ, sicut seta filum, vt j. de pæ. dist. 2. h quis tantã.

Timor est duplex.

d ¶ *Ferrum.*] CASVS. Legitur in Iob, Habet argentum venarum suarum principia, & locus est auro, in quo cõflatur. ferrum de terra tollitur, & lapis calore solutus in æs conuertitur. Per hanc auctoritatem vult Greg. probare, q postquã platus separatus est per pœnitẽtiã a peccatis, debet lucidus reputari, nec debet conspici in eo id quod fuit, sed quod modo est, ad instar ferri, quod donec est sub terra, obscurum est. sed postquã separatur a terra, fit lucidum, & vtile ad secãdũ. Sic prælatus ad prædicãdum, & ad verba diuina declarandum.

vna psumptio p aliã psumptionẽ tollitur. ff. de i inte. rest. l. diuus. Ego dico breuiter, q 3 oẽm psumptionẽ admittitur pbatio, nisi vbi ius de iure alicui' no tm psumit, sed ẽt certũ qd statuit a, nec multũ appretior illã distinctionẽ quorũdã, q est qdã psumptio iuris, quædam hominis, quædã naturæ: de quibus habes extra de spõsa. quia. q a lex dicit, q per fictionẽ iuris veritas nõ confunditur, nec deletur, vt C. de iure dotium. in rebus. in princ.

Probatio verum contra præsumptionem admittatur.

a Alias sunt. ff. ll re. du. q duos 3. 1. & 4. le. illũ Lau. qui hic sententiam tenet.

C Vm exaudiero.] CASVS. Probat Aug. in hoc c. q platus si diluat peccata sua p pœnitẽtiam, docere põt sicut prius. Et hoc pbat auctoritate Esaiæ, quæ est in principio c. & exemplo Dauid.

g ¶ *Cum exaudiero.*] Esaias propheta. 37. cap.

I Esus.] CASVS. Iudæi venientes de Aegypto p desertũ cũ viderent vxores suas valde squalidas ex labore itineris, abiecerũt eas, & supinduxerũt alienigenas, qd fecit Iesus filius Iosedech sacerdos magnus: a qbus alienigenis compellebant idolatrare, quas postea ad monitionem Esdræ dimiserunt. De isto Iesu Zacharias propheta vidit visionem quamdam, quam recitat sic: Ostendit mihi Dominus sacerdotem magnũ Iesum corã angelo Dei, & satã, id est, vxor idolatra, stabat a dextris eius, & Iesus erat indutus sordidis vestibus. Dixitque angelus ad eos qui corã se stabant: Auferte ei sordida vestimenta, & date ei candida vestimenta, & posuerunt super caput eius cidarim, indueruntque eũ candidis vestibus.

h ¶ *In typo.*] quia duxit alienigenam: sicut Christus ecclesiam.

e ¶ *Incipit.*] arg. q post pœnitentiã reuertitur qs ad priores a act. si. 32. q. 1 cũ renuntiatur. & q. 5. præceptum. in fi. & 6. q. 1 illi qui. & i. eo. c. q a sanctitas tua. in fi. & de ædil. edic. qd ita. ar. 3 61. dist. in sacerdotibus. Resp. q nũquã p pniam reuertitur res ad priorẽ statum, vt 35. q. 2. admonere. & 81. dist. Romanus. & c. si quis clericus. sed per dispensationẽ, vt 2. q. 3 § notandũ. in fi Ioan. nisi in occultis criminibus, vt extra de temp. ordinan. c. vlt. ll.

Ad hoc i. eo. quia sua. ver. secus est. vbi de hoc & 1. q. 6 vs dei iustis & vbi tamen de hoc.

f ¶ *Quod non fuit.*] id est, qualis non fuit, & sic non est hic aliqua fictio iuris. Vel dic, q ius fingit eum esse nouum hominem sicut baptizatum. 26. dist. c. 1. de pæn. dist. 2. §. Romanos. & c. quomodo. veris expoliantes. alteratus tamen est 2 q. 7. §. quia ergo sic fingit non esse homicidam qui est homicida. 23. q. 5. si homicidiũ. similiter fingit aliquẽ nõ transisse qui transiuit, vt 7. q. 1 mutationes. & non esse episcopũ qui est episcopus, vt 2. q. 7 non omnes. & c. qui

Ius multa fingit.

¶ Post acerrimam pœnitentiam lapsi reparantur. C. XVII.

Q Vid est hoc, quod prophetæ a iacenti dicitur [Sta supra pedes tuos, & loquar tecum.] Qui enim iacenti loquebatur, cur nõ se, nisi stanti promittit esse locuturum? Sed sciendum, quia alia sunt, quæ iacentes, alia, quæ stantes audire debeamus. Iacẽti enim dicitur, vt surgat; stanti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cũ iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cœperimus, dignum est, ut ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans b ergo propheta visionem spiritalem vidit, & cecidit; cadens vero iam monitionis verbum suscepit, ut surgeret: surgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret. Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus, cum iam de æternitatis timore c aliquid sentire cœperimus, dignum est, vt ad pœnitentiam cadamus. Et cum infirmitatem nostram subtiliter cognoscẽtes, humiliter iacemus, per diuini verbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur.

Idem lib. 18. moralium, c. 16. ad c. 28. Iob.

¶ De eodem. C. XVIII.

F Errum d de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesiæ à terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici e, quod fuit; quia iam incipit esse, quod non fuit f t.

t Concor. text. in fi. in l. 1. §. in summa. ff. de aqua p. u. arc. & l. sc. pœnitentialem. ff. de verbo. sig.

Item Hieronymus ad c. 3. Michea.

¶ Post condignam pœnitentiam pristina recipiuntur officia. C. XIX.

C Vm exaudiero g eos, dabo eis virtutem spiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine.] Animaduerte in præsenti loco posse docere aliquem post peccatum; si tamen vitia pristina, pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid post adulteriũ, & homicidium loquitur in psalmo [Asperges me hysopo, & mundabor; lauabis me, & super niuem dealbabor]. Nec sua tantum puritate contentus est; sed infert [Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me]: cumque hoc feceris [docebo, ait, iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur].

Psal. 50.

Idem Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum.

¶ De eodem. C. XX.

I Esus filius Iosedech sacerdos magnus, quamquam in typo h præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus copulauit ecclesiam; tamen secundũ litterã post sacerdo-

j. de pœnit. dist. 2. c. si enim. §. Iesus.

Zach. 2.

a ¶ Sor-

a ¶ *Sordidatus.*] quia dimisit vxorem.
b ¶ *Diabolus.*] id est, vxor quæ idola coluit.
c ¶ *Candida.*] quando ad consilium Esdræ reliquit illam. 28. q. 1. § 1. & 2.

C ¶ *Contumaces.*] CASVS. Quidam clerici cõionem fratrum & in-

suspensionem. secundum Hug.
h ¶ *Peregrina.*] quæ alias dicitur laica. extra de elec. c. 2.
i ¶ *In matricula.*] sic 2. q. 1. nomen.
K ¶ *Dignitatemque.*] si enim à vigilijs deest, auferendũ est ei stipẽdium, vt 91. dist. clericus victum. sed si prælatus per tres hebdomadas deest, per triennium suspenditur: vel etiam si diebus solennibus deest, vt 7. q. 1. si qs in clero. si per duos menses, priuatur ecclesia, vt 7. q. 1. præsentiũ. nisi velis dicere hodie correctum, vt extra de cler. non residen. ex tuæ. Sed an possit repetere fructus postea cum reuertitur? nõ vĩ. vt C. de re milita. l. 1. lib. 12. alioquin spe restitutionis facilius delinqueret, vt ĩ. ea. dist. cap. 1. Item quia pœnę non solent repeti. ff. de condict. indeb. pœnæ. & pœnam quã qs ex suo delicto prestitit non repetit. ff. de pcura. qui proprio. § pœnam. Item hic & in sequen. c. vĩ q eps possit dispensare cum deposito. Nam & sanatus restituit. ff. de postu. l. 1. §. de qua autem. & senatus æquiparatur principi. ff. de aqua plu. arcẽ. quod principis. & ecclesia habet suum senatum, vt 16. q. 1. ecclesia. argu. ad hoc 11. q. 3. episcopus. & C. de episco. & cler. placet. Argu. 3. extra de cleri. non residen. ex tuæ in fi. & dixi de hoc 2. q. 6. ideo. Ioan. Solu. cum deposito solenniter solus Papa dispensat, vt de pœni. dist. 6. c. 1. in fi. B.

Prælatorum ecclesias negligentium punitio.

De hoc plene not. extra vt lite non conte. quoniam. §. si vero. & 7. q. 1. ambitionis. ad dist. Archi.

Dic quòd si iustam causam absentiæ habet: omnia recuperat. ff. de re mili. ex causa. nam & sententia rescinditur probata iusta causa absentiæ. extra de re iudic. cum Bertoldus.

Papa solus cum solenniter deposito dispensat.

tium sordidatus a inducitur, & stat diabolus b à dextris eius: & candida c illi deinceps vestimenta redduntur.

Ex capitular. l. 7. c. 311.

Item ex concilio Agathensi, c. 2.

¶ Per pœnitentiam clerici correcti gradum suum, & dignitatem recipiant. C. XXI.

Iuo p. 6. c. 366.

CONtumaces clerici, prout dignitatis ordo d permiserit, ab episcopis corrigantur, & si qui prioris e gradus elati superbia, communionem f fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint g, peregrina h eis communio tribuatur; ita, vt cum eos pænitentia correxerit, rescripti in matricula i gradum suum, dignitatemque k recipiant.

Apud Martinũ Bracarensem.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 17.

¶ De eodem. C. XXII.

Burc. l. 3. c. 179. ex Bracarensi. Iuo. par. 3. cap. 173. ex Martino & 240. ex Bracarensi.

SI quis presbyter, aut diaconus a inuẽtus fuerit aliquid de ministerijs ecclesiæ venundasse; quia sacrilegium commisit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi. In iudicio tamen episcopi l dimittendũ est, siue dignus sit, siue indignus in suo recipi vt debeat gradu: quia multoties hoc ipsum, quod de sacrosancto altario cõtaminatum est, in episcopi potestate dimissum est.

a ¶ Diaconus.] *Sequebatur:* aut subdiaconus. *quæ duæ dictiones expunctæ sunt, quia neque apud Martinum, aut Burchardum, aut Iuonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

[*Item Augustinus ad Bonifacium.*]

PALEA. C. XXIII.

a ¶ Palea.] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani hæ duæ paleæ non habentur: sed post finẽ capitis* Si quis presbyter. *sequitur continenter.* Quomodo igitur: *sunt tamen in multis, atque in ijs quidem, à quibus plerumque paleæ absunt. Ac videntur summa quadam partim præcedentis capitum,* ponderet. *&* quia sanctitas. *partim sequentis,* vt constitueretur. *quod refertur ex Augustino ad Bonifacium. Atque inde potuit in has paleas hæc eadem irrepere citatio.*

BEne valet sacerdos restitui ad honorem suum post peractam pænitentiam: licet in hoc diuersi diuersa sentiant, dicentes non posse restitui ad honorem. Sed sic dictum est propter simulatas pænitentias quorumdam, & propter affectatas honorum dignitates.

PALEA. C. XXIIII.

SAcerdos quidem si cadit, valet, & habet restitutionis locum post dignam peractam pænitentiam, in honorem suum propheta attestãte, qui ait [Numquid qui cadit, non adijciet, vt resurgat?] Et Beatus Gregorius hoc dicit ad Secundinum inclusum, amicum suum. Etiam ab ipso propheta in hoc argumentum habemus: qui cum post peractum adulterium, & homicidium perpetrauit; tamen postea peracta digna pænitentia per Dei gratiam ad pristinum officium restituitur.

Hier. 8. Greg. l. 7. ep. 53.

§ *Quomodo igitur huiusmodi auctoritatum dissonantia ad concordiam reuocari valeat, breuiter inspiciamus. Sunt quidam, quos non odium criminis, sed timor vilitatis, & amissio proprij gradus, & ambitio celsioris ad pænitentiam cogit. Hos sacri canones irrecuperabiliter † deijciunt: quia qui simulatione pænitentiæ, vel affectione honoris à Deo non consequitur veniam, nec ab ecclesia reparationem meretur. Vnde Augustinus scribit ad Bonifacium epist. 50.*

† al. irreparabiliter

SI quis.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Martini Papæ quam pœnam deberet pati presbyter vel diaconus q in casu illicito calicem vel librum ecclesiæ alienat: & respõdet q nõ debet haberi in ordine clericorum: vel debet ab administratione causæ remoueri. in iudicio enim episcopi dimittitur, si cum eo voluerit dispensare.

l ¶ *Iudicio tamen episcopi.*] Hic ergo permittitur episcopo dispensare in sacrilegio, sic & in hæresi, vt ĩ. ea. presbyteros qui. & in occultis etiam magnis. infra, de his vero. & hoc verum est nisi sit enorme sacrilegiũ, vt 12. q. 2. de viro.

Episcopus in hæresi dispensat.

intrare ecclesiam contemnebant, officia sua penitus negligentes: quæsitum fuit in concil. Aga. quam pœnam pati deberent: & respondetur, q puniri debent prout ordo permiserit, id est, maiores suspendant officio & beneficio: & eis peregrina cõio tantum tribuatur: minores vero acrius puniantur: qui tñ si postea resipuerint & pænitentiam egerint, in matrice ecclesia rescribentur, & in statu in pristinum reuertentur.

Clerici maiores aliter puniunt, quam minores.

d ¶ *Prout dignitatis ordo.*] Alio enim modo sunt puniendi clerici minorum ordinum, & alio maiorum, vt 35. dist. ante omnia. & 12. q. 1. si clericorum. & 12. q. 2. fraternitas.
e ¶ *Prioris.*] id est, altioris.
f ¶ *Communionem.*] id est, nolunt esse inter alios.

f Lau. dicit cõionem, id est, communem obseruãtiam & conuersationem. Arch.

g ¶ *Neglexerint.*] Auferetur eis officium & beneficium. Ioan. per

QVOMODO. Hæc est tertia pars huius distinctionis, in qua concordat iura: & dicit quòd qui vere pænitent, possunt reparari: & qui ficte pænitent, non sunt reparandi: & hoc probat ex aucto. Ioan. de Fan.

CASVS. Probauit supra Gratianus, q lapsi reparari non possunt: postea probauit 3rium. Nunc vero ponit solutionem, dicens q illi qui agunt ficte pænitentiam non odio criminis, sed timore vilitatis, vel affectione honoris, non debent restitui: sed qui vere pænitentiam agunt, restitui possunt. Et hanc solutionem probat per sequentia cap. vsque ad §. quicumque.

V *T constitueretur.*] CASVS. Quæsiuit Bonifa. ab Augusti. quare in ecclesia sit statutum vt clerici post pœnitentiã de criminibus nõ promoueanť, vel deijciantur, vel non reuocenť: & respondet Aug. ꝙ hoc non est constitutum propter desperationẽ indulgentiæ, id est, ꝙ ecclesia dispensare non possit: sed propter ficte pœnitentes est constitutũ, vt deposita spe temporalis altitudinis, non superbe, sed humiliter agerent pœnitentiã. Et licet possint reparari post lapsum, vt Dauid & Petrus: nõ tñ canones q prohibent reparationem, inutiliter sunt constituti: quoniã facti sunt pp ficte pœnitentes, vt etiam varia genera morborum varias medicinas inuenirent: rigor quoq; canonum non est seruandus vbi multitudo est in causa.

a ¶ *Non desperatione.*] id est, ob hoc ꝙ ecclesia desperet se posse restituere tales.

b ¶ *Sed rigore.*] Hic manifeste colligitur, ꝗ canones qui dicũt lapsos non esse reparãdos vel restituendos, de rigore loquuntur.

c ¶ *Etiam de ceteris.*] id est, omnibus. nomine enim ceterorũ omnes intelliguntur. ff. de verb. sig. ceterorum.

d ¶ *Sed non ideo.*] q.d. licet possint restitui aliqui secundũ rigorem.

e ¶ *Nihil detrahebatur.*] id est, vbi non timetur periculum.

f ¶ *Aliquid.*] id est rigorem, vt non restituerentur, vt sic fierent magis humiles.

g ¶ *Addiderũt.*] scilicet, vt non possint restitui.

h ¶ *Per.*] id est, ppter.

i ¶ *Potentias.*] id est, dignitates.

k ¶ *Experimenta.*] sic 29. dist. sciendũ. vel aliter vt qñdoq; fiat restitutio: quãdoque non.

l ¶ *Strages*] s. 44. dist. con estationes.

m ¶ *Detrahendum est.*]

Dispensatio qñdoq; est debita.

Dicit Laud. hoc nõ esse ... gis est dispensatio ... hos est ... quo ...

APOSTATAE.

Hæc est septima pars huius dist. in qua tractat de apostatis. Io. de Fã.

Apostatæ[i] quoque ad clericatus officium admitti non debent. Vnde in concilio Arelatensi 2. cap. 25.

i ¶ Apostatæ.] Apostatæ dicũtur retro abeũtes à fide, religione, vel clericatu 26. q. vlt. non obseruetis. Io.

Apostatæ qui dicantur.

¶ Ad clericatus officium non admittantur Apostatæ. C. LXIX.

Rab. pœn. c. 33. Burc. l. 19. c. 67. Iuo p. 15. c. 81. † sæculũ redeũt] orig.

Hi, qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad sæcularem[k] † redeunt conuersationem, & post modum pœnitẽtiæ remedia non requirunt; sine pœnitentia communionem penitus non accipiant. Quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti. Et quicumque ille sit, post pœnitentiam sæcularem[l] habitum accipere non præsumat. Quod si præsumpserit, ab ecclesia[m] alienus habeatur.

Hi qui.] Casvs. Quidam clerici relicto clericali habitu ad sæculũ redierunt, quare quæsitum fuit in concilio Arelatẽsi, an debeãt admitti ad communionẽ corporis Christi? Et rñdet, quod non, nisi resipiscant, nec etiã ad clericatus officium admittantur. Post pœnitentiam vero habitũ sæcularem non assumant, quod si fecerint, excommunicentur.

a ¶ Par.] id est, æquum.

b ¶ Instrumenta.] id est, ordines, vel vtensilia.

c ¶ Qui dudum.] si. §. 61. dist. in sacerdotibus. arg. contra. 3. eo. ferrum. & 33. q. 2. admonere.

Additio. Item arg. 33. q. 6. vides. iuxta si. vbi de hoc. Arch.

Alienum.] Casvs. Quidam quæsiuit à Leone Papa, an presbytero vel diacono solennis pœnitentia sit imponenda? Et respondet, quod non: quia sic est traditum ab Apostolis, vel Apostolicis. Sed huiusmodi lapsis secretus locus est requirendus, scilicet monasterium, vbi si digne pœniteant, valeant ad statum pristinum reduci. Quod dicitur in sequen. §. patet.

d ¶ Alienum est.] Hæc omnia capitula loquuntur de solenni pœnitentia.

k ¶ Ad sæcularem.] quod fieri non licet: quia qui semel habuit tonsuram clericalem, semper vtetur ea, vt 32. dist. si qui clerici. 20. q. 3. eos. Io. Hoc tene pro certo, quod in minoribus ordinibus cõstitutus põt õhere, & ad sæculũ redire, nec tunc debet ferre tonsuram: nec apostata iudicatur, vt extra de cle. coniug. Ioannes. Si aũt retinẽdo ecclesiã dimitteret tonsuram & habitũ, vel religiosus religionẽ suam, apostata iudicatur, vt extra de aposta. cap. 1. & vlt.

Tonsuram ferre non tenetur, qui in minoribus constitutus. Sub. distinctio quod intellige. vt dixi l. §. prox. Archid.

l ¶ Sæcularem.] quidquid interim acquisierint, cedet monasterio. 18. q. 2. abbates. & C. de episco. & cler. l. vlt. §. hoc etiam.

m ¶ Ab ecclesia.] vt §. ea. dist. si quis post remissionem.

Cas.] CASVS. Supra ostensum est, quod criminosi & solenniter pœnitentes promoueri nõ possunt. In hac vero 51. dist. ostendit Gratianus, quod curiales, & armata militia vtentes, & aduocati promoueri non possunt. quod probat cap. seq.

eus, vt accusator puniretur, sed vt reus absolueretur. Item quia alio iudicio agẽdum est de calũnia accusatoris, & dicit clericum appellare posse pro conuicto in causa sanguinis: quia ibi quilibet auditur appellans, vt ff. de appellatio. l. non tantũ. & sic causam appellationis põt exercere. Prior opinio ẽ magis tuta, vt nec pro accusa-

‹ Præterea aduocatus, nec agis nec accusas, vt ff. de bon. lib. cum maior. §. penul.

DISTINCTIO LI.

Ecce, quòd criminosi, vel non vere pænitentes, vel publicam pænitentiam agentes, à sacris prohibentur ordinibus. Adiecit quoque[a] sancta mater ecclesia, vt curiales, aut post baptisma militantes, aut in foro decertantes à sacris prohibeantur ordinibus.

Vnde ait Innocentius Papa episcopis in Toletana synodo constitutis, epist. 24. c. 2.

¶ Post baptismum militantes, vel in foro decertantes, à sacris prohibentur ordinibus. C. I.

ALiquãtos † ex his, qui post[b] acceptam baptismi gratiam in forensi exercitatione[c] versati sunt, & obtinendi pertinaciam susceperunt, accitos ad sacerdotium[d] esse comperimus; è quorum numero Rufinus, & Gregorius perhibentur: aliquantos ex militia[e], qui cum potestatibus obedierunt, sæua † necessario præcepta sunt executi: aliquantos ex curialibus[f], qui dum parent potestatibus, quæ sibi sunt imperata, fecerunt: aliquantos, qui voluptates[g], & editiones[h] populo celebrarunt, ad honorem summi sacerdotij peruenisse: quorum omnium neminem, ne ad societatem quidem ordinis clericorũ oportuetat peruenisse. Quæ si singula discutienda[i] mandemus, non modicos motus, aut scandala Hispaniensibus prouincijs, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus: idcirco remittenda[k] potius hæc putamus. Sed ne deinceps similia cõmittantur, dilectionis vestræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi saltem nũc finis necessarius imponatur: eo videlicet constituto, vt quicumque tales ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur.

† Quãtos enim] orig. & p interrogationem.

† seuera] orig.

Idem Felici episcopo Nucertano, epist. 4. c. 3.

¶ De quibus laicis aliqui ad clericatum non possunt peruenire. C. II.

DEsignata sunt genera laicorum, de quibus ad clericatum peruenire non possunt, idest si quis fidelis[l] militauerit; si quis fidelis causas egerit, hoc est postulauerit; si quis fidelis administrauerit[m]. De curialibus aũt manifesta ratio est, quoniã etsi inueniãtur huiusmodi viri, qui debeãt[n] clerici fieri; tamẽ qm sæpius à curia † repetũtur, cauẽdum

Poly. l. 5. tit. 31. Ansel. l. 7. c. 10. Iuo p. 6. c. 95.

† al. ad curiam

a ¶ *Adiecit quoque.*] Triplex assignatur ratio, quare officiati siue curiales non promouẽtur. Vna est ratio, quia frequenter contrahunt irregularitatem ex officio suo, vt j. c. 1. & 2. Secunda, quia multum molestatur ecclesia, cũ tales repetuntur, vt j. ca. 2. & 3. Tertia ratio, quia præsumimus cõtra eos, quod non causa religionis ordinẽtur, sed vt fugiant ratiocinia. 53. dist. legem ‹. Quidam addũt duas alias rationes, scilicet, quod ecclesia tristatur de eis cum repetũtur, de quibus gaudere deberet. Item propter voluptates, quas forte habuerunt in suis officiis, vt j. ead. præterea. Dicuntur autẽ large curiales omnes qui aliquo modo sunt obligati curiæ, siue milites, siue aduocati forenses, siue iudices, siue officiati, siue histriones ›: sed isti prohibentur à promotione, vt sequitur. nullus ergo officialis promoueatur, nisi prius absolutus à curia: postea sic, dum tamẽ sæua non exercuerit, nec effuderit sanguinẽ humanum, nec turpia & inhonesta facta fecerit, vt histriones. De iudicibus autem & aduocatis est dicendum, quod si tantum interfuerunt ciuilibus causis, nõ repelluntur, vt 61. dist. Osius. & hoc est verum, si post baptisma huiusmodi officiũ exercuerunt: secus si ante, vt j. ea. ca. si quis. Baz. tamen dicit, quod si ante baptismũ aliquis ex officio occidit hominẽ, talis post baptismũ nõ põt promoueri: quia baptismus tantũ crimina tollit, vt 26. dist. deinde. & cap. vna. B. dicit, quod põt: quia nõ debet esse melioris cõditionis peccans, quàm nõ peccãs. ad hoc facit ff quod vi, aut clam. l. Seruius.

‹ Adde quod obligatus ad rõciniũ, nullatenus põt promoueri. no. in l. officiales. C. de episco. & cler.

Curiales qui dicuntur.

› Sub. siue quãcumque officiũ habentes honestum, vel inhonestum. Quandoque vero stricte dicuntur curiales, qui benedictionis officia procurant, vt decuriones. Quandoque strictius dicuntur curiales illi qui erant officiales in cã sanguinis, à cruore dicti, secundũ Lau.

ALiquantos.] CASVS. Quattuor genera hominum notantur in hoc capitulo, scilicet aduocati, milites, curiales, id est, officiales, & histriones; qui postquam exercuerunt officia sua, sunt in sacerdotes ordinati ab episcopis Hispaniæ. Quidam etiã ex eis qui histriones fuerant, facti sunt episcopi. Scribit ergo Innocentius Papa cuidam archiepiscopo. & dicit quod tales non debuerunt promoueri: sed propter scandalũ quod inde hæret in prouincijs Hispanorum, patienter tolerat eos. Verumtamen prohibet ne decetero tale fiat; & si contra factum fuerit, ordinati cũ suis ordinatoribus deponentur.

b ¶ *Qui post*] Hoc ideo dicit, quia quæcumque peccata quis fecerit ante baptismum, non imputantur ei postea, vt j ea. si quis post. & s. dist. proxi. si quis viduam. & cap. placuit. & 26. dist. vnius.

c ¶ *Exercitatione.*] vt aduocati.

d ¶ *Ad sacerdotium*] Quicumque fuit accusator, aut aduocatus, aut iudex, aut testis, vel etiã notarius in causa sanguinis, non põt promoueri, vt s. dist. proxi. si quis viduã. nã cõstat, quod clericus nõ põt esse accusator in causa sanguinis, vt 2. q. 7 sicut. & cap. sacerdotes ‹. nec iudex. 23. q. vlt. his à quibus. nec testis. 11. q. 1. testimonium. nec notarius. 23. q. 4. illud. & in extrauag. ne cleri. vel mona. sniam. Baz. tñ intelligit hoc de aduocato accusatoris. nã cuilibet licitum est defendere reum. 23. q. 5. reos. & C. de episco. audi. addictos. Et si obiciatur ei, nonne si accusator deficit, punietur pœna talionis? & sic videtur hoc imponendum aduocato qui obtinendi pertinaciam suscepit? Sed ipse rñdet, quia ad hoc nõ egit aduocatore, nec pro reo possit clericus aduocare ›. nec obstat 23. q. 5. reos. qa ibi nõ dicitur, quod aliquis possit patrocinari pro damnatis, sed possumus intercedere pro eis. licet enim aduocatus rei nõ intendat ad hoc, quod accusator puniatur: tamen per quandã cõsequentiam tẽdit ad hoc, vt 15. q. 8. merito. & arg. 1. q. 3. si quis obiecerit. ad idem arg. opti. s. dist. prox. clericum.

Causa sanguinis maiores impedit promoueri.

‹ Alias vt 2. q. 7. sicut sacerdotes. nec iudex, &c. alias. vt 2. q. 7. si quis. &c. sacerdotes.

› 23. q. 5. clericum nullum.

› Adde ad hoc tex. in c. j. & ibi Io. An. de post. & in ca. sententiam. ne cle. vel mo.

e ¶ *Ex militia.*] id est, milites.

f ¶ *Ex curialibus.*] id est, officiatis.

g ¶ *Voluptates.*] id est, ludibria, quibus voluptatibus excitabantur homines.

h ¶ *Et editiones.*] quæ narrabãtur voluptatis causa, scilicet ea quæ edita erant ab hominibus: scilicet turpes fabulas, vel cantus.

i ¶ *Discutienda.*] id est, corrigenda.

k ¶ *Remittenda.*] arg. rõne scandali aliquid tolerari. sic s. dist. 4. deniq. 28. dist. de Syracusanæ. & notaui 44. dist. comessationes ›. Itẽ quod aliquid phibetur fieri, factum tñ toleratur ›. 7. q. 1. episcopus in diœcesi. s. dist. prox. quicumque. Ioan.

Scandali ratione aliqua tolerantur.

› Concor. tex. in l. si oleum. ff. de do. & in l. aquã fund. ff. de visuf.

DEsignata.] CASVS. Quærebatur verũ illi qui sæua exercuerunt iudicibus obtemperando, possint promoueri? Et respõdet Innocẽtius, Si hoc fecerint postquam fideles sunt facti, promoueri non possunt. Idẽ dicit de curialibus, quorũ quidã etsi de iure promoueri possint, tamen quia ecclesiæ tribulationem sustinent, cum a curia repetuntur, promoueri non debent.

› Ad hæc 45. dist. de Iudæis. Hug.

l ¶ *Fidelis.*] id est, post baptismum.

m ¶ *Administrauerit.*] curiæ in sæuis actibus.

n ¶ *Qui debeant*] ex merito vitæ. Et est argumentũ hic, quod si aliqd est pro me, & aliud contra me, magis nocet mihi, qd est contra me, quàm prosit id qd est pro me, sic 56. dist. Ismael. & ff. quibus ad liber. procla. non licet. l. vlti. ›, & extra de offi. dele. super quæstionũ. §. si vero. in fi. arg. contra ff. de iure fis. non intelligitur. §. 1. & extra de sentẽ. & re iud. causam. in fi. Sol. primũ regulare propter promptitudinẽ ad malum. 12. q. 1. omnes. alia casualia propter restrictionem doli mali

› Ad idẽ ff. ad Syl. si quis I grauis. & ita quod nocet præualet. vt sic potest dici quod valet præualet. ff. de sena. emancipatum. § vlt. secundum Lau.

mali. extra de do. & contu. fin. & quia nõ est delegatus à principe.
a ¶ *Sæpe.*] Arg. aliquid statui pp cautelam futurorum, vt 27. dist. de Syracusanæ. 54. dist. generalis. 23. dist. in nomine Domini.
P ¶ *Ræterea.*] CASVS. Quidam volebant promouere curiales. consultus fuit Papa super hoc à quodam archiepiscopo: scilicet ioris post baptisma cingulum militare accepit ad vexandum fideles, & necauit: quæsitum fuit in concilio Toletano, an possit promoueri. Et rñdet quod de iure promoueri non potest: & si nõ peccauerit, & dispensatiue ad minores ordines fuerit promotus: diaconus tñ fieri non potest. Vel aliter. Aliquis accinxit gladium ad necandũ fideles; nõ interfecit tñ, sed per eũ non stetit: quęrit vtrum possit promoueri? & respondet quod non, nisi dispensatiue in minoribus ordinibus: ita quod diaconus non fiat.

ab his est propter tribulationem, quæ sæpe[a] de his ecclesiæ prouenit.

Idem Victricio episcopo Rothomagensi, epist. 2. c. xi.

¶ Non admittantur curiales ad clericale officium. C. III.

Iuo. p. c. 349.

PRæterea frequenter quidam ex fratribus nostris, curiales, vel quibuslibet publicis functionibus[b] occupatos, clericos facere contẽdunt, quibus postea maior tristitia, cum de reuocandis eis aliquid ab Imperatore præcipitur, quàm gratia nascitur de accito † (al. adscitio). ¶ Constat enim eos in ipsis muneribus[c] † (al. muniis) etiã voluptates exhibere, quas a diabolo inuentas esse non dubium est, & ludorum, & † (al. vel mimorum) mimorum apparatibus, aut præesse, aut forsitan interesse. Sit certe in exemplum solicitudo, & tristitia fratrum, quam sæpe pertulimus Imperatore præsente, cum pro his sæpius rogaremus, quam ipse nobiscum positus cognouisti: quibus † (al. ex quibus] orig.) nõ solum inferiores clerici ex curialibus, verũ etiã in sacerdotio cõstituti ingens molestia, vt redderentur, instabat[d].

Item ex concilio Toletano primo, cap. octano.

¶ Non promoueatur ad diaconatum, qui post baptismum ad fidelem necandum accinctus fuerit. C. IIII.

SI quis[e] post baptismum militauerit[f], & clamydem sumpserit, aut cingulum[g] ad necandos * fideles, etiam si grauia nõ admiserit, si ad clerum[h] admissus fuerit[i], diaconij non accipiat dignitatem.

* ¶ Ad necandos fideles.] *Verba hæc non sunt in codice Lucensi Regio.*

Item ex concilio Toletano 4. cap. 18.

¶ A quibus debet esse immunis, qui in episcopum ordinatur. C. V.

QVi in aliquo[k] crimine detecti sunt, qui infamię[l] nota aspersi sũt, qui scelera aliqua per publicam pænitentiam se admisisse confessi sunt, qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur, qui semetipsos absciderunt, aut naturali defectu membrorũ, aut decisione *, aliquid minus habere noscuntur, qui secundæ vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui viduã, vel a marito relictam duxerunt, aut corruptarũ mariti fuerũt, qui cõcubinas[m], aut fornicarias * habuerũt, qui seruili cõditioni obnoxij sunt, qui ignoti sunt, qui neophyti, vel

e ¶ *Si quis.*] Pone casũ j. de pænit. dist. 1. si quis cum telo. Alij ponunt casum de officiali.

f ¶ *Militauerit.*] milites (vt vr̃) non possunt promoueri sine licẽtia Papæ. 19. q. 3. monasterijs. sed intelligo illud de his qui irregularitatẽ contraxerunt [1], vnde non concedo quod hoc solum impediat promotionem, quod gladium assumpsit & militiã: nisi sæua facta exercuit, vt j. 53. dist. legem: si vero sæpe interfuit bellis, & per eum non stat quin occidat aliquem: licet non occidat, tamen propter ambiguum duplicitatis admitterem talem ad clerum. argu. 23. q. 5. excommunicatorum.

Milites an promoueri possint.

[1] Et in hoc casu loquitur hoc c. si quis. vt not. j. 21. q. 3 ... in gl. arg. q. ...

g ¶ *Aut cingulum.*] id est, characterem militarem, vt 5. q. 1. quod quidam. in si.

h ¶ *Si ad clerum.*] id est, subdiaconatum.

i ¶ *Admissus fuerit.*] ex dispensatione.

Q ¶ *Vi in aliquo.*] CASVS. Hoc capitulum diuidit in duas partes. In prima parte

cet, an possent promoueri? Et respondet quod non pp tres rationes. Prima est: quia maiorem tristitiam habet ecclesia de eis reuocandis, quàm habuit gaudium de aduẽtu eorum. Nam Imperator pñs quñque instituit supradicto archiepo præsente, vt tales in minoribus non solum ordinibus ordinati, sed etiam ad sacerdotium promoti reducerentur. Secunda ratio est: quia tales in suis officijs voluptates turpes exercuerunt. Tertia ratio est: quia præfuerunt, vel interfuerunt apparitoribus & ludis mimorum.

b ¶ *Functionibus.*] id est, officijs. & intelligit de his, qui alicui officio obligati sunt, vt tutores & curatores vel procuratores, qui finito officio suo licite promouent, vt extra de obliga. ad ratioc. cap. vnico. Nam qui ex administratione aliqua est obligatus reipublicæ, nõ potest prouehi ad honores, vt ff. de mune. & hono. rescripto. §. debitores. secus si obligatus est pro aliquo debito, vt ibi dr, & C. de episco. & cleri. quisquis emersis. Sed quid si aliquis est obligatus ad scribendum aliquid, forte iuramẽto: numquid talis potest cõuerti in monasterium? Dicit Hug. quod sic: nec sit iniuria illi cui seruire tenetur: quia instinctu spiritussancti fit. sic 14. q. 5. dixit. arg. pro eo extra de voto, scripturæ. & extra de cõuer. coniug. ex publico. & cap. vlti. & 33. q. 2. cap. admonere. 19. q. 2. duæ. sicut soluitur ingratitudo religionis ingressu, vt 19. q. 3. cap. 1. Sed cõ videtur, quod etiã mortuus debitor nõ potest sepeliri inuito creditore, nisi satisfaciat ei, vt extra de appella. qua fronte. Satis videtur quod possit intrare: & quod monasterium nõ in amplius tenetur, quàm ad ipsum peruenerit: nisi postea ratione sui ad pinguiorem fortunam perueniat per successionem aliquam, vt 19. q. vlti. si qua [1]. Vel dic quod in monasterio existens potest exequi tale officium, dum tamen non negligat diuinum obsequium, vt 91. dist. clericus.

Obligatus ad aliquid faciendum non impedit ingredi monasterium.

[1] Sub. vel aliquos libros scripsit quod tamẽ intelligo deducta expẽsa ...dem. 15. q. 6 de lapsis. ff. de vsf. hom. his quod bo... fur. Laus.

c ¶ *Muneribus.*] id est officijs munerum mimorum.

d ¶ *Instabat.*] ...ẽ facti sacerdotes nõ restituũt. 54. dist. ex antiqs.

S ¶ *Si quis post.*] CASVS. Aliquis ex pcepto vel auctoritate maassignantur xxvj. impedimenta quæ repellũt ab episcopatu, vel archiepatu, vel etiam ab alia dignitate. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Sed nec ille.* dicitur quod episcopus debet eligi a clero & a populo ciuitatis auctoritate metropolitani; qui postea legitime examinatus ab omnibus epis de prouincia, vel a tribus de consensu aliorũ, die Dominica consecretur auctoritate metropolitani: & vbi ipse elegerit. Metropolitanus vero in ciuitate metropolitana ab epis suæ prouinciæ consecrabitur. Et si ordinati vel ordinatores cõtra hoc egerint, honoris suis periculo subiacebunt.

K ¶ *Qui in aliquo.*] Primo ponit xxvj. impedimẽta quæ impediũt promouendum epm. Secundo dicit quod eps ad minus a tribus epis est consecrandus ibi, *vbi metropolitano placuerit.* Metropolitanus autem est consecrandus in ciuitate metropoli à suis suffraganeis.

Episcopi & archiepi à quibus sint cõsecrandi.

l ¶ *Infamia.*] etiam de facto, vt dixi 2. q. 7. c. ipsi apostoli.

m ¶ *Qui concubinas.*] Ex hoc videtur quod eps ipso facto non dispenset [3]. si enim ipso facto dispensaret, quare hic puniretur promouens cõcubinarium, cum tñ cum ipso possit dispẽsare ipso facto? vt extra de iud. at si clerici. & facit ad hoc 81. dist. si qui. & extra de schisma. fraternitatem. & extra de praben. referente. Item secundũ hoc episcopus semper diceret se dispensasse, vt sic non puniretur. Quod autem ipso facto dispenset, probatur extra de fil. presbyte. veniens. & 28. dist. diaconi. & extra qui matri. accusa non pos. per tuas. 54. dist. si seruus. & extra de restitu. spolia. litteras. 3. opinioni. vbi habes quod ecclesia mandando vel dissimulando dispensat. Ex hoc credo quod circa notum solo facto dispensat, sed non circa ignotum: quia noti examinatione non egent, vt 47. dist. de Petro. Consulo tamen quod testes vel litteras habeant super dispensatione facta sibi. Vel dic quod hic redarguuntur illi qui ex contemptu ordinant aliquos non examinando eos, vt 81. dist. dictum. & cap. quicumque. & tantum indiscreta dispensatio redarguitur hic, & in omnibus similibus, extra de preb. de multa.

Concubinarium promouẽs an et cum ipso dispensare.

[3] Ad hoc efficax argu. extra de fi. presbyter. ... vbi dicit ... quibus ... dispensasse, &c. ergo a contrario ... possent procedere ... dicendum est in ... extra de ... secundum Hostien.

M 3 a ¶ *Laici.*]

laici [a] sunt, qui sęculari militiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscij litterarum sunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt, qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui à decessoribus [b] in sacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicumque ergo deinceps ad ordinem sacerdotij postulatus, & in his, quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit; & examinatus, probabili vita, & doctrina extiterit; tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta, cum omnium clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuersis comprouincialibus episcopis, aut certe à tribus, in sacerdotem die Dominica [c] consecrabitur; conuenientibus † ceteris, qui absentes sunt, litteris suis, & magis auctoritate, vel præsentia eius, qui est in metropoli constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est, vbi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem nõ nisi in ciuitate metropoli [d] † [e] comprouincialibus ibidem conuenientibus. ¶ Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum, ad gradum sacerdotij indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

† al. conuenientibus

† al. à comprouincialibus

α ¶ Aut decisione aliquid.] *Addita hæc sunt ex concilijs olim Coloniæ, ac Lutetiæ impressis. In nouissima vero Coloniensi editione legitur*, vel defectione:, pro, vel detectione.

β ¶ Aut fornicarias.] *In codice Lucensi Regio legitur*, aut fornicatione: *quod videtur intelligendum de concubinis ad tempus adhibitis, vt supra distin. 34. c. si quis. est annotatum.*

DISTINCTIO LII.

Q Vi vero prætermissis aliquibus gradibus non superbia, sed negligentia ad maiorem ascenderit, tamdiu à maioribus abstineat, quousque congruo tempore prætermissos accipiat.

Vnde Alexander secundus scribit Grimaldo † Constantiniensi † episcopo.

† al. Rainaldo, al. Rumaldo

† al. Constantiensi

§ De eo, qui subdiaconatus ordine postposito, diaconus & presbyter est ordinatus. C. I.

SOlicitudo dilectionis tuæ studuit consulere, vtrum portitor istarum litterarum, diaconatus, & presbyteratus officium idoneus sit peragere, nec ne; cum ad id præpostero † cursu, subdiaconatus [f] ordine postposito, negligentia potius quàm superbia cognoscatur ascendisse. Vnde nos consulendo charitati tuæ mandamus, vt ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor tẽporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi rite imponas; & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas.

Iuo p. 6. c. 409

† al. præpropero

In libro peruetusto est epistola eiusdem Alexandri ad Geruasium Rhemensem archiepiscopum: cui hoc idem consilium dat, quod Rumaldo Constantiensi episcopo se dedisse narrat.

DISTINCTIO LIII.

C Vriales [g] autem, vt supra scriptum est, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter, dum ab ecclesia repetuntur, plurima incommoda ecclesia consequitur: vel quia ijdem curiales non voto religionis, sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se transferunt.

dist. 51. designata.

Vnde Gregorius Papa scribit lib. 7. reg. epist. x1. episcopis Siciliæ de lege Mauritij Augusti.

a ¶ *Laici.*] non enim repente de laico fiet eps. 61. dist. c. 1. & 2.

b ¶ *Qui à decessoribus.*] nisi in hoc Papa dispensauerit, vt 7. q. 1. petisti.

c ¶ *Dominica.*] hora tertia. 75. dist. quòd die.

d ¶ *Metropoli.*] in propria ciuitate cõsecrandus est metropolitanos, vt hic, & 63. dist. metropolitano.

Metropolitanus in propria ciuitate est consecrandus.

Archiepiscopus à quibus est consecrandus.

e ¶ *Comprouincialibus.*] Hic habes q̃ metropolitanus consecrandus est à suffraganeis, vt 66. dist. cap. 1. extra de tempo. ordi. si archiepiscopus. & in Authen. de ecclesia. titu. §. 1 coll. 9. Arg. contra 24. q. 1. pudenda. vbi dicit, q̃ à Papa sit consecrandus. sed primum est de iure: Papa tamen iam præcepisse contra ius illud.

Q *Vi vero.*] CASVS. Supra in prox. capitulo dicitur, q̃ qui per gradus ecclesiasticos non ascẽderunt, non debent esse epi. cuius verbi occasione supponitur hic 52. dist. in qua ostendit q̃ si quis prætermisso ordine minori ascenderit ad maiores non superbia, sed negligẽtia: abstinere debet a maioribus donec prætermissum ordinẽ suscipiat: quod probatur sequenti capitulo.

S *Olicitudo.*] CASVS. Quidã clericus ordine subdiaconatus prætermisso, negligẽtia potius quam contemptu factus est diaconus & presbyter. quare quæsiuit Constantiensis eps an posset in officio diaconi vel presbyteri ministrare? Et respõdet Alexan. Tãdiu cesset ab officio sacerdotali, donec in proximo quatuor temporum ieiunio recipiat subdiaconatum.

f ¶ *Subdiaconatus.*] Videtur ergo q̃ aliquis promotus in sacerdotẽ qui nullum habuit ordinem, vt laicus qui fit sacerdos secundũ Hug. sed huic ob. 40. dist. sicut & extra de presby. nõ bapti. veniens. Sed õ extra de cle. per sal. promo. cap. vnico. eps autem non potest esse nisi fuisset sacerdos, vt extra de exce. prælat. ea litteris, & si de hoc dixi. 40 dist. sicut. Si vero non baptizatus promoueretur vel christianaretur, nullum reciperet sacramentũ. quia baptismus est ianua sacramentorum, vt 32. dist. ... verũ nisi enim positum sit fundamen sũ, nihil potest superædificari, vt 1. q. 1. cum Paulus. Et est argo q̃ præposteratio facta non vitiat: sed tũ. Aug. õ. 7. q. 1 nihil. 23 dist. quorũdam. de colec. dist. 4. omnis. Ioan. Sol. dicas q̃ laicus recipit ordinem sacerdotij. & etiam eps fit, quia character imprimitur si conferretur in forma

Sacerdos quis non efficitur sine alijs ordinibus.

Vbi contrario sentiendum est secundum H.

Idem sentit Hug. & Lau.

Et intelligit q̃ primo recipiat sacerdotium, & post episcopatum, verũ dico. Aliter falsum est. quia nec i... pium characterem ... quosdam, ... contra, arg. extra de tempo. post translationem §. vlti. vide de hoc extra de ordi. ab epo qui renunciauit epis. cap. 1. Archid.

ecclesiæ ab eo qui potestatem habet, vt extra de cleri. per sal. promo. cap. 1. & hoc dummodo sit baptizatus, nec decre. illa, ex litteris. in aliquo cõtradicit. B.

C *Vriales autem.*] CASVS. Assignatis supra quatuor rationibus in 51. dist. in cap. designata. & in capi. præterea. & in capi. 1. quare curiales à promotione repelluntur: subiungit 53. dist. in qua assignat quintam rationem: quia scilicet non voto religionis fiunt ecclesiastici, sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiant. & hoc probatur sequenti capitulo.

g ¶ *Curiales.*] Hic assignat tertiam causam quare curiales non promouentur. Ioan.

Legem

Legem] Casus. Hoc capitu. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Greg. quòd qui militiæ, vel qui rationibus sunt publicis obligati, nec in clero, nec in monasterio suscipi debent; quia vitam sæculi nolunt fugere, sed mutare, cũ eodem modo viuant in ecclesia sicut in sæculo, & hoc probatur per legem Mauritii Imperatoris: sed si voluerint causa religionis intrare monasterium, nõ recipiantur, nisi prius a publicis ratiociniis fuerint absoluti. In secũda parte, quæ incipit ibi, *Si qui vero*. dr̃, quòd milites nõ sunt proprie in monasteriis suscipiendi, nisi vita eorum subtiliter inuestigetur, & per triennium in habitu laicali fuerint probati.

a ¶ *Legem quam piissimus.*] nota qualiter ex sequenti facto & præcedẽti probatur medium, vt 28. dist. quia. Nam ex bona vita præcedente & sequente præsumitur medium, scilicet, quòd bono zelo petierit habitum monachalem.

Additio. Ad idem 33. q. 1. c. 1. sm̃ Hug. 18. dist. puenit. Laur.

b ¶ *Ex militaribus.*] milites non impedit religio sacramenti; quia & clerici sacramento tenentur epĩs, vt 53. dist. quamquam. & tamẽ eis inuitis possunt intrare religionem. 19. q. 2. duæ.

Religionis asperitas in quo habitu probanda est.

c ¶ *In suo.* Not. quòd in suo habitu quisque probandus est, vt hic, & 54. dist. multos. & extra de reg. super eo. & 17. q. 2. si quis incognitus. Dicunt tamen quidam, quòd potius in monachali habitu probãdus sit, quia non solum alij ipsum probabunt, sed etiam ipse probabit asperitatem ordinis & habitus ipsorum, quod non potest facere in sua veste. Io. Sed certe licet iura quædam dicãt, quòd in proprio habitu sit probandus quis, consuetudo tamen se in contrariũ habet, & decret. etiam contradicit extra de reg. statuimus.

Probari quo quis tempore debet.

d ¶ *Per triennium.*] incognitus probabitur per triennium, vt hic & 17. q. 2. si quis incognitus. sed laicus cognitus vel clericus ignotus per triennium. 19. q. 3. monasterijs. clericus notus per annum. 17. q. 2. Gonsaldus. vel forte notus statim potest recipi. extra de reg. ad apostolicam. Sed hodie non debet per decret. Alexander

Vbi de hoc videns.

quartus. extra eo. nõ solum. In cruce signatis statuitur dimidius annus. extra de reg. cap. 1.

Serui.] Hæc distinctio diuiditur in quinq; partes. In prima principaliter tractatur de seruis non ordinandis, quod probatur per decem auctoritates sanctorũ. Secũda ibi. *Hoc tit.* Tertia ibi, *Si seruus absente.* Quarta ibi, *De seruis.* Quinta ibi, *Quod autem.* Ioan. de Fan.

Casus. Hic intitulatur 54. dist. in qua dicitur, quòd serui ordinari nõ debent nisi prius à dominis suis plenã libertatem fuerint consecuti. Ostenditur secundo qd iuris sit si serui fuerint promoti non adepta libertate. Tertio qualiter serui Iudæorum, siue paganorum, siue Christiani ab eorũ dominio debeãt liberari.

e ¶ *Serui.*] Primo ostẽdit, quòd nec priuatorum, nec ecclesiarum serui sunt promouendi, nisi libertatem sint consecuti. Secundo ostẽdit qd iuris sit si aliter sint ordinati. Tertio qualiter serui Iudæorum à dominio ipsorum valeant liberari. Nota ergo, quòd numquã seruus priuati est promouendus nisi plenã libertatẽ sit cõsecutus, ita quòd nihil iuris retineat in eo dominus, vt j. eod. quicumque. & in ca. nullus. Si vero sunt ecclesiarum, non possunt similiter promoueri nisi primo consequatur libertatẽ. j. ead. cap. 3. ecclesia tñ non potest manumittere seruos suos pleno iure, nisi det platus duos eiusdem meriti 12. q. 2. epĩs qui. nec tunc pleno iure manumittit, vt ibidẽ colligitur. De hoc distingue vt extra de ser. non ordin. eo libentius. & de rebus eccle. non alienan. consensus.

Seruus priuati sine libertate nõ pôt promoueri.

Nullus.] Casus. Prohibet hic Leo Papa ne quis episcopus ordinet seruum aliquem, nisi prius eorum voluntas accesserit, qui in eo seruo sibi aliquid vendicant potestatis, ne postea in seruitutem redigatur, cum immunis esse debeat ab omni vinculo qui castris dominicis applicatur.

f ¶ *Eorum.*] id est, illius vel illius, distributiue. sufficit enim vnius voluntas si plures sunt domini, vt institu. de dona. §. erat olim. C. de communi ser. manu. l. 1. §. si autem.

g ¶ *Aut voluntas*] etiam si tacita, vt j. ead. si seruus.

h ¶ *Qui aliquid.*] argumentum, quòd omnium cõsensus est requirendus, quorum iuri in aliquo detrahitur, vt hic. & 85. dist. archidiaconum. & extra de offic. deleg. super eo. C. de auctorit. præstan. l. vlt. & ff. de aqua pluuia arcen. l. in concedendo. 66. dist. archiepiscopus. 8 q. 1. licet.

Nulli.] Casus. Quæsitum fuit in concilio Triburiensi, vtrũ seruus sit promouendus? Et respondet quòd non, nisi prius à domino plenam libertatem consequatur. chartula cuius libertatis prius in publico legatur, & si nullius contradixerit, ordinetur. Si vero aliquis seruus per obreptionem fuerit ordinatus, deponatur, & eiusdem sit conditionis cuius ipse ante fuit.

i ¶ *Cuius &c. in ambone publice legatur.*] argumentum, quòd si aliqua sunt publice tacta, nemo postea auditur contradictor. 8. q. 1. licet. & 16. distin. quod dicitis. & 12. quæstio. secunda. qui & humanis. sim. extra qui ma. accu. poss. cap. vlt. arg. contra. 15. q. 6. c. 1. in fi.

Publica facta nemo contradicere potest.

¶ Quare sit constitutum, ne curiales ordinentur. C. I.

Iuo p. 10. c. 124.

Legem, quã [a] piissimus Imperator dedit, ne fortasse hi, qui militiæ, vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis conuertantur, vestræ studui fraternitati transmittere; hoc maxime exhortans, quòd hi, qui sæculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesiæ præpropere suscipiendi non sunt. †; quia dũ in ecclesiastico habitu nõ dissimiliter, quàm vixerant, viuunt; nequaquam student sæculum fugere, sed mutare. Quòd si etiam tales quoque monasterium petunt; suscipiendi nullo modo sunt, nisi prius à ratiociniis † publicis absoluti fuerint. ¶ Si qui vero ex militaribus [b] viris [a] in monasteriis cõuerti festinant; non sunt temere suscipiendi; nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo [c] habitu per triennium [d] probari; & tunc monachicum habitum Deo auctore suscipere.

Add. quæ no. 1. dist. 32. in add. in glo. vnica.

† al. actionibus] orig.

a ¶ Viris.] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Iuonem legitur, numeris, vt significentur milites in breuiculo, seu matricula descripti.*

DISTINCTIO LIIII.

[e] Serui [e] *autem ordinari prohibentur, nisi à proprijs dominis libertatem legitimam consequantur.*

Vnde Leo episcopus scribit epist. prima omnibus episcopis per Campaniam, &c.

¶ Seruus ad clericatus officium non promoueatur. C. I.

Poly. l. 2. tit. 31. Ansel. l. 7. c. 28. Burc. l. 2. c. 52. infra. Iuo p. 6. c. 64.

Nullus [a] episcoporum seruum alterius ad clericatus officiũ promouere præsumat, nisi forte eorum [f] petitio, aut voluntas [g] accesserit, qui aliquid [h] sibi in eo vẽdicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ est aggregãdus, vt à castris dominicis, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

a ¶ Nullus.] *Caput hoc videtur confl atum ex titulo, qui in codice canonum præponitur primo decreto Leonis primi, & ex parte posteriore ipsius decreti, in qua exceptio eorum, quæ prius statuit continetur: prior autem pars, quæ hic deest, habetur infra ead. c. admittuntur.*

Item ex concilio [a] Triburiensi.

¶ De seruili conditione nullus ad sacros ordines deueniat. C. II.

Polyc. ibidem. Burch. l. 2. c. 28. Iuo p. 6. c. 41. Pann. l. 3. c. 48.

Nulli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, nisi prius à propriis dominis legitimã libertatem cõsequãtur: cuius [i]

a ¶ *Ceciderit.*] ita sit seruus sicut prius, nisi sit presbyter, vel diaconus, vt j. eod. ex antiquis. Sed numquid gaudebit talis priuilegio clericali quantum ad canonem, si quis suadente. 17. q. 4. arg. q non, extra de foro compe. cap. 2. & 17. q. 4 si quis deinceps. arg eo tra. ff. de decu. l. 6. Ad hoc dico, q iste in omnibus caret priuilegio clericali, præterquam in eo solo, q non pot verberari sine sacrilegio: quia illud priuilegium datum est clericis non tantum fauore ipsorũ, sed etiam odio laicorũ: vnde in odium laicorũ vtif eo, vt extra de sent. excom. contingit. & cap. vniuersitatis. sed alias accusari potest à bigamis, & iudicari à laico, licet secus sit in clerico deposito. 81. dist. dictũ. & hoc ideo est, quia iste fecit furtũ corporis sui: & C. de seru. fug. l. 1. Item numquid potest contrahere matrimoniũ? Non, qa noluit, quod facere potuit. extra de conuer. cõiug. quidam. Ioan. Non credo excommunicatũ q depositum percutit, cum sit priuatus omni dignitate, & priuilegio quod habebat. argu. ad hoc 84. dist. quilg. B.

c ¶ *Nullum obsequium*] Dicunt quidam, q obsequium, quod consistit in non faciendo, scilicet de non vocando in ius, vel quod in reuerentia consistit, vt de assurgendo, non potest patronus remittere: quia illud naturaliter debetur, vt C. de bo. lib. l. vlt. C. de in ius voc. l. 2. Sed hoc non est verum: quia super eo potest libertus transigere. ff. de cõdi. indeb. l. si non sortem. §. libertus. & bene cõcedo, q generali remissione non tollitur (vt ibi dicitur) sed speciali[3] põt. Nec tenet qd̃ est extra de ser. non ord. cap. nullus. Non enim in eo retineri põt aliquid iuris, licet sit arg ꝯ j. ea. frequẽs. in fi. to. Vel melius dic, q honesta cõditio fuit ibi apposita, quam quia nõ seruabat, degradari iubetur in illa decreta nullus. Bar.

Patronus quę iura potest libertis remittere.

Ve est rõ quia ista priuilegia data sunt, & in sui fauorẽ quilibet renuntiare põt. & quibus fecit indignũ. arg. C. de pac. l. si quis. Ioan. de Fant.

libertatis charta ante ordinationem in ambone publice legatur; & si nullus contradixerit, rite consecrabuntur. Porro seruus non canonice consecratus, postquam de gradu ceciderit[a], eius conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

a ¶ Concilio Triburiensi.] *Huius capitis in conc. Tribur. c. 29. sententia potius habetur, quàm verba, quæ aliqua ex parte videntur conuenire cum iis, quæ scribuntur primo libro capitularium, c. 88. de ordinatione seruorum. vers. & quandocumque.*

[*Ex concilio Cartaginensi*[β] *primo, c. 8.*]

PALEA. C. III.

MAgnus episcopus Astiagensis dixit, quid dilectioni vestræ videtur, procuratores, actores, & executores, seu curatores pupillorũ si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: si post deposita vniuersa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus; debent & cum laude, cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo sine cõsideratione fuerint ordinati; ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt, recte omnia statuit sanctitas tua; ideoque ita est, & nostra ista quoque sententia.

Extra de oblig. ad ratioc. nõ ordin. c. magnus. Burch. l. 2. c. 36. Iuo p. 6. c. 137.

β ¶ Carthag.] *In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatum vero est ex Burchardo, Iuone, decretal. in c. vni. de oblig. ad ratioc.*

γ Ecclesia infamatur. *Sic emendatum est ex concilio, & decretal. & Burchardo, & Iuone. Antea legebatur,* ab ecclesia infirmentur.

Item ex concilio Toletano nono, cap. xi.

¶ Post donum libertatis famuli ecclesiæ reuocentur in clerum. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 373.

QVi ex familijs[†] ecclesiæ seruituri deuocantur in clerum ab episcopis suis, necesse est, vt libertatis percipiant donum: & si honestæ vitæ claruerint meritis; tunc demum maioribus fungantur officijs. Quos vero flagitij sordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua seruitus conditionis religet[b] in catenam.

† al. famulis

Qui autem ordinandi, à dominis suis libertatem consequuntur, ab eorum patrocinio penitus debent esse alieni, vt in nullo eorum obsequijs inueniantur obnoxij.

Vnde in concilio Toletano quarto, cap. 72. legitur.

¶ Ad clericatum suscipiuntur qui nullo obsequio retento à Dominis suis libertatem percipiunt. C. V.

Polyc. l. 2. ti. 31. Burc. l. 2. c. 25. Iuo p. 6. c. 126. Pann. l. 3. c. 46.

QVicumque libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibi in eis obsequium[c] patronus retentet; isti si sine crimine[†] sunt; ad clericatus ordinem liberi suscipiantur: quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio, manumissi sunt; pro eo, quòd adhuc patroni seruituti tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi; ne, quando voluerint eorum Domini, fiant ex clericis[d] serui.

† *crimine capitali*] orig.

Capit. l. 1. c. 88.

[*Ex concilio Toletano*[γ], *82. cap.*]

PALEA. C. VI.

Extra de seru. nõ ordi. c. 2. Burc. l. 2. c. 31. Iuo p. 6. c. 132. Pãn. l. 3. c. 163.

DE seruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos promouentur[†], placuit omnibus cum sacris canonibus concordari debere: & statutum est, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promouere præsumat; nisi prius à dominis proprijs libertatem consecuti fuerint. Et, si quilibet seruus dominum suum fu-

† *indiscrete promouebantur*] capitul.

Vi ex.] CASVS. QHoc capitulo, loquitur de seruis ecclesiarum, qui ordinari non debent, nisi prius libertatem ab episcopis consequãtur. & si honeste in clericatu vixerint, poterunt ad maiores ordines promoueri si vero ingrati extiterint, in seruitutem redigantur.

b ¶ *Religet.*] Hoc obtinet in seruis ecclesiæ tãtum, vt pp ingratitudinem reuocentur in seruitutem. 12. q. 2. octaua[2], & si presbyter sit. 12. q. 2. diaconi. sed in laicis secus. nã illi omne ius quod habent in seruo, tenentur remittere. vnde non possunt reuocare in seruitutem, nec tenet lex. C. de episcopis & cleri. seruus. vbi habes, q domino redditur seruus si deserit monasterium, per id quod habes extra de cõdi. app. ca. 2. sed si vult transire ad aliud monasterium, tunc distinguitur, vt extra de ser. non ord. eo libentius.

Serui ordinati possent quãdo que propter ingratitudinẽ in seruitutẽ reuocari.

Concor. cum. in l. 2. & ... C. de h. & posth. & in Auth. vt cum. de ap. cog. §. aliud quoq; coll. 8. & Specu. in tit. de iurisd. om. iud. §.

QVI AVTEM. CASVS. Dicitur in hoc §. q illi serui qui promoueri debent, à dominis suis plenã debent consequi libertatem, ita q ipsi in nullo teneantur suis dominis obnoxij.

QVicumque. CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, q illi liberti ordinentur qui à dominis suis directa manumissione sunt liberati, ita q nullũ in eis obsequiũ dñi sui retineant, & illi sine crimine appareant. si vero in eis obsequium retineatur, ordinari non debent, ne possint secundum voluntatem dominorum in seruitutem reuocari.

3 Vt ff. de cõdi. & dem. nonnũquam. in has.

d ¶ *Ex clericis.*] quod tamen facere non possunt, nisi probata causa ingratitudinis, vt 15. q. 7. episcopus sacerdotibus.

S *i quis.*] Casvs. Dicitur hic, quod neque adscriptitius, neque originarius, neque libertus ordinari debet: nisi probatæ vitæ fuerit, & consensus patroni accesserit.

D *e rebus*] CETERVM. Casvs. Dicitur hic, quod si serui sine libertate ad ecclesiasticos honores irrepserint, presbyter amis

a ¶ *Ceterum si.*] Hic agitur quid iuris sit, si seruus ordinatur non adepta libertate. Vnde not. quod si sciente, & contradicente domino ordinatur, reuocatur in seruitutem, etiam si sacerdos factus sit secundum quoldam, licet Hugo hoc neget [1], vt j. eod. quis aut. Si sciente, & nō contradicente domino in clerum fuerit ordinatus,

Serui sine libertate ordinati an sint in seruitutem reuocandi.

[1] Infra c. prod. de hoc extra de ser. non ord.

† *aut latitans*] capitul.

giens, aut† per litteras, aut adhibitis testibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit; decretū est, vt deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si vero auus, vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit, & ipse filius ibidem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrum seruus sit, ignotū† sit; & postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit; sancitum est, vt si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat.

† *ignorauerit*] capitul.

¶ Si vero eum catena seruitutis à castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amitiat; quia iuxta sacros canones, vilis persona manens sacerdotij dignitate fungi non potest.

a ¶ Toletano.] *Sic etiam citatur apud Burchardum. & Iuonē. In Panormia vero à vers. si qui*libet seruus. *citatur ex primo libro capitularium, ubi integrum extat hoc caput, atque etiam caput post hoc, secundum*, De rebus vero illorum.

Ex conc. Tolet. 1. c. 10.

Item ex cōcilio Martini Papæ [i. ex cap. Mart. episcopi Bracarēsis, c. 46.]

¶ Sine patroni consensu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus. C. VII.

S I quis obligatus est tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cujuslibet domus, non est ordinandus clericus: nisi probatæ vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit.

[*Ex concilio Toletano*[a] *capitulo secundo.*]

PALEA. C. VIII.

Burch. l. 2. c. 23. Iuo p. 6 c. 38.

† *al. peculio*

D E rebus vero illorum, vel peculiari†, qui à proprijs dominis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos iure promoueantur, statutum est, vt in potestate dominorum cōsistat quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an sibi retinere† voluerint.

† *vendicare*] capi.

a ¶ Toletano.] *Hac palea in capitularibus habetur coniunctæ cum palea antecedente.* De seruorum, *sed apud Burchardum, & Iuonem ex eodem Toletano separatim referuntur.*

[a] Ceterum si[a] à Dominis suis libertatem consecuti non fuerint, & ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint; presbyter peculij amissione mulctetur; diaconus vero, aut vicarium pro se præstabit, aut in seruitutem reuocabitur: ceteri vero gradus non possunt quemquam à nexu seruitutis absoluere.

† *al Martyrio*

Vnde Gelasius scribit Martino†, & Iusto episcopis.

Sensus in epist. ad episcopos p Lucaniam, &c. c. 16. Polyc. l. 2. ti. 31. Ansel l. 7. c. 29.

¶ Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium, peculij amissione mulctetur. C. IX.

E X antiquis regulis, & nouella synodali explanatione comprehensum est, personas obnoxias seruituti, cingulo cælestis militiæ non præcingi†. Sed nescio, vtrum ignorantia, an voluntate rapiamini, ita vt ex hac causa† nullus pene episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumstrepit, vt ex hac parte nihil penitus putetur constitutum. ¶ Actores siquidem illustris viri filij nostri Amandi grauiter conqueruntur homines suo iuri debitos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum concilium (quod tantorum collectione† Pontificum sub omnium saluberrimæ prouisionis assensu constat esse perfectum) huiuscemodi personæ suscipi non deberent: verum etiam si qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint[b] ignorantia faciente, suscepti: eliminati prorsus, & exuti religioso priuilegio[c] ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint admonitione compelli. Et ideo fratres charissimi, eos, quos supradicti viri actores in clericatus officio monstrauerint detineri, discussos, & obnoxios approbatos, custodito legum tramite, sine intermissione restituite: ita vt si quis iam ex his presbyter reperitur, in eodem gradu peculij[d] sui† amissione mulctatus maneat. Diaconus vero aut vicarium[e] præstet, aut si non habuerit, ip-

† *al. culpa*

Iuo p 6. c. 351. Pann. l. 3. c. 164.

† *al. collatione*

† *al. sui sola*

¶ Adde an omisso domini serui tio possit religionem ingredi. not. in Auth. de mo. §. ad asc. coll. .. in glo. in verb. nec seru^t. l. sum. 19. q. 2.

ex hoc ipse liber fit, & ingenuus, vt j. eo. si seruus. secūdo. Si autē Domino nesciente, distinguitur: aut epo sciente, aut ignorāte. Si scēte episcopo, vel eo qui præsentat ipsum ordinetur, duplū restituet domino episcopus vel præsentans. j. eod. si seruus absente. Si vero episcopo & præsentatore ignorante, tunc locum habet hoc cap. prox. infra.

E *X antiquis.*] Casvs. Quidam episcopus seruos Amandi eo inscio, & ignorante ordinauit quosdam in clericos, quosdam in diaconos, quos idem Amandus in seruitutē reuocare volebat: & hæc quæstio delata est ad sedem Apostolicam. quare Dominus Papa committit causam illa duobus episcopis, scilicet Martino, & Iusto, redarguendo episcopos qui tales ordinant contra canones, & concilia, cum ex hoc plurimæ quæstiones ad sedem Apostolicam deferantur. Postea præcipit eis, vt si præfati Amandi procuratores probauerint aliquos de seruis suis non canonice promotos, sub hac forma procedant, vt si presbyter est, amissione peculij mulctetur, & in suo remaneat ordine. Diaconus vero det vicariū, vel reuocetur in seruitutem: ceteri vero reddantur domino, & nulla gaudebunt defensione.

b ¶ *Ante fuerint*] arguitur constitutionem extendi ad præterita[2], 3. q. 4. omnes. & 10. q. 1. hic quidam. arg. contra. extra de constitutio. cognoscentes[3].

c ¶ *Religioso priuilegio.*] ergo videtur, quod auferatur eis priuilegium clericale. de hoc argu. 84. dist. quisquis.

d ¶ *Peculij.*] sed nonne peculiū domini est? 13. q. 2. illud. quæ ergo est hæc pœna? Dic, peculij, id est, rerum quas post sacerdotium est lucratus, vel forte habuit vsum peculij, & ille auferetur ei.

e ¶ *Aut vicarium.*] sed vnde dabit, cum nihil habeat? Sed dic, quod suum videtur esse quod inuenitur apud ipsum, & lucratur conniuentibus oculis domini. ff. de ma. l. 3. Dominus enim recipiendo rem a seruo, ipsius videtur

[2] Adde an sc gl. ad hac. not. in l. sabemus. C. de sct. vbi vide not in addi. c. fi. de consti. sec. est & Par. l. l. legem. C. de legibus.

[3] De hoc not. K. eod. c. 2. ... facit. L. c. o. dist. vt constituerunt. in prin. & ... eodem. A. ...

amissione peculij mulctetur, diaconus det vicariū, vel in seruitutē reuocetur. Ceteri vero ab illis in seruitute non reuocentur, quod probat seq. capitul. Et est iste secundus articulus huius distinctionis.

tur approbare dationē, vt C. de cōdictioni. ob turpem causam. l. vltima. similiter seruus reipublicæ com manumittitur, dabit vicarium pro se, vt C. de seru. reipub. ma. l. 1.

¶ *Vicarium.*] arg. q quis dando vicarium liberat se. sic 36. q. 1. de raptoribus. Sed quid si ad p̄sens non pōt habere vicarium, numquid postea dādo pretiū liberat se? Satis credo, q sic. ar. C. d̄ patri. qui fil. distra. l. secūda.

F *Requens.*] CASVS. Sabin⁹ Marcellianēsis vrbis ep̄s ordinauit duos seruos Placidæ, s. Antiochum in presbyterū, & Leontiū in clericum. Conquesta est Placida Papæ per suos procuratores. Papa vero reprehendendo eos qui talia faciunt, committit causā tribus episcopis, s. Herculentio Stephano, & Iusto, sub hac forma, vt Leōtium omnino dominæ suæ reddant, si iuste non poterant refragari: Antiochū vero, qui iam gaudet sacerdotij prærogatiua, si domina vult eū in sua ecclesia collocare, habeat illum non velut seruum, sed pro ministeriorū celebratione susceptum.

a ¶ *Actores.*] id est, procuratores. & sic in causa liberali interuenit p̄curator, contra id 2. q. 6. si quando. Sed ibi loquit̄ de eo qui impetitur: hic de eo qui impetit. hic habes, q ciuiliter agitur, & tñ ad depositionē, sic 47. dist. qm. ꝯ regulam illam ff. de mun. & hon. rescripto. & extra de accusatio. qualiter. Sed hoc ideo est: quia aliter nō posset restitui dominis nisi deponeretur.

a ¶ *In duabus.*] Qui enim titulum habet in vna ecclesia, si recipit secundam ecclesiam vel præbendam pro titulo, perdit primam, vt extra de conces.præben.& eccle. non vacan. litteras. sed si recipit ipsam quasi beneficium, & quasi commendatam siue stipendium,tunc secus: & tunc non est canonicus secundæ præbendæ, nec cum eis potest eligere. Si quæras quare canon iste permittit episcopo dispensare in ecclesiis, & non in præbendis: dico quòd æque potest dispensare in præbendis sicut in ecclesiis, dummodo sint de eodem episcopatu. Est ergo hæc veritas, quòd de iure communi non potest quis habere duas ecclesias vel præbendas in eodẽ episcopatu vel in diuersis,nisi in casibus notatis 21.q.1. in summa. Sed numquid hodie beneficium huius canonis est sublatum episcopis per illam nouam constitutionem,de multa,in titu.de præben. ex eo quòd dicitur ibi,per sedem apostolicã poterit dispensari ¶. Dico quòd non:sed tantum vaga & indiscreta dispensatio est ablata ab eis non probabilis:sicut per remotionem appellationis nõ remouetur necessaria appellatio vel probabilis,extra de appel. pastoralis.sic cum dominus prohibuit iurare,non prohibuit iuramentũ necessarium,sed temerarium,vt 22.q.1 cap.ita.sic cũ dominus prohibuit vxorem separari à viro,intelligendum est tantum de illa separatione,quæ fit sine ratione, vt 33. q. 2. quos Deus. Si obiicias, quòd punitur episcopus,qui permittit ipsum habere prius stipendium, vt ibidem dicitur extra de præben.quia in tantum.de cle.nõ resi.quia nonnulli.ergo dispensare non potest. Non sequitur: quia

eps punitur qui ordinat clericum concubinarium, vt 81. dist. qui in aliquo. & tñ cum ipso dispensare potest, sed ideo punit, q̄a indiscrete dispēsat. Ad obiectū q̄d dr ibi per sedem apostolicam: ergo nō potest per alium, non sequitur; quia eodem modo decretum dicit q̄ ordinationes epōrum faciendę sunt auctoritate apostol. 64. dist. ordinationes. & tñ pro pria auctoritate fieri possunt. Sic etiam alibi dr, q̄ quilibet presbyter potest & debet baptizare vel celebrare de licentia epi, vt 16. q. 1. cunctis. & tñ suo iure potest baptizare: sed ideo dicit hoc, q̄ eius auctoritate saltem generali debeat fieri dispēsatio. Vel dic q̄ tūc solus Papa dispensat, cum quis diuersa beneficia i diuersis episcopatibus vult habere, ppter repugnantiā quæ ex hoc prouenirer: quia nemo duobus dominis potest seruire [i], vt 21. q. 1. c. 1. Ioan. Hæc glossa nihil valet: quia Papa tātum dispensat circa plures ecclesias habentes curam animarū & plures dignitates, vt expresse dicit decre. de multa. sed circa plura beneficia simplicia non vr epo dispēsare phibitū.

Sardicen. ne hoc decerno fieret, nisi cum licentia suorum eporū alioquin irrita erit talis ordinatio. Duo sequentia cap. plana sunt, quæ fere idem dicunt cum isto.

i ¶ *Contentionibus.*] Nam communitas mater discordiæ est. ff. de leg. 2. cum pater. §. dulcissimis.

Communitas discordiæ parit.

¶ Omnino autem in duabus [a] aliquem titulari non liceat; sed vnusquisque in qua titulatus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim episcopi dispositione, vnus diuersis [b] præesse possit ecclesijs; canonicus tamen præbendarius, nisi vnius ecclesiæ, in qua conscriptus est, esse non debet. ¶ Si quæ tamen capellæ sunt, quæ suis reditibus clericos substentare non possunt; ea cura [d] ac dispositio præposito maioris ecclesiæ, cui capellæ subditæ esse videntur, immineat; & tam de possessionibus [e], quam de ecclesiasticis capellarū officijs ipse prouideat [f].

In eodem etiam concilio antiquis nouem [g] præfationibus decima addita est, quæ ita se habet [Aequum, & salutare, & te in ven. vel assumptione beatæ Mariæ collaudare, bened. & prædi. quæ, & vnigenitum tuum S. S. obumb. concep. & virginitatis gloria permanente lumen æter. mundo effudit, Iesum Christum dominum nostrum.]

DISTINCTIO LXXI.

DE clericis vero [h] non ordinandis ab episcopo alterius ciuitatis, in Sardicensi concilio, c. 18. & 19. statutum est, in quo Iannarius episcopus dixisse legitur.

¶ Clerici ab episcopo alterius ciuitatis non ordinentur. C. I.

ILlud quoque sanctitas vestra statuat, vt nulli episcopo liceat alterius ciuitatis ecclesiasticū hominē [a] solicitare, & in sua diœcesi clericū ordinare. Vniuersi dixerunt, Placet: quia ex his contentionibus [i] solent nasci discordiæ; & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat. ¶ Osius episcopus dixit. Et hoc vniuersi constituimus, vt quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius, & sine voluntate [k] ordinare, non sit rata ordinatio [l] eius. C. 19.

a ¶ Hominem.] *In concilio latino legitur:* ecclesiasticum ministrum solicitare, & in suis parochijs clericum, &c. *Infra eadē primatus. (vbi huius canonis sententia videtur referri) legitur,* vt nemo alterius plebis hominem vsurpet. *Græce autem caput istud, quod in latino decimum octauum est, non habetur.*

Item Innocentius ad Victricium Rothomagensem episcopū, epist. 2. c. 7.

¶ De eodem. C. II.

DE aliena ecclesia ordinare clericum nullus præsumat [†], nisi eius episcopus precibus exoratus [m] concedere voluerit. Pann. l. 3. c. 64. † al. vsurpet

Item ex Niceno concilio, c. 16. in fine.

¶ Qui sine episcopi consensu ordinatur, irrita sit eius ordinatio. C. III.

SI quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, in sua ecclesia ordinare, cum non habeat consensum [n] illius episcopi, a quo recessit clericus; irrita sit huiusmodi ordinatio. Burc. l. 1. c. 109. Iuo par. 5. c. 21. ex alia versione.

Item ex Concilio Chalcedonensi, c. 20.

¶ Clericus vnius ecclesiæ in alia non ordinetur. C. IIII.

CLericos in suis ecclesijs constitutos, sicut iam diffiniuimus, non liceat in alterius ciuitatis ecclesijs ordinari: sed quiescant [o] in ea, in Ans. l. 6. c. 125. & l. 7. c. 109. Iuo. p. c. 6. 361.

a ¶ *In duabus.*] Nec in se cum quis i duobus collegijs potest connumerari. ff. de col. l. 1. §. 1. nec duas militias habere. C. q. mili. nō pos. l. 5. §. in posterum. nec duos honores. ff. ad municipalē. libert'. §. pscriptio.

b ¶ *Diuersis.*] non cōuentualibus: cum enim nec canonicus in diuersis conuentualibus esse possit, ergo multo magis nec prælatus, ita q̄ sit in eis canonicus.

c ¶ *Cura.*] 12. q. 2. bonæ rei. Lau.

d ¶ *Præposito.*] Id est, epo, qui est ordinator in cunctis, vt in 3rio hic signato. 25 dist. c. 1. Vel dic pposito, id est, archidiacono. arg. extra de ver. sig. quāuis. & sic pcc illud erit ꝓrium.

e ¶ *Tam de possessionibus.*] Arg. pro capel. vt decimæ debitæ maiori ecclesiæ sic communicentur illis. Arg. contra 12. q. 1. videntes: 21. q. 1. c. 1.

f ¶ *Prouideat.*] vt dentur vni, vel simul vniantur, vt 10. q. 3. vnio. de conse. dist. 1. c. 2. & extra de præb. exposuisti.

g ¶ *Nouem.*] de consec. dist. 1. inuenimus.

DE clericis.] CASVS. Hic ponitur 71. dist. in qua ostēdit Gratianus, q̄ clericus vnius epi non est ab alio epo ordinandus, vel in ecclesia recipiendus sine licētia & litteris sui epi: alioquin irrita erit ordinatio & receptio; nisi causa hostilitatis fuerit ab ecclesia sua eiectus clericus: quia tunc dum durat hostilitas recipi potest, vt 7. q. 1. pastoralis. Io. de Fan.

h ¶ *De clericis vero.*] In hac dist. 71. ostēdit Gratianus, q̄ clericus vnius epi non est ab alio ordinandus epo, vel in aliqua ecclesia instituendus sine litteris sui epi. quod si factum fuerit, irritabitur, nisi hostilitatis causa clericus exularet. j. eod. clericos.

ILlud.] CASVS. Quidam epi ordinabant & recipiebant in suis ecclesijs aliorum eporum clericos, eis irrequisitis: unde contentiones & discordiæ nascebantur: & ideo statutum fuit in concilio

k ¶ *Et sine voluntate.*] Arg. expressum ad id q̄d dixi. 7. q. 1. placuit.

l ¶ *Ordinatio.*] nisi postea ratum haberet suus episcopus [5], vt 63. dist. Salonitanæ.

m DE aliena. ¶ *Exoratus*] Sed ōquid sufficeret ut dissimularet [4] ? Non, ut 85. dist. Florentinum. & 63. dist. litteras. ut not. j. 7. q. 1. c. placuit.

n SI quis ausus. ¶ *Consensum*] Ergo cū consensu eius poterit. C. de sacr. sanct. eccl. qui sub prætextu. & expresso consensu, nō tacito. ff. de procura. filiusfami. §. inuitus.

CLericos.] CASVS. Quæsitū fuit in Chalcedon. concilio, utrū epo liceat ordinare in sua ciuitate clericos alterius ciuitatis? Et diffinitū est q̄ non: sed unusquisq; clericus perseueret in ea ecclesia in qua ab initio consueuit: exceptis illis, q̄ causa hostilitatis & necessitatis suas ecclesias perdiderunt & ciuitates. & quicumque eps contrafecerit, excōicatus permanebit cum eo quem susceperit, donec ad suam ecclesiam reuertatur clericus.

o ¶ *Sed quiescant.*] nisi uocentur, & eligantur ad alias ecclesias. tunc enim auctoritate maiores possunt transire ad alias, ut 7. q. 1. episcopus de loco.

1 De hoc etiam no. 21. q. 1. c. 1. & idem sensit Hu. e. causa q. 1. in prin. & Gof. fre. & 1. q. extra de pbē. de multa. Archidia.

[illegible] 16. q. 1. qui [illegible] de [illegible] Arch.

5 Et ita gl. [illegible] Cōcor. [illegible] vero. & sed & [illegible] & ibi Bar. [illegible] fol. & in [illegible] tare. [illegible] officio [illegible]

4 Dicit ibi Lau. sufficere tacere vt canonici [illegible] vt prælati.

q ne-

a ¶ *Ex necessitate*] Sed pone quod presbyter amisit ecclesiã suam: episcopus ciuitatẽ suam: tamen remanet in aliqua parte sui episcopatus: numquid clericus recedet, quo voluerit sine litteris episcopi? Dicunt quidam quod non: nam adhuc prælatus remanet amissæ ecclesiæ. Alij dicunt contrarium, vt supra 7. q. 1. pastoralis. Sed verior est ratio prior:

care, etiã si eis licentiã dedisset: nisi forte licentiando eos absolueret. Vel dic quod prior desinit esse plac. ipsorũ, vt no. 7. q. 1. pastoralis.
b ¶ *Tamdiu.*] infra 21. q. 4. episcopi. Arg. 7. q. 1. c. 2. &c.

F ¶ *Raternitatem.*] Casus. In ecclesia Benafrana erat quidam diaconus nomine Gratianus: quem Fortunatus episcopus volebat in sua ecclesia ordinare: & eum propter hoc postulauit a Papa. & quia in ecclesia Benafrana non erat episcopus hostilitate faciẽte á quo peti posset diaconus ille: Papa eũ sibi sine mora concessit.

qua ab initio ministrare meruerunt: exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex necessitate[a] ad alias ecclesias migrauerũt. Si vero quicumque episcopus post definitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit; placuit sanctæ synodo, & eum, qui suscepit, & eum, qui susceptus est, tamdiu[b] excommunicatos manere, quamdiu ipse clericus reuertatur ad propriam ecclesiam.

Item Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, l. 5. ep. xi. seu c. 111.

¶ Apostolica permissione vnius ecclesiæ clericus in altera valeat ordinari. C. V.

Io. diac. l. 3. c. 10. Poly. l. 1. tit. 7. Ansl. l. 7. c. 80.

FRaternitatem tuam à nobis petisse recolimus, vt Gratianum ecclesiæ Benafranæ diaconum tuæ concederemus ecclesiæ cardinandum[a]. Et quoniam nec episcopum, cui obsecundare, nec propriam habet ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere; petitionem tuam non præuidimus differendam. Idcirco scriptis ubi præsentibus eum necessario duximus concedendum, habituro[c] licentiam[d] diaconum illum, nostra interueniente auctoritate, ecclesiæ tuæ, Deo propitio, constituere cardinalem.

a ¶ Cardinandum.] *Antea legebatur*, ordinandum. *Emendatum est ex ipsa epistola. Cardinare vero, seu cardinalem constituere, (quod est in fine huius capitis) ita videtur B. Gregorius accepisse, vt canonicam translationem significet. Nam cum tempore S. Gregorij canon sextus concilij Chalcedonensis accurate obseruaretur, vt nullo modo daretur alicui locus in ecclesia (qui nunc titulus vocatur) nisi simul ad eum locum ordinaretur; cum aliquis iam ordinatus, necessitate aliqua in aliam ecclesiam transferebatur, vt in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deseruiret; in secunda dicebatur incardinari; quod ex ipso nunc indicato loco patere potest, & ex lib. 5. epist. 14. & 2. ibi. Quod etiam in episcopis B. Gregorius faciebat, lib. 2. indict. 10. epist. 6. & epist. 25. (quod refertur infra 7. q. 1. pastoralis) & indict. 11. epist. 13. & sequenti, quod habetur infra 21. q. 1. relatio. De hoc vero Ioannes diaconus lib. 3. c. 8. & 11. & 16. Gregorium vero Ioannes vtique & facto ipso, & vocabulo in eadem notione accepto, est imitatus; quod ex aliquot manuscriptis ipsius epistolis constat.*

Item ex concilio Carthaginensi 1. c. 5.

¶ Sine litteris episcopi sui in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur. C. VI.

Burc. l. 2. c. 43. Ino p. 6. c. 144. Ansl. l. 6. c. 124. † al. primatus † ordines] orig.

PRimatus † episcopus Vegeselitanus dixit. Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris[e] episcopi sui; neque apud se retinere; nec laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eum obtineat †[f] sine conscientia eius episcopi[g], de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit. Hæc obseruantia pacem custodit: Nam & memini in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet: Sed si forte erit necessarius; petat á collega[h] suo, & per consensum habeat.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 13.

¶ Sine litteris commendatitijs clericus extra suam ecclesiam non ministret. C. VII.

Burc. l. 2. c. 139. Ansl. l. 7. c. 162. Poly. l. 4. tit. 31.

EXtraneo clerico, & lectori extra ciuitatem suam sine commendatitijs[i] litteris proprij episcopi nusquã penitus liceat ministrare.

Item ex sermone Sancti Augustini ad populum.

c ¶ *Habituro.*] absolute pone sine verbo. 63. dist. Agatho.
d ¶ *Licentiam.*] Sed numquid capitulũ dũ ecclesia vacat posset ipsum licentiare? Nõ: quia quædam alienatio est, quæ non potest fieri vacante ecclesia. 12. q. 2. si qua. de hac materia habes 24. dist. c. 1. Ioan. Sed quid si ecclesia habet visitatorẽ? Videtur quòd iste possit alienare, vt insti. de cura. § vlt. nam auctoritate metropolitani debet constitui visitator. Sed videtur contra quòd dicit lex: quia ad ea quæ solemnitatem iuris desiderãt, tutore opus est. ff. de cõsensu & auctor. præstan. l. curatorẽ. vnde non creditur, quòd fieri posset per visitatorẽ, cũ solemnitatẽ exigant. 10. q. 2. hoc ius. Ioan.

P ¶ *Rimatus.*] Casus. Episcopus Vegeselitanus interfuit in concilio Carthaginẽ, & suggessit concilio, vt statueret ne aliquis episcopus vsurparet clericum vel parochianum alterius, nec apud se retineret sine alteri episcopi licentia: eius dictum Gratus episcopus approbauit: & per concilium Sardicen. cõfirmauit, & auctorizauit. Sequens cap. patet.
c ¶ *Sine litteris.*] j. proxi. dist. ca. 2. & 3. & j. 76. dist. c. vlt. & 1. c. proxi. & j. 61. distin. Otius. & 85. distinct. Florentinum. in fin. & j. 63. distinctio. litteras.

prior: quia episcopus adhuc nõ desinit esse suus prælatus: quia nõ tantũ ratione beneficij, sed etiã ratione ordinis est prælatus suus. Alij dicunt in pendenti esse vtrum sit prælatus. nã si postea liberaẽ ecclesia, remanet ecclesiæ prælatus. alias nõ. 7. q. 1. pastoralis. Et arguitur ad hoc extra de cleri. non residẽ. fraternitati. Item pone quod eps dat ei licentiam transeundi ad aliũ episcopatũ sub ea conditione, vt si redierit prior ecclesia ad libertatẽ, redeat ad eã. nũquid eps interim est prælatus eius? Sic: non tñ potest eũ excõmunicare, nisi forte ecclesia liberata nõ velit redire. licet eum interim sit eius prælatus, ligatã tamen habet executionẽ. Item si ad aliã ecclesiam vellet eũ reuocare, nõ posset nisi ad suam, ex quo ei licentiã dedit: nisi ei sub hac conditione licentiã dedisset, vt posset eũ quandocumque vellet reuocare. Itẽ si totus epatus occupatus est a Saracenis: numquid remanent clerici illius epi, cum omnes sint in episcopatu alterius? Dico quod remanent, sed non habet iurisdictionẽ liberã in eos. Itẽ numquid possunt eos vicini episcopi recipere sine litteris eius? Sic: ipse tamen si epatus eius esset liberatus, posset eos reuo

e ¶ *Sine litteris.*] crederem tamen & testes sufficere. C. de fi. instr. in exercendis. &. extra de cler. pere. tum. Lau.
f ¶ *Obtineat.*] Sed nonne extraneus episcopus potest ordinare laicum de alterius episcopatu, cũ laicus possit transferre domiciliũ quo voluerit? Dico quod sic: sed domicilio non translato non põt eũ ordinare. sicut nec alia sacramenta ab extraneo recipere posset, vt de pœ. dist. 6. placuit. de conse. dist. 2. tribus. nec peregrinari potest laicus sine licentia episcopi de consec. dist. 5. non oportet.
g ¶ *Eius episcopi.*] sic C. de offi. ma. mi. milites. vbi dicitur, quod sine licentia imperatoris, &c.
h ¶ *A collega suo.*] Sed pone quod eum concedat: vbi dicitur iste habere domicilium? Dic quod si vtrumque beneficiũ retinet, vtrobique, ff. ad munici. l. Labeo. & l. assumptio. § vlt. in prudentibus.
i E ¶ *Xtraneo clerico*] ¶ *Commendatitijs.*] j. de conse. dist. 5. tribus. extra de cleri. peregri. c. 1. & 4. q. vlt. c. vlt. & 19. q. 2. duæ. & C. de episco. & cle. si qua.

Capitulũ nõ potest licentiare clericũ sede vacante.

Laicus an possit ordinari à non suo episcopo.

Horta-

H Ortamur.] Casus. In hoc cap. monet Augu. patronos, ne aliquem clericum in suis ecclesijs eligant, nisi fuerit ordinatus ab episcopo, in cuius diœcesi sita est ecclesia: vel nisi recipiatur ab eo per litteras commendatitias. Sequens cap. patet per se.

a ¶ Veniens.] Hoc verum est, cum ille qui clericum præsentat, laicus est: quia quandiu idoneus est in suo episcopatu, nõ præsentabit extraneũ. ex quo enim vndecunque possit præsentare, vt j. 16. q. 2. si quis episcoporum.

berat, incidit in canonem. 17. q. 4. si quis suadente.

h Placuit.] ¶ Eligitur.] Argu. ex electione ius acquiri. quidam tamen dicunt contrarium & exponũt semel, id est perfecte ita q̃ confirmatus sit. arg. extra de offi. de leg. in litteris. & etiã si nondum est translatus, vt est arg. ff. de dona. qui saxum.

Quo-

De eodem. C. VIII.

HOrtamur christianitatem vestram juxta sanctorum canonum instituta, vt in ecclesijs à vobis fundatis aliunde veniens presbyter non suscipiatur; nisi à vestræ fuerit ecclesiæ consecratus episcopo, aut ab eo per commendatitias litteras suscipiatur. Burc. l. 3. c. 30. Iuo p. 16. c. 31.

Item ex concilio Antiocheno, c. 7.

¶ Absque formata clerici peregrini non suscipiantur. C. IX.

NVllum[b] absque formata[a], quam Græci epistolam dicunt, peregrinorum clericorum suscipi oportet.

a ¶ Formata.] *Græce est* μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων, *quod Dionysius vertit.* nullus peregrinorum sine pacificis, idest commendatitijs suscipiatur epistolis. *atque ita Burc. & Ivo habent.*

DISTINCTIO LXXII.

D*Imissorias vero litteras episcopus nisi rogatus, non tribuat: sicut statutum est in synodo habita Romæ. Vnde Leo Papa ait,*

¶ Nisi eodem petente, nulli dimissoriæ litteræ præstentur. C. I.

EPiscopus[d] subiecto sibi sacerdoti, vel alij clerico, nisi ab ipso postulatus[e], dimissorias non faciat; ne ouis quasi perdita, aut errans inueniatur. Ansl. 6. c. 122.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 21.

¶ De eodem. C. II.

CLericum[f] alienum, nisi concedente eius episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum[g] autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & ostiarij retinent†. Burch. l. 2. c. 42. Iuo p. 6. c. 14. † al. retineant † al. teneantur

Item ex concilio Mileuitano, c. 15.

¶ In vna ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur †. C. III.

PLacuit[h], vt quicumque in vna ecclesia vel semel eligitur[a]; ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur. Conc. Africanũ c. 57.

a ¶ Eligitur.] *In concilio Mileuitano est* vel semel legerit, *itemque in concilio Carthaginensi Græco, c. 9.* ἅπαξ ἀναγνῶ, *in Africano autem, c. 57* vel semel suscepto officio legerit.

DISTINCTIO LXXIII.

Q*Valiter vero commendatitia, vel dimissoria, seu formata epistola facienda sit, videndum est. Debent namque littera græca interponi in ea epistola, & nõ sine causa. Græca enim elementa litterarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter græci sermonis notitiã habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos latinus formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur; hoc à patribus cccxviij. Nicææ congregatis saluberrime inuentũ est, & constitutum; vt formata epistola hanc calculationis, seu supputationis habeant rationem: idest, vt assumantur in supputationem prima græca elemẽta patris, & filij, & spiritus sancti, hoc est* π, υ, α: *quæ elementa octogenarium, & quadringentesimum, & primum significant numerum. Petri quoque Apostoli prima littera, idest,* π, *qua numerũ octoginta significat: eius quoque, qui scribit, episcopi† prima littera; cui scribitur, secunda littera; accipientis, tertia littera; ciuitatis quoque, de qua scribitur, quarta, & indictionis, quæcumque est illius† temporis, numerus assumatur. Atque ita his omnibus græcis litteris, quæ, vt diximus, numeros expri-* Ex Attico ad finẽ concilij Chalcedonensis. Ansl. l. 6. c. 122. Iuo p. 6. c. 433. † al. epistolam † al. id.

Gloss (left column):

laicus est: quia quandiu idoneus est in suo episcopatu, nõ præsentabit extraneũ. ex quo enim vndecunque possit præsentare, vt j. 16. q. 2. si quis episcoporum.

b N Vllum absque.] ¶ Peregrinorũ.] Clerici peregrini large possunt appellari omnes, qui non sunt de episcopatu ordinãtis: siue sint clerici, siue laici: quia nulli tal. si debẽt recipi ab aliquo epo ad dignitatem, vel ordinẽ, vel alia sacramẽta ecclesiastica s. ead. dist. per totum. & specialiter. eod. tit. primates. & hoc extra de cle. peregri. c. 2. & 3. Et q̃ omnes tales dicanĩ peregrini & extranei, est arg. 3. q. 6. peregrina. 6. q. 3. c. 1. & 2. ignoti dicuntur quorum origo, vita, & singularitas sũt ignota episcopo, non distincto, sint de coĩ episcopatu, vel alio. 24. dist. quando 40. distin. quiescamus. versic. si enim in clero, &c. Ar. 2. q. 7. quærendũ. ver. quorum vita, secundũ Ra. & Gof.

D Imissorias.] Casus. Supra in proxi. dist. dictũ est, q clericus alienus sine litteris dimissorijs vel commendatitijs sui episcopi, & sine eius licentia recipi non debet: ideo supponit hãc 72. dist. in qua ostendit, q clerico non debet pater licentia sine litteris dimissorijs: quas episcopus non debet dare nisi rogatus. Et casus omnes plani sunt.

c ¶ Dimissorias.] Hic depingitur 72. distin. Dixerat supra magister, clericum sine commendatitijs litteris sui episcopi non esse recipiendum. nunc ostendit, q̃ episcopus nõ debet eas dare nisi instanter rogatus.

d E piscopus.] ¶ Nisi ab ipso] scilicet qui eã habere desiderat & postulat: sicut cũ quis transit in familiam alterius, vt ff. de adop. l. 2. sic s. 70. dist. c. 2.

e ¶ Postulatus.] Sunt enim quædam quæ nõ conceduntur nisi cũ instantia, vt pallium. 100. dist. prisca. & apostoli. 2. q. 6. post appellationem. bene accedit ad hoc quia qui præest, parcissime debet commeatum dare. ff. de re milit. officium.

f C Lericum.] Episcopo] sic C. de emancip. iubemus.

g ¶ Clericorum autem.] j. dist. 21. cleros. ergo & qui eos ver-

Q Valiter] Casus. Hic intitulatur 73. distin. quæ in scholis non legitur: quia ea quæ ibi continentur, in desuetudinem abierunt: nec modo locũ habent: ibi enim continetur qualiter & quibus litteris vel græcis vel latinis formatæ debent fieri: sed nunc non sic fiunt: & ideo quia in ea nulla vel modica vtilitas continetur, ideo membranas occupare non debet. 19. dist. §. Romanorum.

Marginal notes (left):

Clerici de diœcesi .... [illegible]

Q̃ non extra de ... [illegible] per lo. per ... appellabantur ... & ... Hug. & Ioan. de fan.

Cõcedenda sunt quædã cum instantia.

Marginal notes (right):

Quidã dicunt non ... & ... tra ... Ioan. intellige hoc ... equidẽ ... [illegible]

Quo-

munt, in vnum ductis, vnam, quacumque fuerit collectis, summam epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expresse †. *Addat praeterea separatim in epistola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui secundum graeca elementa significat ἀμήν.*

†al. expressam

¶ Exemplar formatae epistolae, quae in Nicena synodo à CCCXVIII. Patribus facta est. C. I.

Burc. l. 2. c. 227. Iuo p. 6. c. 434. simile quiddam multoque magis, c. 435. Matth. 10. Rom. 12.

IN nomine patris. π & filij. υ. & spiritus sancti. α. π. Vualterio Spirensi episcopo. Ego Burchardus sanctae Vuormaciensis ecclesiae deuotus, gregis Christi famulus, in Deo vero summae felicitatis beatitudinem. Cum sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta Euangelica; quae dicunt [Qui recipit prophetã in nomine prophetae, accipiet mercedem prophetae: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, &c.] & Apostolus iubeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus sanctorum virorum communicare; tamẽ propter eos, qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti; & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint, sua malitia faciente, fugitiui; & dicunt se esse ministerio sacro insertos, cum non sint; statutum est à sanctis patribus, neminem clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo episcopo, & inthronizari in sua ecclesia; nisi habeat à proprio episcopo epistolam, quae in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus fraternitati † vestrae; quòd praesens frater noster harum litterarum portitor nomine Hermannus † non pro sua nequitia expulsus est a nobis; sed postulantibus fratribus, eo quòd ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in † cornu altaris canonice; & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. Cui etiam has dimissorias, siue commẽdatitias litteras facimus; & eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus; vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine, & defensione consistere valeat. Ego, inquam, Burchardus humilis episcopus in nomine patris, † & filij, & spiritus sancti, & in vnitate sanctę ecclesiae, in qua Petro datum est ius ligandi, atque soluendi, absoluo Hermannum presbyterum de ciuitate Vuormaciensi indictione x. & licentiam do vobis inthronizandi eũ in quacũq; ecclesia vultis vestrae parochiae. ¶ Hanc ergo epistolam graecis litteris hincinde munire decreuimus, & annulo nostrae ecclesiae firmare censuimus. Fraternitatem vestram Christus nobis incolumem conseruet [a]. π. υ. α. π. β. ι. ζ. ξ. ἀμήν. Data Vuormaciae Idibus Martij, anno Dominicae incarnationis, MXII. Indictione X.

†al. paternitati
† Hermannus] Bur.
†al. à
†al. patris π. & filij υ. & spiritus sancti α.
Iuo p. 6. c. 434. simile.

a ¶ Conseruet.] *In hoc & sequenti capite ea tantum sunt emendata, quae exemplarium auxilio restitui poterant. Ceterum quae hoc loco sequuntur, etiam apud Burchardum sunt deprauata. Facile autem restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis. Quibus quidem regulis optime respondet exemplum ab Iuone allatũ par. 6. c. 43, si litterae in extremo 434. capitis posita, ponantur loco earum quae in ipso 435. afferuntur. Addita enim illis dictione, ἀμήν, resultat numerus ibi notatus, idest IƆCCLXXVIII. Bene etiam procedat exẽplum cap. 434. si vbi nũc summa est 1539 fiat 1439. satis sit locum indicasse.*

¶ Incipit epistola formata a CCCXVIII. episcopis, & ab Attico Constantinopolitanae vrbis episcopo edita. C. II.

Ans. l. 6. c. 131.

SAnctissimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectẽdo. A. illius ciuitatis episcopo, υ. illius ecclesiae praesul perpetuae beatitudinis optat in Christo salutem π. υ. α. π. De cetero nouerit sancta fraternitas vestra, quod iste clericus Hermannus nomine, nostra in parochia instructus, ac detonsus paruitatem nostram rogauit; quatenus illi commendatitias litteras conscriberemus; quibus vestrae celsitudini commendatus, sub tuitione vestri regiminis degere posset: cuius voluntati consentientes, secundum canonicã auctoritatem litteras ei dimissorias dedimus; per quas & ipsi concedimus, vt sub vestro magisterio diuinae seruituti insistens suae deseruiat vtilitati; & vobis licentiam tribuimus, vt, si dignum eum iudicaueritis, ad sacros ordines promoueatis. Commendatum ergo eum curae vestrae suscipite; & nostris ex partibus absolutũ in vestrarum ouium numero custodite. Quas litteras, vt vigore veritatis firmatae, indubitanter à vobis suscipiantur; litteris graecis, vt canonica docet auctoritas, confirmare sategimus. Sancta Trinitas vestram beatitudinem ad regimen sanctae suae ecclesiae perpetualiter bene valere concedat, ἀμήν; vel sic, § ϑ. (quę eamdem summã exprimunt) indictione x. Continet haec formata epistola summam numeri M.CCCXV. † Y. graecam in nomine illius primam ponimus; quia gręci eam in quibusdam locis pro, u, consonante ponunt; sicut est Δαυίδ & εὐαγγέλιον.

†al. m. cc. xxv.

a ¶ Ab Attico.] *Antea legebatur*, abbatibus. *Restitutus est locus ex coniectura (quod perraro factum est) quoniam euidenti ratione nitebatur.*

β ¶ ἀμήν, vel sic. § ϑ.] *Addita sunt haec ex aliquot vetustis exemplaribus, & vtrisque istis notis idem numerus nonagesimus nonus significatur. In codicibus vero impressis vel nihil erat; vel dictio, amen, latine scripta; in qua nulla est numeri significatio.*

Varitur] Haec dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima probat magister, q clerici nõ sũt ad ordines compellendi. Secunda ibi, Sane. Tertia ibi, Verum Ioa. de Fant.

CASVS. Supra in pluribus locis facta est mẽtio de promotione clericorũ. Sed quia clerici quandoque nolũt promoueri: ideo Grat. annectit hanc 74. dist. in qua quaeritur, an aliqs inuitus sit promouẽdus. Et hoc ordine pcedit. Primo pbat, q clerici inuiti promoueri non debẽt p duo prima c. postea probat contrarium: deinde solutionẽ dat. ĩ c. ea. § verum.

a ¶ Quaeritur.] Hic depingitur 74. dist. in qua quaeritur, an quis inuitus sit ordinandus: & praecise continetur in quibusdã ca. q non, in quibusdã q sic, vt scilicet de nolentibus hãt volentes. cũ ergo nec aliquis vult promoueri, nec necessitas vel vtilitas ecclesiae exigãt: nõ est cogẽdus, vt itra eo. cap

DISTINCTIO LXXIIII.

†al. ordinari

QVaritur [a] *de his, qui ab episcopis suis promoueri* † *contemnunt, an inuiti sint sublimandi, an non. De his ita statutum inuenitur in concilio Aurelianensi 3. c. 7.*

Ordinandus est qui inuitus fit... denique valuit... aut nominata...

cap. 1. & 2. si autẽ necessitas ecclesiæ hoc exigit, cogitur, iuxta illud qđ habes ꝑ. e. c. 3. & 4 & 23. q. 4. displicet. si autem exigat vtilitas ecclesiæ, tunc debet cogi iuxta ad quod habes. ꝑ. ea c. vlt. Hæc tamen distinctio videtur reprobari ꝑ. eo. ca. episcoporum. & extra de ætà. & quali. ordi. quæris. & ideo dici potest omnia hæc referendo ad arbitrium iudicis. Præterea quando dices quod vtilitas sit, & nõ necessitas? Tunc dico vtilitatem esse tantũ cum ecclesia idiget promotione aliquorũ qui nolũt promoueri, & tamẽ alii qui sunt in eadem ecclesia q promoueri possunt, vt ꝑ. eo. c. vlt. Tũc autem dico necessitatẽ esse, quando ecclesia indiget promotione aliquorũ: nec alij sunt in ecclesia qui digne possunt promoueri, vt ꝑ. eod. cap. 4. Si vis distinguere secundum distinctio. H. scilicet quis sit promouendus: dic quod promouendus ad dignitatem cogitur per subtractionem beneficiorum. Alij dicunt, quòd per attractionẽ etiam corporis ad ordines, vt ꝑ. 1. quæst. 6. cap. vlti. & quæst. 1. in scripturis. 23. quæst. 4. displicet. si tamen fit semper inuitus, non cogitur. 20. q. 3. præsens. ꝑ. eo. c. vbi. Inuitus enim non sunt dandi honores. ff. de decur. l. 2 & 3. §. vlti. Sed promouendus ad ordines, vel honores suadente vtilitate, tantum cogitur secundũ quod habes ꝑ. e. ca. vlt. s. quòd maiores sunt pluribus beneficijs honorandi, vt sibi dicetur. Necessitate cogente cogitur suspensione ab officio. ꝑ. ead. si qui. & cap. placuit. in quo intelligo & priuationem beneficij. regulariter enim vno subtracto & reliquum est subtractum, vt 81. dist. si quis amodo. Credo tamen quòd debeat præcedere suspensio ab officio, quasi quædam excommunicatio: quam si contemnit, sequitur beneficij subtractio, vt 60. dist. innouamus. 23 quæst. 4 c. forte. Si vero nec necessitas nec vtilitas exigit, non est cogendus: & si episcopus eum cogat, videtur causa odij & ingratitudinis eum cogere. ꝑ. c. episcopus. & c. gesta. Quidam tamen volunt remouere distinctionem de necessitate & vtilitate, arg. ꝑ. e. episcoporum. & dicunt quod diuersi canones diuersas pœnas imponunt nolentibus promoueri: & est in arbitrio episcopi quam imponat. Aliter tamen soluitur hæc contrarietas extra de æta. & quali. quæris. Ioan. Quicquid dicat Ioan. decre. illa, quæris. dicit quòd cogi possunt, si vtilitas vel necessitas exigat, per subtractionem officij & beneficij. & tunc dico vtilitatem esse ecclesiæ, cum ille qui promoueri petitur, vtilior est in officio quàm alter qui iam est promotus: & vtile est plures esse in ecclesia in eodem officio. Necessitas est cum iam promotus non sufficit: vel non est aliquis promotus. B.

Vbi de hoc in glo. ...

demque tempore in sacerdotem promouit: & ab archidiaconatu remouit. Quod cum significatum esset Grego. & cum deprehenderet quòd hoc malo zelo factum fuisset, reprehendit episcopum, dicens quòd sicut nemo compellitur promoueri inuitus, ita aliquis ab ordine non debet eijci sine culpa.

Indignus minoribus ad maiora non promouetur.

¶ Annuæ suspensioni subiaceat episcopus, qui inuitum ordinare præsumit. C. I.

EPiscopus, qui inuitum a, aut reclamantem b præsumpserit ordinare, annuali pænitentiæ subditus Missas facere non præsumat c.

Item Gregorius Natali episcopo Salonitano, in primo lib. reg. epist. 19.

¶ Nullus promoueatur inuitus. C. II.

GEsta d, quæ nobis in concilij vestri confecta secretario e direxistis, in quibus archidiaconus Honoratus addicitur †, plena esse cognouimus semine iurgiorum: cum vno eodemque tempore vna persona f nolens ad sacerdotij ordinem prouehitur, quæ g tamquam immerita à diaconatus officio remouetur. Et sicut iustum est, vt nemo crescere h compellatur inuitus, ita censendum puto similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deijciatur iniuste.

Poly. l. 2. tit. 33. Iuo p. 6. c. 379. † al. adducitur

Contra inuenitur in conc. Carthag. c. 31.

In codice canonum.

¶ Qui ab episcopis suis promoueri contemnunt, à locis suis deijciantur. C. III.

SI a qui clerici ab episcopis suis promoueri contempserint, nec illic maneant, vnde recedere i noluerunt.

Iuo par. 6. c. 42.

a ¶ Si qui.] *Verba huius capitis sunt titulus sequentis capitis, Placuit. qui est proprius canon trigesimus primus concilij Carthaginensis in codice canonum, & apud Græcos.*

¶ De eodem. C. IIII.

PLacuit, vt quicumque clerici, vel diaconi pro a necessitatibus ecclesiasticarum † rerum non obtemperauerint episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere; nec illic ministrent in suo gradu, vnde noluerunt recedere.

Burc. l. 2. c. 178. Iuo par. 6. c. 42. Ansl. l. 6. c. 103. † ecclesiarum non obtemperauerint

a ¶ Pro necessitatibus] *græce est:* διά τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν. *id est*, ob quasdam cogentes caussas suarum ecclesiarum.

Item ex concilio Agathensi, c. 23.

Honores nõ alis inuitis dandi.

Officio subtracto subtrahi debet beneficium.

E ¶ Piscopus.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd episcopus non debet promouere aliquem inuitum vel reclamantem: quod si fecerit, à celebratione Missarum suspensus, annuæ pænitentiæ subiacebit.

a ¶ Qui inuitum.] aliquo indicio alio quàm voce voluntatẽ ostẽdẽte.

b ¶ Aut reclamantem.] voce vel signo. 50 di. si quis diaconus. quamuis enim esset inuitus: si nec voce nec aliquo indicio reclamaret, præsumeretur voluntarius. 14. di. c. si seruus. aut reclamantem signo saltem. nam & per signa ita apparet voluntas, sicut per vocem, 32. q. 5. nec solo. 20. q. 2 c. 1. & 2. Et sic no. differentiam inter inuitum & reclamantem, vt ff. de serui. vrb. præd. inuitum.

c ¶ Non præsumat.] nihilominus deponetur, vt ꝑ. eo. vbi.

Voluntas manifestatur signis & voce.

Ad idẽ extra de sp. ... in l. quisquis ... de impu. & ali. subst.

G ¶ Esta.] CASVS. Natalis episcopus cum haberet archidiaconem suum exosum nomine Honoratum, quia contradicebat sibi, ne vasa sacra parentibus largiretur: illum inuitum vno eo-

d ¶ Gesta.] Hoc cap. & c. Honoratus. loquuntur de eadẽ materia: & idem est casus vtriusque.

e ¶ Secretario.] aliter sumitur 23. dist. non oportet.

f ¶ Persona.] Argu. non debere promoueri ad maiora, qui minoribus indignus iudicatur argumen. 24. quæst. 1. miramur. & distin. 44. nulli liceat. ff. de senatuscons. qui indignus. & cui interdicitur pomeriũ, &c. ff de ter. expor. cur pacto. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. vlti.

g ¶ Quæ tamquam.] idest, & illa. Argu. quòd contraria allegans non est audiendus. 13. quæstio. 2. quàm præposterum. de consecratio. distinctio. 2. reuera. 23. quæst. 7. cap. 3. extra de appella. sollicitudinem.

Contraria allegans audiri non debet.

h ¶ Crescere.] Arg. quòd monachis vel canonicis inuitis districtior vita non possit imponi: arg. 15. q. 1. non est. & 20. q. 3. præsens. & 32. q. 1. integritas. B.

Monachis inuitis an districtior vita possit imponi. Hoc affirmatiue ponunt T. & B. extra ne cle. vel monach. relatũ. sed hoc dictum forte verũ est in clericis nõ professis. Archi.

CONTRA. CASVS. Hucusque probauit, quòd aliquis non sit promouendus inuitus, modo vult probare contrarium per quattuor sequentia cap.

S ¶ I qui.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Carthaginensi, quam pœnam debeat pati clericus, qui propter necessitatem ecclesiæ suæ ad maiores ordines recusat ascendere. Et respondet quòd debet remoueri ab officio illius ordinis, à quo recedere noluit. Idem est casus sequen. cap.

i ¶ Recedere.] Non quòd amittat quis ordines inferiores si promoueatur ad maiores: sed dicitur recedere quoad executionem solemnem: quia non ita solenniter exequitur quis inferiores ordines: vel recedit quo ad appellationẽ. Quòd recedat à priore, est ar. 37. dist. qui de mensa. 92. di. c. in sancta. Sed (vt prædixi) recedit quo ad onus, nõ quo ad honorẽ: ar. opti. ff ad muni. l. municeps. Sed quid si se dicit criminosum, est ne ei credendũ: vi. quod non: quia mota iam sibi controuersia hoc dicit: arg. extra de testi. licet. extra qui maio. accusa. poss. cũ in tua. & cap. peruenit. Sed dic ei credẽdũ. extra de æta. & quali. quæris à nobis. Similiter si se dicit insufficientẽ, audiendus est, arg. ꝑ. e. episcoporum. aliàs si nõ auditur eius excusatio, potest appellare. C. de appella. ciues. & l. qui ad ciuilia.

Onus, vnde nõ inuitumente necessitate nõ possit compelli in inferiori ministrare. Pan. c. 1. de vi. & honest. cle.

Criminosum se dicens an sit credendum.

Epis.

Episcoporum.] Casus. Quidam episcopi vel prælati præponebant clericos posteriores tempore vel ordine clericis prioribus: & ideo prohibitum fuit in concilio Agathen. ne hoc de cetero fieret, nisi in duobus casibus, scilicet si prior contemneret ordinari, vel nimis esset simplex, in quibus casibus ille minor præponeret simplex, tenebit, id est, habebit honorem & dignitatem: quia non remouebitur, sed dabitur ei coadiutor, & hoc est quod dicit, & ordinationem, id est, administrationem teneat ille, quem elegerit episcopus.

¶ Posteriores prioribus episcopi non præponant. C. V.

Episcoporum a etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat, nisi † forte superbia elatus, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere contemnat. b ¶ Sane si officium Archidiaconatus † propter simpliciorem c naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem d ecclesiæ, quem elegerit episcopus præponendum.

† al. ne] orig.

† al. Archidiaconum

¶ . Et ordinationem.] *Quamuis in recentioribus conciliorum editionibus Coloniensibus legatur, & ordinationi eccl. sia, quem elegerit episcopus, præponatur: tamen in vetere Coloniensi, duobus Parisiensibus, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis est eodem modo, atque apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni episcopo, Syracusano, lib. x1. epist. 34.

¶ In quo loco quisque ordinatus est, inuitus teneri non debet. C. VI.

Quorumdam ad nos relatione peruenit Cosmã, qui ex monacho monasterij sanctæ Luciæ a decessore vestro memorãdæ † memoriæ Maximiano in ecclesia e Syracusana factus subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate f vehementer afflictum, vt vitam sibi pœnam existimet, & contritionis † suæ fugam quærat auxilium. Et ideo g, quia tales erga subiectos nostros h debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissemus, nostros volueramus esse præpositos † magnæ benignitatis est, si eũ in ecclesiam, vbi subdiaconi est functus officio, sanctitas vestra reducere, atque illic presbyterum voluerit constituere Cardinalem. Quod & facere, quantum arbitramur, debebitis; si tamen nihil est, quod iuste cõtra ipsum animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas, vt scire possimus, insinuet.

† al. veneranda

† al. contristationis

3 *Verum illud Gregorij de his intelligendum est, qui non causa necessitatis, sed causa ingratitudinis callide ab episcopis suis promoueri quæruntur. Illud autem Carthaginensis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare episcopis suis propter necessitatem ecclesiæ volentibus eos ad altiora promouere. Hanc distinctionem ex decreto Simplicij Papæ quilibet corroborare valet, qui scribens Ioãni episcopo Rauẽnati, epist. 2. ait inter cetera.*

Poly. l. 2. tit. 33. Ansel. l. 6. c. 66. & 67. Burch. l. 1. c. 29. Iuo p. 5. c. 140.

¶ Non est aliquis inuitus ad episcopatum pertrahendus. C. VII.

Vbi ista didicisti, quæ in fratrem, & coepiscopum nostrum Gregorium non dilectione †, sed inuidia perpetrasti? quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atque vexari, vt ei honorem tantum, non per animi tranquillitatem, sed per amentiam, sicut dicen-

† al. electione

Verumdam.] Casus. Maximianus episcopus Syracusanus ordinauit i ecclesia sãctæ Luciæ Cosinã monachum in subdiaconum. Postea Ioan. fecit eum presbyterum, qui successor Maximiani fuit, & posuit eum in possessione quæ dicitur Iuliana, vbi ex loci qualitate & tristitia affligebat tantũ, vt vitã sibi pœnã existimaret: propter quod supplicauit Papæ, vt pristino loco restitueretur. Scribit ergo Papa Ioanni successori Maximiani quatenus eum in pristinum statum reducat, nisi iusta causa sit iratus contra episcopum. & si est aliqua causa culpæ præcipit fiat, vt eã sibi insinuando manifestet.

e ¶ *Syracusana*] quæ monachorum est, sicut & Cantuariensis. Et ita non est arg. hic quod monachus possit esse secularis canonicus: licet enim possit esse prælatus, tamen non potest præbendã habere, quæ priuatæ est vtilitatis. H. cõtra sentit. vt dixi 63. dist. c. 2. & 16. quæst. 7. in nona.

f ¶ *Qualitate.*] arg. quod si quis translatus est de vna ecclesia in aliã ecclesiam, & deceptus est qualitate loci restituendus est. Et ita error qualitatis dissoluit matrimonium spũale, & adde quod dixi. 23. dist. c. communis.

g ¶ *Et ideo*] vt in Authen. vt cum, de appel. cog. §. cõsiderare. coll. 8.

h ¶ *Subiectos nostros.*] sic 95. dist. c. sto. 22. q. 5. de forma.

Secundũ istã sententiam videtur quod credimus nõ sit prælatus. & sic valet contra quod la. & not. extra de ele. agr. c. 1. vbi dixit Lat. Gof. & B. quod coadiutor est prælatus ex quo habet curam animarũ, vt ibi, & cõsequẽter, vide.

Monachus non potest esse secularis canonicus.

Error qualitatis dissoluit matrimonium spirituale.

Idem dicerẽ in foro Laur. & facit pro restitutione istius arg. ff. de adop. & in pubes. c. de fa.

oetur, quem episcopus elegerit præponendum. Vel aliter. hoc capitulum duas habet partes. Prima loquitur de promouendo, in quo casu minor maiori, vel posterior priori nõ est præponendus, nisi prior obedire contemnat. Secunda pars loquitur de archidiacono iam promoto: qui si est nimis simplex, habebit tantum nomen archidiaconatus, & alius quem episcopus elegerit præponendum, habebit administrationem. Secunda pars incipit ibi, *Sane.*

a ¶ *Episcoporum.*] sic construe. Nullus episcoporum præponat posteriorem priori, quamuis posterior sit de numero eorum, &c. Et nota secundum opi. H. quod prior debet semper eligi, & de priori, vt dicit, sufficit ne malus exaltat, licet posterior melior sit, vt j. 75. dist. cap. vlt. Alij dicunt semper meliorem præferendum, etiam si posterior sit. arg. 16. dist. 6 synodus. versi. prima.

b ¶ *Sane.*] hanc literam intelligunt quidã de promouendo, & ẽt totum cap. & ita assignantur duo casus, in quibus posterior præfertur priori, scilicet cum renuit prior promoueri, vel cum est simplicior quàm esse debeat in officio ad quod eligitur, & tunc lege. ille scilicet posterior, tenebit nomẽ loci sui, id est, debito sibi priori, vel debita ratione prioritatis.

c ¶ *Propter simpliciorem*] 7. q. 1. quia. & cap. petisti. contra. s. dist. 39. Petrus. & dist. 47. de Petro.

d ¶ *Et ordinationem.*] id est, administrationem. & dicit Archid. fundandi, & ita simplicitas impedit promouendum, sed non deiicit iam promotum. Si vis intelligere de iam promoto, dic ille scilicet

Posterior si duo hoc casibus prio ri præferendus. Simplicitas pro motionem impedit.

Adde quis di cunt simplex, no. l. 1. in pal. C. de adulo. act.

VERVM. Hæc est tertia pars huius distinctio. in qua soluit & dicit, quod præcise non est quis compellendus ad aliquam dignitatem. & hoc probat tribus auctoritatibus. Io. de Fant.

Casvs. Soluit Gratianus prædictam contrarietatem, dicens quod illud capitul. gesta. intelligitur de his qui non causa necessitatis, sed causa odij volant clericos promouere. Illa vero cap. si qui. & placuit. intelliguntur de his clericis qui causa necessitatis contemnunt promoueri. Et hanc distinctionem probat sequens cap.

Vbi.] Casvs. Ioan. episcopus Rauennas consecrauit quendam Gregorium inuitum in episcopum, de quo conquestus est Papæ: quare Papa scribit archiepiscopo, & redarguit eũ super hoc, & si decetero talia fecerit, priuabit eum ordinatione Rauennatis, & Aemilien. ecclesiæ. Nam priuilegiũ meretur amittere, &c.

i ¶ *Honorem*] hic patet, quod licet quis coactus ordinetur, tamen recipit ordinem. arg. 1. q. 1. quod quidam. & 45. dist. de Iudæis. Sed si absoluta esset coactio, tunc nullum reciperet ordinem, vt extra de baptismo, maiores. Sed nunquid ille qui conditionali coactione ordinatus est, tenetur continere? videtur quod sic, vt 45. dist. de Iudæis. Item quia coacta uoluntas est voluntas, ut 15. q. 1. merito. malum secundum illos qui dicunt, quod ordini sit votum annexum, vt 27. dist. diaconus & 4. dist. cum in præterito. Dicunt quidam, quod talis teneatur continere, & licet nõ debeat quis cogi ad recipiendũ ordinem, tamẽ receptum cogitur seruare. Sed hoc non credo vbi metus talis est, qui cadit inconstantem virum, vt extra quod metus

Ordinatus coactus an ordinem recip at, & continere debeat.

Vt Lau. de hoc satis not. Goff. & Ray. † sum. summa, vt dixi 1. 45. dist. de Iudæis. † de vidua. & de not. extra de bapt. maiores. h.

tus causa, c. perlatũ & c. cum dilectus. q̃a integritas est res voti, & nõ pcepti. 33. q. 1. cap. integritas. & continentia non debet esse nisi voluntaria. vt 31. dist. c. ante triennium. & 20. q. 3. c. præsens. nec dico talem in aliquo habere priuilegium clerici: si tamen vult vti eo, potest; sed tunc continere tenetur. Secus autem in baptismo, q̃a illud est sacramentum salutis & necessitatis, ideo illud cogitur retinere, vt s. ca. de Iudæis.

T. & H. Et est arg. contra H. sententiam, quam not. 4. q. 1. in Summa. Nam si post contumaciam infamis esset, non retineret ecclesiasticam dignitatem. C. de digni. l. 2. lib. 12. extra de excess. prælato. inter.

g ¶ *Contradices.*] attende archiepiscopum à subdito excommunicari

dum est, irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilij. Nolumus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur iudicare, quod dignum est. Nam priuilegiũ meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. *& infra*† ¶ Denuntiamus autem, quòd si posthac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum, inuitum facere forte credideris; ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ, vel Æmiliensis noueris auferendas. 21. q. 3. c. priuilegium. 25. q. 2. c. denũtiamus autem.

Item Gregorius Antonino subdiacono, lib. secundo, episto. sextadecima. indictione x.

¶ De eodem. C. VIII.

HOnoratus archidiaconus ecclesiæ Salonitanæ[b] à sanctæ memoriæ decessore meo, missa supplicatione poposcerat; vt ab antistite suo inuitus prouehi ad fortioris gradus ordinem contra morem nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia, sed causa ingratitudinis[c] perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memoriæ decessor noster scriptis suis Natali fratri, coepiscopoque nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum prouheret, neve dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumque & a nobis hæc eidem summopere fuerint interdicta; nõ solum mandata Dei negligens, sed & scripta nostra contẽnens, præfatũ archidiaconum quasi ad fortiorem honorem[d] prouehens, conatus est arte callida degradare. Vnde actum est, vt eo de archidiaconatus loco summoto alium ascisceret, qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur antistiti suo alium de displicere non potuisse; nisi quòd eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam subtili volumus, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus, & nunc ego indagatione discutere; sed ipse suorum sibi actuum conscius[e], personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam præsentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conueniens in Salona, Natalem fratrem, coepiscopumque nostrum saltem tot scriptis[f] admonitum studeat adhortari; vt supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quòd si facere hoc contumaciter, vt consueuit, forte distulerit, vsum ei pallij, qui ab hac sede cõcessus est, ex auctoritate sedis Apostolicæ contradices † [g]. Quem si etiam amisso pallio adhuc[h] in eadem pertinacia perseuerare perspexeris; dominici quoque corporis, & sanguinis eumdem antistitem participatione priuabis[i].

Ansel. l. 7. c. 75.

† al. cõtradicito] orig.

Adhibenda est etiam disciplina, qua nolentes promoueri ad sacros ordines, ad obediendum episcopis suis prouocentur. In minoribus siquidem ordinibus constituti, paulatim per singulos gradus sunt prouehendi; vt contemnentes suis obedire episcopis, doleant sibi esse prælatos, quos prius habebant subiectos.

a ¶ *Inuitum.*] s. 53. q. 4. cap. displicet tibi s. s. s. q. 6. sicut is. & contra. & s. 7. quæst. 1. c. scias. C. de episco. & cler. l. si quemquam. cõtra. Sed dico, q̃ semper ab initio debet esse inuitus, vt dixi s. 8. q. 1. in scripturis. Io.

HOnoratus.] CASVS Archidiaconus Honoratus cõtradicebat episcopo Natali, ne sacra vasa consanguineis daret, propter quod vt eum callide degradaret, volebat ipsũ inuitum cõpellere ad sacerdotium, quod antecessor Gregor. prohibuit sibi per scripta ad supplicationem dicti archidiaconi: ipse vero contemnens eius prohibitionem, & etiã Gregor. Honoratum inuitũ in sacerdotem ordinauit, & ab archidiaconatu eum eiciens, alium loco eius substituit, qui suis moribus obtemperaret, pp quod Honoratus conquestus est postea Gre. Greg. vero cũ sæpe citasset Natalẽ, vt Roma ueniret, & ipse semper contemneret, cõmisit Antonino subdiacono, vt pergens in Salonam moneat episcopum Natalem, quatenus Honoratũ in archidiaconatu restituat: quod si facere contẽpserit auctoritate Apostolica primo ei vsũ pallij auferat: & si adhuc contumax fuerit, communione corporis, & sanguinis Christi priuetur.

b ¶ *Salonitana.*] infra 93. dist. miratus.

c ¶ *Sed causa ingratitudinis.*] qui alium propter odium, vel ingratitudinem nominat ad dignitatem, tenetur ei ad omne damnum quod ei inde accidit. C. si propter inimicitias creatio facta sit. l. prima, lib. 10.

d ¶ *Honorem.*] nam dicit lex, q̃ ex quo quis promouetur ad maiorem dignitatem, amittit priorem. C. de primice. l. 1. lib. 12. Et est argu. ff. ad municip. l. municeps.

e ¶ *Conscius.*] argum. q̃ qui vocatus non venit, hoc ipso videtur diffidere de causa. 11. q. 1. Christianus 3. q. 9. decernimus.

f ¶ *Tot scriptis.*] arg. hic q̃ nemo puniendus est pro prima contumacia. 92. dist. cap. vltim. & 84. dist. c. 1. sed fieri debet prout canon dicit 23. q. 4. forte quod non est verum, vt dixi 4. q. 5. quisquis. In hoc conueniunt T. Hug. & Iac. q̃ puniri debet in expensis citatus si in prima citatione nõ veniat, licet ius ei concedat trinam citationem, vt 24. q. 3. de illicita. & C. quomodo & quando iudex. Auth. qui semel. Nec dicitur antea contumax quantum ad excommunicationem, vel missionem in possessionem: puniri tamen debet in expensis si in prima citatione non venit. ff. de si quis ius dicenti non obt. l. vna. & ita in publico conuentu responderunt Ia. T. & H. ...

cari posse, & eiusdẽ cẽsuræ similitudine posse deponi illius auctoritate personæ à quo fuit destinatus, vt 2. q. 6. si episcopus. Bar.

h ¶ *Adhuc.*] argu. q̃ crescente contumacia debet crescere & pœna. ff. de inter. & releg. relegatorũ. Et iste ordo est seruandus, cum aliquis punitur pro contumacia, vt post admonitionem suspendatur, secundo excommunicetur, tertio deponatur, quarto curiæ tradatur, vt 23. q. 4. forte. in fi. 34. dist. quorumdam. Sed si pro crimine quis punitur, tunc primo deponitur, postea excommunicatur, vt 81. dist. dictum. extra de iud. cum non ab homine.

i ¶ *Priuabis.*] id est, priuatum esse ostendes. nam eoipso, quòd contumax erat, priuatus erat. vel priuabis quo ad hoc vt possit vitari ab alijs in sacramentis.

ADHIBENDA EST. CASVS Supra in c. placuit. & s. c. si qui. ostensum est qualiter in tempore necessitatis nolens promoueri sit ponendus. Nunc vero docet Gratianus, q̃ si est vtilis ecclesiæ, & non vult promoueri, qualiter prouocetur, vt episcopo suo in hoc obediat. Dicit enim q̃ minores paulatim sunt promouendi, vt contemnens promoueri, doleat minores sibi esse prælatos in ordine, & præbenda: & sic de nolente fiat volens.

Vbi & hoc plus habetur.

Contumacia primam faciat aliquem puniri.

In gl. sed obijcitur ibi vt supra propter id quod sequitur.

Arg. contra s. 24. q. 1. si qui et Potentibus. vbi de hoc.

Adde ad hoc Bar. & Bal. & Al.

Contumax quomodo puniatur.

Vbi de hoc & extra de test. cogen. cum super.

Confor. tex. in l. qui sunt ... neg. gest. & in l. Iudæos. C. de paga. sacri. & templ.

Consuluit.] Casus. Victor episcopus consuluit Gelasium quid esset sibi faciendum, cum diaconi sui pro vtilitate & necessitate ecclesiæ promoueri in sacerdotes contemnant: qui respōdet dicēs, quod inuiti cōpellendi nō sunt: sed debet acolythos & subdiaconos (si digni sunt) in presbyteros ordinare, eis maiora beneficia assi-

Tempus autem.] Hæc dist. diuiditur in quinque partes: in quarum prima dicitur, quod die Dominica & hora tertia & ieiuni debent epi consecrari quocumque tpe: & hoc probat, et c. seq. Secunda ibi, *Tempus autē*, Tertia ibi, *Ceterorū*. Quarta ibi. *Quod die*. Quinta ibi, *Ordinationes*. Ioan. de Fan.

†al. episcopo Alexandrino

Vnde Gelasius scribit Victori episcopo †.

¶ Cum maiores ordinari contempserint, de minoribus promoueantur ordinibus. C. IX.

Ans. l. 7. c. 102.
Iuo p. 6. c. 106.
Polyc. l. 2. tit. 31.

CONSULUIT dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens, quòd diaconi ad presbyterij gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere [a]) venire detrectant. Quapropter quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio, grauitasque non patitur; vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere †; si † quos habes vel in acolythis, vel subdiaconis maturiores ætate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratū studeas promouere, vt qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores †; ipsaq; commoda [b] presbyteri propensius [c], quàm diaconi consequantur: vt hac [d] saltem ratione [e] constricti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur [f], & quæstum.

† al. proficere
† al. quia scilicet si quos
Iuo par. 6. c. 43.
† al. posteriores

DISTINCTIO LXXV.

TEMPUS autem [g] consecrationis, sicut in ordine Romano habetur, ad episcopi benedictionem non eligitur [h]. Omni enim tempore [i] benedicuntur; dummodo ieiuni, & hora tertia benedictionem accipiant.

Vnde Anacletus Papa scribit ad episcopos Italiæ, epi. 2. in princ.

¶ Ordinationes episcoporum qua hora fieri debeant. C. I.

§. dist. 64. ordinationes eporum.
Burch. l. 1. c. 15.
Iuo. p. 5. c. 69.
Ans. l. 6. c. 53.
Pann. l. 3. c. 12.
Poly. l. 2. tit. 6.
De prophetis. 3. re. 19.
De Moyse exo. 29.
De regib. 1. re. 10

ORDINATIONES [k] episcoporum auctoritate [l] Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebrandæ. Qui simul conuenientes scrutinium [m] diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus [n] in sanctis Euāgeliis, quæ prædicaturi sunt, imponentes, Dominica die, hora tertia [o] orantes, sacraque vnctione, exemplo † [p] prophetarum, & regum capita co-

† al. prophetarum exēplo regū capita perungentiū, eos more, &c.

Casus. Ostēso qualiter & à quibus sit clericorum ordinatio faciēda, nūc ostēdit Gra. quo tpe sit ordinatio facienda. Et primo de ordinatione eporū, postea de ordinatione ceterorū explicat, & dicit hic quod in consecratiōe epi certū tēpus nō eligitur: dū modo in die dñica & hora tertia & ieiunātibus fiat, vt j. e. c. 1. Ceterorū vero ordinationes fiunt in certis tēporib9, vt j. e. c. vl.

g ¶ *Tempus autem.*] Hic depingit 75. dist. in qua agit magister de cōsecratione episcoporū, & de temporibus ordinationū. subiungit etiā de ordinatione aliorū clericorum. Debet aūt ordinatio episcoporū fieri hora tertia die Dominico. j. ead. ca. 1. & cap. quod die. ceterorū vero in sex partibus anni, scilicet in quattuor temporibus, & in sabbato mediæ hebdomadæ quadragesimæ, & in sabbato sancto. j. ea. c. vlt. extra de temporibus ordi. c. 3. & 63. distin. litteras.

h ¶ *Non eligitur.*] idest, non est electum, vel determinatum in canone.

assignando, vt hac ratione constricti & honorem quærant, & quæstum.

a ¶ *Indigere.*] Hoc verbum temperat H. ita quod sonat in vtilitatem, non in necessitatem. Dicitur enim quis indigere eo quod bonū & vtile est sibi habere. si enim necessitas esset, cōpelleretur per subtractionē beneficij vel officij. ī. eo. cap. 3. 4. & 5. licet sit arg. contra. ī. ea. episcoporū. extra de æta. & quali. quæris. secundò quam potes soluere canones istos. illa tamē loquitur de his qui habēt plura beneficia, prout ipsa littera dicit: & quod ibi dicit, priuabis, dic parte stipendiorum, non omnibus. Ioan. quidquid dicatur, illi decret. quæris. stabis. B.

b ¶ *Commoda*] Nā exhortatione præmiorū, &c. ff. de insti. & iur. l. 1. & 23 q. 4. c. vlt. Ioan.

c ¶ *Propensius.*] Sed quomodo hoc procedet, vbi præbendæ omnes æquales sunt? Potest dici, quòd decurtentur præbendæ coni. Vel dic consequantur spe, non re.

Presbyteri plus de iuris habēt quam diacones.

c ¶ *Propensius*] Est hic argu. de iure communi plus presbyteros quàm diacones de oblationibus & decimis debere habere: ar. 32. dist. præter hoc. quod verum est: sed de specialitate quandoque aliter fit. 1. q. 2. cap. vlti.

Additio. De hoc etiam not. 1. quæst. 2. cap. vlti. vbi videas, 16. q. 7. c. 1. Archid.

d ¶ *Vt hac.*] Hic vt, consecutiuum est. 1. quæst. 1. quisquis. si enim esset causatiuum, simoniam committeret qui propter quæstum Deo seruiret. Deo enim propter Deum seruiendum est principaliter, vt 8. quæst. 1. sunt in ecclesia. & 1. quæst. 1. non est. & si esset causatiuum, videretur eos inuitare ad inuidendum aliis. Item argu. beneficium sicut priuilegium quandoque concedi alicui odio alterius.

Deo propter Deū est seruiendum. Dic quod hoc totum ideo est quia habet respectum ad vtilitatē ecclesiæ: alias in odiū alterius nō esset priuilegiū conferendū alicui. C. de flat. & ima. l. fi. Argu. ff. ad Treb. si cum ab her. ff. de admi. tu. impuberi. §. tempus. Ioh. de Fanc.

e ¶ *Ratione.*] Graue enim videtur quòd plus detur socio quàm sibi etiam fratri. C. de bo. quæ lib. cum oportet. 1. responso. nec de eadem societate debet vnus plus quam alius consequi. ff. pro soc. verum § si cum tres nec est alicui conferendum vnde alij scrupuloso corde moueantur, vt 16. q. 7. ca. 1.

f ¶ *Nitantur*] Argu. quòd fit quandoque secundario quod principaliter fieri non potest, vt hic, & ff. de postula. l. 1. § pe. & vlti.

i ¶ *Omni enim tempore.*] idest, omni mense, vel septimana. similiter restringitur de consecra. distin. 4 omni tempore. ibi exponitur, idest, omni anno.

Additio De hoc etiam not. 31. dist. tenere. Archidia.

ORDINATIONES.] Casus. Anacletus docet in hoc cap. quòd ordinationes, idest, consecrationes episcoporum debent fieri ab omnibus comprouincialibus episcopis die Dominica, & hora tertia, sacra vnctione interueniente, exemplo prophetarū & apostolorum & Moysi. Nam Samuel inunxit Dauid. & Helisæus Iehu Regem, apostoli Iacobum, & Moyses Aaron.

k ¶ *Ordinationes.*] Casus. Ostenditur à quibus, qualiter, qua hora, qua die episcopus debeat ordinari.

l ¶ *Auctoritate.*] generalis. extra de elect. cum in cunctis. 16. quæst. 1. cunctis.

m ¶ *Scrutinium*] idest, examinationē, de qua habes dist. 23. q. epe.

n ¶ *Manus.*] Duo ponent super caput consecrandi codicem euangeliorum: tertius fundet benedictionem: alij omnes ponēt manus super caput eius, vt 23. dist. episcopus.

o ¶ *Tertia.*] Multiplex est ratio de hora tertia: quia debet tūc Missa publice celebrari, vt de cons. dist. 1. nocte sine qua Missa nō pōt consecrari: quia nec ecclesia sine Missa cōsecratur. de cōsec. dist. 1. oēs. licet quidā dicant contra, quod scilicet non sit de substantia consecrationis: quibus ego assentio [1]: quia nō est de substātia vnctio ipsa, de qua magis videtur quod sit de substātia. imo si omissa est, supplei. extra de sacra vnct. c. 1. in prin. Alij tamen dicunt omnia ista esse de substātia: ar. 23. dist. quorumdā. præter tempus, vel horam, quia quocumque tēpore ordinatur, recipit ordinem. arg. j. 77. dist. subdiaconus. extra de temp. ord. sane. nā quādoque citius, quādoque tardius Missa celebratur. Item ideo est facienda consecratio hora tertia: quia spiritus sanctus in igneis linguis hora tertia, &c. de conse. dist. 1. nocte. quorū loco succedūt epi. 21. dist. in nouo. & quia hora illa dominus est crucifixus, vt ibidē dicitur. & tali hora apostoli consecrauerunt Paulum, & Barnabam, &c. j. eod. quod die.

Eporū consecratio fit hora tertia.
Ecclesia potest sine Missa consecrari.
[1] Et bene secundam Hu. & Lau. contra hos glo. illa. de ho: plene [illegible] extra de elec. quod sunt [illegible]

p ¶ *Exemplo.*] quia Samuel inunxit Dauid & Saulem: Helisæus Iehu in regem Israel.

Samuel inunxit Dauid.

rum, more Apostolorum,& Mosis vngentes; quia omnis sanctificatio constat in spiritu sancto: cuius virtus inuisibilis, sancto chrysmati est permista: & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

Tempus autem consecrationis, trium mensium spatio clauditur: vltra quod, nisi necessitate cogente, episcoporum consecrationes post electionem differri non licet. Vnde in Chalcedonensi concilio, c. 25. legitur.

Vltra tres menses non differatur episcoporum ordinatio. C. II.

Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, negligunt creditos sibi greges, & differunt ordinationes facere episcoporum; placuit sanctæ synodo intra tres menses fieri ordinationes episcoporum; nisi forte inexcusabilis necessitas coegerit tempus ordinationis amplius protelari. Si autem * quis episcoporum hæc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi † subiacere; redditus vero eiusdem viduatæ ecclesiæ integros reseruari apud œconomum eiusdem ecclesiæ placuit.

Poly. l. 3. tit. 10. Burch. l. 1. c. 24. Ans. l. 6. c. 40. Iuo p. 5. c. 135.

† τῆς ἀναβολῆς

Si autem quis.] *Sic etiam in prisca versione. Græce est:* εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν (al. αὐτοῖς) ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ. *quæ alter interpres vertit.* Quòd si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticæ subiacebit. *De metropolitano enim loquitur.*

Ceterorum vero ordinationes non nisi in temporibus certis, & diebus, maximè sacerdotum, & leuitarum fieri debent; vespera videlicet sabbati, vel mane diei Dominicæ continuato ieiunio. Vnde Zepherinus Papa scribit ad episcopos Aegypti, epist. 2.

Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum qua hora fieri debeant. C. III.

Ordinationes presbyterorum, leuitarumque, tempore congruo, multis coram adstantibus, solenniter agite; & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum societate, & adiumento plurimum gaudeatis.

Poly. l. 2. tit. 28. Ans. l. 7. c. 43. Burc. l. 2. c. 3. Iuo par. 6. c. 23. & 47.

Item Leo episcopus Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. c. 1.

Presbyteri, & leuitæ qua hora ordinandi sunt. C. IIII.

Quod à patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatum, à vobis quoq; volumus custodiri; vt non passim diebus omnibus sacerdotalis, vel leuitica ordinatio celebretur; sed post diē sabbati eius

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 44. Iuo par. 6. c. 71.

a *More apostolorum*] qui inunxerunt Iacobū. §. 66 dist. porro.
b *Et Moysis.*] qui inunxit Aaron & filios eius. 21. dist. §. 1.
c *Sanctificatio*] idest, omnis vnctio sanctificans, & efficax est spiritu sancto. Et sic patet q̄ in collatione sacramēti cōfert gratia: & illa gratia inuisibiliter operatur. 1. q. 1. multi. & si sacramētū aliquod confertur digno, tunc corroborat virtutem priorē, vt de conse. dist. 5. nouissime. & augetur in eo gratia. de consec. dist. 4. non ex quo. Sed si sacramentū conferetur indigno, solum sacramentum recipit, & illud recipit ad suū malū: sed non recipit rem sacramēti. Hęc materia optime tractatur extra de sacra vnctio. cum venisset.
d *Chrismatis*] Et ita chrisma est sacramentum: quod concedo sic & aqua. 1. q. 1. detrahe. & c. multi.

Hæc est secūda pars dist. in qua dicitur, q̄ ecclesia episcopalis vltra tres menses vacare nō debet: & postquā electus fuerit, vsq; ad alios tres menses consecrat: interim ecclesia per œconomum gubernatur. & hoc probat per c. seq. Ioa. de Fan.

Supra dictū est quā die, & qua hora debet episcopus cōsecrari: nunc autem dicit intra quod tempus a tempore electionis & confirmationis debeat consecrari. Et dicit Gratianus q̄ intra tres menses, nisi p necessitatem differretur.

Voniam.] Duo dicuntur in hoc c. Primū est q̄ nullus archieps differat ordinationes epōrum vltra tres menses. nisi necessitas compulerit amplius protelari. Secundum est q̄ reditus viduatæ ecclesiæ debent esse in potestatē œconomi, donec eps eligatur, & confirmetur.
e *Tres.*] vsq; ad tres menses ab electio. 50. dist. postquam & vsq; ad alios tres menses cōsecratio, vt hic dicitur, & 100. dist. quoniā.
f *Necessitas.*] propter quā quandoque posset differri per totā vitam electi, maxime confirmati, vt si viuetur in corpore: ar. extra de elec. cū in cunctis. licet sit arg. contra extra de æta. & quali. c. 1. vel si non reperiret idoneus in ecclesia, vt fit in minoribus ordinibus, vt j 7. q. 1. constitutū. §. dist. 61. Osius. 28. dist. de Syracusanæ.
g *Episcoporum.*] vel metropolitanorū, vel electorū, qui epi sunt destitutione cōtra vtrosq; enim pœna est statuta 100. di. quoniā.
h *Apud œconomum*] De hac materia dixi j. 12. q. 2. illud.

Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur quòd ordinationes clericorum non debent fieri nisi congruo tempore. Ioan. de Fan.

Supra dictum est quo tempore ordinētur episcopi. Nūc verò docet Gratianus quo tēpore ceteri debeāt ordinari. Et dicit q̄ certis temporibus, scilicet sex, idest, in quatuor temporibus anni. & in sabbato sancto, & in sabbato qd est ante Dominicā de passione Domini, vt j eo. ca. vlt. Minores enim ordines possunt cōferri in die Dominica ab episcopis, vt extra de tempo ordi.

Casus, seq cap. planus est.
i *Rdinationes*] *Leuitarum*] Hoc idem in subdiacono: nisi in Papa tantū. extra de tempo. ordi. cap. 1. sed secundū hęc decreta nōdū subdiaconat⁹ erat: licet ordo ar. j. e c. pen. 60. dis. c. ii.
k *Tempore*] & in maiori eccl[illegible] ar argu. à dist. 67. reliqui. & arg. 24. dist. c. vlt. minores autem ordines, vbi, & quando libuerit potest eps conferre, vt extra ea. c. 3. & omnes [illegible] si cōsuetudo

habeat hoc in prouincia. extra de eo qui fur. or. recep. cū H. Iator.

Vod à patribus.] Quærit Dioscorus Alexandrinus patriarcha à Leone, vtrū indifferenter omnibus dieb⁹ sacri ordines possunt, vel debent conferri. Et respondet q̄ nō: sed tantū post diē sabbati, & post exordia noctis, q̄ lucescit in prima sabbati, vel in Dominica in mane cōtinuato ieiunio sabbati vsque ad diē Dominicam: in quibus, id est intra quæ tempora ieiunis, & à ieiunantibus debet fieri consecratio. sic vt videtur Beneuē. & eitā mihi casus ponendus: licet nō seruetur de consuetudine.
l *Sabbati.*] Quidā intelligunt hoc cap. de sabbato paschali, vt si quis tunc velit coferre ordines, debeat eos cōferre in occasū solis: quia Missa tunc non est cātanda nisi die illa finita, vt j. de cōse. dist. 3. sabbato. qd patet ex eo quod dicitur tūc, Deus, qui hāc sacratissimā noctē. H. dicit q̄ omnes ordines sunt conferendi die Dominico. Et dicit q̄ vespera præcedentis noctis trahitur ad diē sequentem, vt siue de vespere in sabbato, siue de mane in Dominico cōferantur, semper in die Dominico videantur conferri. sed certe secundū hoc non esset necessaria continuatio ieiunij. Præterea omnia iura dicunt, q̄ tantū in sabbato conferendi sunt ordines, vt extra e. c. 3. Alij dicunt, q̄ omnes ordines sabbato cōferuntur, & dicunt, q̄ mane Dominicæ diei potius trahitur ad vesperā præcedētē, quam vespera ad mane. Et ita siue cōferantur vesperæ in sabbato, siue in mane sequenti, sēper fictione canonica conferent sabbato: & secundū hoc de iure debet cōtinuari ieiuniū. Ionoc. autē nō determinat, an mane trahatur ad vesperā præcedentē, an vespera ad mane. de temp. ordi. litteras. cōsuetudo tamen habet, q̄ tantū circa horā nonam sabbati fiunt ordinationes. secundum H. exponitur post diē sabbati. i. post finitū diem sabbati. Alij exponunt post diē sabbati, idest, post incœptū diē sabbati. Io. certe H. opinio vera videtur: & male reprehēdit de cōtinuatiōe ieiunij: quia iā incœpta est dies Dominica: & ideo est necessariū ieiuniū: licet nō seruetur de cōsuetudine: nisi velis dicere q̄ hæc c. sint abrogata p decre. extra eo. ti. c. 3. & in consecratione autē episcopi nō est necessaria cōtinuatio ieiunij: cū tātū die Dominico consecretur: & in mane quilibet

Ad hoc de[illegible] dist. 1. § in iure[illegible] glo. videas.

Ad hæc qualiter accipiat dies p intellectum huius p Bar. in l. 1. ff. de vet. signi. & in l. more Romano. ff. de feri. & l. aut facta §. tempus. ff. ad Sylla.

Episcoporū consecratio fit tantum die Dominico.

Ad id⁹ j quādo pena est.

liber intelligatur ieiunus, vt extra. e. litteras. sed licet quis possit ordinare aliquem in sacerdotẽ in sabbato, & in mane in episcopũ, tamen alium ordinem non posset eidẽ conferre in mane cui vnũ contulerat in sabbato. extra. e. litteras. Sed nũquid Dominico die in mane pōt quis ordinarim sacerdotem, & eadẽ die hora tertia in

ratur, q̃a Missa nõ decantatur in sabbato, sed in principio sequentis noctis, & dicitur, Deus qui hanc sacratissimam noctem, &c. & ita est de die Dominica nox illa. Lau.

Quod die.] Hęc est quarta pars huius distinctionis, in qua probat, q̃ episcopi semper debent consecrari die Dominico more Apostolorum, qui de mandato Domini imposuerunt manus Paulo & Barnabæ, & quia eodem die Dominus resurrexit. Io. de Fan.

Hoc etiam de plano concedunt Vin. & Ipno. vt no. extra de tem po. ord. litteras.

exordia deligãtur, hoc est sub lego diuini officij substituantur] orig.

quam] orig.

noctis, quæ lucescit in prima[a] sabbati, exordia consecrãdi eligantur[b], in quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunis, & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem[c] obseruantiæ erit, si mane, ipso dominico die, cõtinuato[d] ieiunio[e] sabbati, celebretur: à quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt: quod ad diem resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratur[f]) pertinere non dubium est.

Idem eodem capite.

¶ Quare die Dominico sacerdotum ordinationes celebrentur. C. V.

Iuo p. 6. c. 70. Pann. l. 3. c. 13.

QVòd[a] die[g] Dominico ordinationes sacerdotum[h] celebrentur, non tantum ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica nouimus venire doctrina; scriptura manifestante, quòd cũ Apostoli Paulum, & Barnabam ex præcepto spiritus sancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes imposuerunt eis manus: vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientiũ deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletũ. Et ideo pie, & laudabiliter Apostolicis morem gesseris institutis; si hãc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse seruaueris, vt his, qui consecrandi sunt, nũquam benedictio[†], nisi in die Dominicæ resurrectionis tribuatur: cui à vespera sabbati initium constat adscribi[†]; & tantis diuinarum dispensationum[†] mysterijs est consecrata, vt quidquid[i] est a Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi & mors interitum, & vita accepit initium. In hac, &c.

Act. 13.

Et illo vt in fest. q̃ dies Dominus non ac cipiatur gñaliter. & in l. 1. §. hoc autem. & ibi Bar. ff. de oper. no. nunc.

† al. benedictiones tribuantur] orig.

† dispositionũ

Concor. ter. § l. more Roma. not. ff. de ferijs. Bar. in l. aut sacra summa. ff. ad syll.

a Quòd die.] *Sumptum est caput hoc ex eodem loco, vnde & antecedens, mutato tamen verborum ordine, & nonnullis mutis adiectis. In ipsa enim epistola post vltima verba præcedentis capitis, sequitur continenter.* Nam præter auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quod cum Apostoli, &c.

[*Item in ordine Romano, c. de gradibus ecclesiæ.*]

¶ De eodem. C. VI. PALEA.

Aos. l. 7. c. 61.

† al. non

QVando, & vbi libitum fuerit, vsque ad subdiaconatus officium ordinãtur clerici: diaconi vero, atque presbyteri numquam[†] nisi in publica ordinatione.

Et Gregorius 2. epist. 3.

Item Gelasius ad episcopos per Lucaniam, epist. 1. c. 13.

¶ De temporibus ordinationis. C. VII.

Poly. l. 2. tit. 28. Ans. l. 7. c. 45. Iuo p. 6. c. 74. Pann. l. 3. c. 25.

† mediana quadragesima duo sabbati ieiunio] ori.

ORdinationes presbyterorum, & diaconorũ, nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent; id est quarti[k] mensis ieiunio, septimi[l], & decimi[m]: sed & etiam quadragesimalis[n] initij, ac mediane[o][†] hebdomadæ, & sabbati ieiunio circa vesperam nouerint celebrandas: nec cuiuslibet vtilitatis causa, seu presbyterum[p], seu diaconum his præferre[q], qui ante ipsos fuerint ordinati.

in episcopum? H. dicit q̃ sic, quia numquam inuenitur prohibitũ.

a In prima.] id est, mane die Dominico.

b Eligantur.] id est, electi consecrentur. Hypallage. 18. quæst. 2. diffinimus.

c Quod eiusdem.] id est, conferantur ordines.

d Continuato.] ab ordinatoribus vel ordinandis. Lau.

e Ieiunio.] quid si pransus conferat ordinem: numquid cõfertur ordo? H. dicit, q̃ sic, & sic dicit in alijs sacramentis, præterquam in eucharistia, & forte idem posset dici de eucharistia. argumen. de consec. dist. 2. liquido. quod concedo, quia pransus bene potest conficere, licet non debeat, arg. illius c. liquido.

f Declaratur.] Legitur enim in quadã Homilia Bedæ, quæ legitur nocte illa super Euangelio illo: Vesperæ aũt sabbati, vbi dicit Beda, q̃ in die illa noctes incipiunt præcedere dies, ideo[a] forte, vt tres dies & noctes haberi possint in quibus Dominus fuit in ventre terræ, quod non sic habetur nisi synecdochice[b], vel declaratur,

Sacramenta conferri posse post comestionem ... nõ est bona ... & sic ... de Fan.

Illa est figura ... est parum, vt ...

hoc c. Primũ est, q̃ ordinationes sacerdotũ, diaconorũ & subdiaconorũ nõ sunt faciẽdæ, nisi i sex tpibus anni. s. in quattuor tp b̃, & in sabbato ante dñicã de passione Domini, & i sabbato sancto. Secundũ est, q̃ nullus episcopus d̃bet præferre posteriorẽ priori.

k Quarti.] id est, ieiunij hoc semper in omni septimana Pentecostes occurrit, & loquitur secundum antiquam computationem Latinorum, qui incipiebant annum a Martio.

l Et septimi] id est, Septembris:

m Decimi.] id est, Decembris.

n Quadragesimalis.] i. in prima septimana quadragesimæ.

o Mediana.] in qua cantatur, Sitientes, quæ præcedit Dominicam de passione.

ADDITIO Et extra de temp. ordi. cap. 3.

p Seu presbyterum.] de hoc dixi s. 74. distin. episcoporum. 8. q. 1. licet ergo.

q Præferre.] ecce hic habes, quòd prius ordinati præferuntur

Leo Papa in hoc c. ostendit, q̃ ordinationes sacerdotũ debẽt tñ in die Dñica fieri, quæ dies Dominica initium habet à vespera sabbati, quod probat per consuetudinẽ, & ẽt per doctrinam Apostolorum: qui die Dominica Paulum, & Barnabã consecrauerũ. Nam in hac die mundus sumpsit exordiũ, & vita principium, & mors interitum habuit.

g Quod die.] H. ponit fundamentum suæ opinionis in c. isto, q̃ scilicet in die Dominico possunt ordines cõferri. quod patet p hoc, q̃ dicit ordinationes sacerdotum, & per id qđ dicit initium, &c. nos q̃ contrariũ dicimus, exponimus ordinationes sacerdotum, id est epõrum consecrationes[a]: pro quo ĩtellectu bene facit q̃ infra subiicit, ex Apostolica, &c. Nã Paulus & Barnabas epi fuerunt. vnde per eorum exemplum nihil probatur nisi de episcopis: & quod dicit, cui initiũ, &c. dic nihil facere ad rem, sed dicit inde sentenciter, immo adscribitur ex fictione canonis, non in veritate

h Sacerdotum.] id est, episcoporum. sic non ergo pro H.

i Vt quidquid.] 16. q. 1. c. vlt. de cõsec. dist. 3. quatis.

ADDITIO. Ex hoc colligitur, q̃ generalis sermo non accipitur generaliter, vt ibi not. Archid.

ORdinationes] CASVS. Duo dñr in

dicitur Ethiopia est albus, propter dentes quos habet albos. Nos enim Dominus fuit, sive fuit in ventre terræ per tres dies & noctes, nisi sic loquendo. nam & al. in vteri possit per papa. vt 1. dist. c. ... non est aliud à suis partibus, vt not. 61. dist. nullus se ... dum ... Fan.

Aug. ad hoc 94. dist. c. olim. Ioan. de Fan.

A viri l Mar... quando ... ...

tus[1] aliis, vt in habẽdis honoribus, & in aliis, vt 17. dist. s. hinc. & extra de maio. & obedien c. 1. & 74. dist. episcoporum etiam. licet posteriores sint meliores, non obstat 24. q. sicut. 7. q. 1. licet. vt ibi notatur, licet sit argumentum 3. 8. dist. 16. sexta.[2] ver. prima. loã. Hodie sufficit si electus à maiori parte capituli sit bonus, vt extra de elect. cum nobis. B.

e ¶ *Iunij.*] nec hoc semper, immo in septimana Pentecostes.
f ¶ *Et hoc sciendum est.*] quod ab hinc dicitur manet immutatũ, superiora per sequentem canonẽ mutantur. s. statuimus. & ita vtile non vitiatur per inutile. contra 9. dist. si ad sacras. Lau.
g ¶ *Celebrari.*] cedit ergo in ieiunio minus dignum digniori. arg. ff. de

1 Ex his attendi que hic tẽporis prioritas. sic 17. dist. s. vlt. extra de ma. & obe c. 2. & alibi excellentia ordinantis. ff. de albo scri. l. vlt. extra de mai. & obed. per tot. Arch.
2 Alias sancta.

DISTINCTIO LXXVI.

1 g Q*Vibus temporibus*[a] *ieiunia celebranda sint, Calixtus Papa determinat scribens Benedicto episcopo, epistola prima.*

¶ Quibus temporibus ieiunia celebrentur. C. I.

IEiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quattuor tempora fieri decernimus; vt sicut annus per quattuor voluitur[b] tempora, sic & nos quaternum solenne agamus ieiunium per anni quattuor tempora. Poly. l. 3. tit. 25. Iuo p. 4. c. 27. Pan. l. 2. c. 175.

Item ex concilio Moguntino primo, cap. 34. [sed ibi fusius; hic summatim.

¶ De eodem. C. II.

COnstituimus[c], vt quattuor tempora anni ab omnibus communi † ieiunio obseruentur: id est in mense Martio, hebdomada prima; in Iunio, secunda; in Septembri, tertia; in Decembri, quarta. Capitul. 5. c. 86. Burch. l. 13. c. 2. Iuo p. 4. c. 35. Pan. l. 2. c. 180. † al. cum

¶ *Auctor Micrologi c. 24. & 25. de hoc ipso Moguntini concilij canone disputans, aperte ait hoc ex ignoratione traditionis ecclesiasticæ fuisse profectum. Vnde Leo Papa ait, Huius obseruatione, &c. quod refertur infra 1. ad. dist. c. 6. Et ne quis occasione horum conciliorum Germanicorum deciperetur, Gregorius septimus (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ ecclesiæ consuetudinem renouauit. De qua re in concilio Claromõtensi Vrbani secundi, canone primo sic statuitur.* Primum ieiunium quattuor temporum semper fiet prima hebdomada quadragesimæ; secundum in hebdomada Pentecostes absque genuum flexione, cum alleluia, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solẽnibus fiet: tertium plena hebdomada ante æquinoctium autumnale: quartum plena hebdomada ante Natale Domini, vigilia eiusdem accepta. *Et idem repetitur in altero concilio Placentiæ postea habito, quod est in bibliotheca Vaticana, & citatur infra cod. c. statuimus.*

Item ex concilio Salegunstadensi habito, c. 2.

¶ De eodem. C. III.

DE ieiunio autem incerto quattuor temporum hanc certitudinẽ statuimus, vt si calendæ Martiæ[d] in quarta feria, siue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. ¶ Si autem Calendæ Martiæ in quintam feriam, aut sextam, aut sabbatum distenduntur; in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, si Calendæ Iunij[e] in quarta feria, aut antea euenerint; in subsequẽti hebdomada ieiunium celebretur: & si in quinta, aut sexta feria, aut sabbato contigerint; ieiunium in tertiam hebdomadam reseruetur. ¶ Et hoc sciendum[f] est, quòd si quando ieiunium mensis Iunij in vigilia Pentecostes secundum prædictam regulam euenerit; non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes; [quia ᵃ vigilia simul, & ieiunium celebrari[g] non debent]: & tunc propter solennitatem spiritus sancti, diaconi dalmaticis induantur, & alleluia cantetur; &, flectamus genua, nõ dicatur. ¶ Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est, vt si Calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea; ieiunium[h] in tertia hebdomada celebretur; & si in quinta, aut sexta, aut sabbato contigerint, in quarta hebdomada ieiunandum erit. ¶ In Decembri[i] vero illud obseruandũ erit, vt proximo sabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur ieiuniũ; quia si vigilia in sabbato euenerit, simul vigiliam, & ieiunium celebrare non conuenit. Burch. in fine. Iuo p. 4. c. 33. Pan. l. 2. c. 181.

a ¶ Quia vigilia.] *Hæc vsque ad verbum* debent, *non sunt in ipso concilio impressa ex Burchar do. eadem vero sententia repetitur in fine capitis.*

Q*Vibus temporibus.*] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarũ prima dicitur quòd debet fieri ieiunia quattuor temporum, & hoc probat per sex auctoritates. secundum ca. in fi. nõ tenet, neque prima pars tertii capit. tenet, sed secũda pars tenet secũdum Io. de Fao. Secũda ibi, *Primum*. Tertia ibi, *Nõ autem*. Io. de Fant.

CASVS. Supra facta est mentio de quattuor tẽporibus, & ideo Gratianus supponit dist. 76. in qua primo ostendit quòd quattuor tempora sunt celebranda, & vnde originem habuerũt. Addit et quòd inter Pascha & Pentecosten nõ sunt ieiunia indicenda: nec genua flectenda.

a ¶ *Quibus tẽporibus.*] in hac dist. 76. agit magister de tẽporibus ieiuniorum. Ostendit et diuersas origines eorũ. Postea ponit differẽtiã inter nos & Hebræos in computatione mensium[3]. Ostendit et, quòd nõ sit ieiunandum à Pascha Domini vsque ad Pentecostem[4], nec esse flectenda genua.

3 Vt s. ca. ieiunium.
4 Vt s. ca. scire. & c. seq.

I*Eiunium.*] CASVS. Quæsiuit Benedictus eps à Calixto quomodo quattuor tẽpora essent in anno celebranda, qui respondit dicens quòd hactenus ter celebrata fuerunt; sed melius est vt quater in anno celebretur solenne ieiuniũ, ad instar quattuor temporum anni, per quæ voluitur annus.

b ¶ *Voluitur.*] lex tñ in æstatẽ & in hyemẽ annũ distinguit. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. hoc interdictum.

Annus in æstatem & hyemem diuiditur.

c C*Onstituim*[c].] hoc ca. est abrogatũ.

D*E ieiunio.*] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. Prima est abrogata, quia non habet locũ quod in ea dicitur. Secunda est authentica, vbi dicitur quòd ieiunium æstiuũ celebrandũ est in prima hebdomada post Pentecostẽ: in quo tempore diaconi dalmaticis induantur, & alleluia cantetur, sed genua non flectimus. Ieiunium vero autumnale celebratur in Septembri in tertio die Mercurii Septembris computãdo à prima die mercurii eiusdem mensis. Hyemale autem ieiunium celebrandum est in mense Decembri ante vigiliam natiuitatis Domini. Secunda pars incipit ibi, *Et hoc sciendum*.

d ¶ *Martiæ.*] non semper, immo prima septimana quadragesimæ, ff. de mino. verum. §. vlt. extra de consec. eccl. vel alta. cap. quod in dubius. & et est arg. quòd si festum alicuius apostoli die lunæ euenerit, sabbato vigilia ieiunanda est; quia ieiunium & Dominica simul concurrere non possunt. extra de obser. ieiu. cap. 1. arg. contra extra de verb. sig. quæsiuit. Lau.

h ¶ *Ieiunium.*] i. de consec. dist. 3. quoniam.

i ¶ *In Decembri.*] *Prima quadragena seruat ieiunia veris. Pentecostes hebdomada seruare secũda iubetur. Tertia septembris cultum fert mercurio post ipsã. sabbato ieiunans vigiliam præuenio Christum.* Lau.

Dominica & ieiunium simul concurrere nõ possunt.

Ieiunia quattuor temporum.

Nominatiui casus, & feminini generis est.

S*Tatuimus.*] CASVS. In hoc c. recte continetur in quibus temporibus ieiunia quattuor temporũ sunt celebrãda: & corrigit & emẽdat illud c. cõstituim⁹. & primã partẽ illi⁹ capituli, de ieiunio.

a ¶ *In Septembri.*] secundum distinctionem cap. superioris. in fi.

I*Gitur.*] CASVS. Docet Leo, ꝙ post quinquaginta dies letitię con- lius, septimus October: & Ianuarius decim⁹. Sed Romani olim primum mensem dicebãt Martium: nunc vero Ianuarium. Praeterea quare Hebręi ieiunabant in Augusto, qui est eis quintus mensis, rationem assignat Zacharias in sequenti cap.

b ¶ *Primum.*] accipe in superiori dist. cap. vlt.

Contra Vrbanus in concilio Placentino, c. 15.

¶ De eodem. C. IIII.

Poly. l. 3. tit. 25. STatuimus etiam, vt ieiunia quattuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadragesimæ: secũdum in hebdomada Pentecostes: tertium vero in Septembri [a]: quartum in Decembri more solito fiat.

Item Leo Papa, sermone primo de ieiunio Pentecostes.

¶ De eodem. C. V.

Polyc. ibidem IGitur post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini à mortuis resurgentis, ac deinde in cælos ascendentis exegimus, postque acceptum sancti spiritus donum, salubriter, & necessarie consuetudo est ordinata ieiunii, vt si quid forte inter ipsa festiuitatum gaudia negligẽs libertas, & licentia inordinata præsumpsit, hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget.

Idem sermone octauo de ieiunio decimi mensis.

¶ De eodem. C. VI.

Polyc. ibidem HVius obseruantiæ vtilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis præcipue est constituta ieiuniis: quæ ex doctrina sancti spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus. Si quidem ieiunium vernum in Quadragesima, æstiuum in Pentecoste, autumale in mense septimo, hiemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus; intelligentes diuinis nihil vacuũ esse præceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quattuor euangelia incessabili tuba discimus, quod & prædicemus, & agamus.

a *Primum [b] vero mensem, quartum, septimum, & decimum, non Hebræorum ratione, sed nostra debemus accipere. Primus enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto mẽse, qui est Augustus, quæ fuerit eis causa ieiunij Hieronymus in commentarÿs ad cap. octauum Zachariæ exponit dicens.*

¶ Quare in suprascriptis mensibus ieiunia lex imperauit. C. VII.

Polyc. ibidem IEiunium [c] quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniũ decimi (ἀπὸ κοινοῦ enim subauditur mensis) domui Iudæ, & Hierusalẽ in dies festos vertetur & gaudium: veritatem tantum Deus quærit, & pacem. In hoc loco [d], nostrorum multi multa dixerunt [e], & inter se dissonantia. *& paucis interiectis*. ¶ Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, & scientiæ veritatẽ de fonte [f] magis, quàm de riuulis [g] quærere [h] †, *& paulo post*. ¶ Ieiuniũ quarti [i] mẽsis, qui apud Latinos vocatur Iulius,
Exo. 32. die septima, & decima eiusdem mensis illud arbitrantur, quãdo descendens Moyses de monte Sina tabulas legis abiecit [k] atque confregit, &
Hier. 52. iuxta Hieremiam muri primum rupti sunt ciuitatis [l]. In quinto men-

† Ex isto text. infertur ꝙ quãdoque magis ob fidei tenoris accidẽtale c. consor. l. 2. §. ex actis. ff. de orig. iur. & l. 2. §. bestias. ff. de pub.

I*Eiunium.*] CASVS. Hoc cap. diuidit in tres partes. In prima ponit Hiero. verba Zachariæ; vbi dr̃ ꝙ Hebræi ieiunant in quarto, quinto, septimo, & decimo mense: & ostẽdit ꝙ Latini expositores hunc locum variis modis exposuerunt & dissonantibus. In secunda parte ponit multiplices causas quare ieiunant Iudæi in prędictis mensibus. In tertia parte primo exponit verba Zachariæ s̃m literam: postea s̃m anagogicum intellectum. Secunda pars incipit ibi, *Cogimur*. Tertia ibi, *Hoc igitur est omne*. Et verba sunt prolixæ vsque illud, *In hoc loco*. & quod dicitur ibi, *Quarti, &c.* subauditur mensis. *In hoc loco*, verba sunt Hiero. inserta illi auctoritati.

c ¶ *Ieiunium quarti.*] Subauditur mensis. & arg. sumi potest ex hoc c. ꝙ etiam ea, quæ moralia sunt, immutantur per ecclesiam hodie. Nam aliis temporibus celebrabant olim hæc ieiunia, aliis nunc.

Præcepta etiam moralia sunt per ecclesiam mutabilia.

d ¶ *In hoc loco.*] Verba Hiero.

e ¶ *Dixerunt.*] Ostẽdẽdo causas constitutionis talis vel talis ieiunij.

f ¶ *De fonte.*] Colligo in dubiis ad rei originem recurrendum: & plus magistro q̃ discipulis credendum, vt di. 21. dist. 9. vt veterum. & dist. 50. de quibus. 24. q. 1. loquitur. & dist. 12. præceptis. Arg. contra nunquam ad rei originem recurrendum. ff. de leg. & senatusc. & ideo. vbi dicit lex, ꝙ nõ de oĩb⁹ q̃ constituta sunt reddi ratio potest, &c. ff. titu. eo. nõ omnium.

Magistro plusquam discipulis credendum est.

computandos à die resurrectionis, quos in honorem Domini celebrauimus, indicitur ieiunium, vt si quid per abundantiam lętitiæ deliquimus, abstinentia ieiunij castigetur.

H*Vius*] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ ex doctrina sancti Spiritus constitutum est, vt quaternũ ieiunium celebret in quattuor tẽporibus anni, s. in vere, & ęstate, & autũno, & in hieme: ad instar quattuor elementorum, & quattuor cardinum mundi, & quattuor euangeliorum. Et primum est ieiunium in Quadragesima. Secundum. s. ęstiuum post pẽtecostem. Autumnale est in Septembri Hiemale in Decembri.

PRIMVM Hæc s̃a pars huius dist. in qua dr̃ vnde habuerũt orĩũ ieiunia Iudæorũ, qui aliter computant q̃ nos. Io. de Fant.

CASVS. Iste §. respicit illud c. ordinationes. s̃. 75. dist. in quo facta est mẽtio de primo mense, quarto, septimo, & decimo. Et dicit Gratianus ꝙ debemus ibi intelligere primũ mẽsem & ceteros secundum computationem nostram, & non secundum computationem Hebręorum, apud quos Aprilis est primus mensis: quartus Iu-

g ¶ *De riuulis.*] Arg. non valere sumptum sine originali. C. de edẽ. Authen. ibi posita argu. ɔ̃ extra de fideiuss. peruenit. Dicit Albericus ꝙ si est transcriptũ per manum tabellionis, valet: arg. ff. de admini. tu. chirographis. Azo dicit non valere nisi per iudicem fiat translatio, vt in authen. vt fratrum filij. §. illud. colla. 9. C. de test. publicati. Ioan. Hæc quæstio determinatur hodie per decre. quã habes extra de fide instrumento. cap. vlti. vbi dr̃ ꝙ exemplata instrumenta aliqua iussa cauta auctoritate iudicis scripta eandem vim habeant cum authenticis & originalibus. B.

Transcriptũ ã valeat sine originali.

ADDITIO. De hoc not. 100. dist. contra morem. & extra de verborum signifi. abbate. Archid.

h ¶ *Quærere.* supra dist. 9. vt veterum.

i ¶ *Quarti.*] mensis, scilicet secundum Hebraicam computationẽ.

k ¶ *Abiecit.*] cum inuenisset Iudæos conflasse vitulum. vt 43. dist. disciplina. 3. de pæ. dist. 2. §. item opponitur.

l ¶ *Ciuitatis.*] a Nabuchodonosor, qui cũ Chaldæis cœpit ciuitatem Hierusalem. 23. q. 5. §. hinc. in fine.

Q 2 omni-

a ¶ *Omnes*] qui diffidere cœperunt:sed cum Moyses non diffide-ret,& esset maior xx. annis: quare non intrauit terram promissio-nis:rationem habes 23.q.4. his omnibus. Et dic omnes,q a xx.an & supra exiuerunt de Aegypto.

b ¶ *Multa*] sed quare inducit hoc de Tito & Vespasiano, cũ ante per multa tẽpora fuit illud ieiunium constitutũ? & dicimus q istud non facit ad propositũ: vnde est arg. q quãque aliqua interuost decretis,quæ non faciunt ad propositum principale. arg.s.proxi.dist. q dic. ver cui initium

ctione gaudendũ est,& nõ ieiunamus:sic & [his quinquaginta diebus gaudendũ est,nec ieiunia sunt indicanda:nec genua flectimus.

i ¶ *Succedamus.*] quia vnũ genu succedit alij: & ita factum notat.

K ¶ *Quinquagesima.*] Si quadragesimam dixisset, melius dixisset: nam post quadraginta dies ascendit in cælum.de conse.dist.5.ieiu nium.

Christus post dies xl. ascendit in cælum.

se, qui apud latinos appellatur Augustus, cum propter exploratores terræ sanctæ seditio orta esset in populo, iussi sunt montem non ascendere; sed per quadraginta annos longis à † terra sancta circumire dispendijs, vt exceptis duobus, Chaleb, & Iosue, omnes a in solitudine caderent. In hoc mense & a Nabuchodonosor,& multa b post secula a Tito & Vespasiano templum Hierosolymis c incensum est, atque destructum. capta vrbs Bethel,ad quam multa millia cõfugerant Iudæorum: aratum templum in ignominiam gentis oppressæ a Tito Annio Ruso. In septimo vero, qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias, & Iudæ tribus, ac Hierusalem reliquiæ dissipatæ. Legamus Hieremiam Mense decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quod ianua anni sit, atq; principium) Ezechiel in captiuitate positus audiuit, & cunctus populus captiuorum, quinto mẽse templum esse subuersum: quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne d, quod dicitur. Dies planctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuistis in luctum, sciatis vobis (quia cogitaui, vt benefaciam Hierusalem,& domui Iuda) in lætitiam,& gaudium, & solennitates esse vertendos: ita dũtaxat,si veritatem diligatis, & pacem. Iuxta anagogem e, quia tunc ieiunamus, quando sponsus aufertur a nobis, & non meremur eius habere præsentiam;cum reuersus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, vt benefaciat nobis ; omnis tristitia vertetur in gaudiũ, & fames f pristina sermonis Dei, præsentia doctrinarum eius, & cœlestis panis saturitate pensabitur.

Num. 14.
† ad terrã sanctam] orig.
4 reg. 25.
Hier. 39. & 41.
Hier. 52.
Ezechiel. 33.
Ieremi. 16.

c ¶ *Hierosolymis.*] Legitur f in psalterio. Vt quid Deus repulisti: q Hierusalem capta est eo tẽpore, quo interfecerũt Iesum Christum,s. in Pascha: possumus dicere q tunc fuerit capta : sed illæsa cõseruata in se vsque ad Augustinũ, quando fuit accẽsa ab Ismael q Iudæus erat : & a quibusdam alijs.

f Die legitur,id est, habetur in Iosepho: secundum Gos. Hierusalẽ quãdo fuit capta.

d ¶ *Hoc igitur est omne.* id est , hoc signat apud nos:iam apud Græcos decimus mensis October, vt s.dist.18.propter.

e ¶ *Anagogen*] id est,superiorem & spiritualẽ vel moralẽ intellectũ: dicitur ana,supra:goge,ducere: inde pædagogus quasi ductor. hoc modo exponitur.hic est enim quãdã intellectus historicus 5 , allegoricus,moralis,siue tropologicus,& anagogic⁹:sicut diximus s. dist. 37. vino.sic hæc vox,Hierusalem , historice signat ciuitatem illã terrestrem: allegorice ecclesiam: moraliter animã fidelem: anagogice cælestẽ Hierusalẽ. Moralis intellectus attendit quę intra nos sunt: allegoricus q̃ itra nos: anagogicus quæ supra nos.hic ergo ponit anagogicus p allegorico.

f Scriptura diuina quadruplicem capit sẽsum.

5 Historia secundum Isi. in ... etymo. dicta ab historein Græce,q d est Latine cognoscere, vel videre. apud veteres enim nullus scribebat historiam, nisi q interfuisset. Alij dicunt,q est ab historon Græce, quod gesticulatio,id est,gestu repræsentatio:vnde & histrio vocatur gesticulator rerum gestarum veraciter & repræsentator. Archidia.

l ¶ *Et fames.*] j.8.q.2. audiuctet.

g *Non autem videntur* g *ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes. A die enim Dominica resurrectionis vsque in diem Pentecostes non indicuntur obseruanda ieiunia.* h *Vnde Ambrosius in eiusdem dies sermone sexagesimo primo, qui sic incipit.*

¶ De eodem. C. VIII.

Scire a debet sanctitas vestra. Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & continuata festiuitas: ita vt hoc omni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus succedamus i † . *& infra.* ¶ Instar ergo Dominicæ, tota quinquaginta dierũ curricula celebrãtur, & omnes isti dies, velut dominici deputantur. Resurrectio enim Dominica est. Nam in Dominica resurgens saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionẽ tota quinquagesima k cum hominibus commoratus est. Æqualis ergo eorũ l necessarium vt esset festiuitas,quorum æqualis esset & sanctitas † . Sic enim disposuit Dominus, vt sicut eius passione in quadragesimæ ieiunijs contristaremur: ita eius resurrectione in quinquagesimæ ferijs lætaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima;quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur. ¶ *Item in Apologia* m *David.* Hunc numerum [quinquagesimum videlicet] læti celebramus post Domini passionem, remisso culpæ totius debito, chirographo quoque n euacuato o, ab omni nexu liberi, & suscipimus aduenientem in nos gratiam spiritus sancti: die Pentecostes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur p.

† *succidamus*] orig.& aliquot Gratiani exemplaria vetusta, & recentes editiones.
† *sic quantitas*] orig.
C.8.
Coloss. 2.

a ¶ Scire debet.] *In multis manuscriptis exemplaribus à capite* ieiunium. *vsque ad c.* post Pascha. *in aliquot etiam vsque ad vltimum, nulla est distinctio capitum. Tamquam enim vnico con-*

NON AVTEM. Hæc est tertia pars huius dist. in qua dr,q à pascha vsq; ad pentecostẽ nõ debemus de necessitate ieiunare. Io. de Fã.

CASVS. Dictum est supra in c.de ieiunio,q post pentecostem ieiunium quattuor tẽporum est celebrandum: modo vult hic Gratianus ostendere quare non ante,s.qa à pascha resurrectionis vsque ad pentecostem nõ indicuntur ieiunia ea necessitate.& hoc probat per seq.c.

g ¶ *Non autem videntur.*] improbat quod dictum est s.de ieiunijs s.e.c.statuimus.& c.de ieiunio.in prin.

h ¶ *Ieiunia.*] j.de conse.dist.3.rogationes.contra Sol. licet ibi ieiunemus tribus diebus, nihilominus tñ est ibi continuata festiuitas. Nã dicit lex q perennis est siue continuus fluuius,licet quandoq; exarescat. ff.de flu.l.1.§.respon. Vel dic consuetudinem sequendam . . 12.dist. illa.

Fluuius est qui aut arescens dicitur perennis.

SCire debet] CASVS. Docet Ambro.q quinquaginta dies à pascha resurrectionis vsque ad penteco.reputantur velut dies resurrectionis & dies dominici:qa resurrectio die dñica fuit: & hos dies cũ hominibus & discipulis suis fecit: & ideo sicut in resurre-

Scilicet an illi tres dies de quibus loquitur̃ pd. cap.rogationes, sint ieiunandi. Ioan.de Fan.

niũ,& sic ponit̃ totũ pro parte.sic 33.q.4. cum superna.sic econuerso pars ponitur pro toto 14 q.5.pœnale.

l ¶ *Eorum.*] Argu. pro omnibus vigilijs apostolorum ieiunandis, vel pro nullis:quod falsum est:ecclesia tñ Romana consueuit in vigilijs omnium ieiunare.extra de obser. ieiunio.consilium. nisi Ioannis Philippi & Iacobi,vt ibi.Lauren.

Ieiunandum est in vigilijs omnium apostolorum nisi Ioannis Philippi & Iacobi.

m ¶ *In apologia.*] id est, sermone excusatorio de adulterio,quod Dauid commisit cum Bethsabee. ab apo,quod est re: & logos, qđ est sermo:quasi responsio pro aliquo.

n ¶ *Chirographo quoq;.*] id est,peccato quo tenebamur diabolo obligati tamquam chirographo.

o ¶ *Euacuato.*] vt C.de plus pe.l. vna. & est argum. q cancellato instrumento liberatur debitor quod verum est nisi creditor probet contrarium.ff.de prob.l.chirographum.

De hoc no. et est de renunciatione . in gl. & fac. & extra vt lite pen. c. le. s. in fi. Archid.

p ¶ *Cantatur.*] j.de consecratio.dist.3.ne quis.& cap.ieiunium.

NECES-

NECESSARIO. Casus. Concludit Gratianus ex supradicto cap. dicens quod ecclesia necessario instituit ieiunium post pentecostem: quod dicitur non esse ieiunandum in his quinquaginta diebus, intelligitur ex necessitate: de facto tamen ieiunamus in vigilia pentecostes, sicut in vigilia resurrectionis, & ad hoc inducitur sequens cap.

IN IPSA. Hæc est quinta pars distin. in qua dicitur, quòd episcopus non debet dare histrionibus, nec venatoribus, nec meretricibus: nisi forsan in summa necessitate intuitu naturæ. & hoc probat 2. auctoritatibus. Ioan. de Fan.

Ca-

Vnde Augustinus tract. 100. ad c. 16. Ioannis.

¶ Immane peccatum est res suas donare histrionibus. C. VII.

Iuo p. 11. c. 84. DOnare res suas histrionibus [a] vitium est immane, non virtus. Et scitis de talibus [b] quàm sit freqnens fama cum laude: quia sicut scriptum est, [laudatur peccator [c] in desiderijs animæ suæ; & qui iniqua gerit, benedicitur.]

Psal. 9.

Idem in ps. 102. ad versi. [*Faciens misericordias.*]

¶ Grauiter delinquunt, qui venatori aliquid donant. C. VIII.

Iuo p. 13. c. 31. & sic deinceps. QVi venatoribus [d] donant; quare donant? dicant mihi; quare donant venatori? Hoc in illo amant †, in quo nequissimus est: hoc in illo pascunt; hoc in illo vestiunt: ipsam nequitiam publicam ‡ spectaculis omnium. Qui donant histrionibus, qui donant aurigis, qui donant meretricibus [e], quare donant? numquid non & ipsi hominibus donant? Non tamen ibi attendunt naturam operis Dei, sed nequitiam operis humani.

† *amat*] orig.

‡ *al. publicant*

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. IX.

Iuo ibidem. QVi venatoribus donant; non homini donāt, sed arti nequissimæ. Nam si homo tantum esset, & venator non esset, non donares: honoras in eo vitium, non naturam.

Idem in ps. 147.

¶ De eodem. C. X.

Iuo p. 13. c. 32. VIdent homines venatorem, & delectantur: væ miseris, si non se correxerint. Qui enim vident venatorem, & delectantur; videbūt Saluatorem, & contristabuntur.

Item Hieronymus in ps. 90. ad vers. [*Sperabo in Domino.*]

Inter opera adscripta Hieronymo, tomo 8.

¶ De eodem. C. XI.

Iuo p. 13. c. 33. ESau venator erat [f]; quoniam peccator erat. Et penitus non inuenimus in scripturis sanctis sanctum aliquem venatorem; piscatores [g] innenimus sanctos.

Item Ambrosius in homilia 33 de Quadragesima.

¶ De eodem. C. XII.

Iuo p. 13. c. 34. QVid prodest ieiunare [h] visceribus, & luxuriare venatibus? abstinere cibis; errare peccatis?

Idem ibidem paulo inferius.

CASVS. Hic est quintus articulus, vbi docetur, quod in liberalitate habendus est modus rerū & personarum. Rerum, vt non omnia dentur vni, sed singulis diuidant, quod probatur auctoritate psalmi. Personarum, vt primo iustis subueniamus, postea peccatoribus, quibus debemus subuenire in eo, quod sunt homines, & non in eo, quod sunt peccatores: quod per sequentia probat.

¶ *Prohibemur.*] aliter debemus.

DOnare.] CASVS. In istis quattuor cap. scilicet donare. qui venatoribus. vident. reprehendit Augustinus illos, qui donant histrionibus, venatoribus, & meretricibus ea tantum causa, vt malam exerceant artem, non attendentes in eis naturam Dei, sed nequissimam artem: sed si donarent eis quia homines sunt, nō esset peccatum.

a ¶ *Histrionibus.*] isti istriones prohibentur à promotione. 33. distin. marcum. & à corpore Christi. de consecr. dist. 2. pro dilectione. & infames sunt. 4. q. 1. c. 1. & ff. de iis. qui no. infa. l. 1. §. ait pretor.

Histriones à promotione prohibentur.

b ¶ *Talibus*] dare causa vanæ gloriæ pro exercitio sui vitij, immane peccatum est, sed in necessitate [i] non. Idem de venatoribus & meretricibus. in talibus enim non vitium est fouendum, sed natura sustentanda est. Sed quid de citharistis & alijs qui varijs vtūtur instrumentis, numquid est licitum audire ea vel tangere, vel talibus personis aliquid dare? Et quidem si ad voluptatem vel luxuriam, non: quia Deum manibus stimulat, qui populum vocibus delectat, vt 92. dist in sancta. sed ad laudem Dei bene, vel ob aliā iustam causam: puta recreationis: quia debilis est vel infirmus. de consecr. dist. 3. peruenit. versi. fin.

Dare turpibus, an sit permissum.

[i] Argu. 11. q. 3. duo ista. 16. q. 1. quoniam multæ. in fi.

Citharistis, & alijs varijs vtentibus instrumentis an peccent.

ADDITIO. Dummō obscœnos motus corporum ante se fieri nō patiatur. 34. dist. presbyteri. de consecr. dist. 5. non oportet. Arch.

c ¶ *Peccator.*] 3. 23. q. 4. duo.

d QVi venatoribus.] No. quod venatio quædā oppressiua est, & hæc illicita est, vt 3. dist. 6. §. vlt. quædā arenaria, quædā saltuosa. Arenaria est, cum quis pugnat in arena cū bestia dentata, & ad hoc locat operas suas. hanc qui exercet, peccat mortaliter, & qui eam aspicit: & qui eam exercet, infamis est: nisi gratia virium suarum experiendarum. ff. de postulat. l. 1. §. item senatus. De hac loqtur hoc c. & duo seq. & 3. q. 7. §. tria. Saltuosa est, quæ fit ī syluis & saltib^o, & hæc licita est: tamen est illicita ex tempore, vt ī Quadragesima, & diebus ieiuniorum. 3. ead. an putatis. nisi in necessitate. argu. 3 13. q. 8. si nulla. Item ex persona: quia clerico non est licita, etiam si pauper sit secundum quosdam, vt 34. dist. quorumdam. quia potest aliàs victū quærere. 91. distin. clericus. nam faciat cillas & calathos & retia. de cōsecr. dist. 5. numquam. Laico licita est ob necessitatem pro pellibus & carnibus, non ob voluptatem: & hoc de ea, quæ cum clamore fit. Ponere autem laqueū, vel rete sine strepitu & clamore & canibus licet etiam clericis: cum monacho etiam liceat texere linum pro capiēdis piscibus. de conse. dist. 5. numquam. De saltuosa loquitur. infra ead. Esau. & duo. seq. capit.

Venatio est multiplex.

e ¶ *Meretricibus.*] meretria tamen non turpiter accipit, licet turpiter meretricium faciat. ff. de condi. ob turp. ca. l. 4. §. sed quod meretrici. Sed nonne causa affectionis meretricibus dare possum^o. ff. de do. affectionis? Dicunt quidam, quod sic pactione nō præcedente, sed causa remunerandi bene possumus post factum, quod non credo: quia semper peccatum est dare. argum. 16. quæst. prima. legi. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. 3. §. 1. Rem autem quam dedi meretrici, repetere non possum. Sed pignus non pignoratitia, sed rei vendicatione possum, vt C. de condic. ob turp. cau. l. 2. non in text. sed in gl. Hug. quia cōuenitur tunc tamquam quilibet alius possessor. ff. ad exhib. de eo. §. heres.

Meretricibus sine peccato dari nequit.

Arg. contra. C. de don. l. 3. vbi de hoc.

ESau.] CASVS. Hæc tria cap. intelliguntur de iis qui venantur causa delectationis. Dicitur ergo hic, quòd Esau non venaretur nisi peccator fuisset. Nam piscatorem sanctum inuenimus, sed venatorem non.

f ¶ *Venator erat.*] dum venator permanet, ne obijciatur de Eustachio. 50. dist. ferrum.

g ¶ *Piscatores.*] sed quare prohibetur venari, & non piscari? quia forte piscatio fit sine clamore, venatio non: vel quia maior est delectatio in venatione: dum enim quis est in venatione, nihil potest de diuinis cogitare.

Venatio prohibetur, sed non piscatio.

QVid prodest.] CASVS. Dr̄ hic, quod non prodest abstinentia ad vitam æternam si quis luxuriari in venationibus velit. Idem dicitur in sequenti capit. immo (quod plus est) non solum tenetur de suis peccatis, sed etiam de peccatis seruorum suorum, quos secum ducit.

h ¶ *Ieiunare.*] efficaciter ad salutem.

a A *N putatis.*] [a] *Seruulos.*] non tamen serui debent ei obedire. 11.q.3.non semper. excusantur tamen quo ad quid, vt 23 q.5.qui compulsus. C. de sepul. vio. l. 2. C. de iis qui sibi in test. ascri. l. vlt. nō in totū; quia in atrocibus non debent obedire. ff. de reg. iur. ad ea. ff. de act. & obl. seruus. & dñs tenetur pro oībus peccatis eorum. extra de te stib. sicut. & 23. q. 5. qui compulsus. ADDITIO. argu. ad hoc. C. de accusa. l. nō ideo. Archid. quia eius pœna pretio remitti prohibetur. 5. q. 5. iubemus. si autē conuenitur ex contractu, non est cruciandus, sed sufficit, q cedat bonis. C. qui bo. ced. pos. l. 1. & inanis est actio, & c. ff. de do. ma. l. nam is. tenetur tamen si post perueniat ad pinguiorem fortunam. ff. de cess. bo. is qui 3.

§ De eodem. C. XIII.

Iuo ibidem.

AN putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo nō ad ecclesiam vigilat, non beatorum martyrum loca sancta perquirit; sed surgens congregat seruulos [a], disponit retia, canes producit, saltus, siluasque perlustrat? seruulos, inquā, secum pertrahit, fortasse magis ad ecclesiam festinantes; & voluptatibus suis peccata accumulat aliena; nesciens reum se futurum tam de suo delicto, quàm de perditione seruorum.

Item Ambrosius lib. 1. de officijs, c. 30.

§ Quæ sint in liberalitate seruanda. C. XIIII.

Ans. l. 13. c. 28. Poly. l. 6. tit. 20. Gal. 6.

NOn a satis est bene velle [b], sed etiam benefacere. Nec satis est iterum benefacere; nisi id ex bono [c] fonte, hoc est ex bona [d] voluntate proficiscatur. *& infra.* ¶ Perfecta liberalitas [e] fide, causa, loco, tēpore commendatur, vt primum opereris circa domesticos [f] fidei. Grādis culpa, si sciente te fidelis egeat†; si scias eum sine sumptu esse, fame laborare, ærumnam perpeti; qui præsertim egere erubescat: si in causam ceciderit aut captiuitatis suorum [g], aut calumniæ, & non adiuues: si sit in carcere, & pœnis, & supplicijs propter debitum [h] aliquod iustus excrucietur [i] (nam etsi omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius): si tempore afflictionis suæ nihil à te impetret: si tempore periculi, quo rapitur ad mortem [k], plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri; non est leue peccatum β.

a ¶ Non satis.] *Hinc vsque ad c.* si qd vero. *in aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Anselmum est vnicum caput.*
β ¶ Non est leue peccatum.] *Verba hæc non sunt ibi apud Ambrosium, sed tamen apud Anselmum, & in Polycarpo.*

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. XV.

Poly. ibidem. Ans. ibidem. † *al. Deus*] ori. 3. Reg. 19.

DOminus† non vult simul effundi opes, sed dispensari, nisi forte, ut Helisæus, qui boues suos occidit, & pauit pauperes ex eo, quod habuit: ut nulla cura teneretur domestica; sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret.

Idem ibidem continenter.

¶ De eodem. C. XVI.

Ans. ibidem. Poly. ibidem

ESt probanda illa etiam liberalitas, ut proximos seminis tui non despicias, si egere cognoscas. Melius [l] est enim, ut ipse subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere, aut alicui postulare subsidium necessitati: non tamen, vt illi ditiores eo fieri velint [m], quod tu posses conferre inopibus: causam γ enim natura [n] præstat, nō gratia [o]. Neque enim propterea te Domino dicasti, vt tuos diuites facias: sed vt vitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras: & pretio miserationis peccata redimas tua. Putant [p] se parum poscere? pretium† tuum quærunt: vitæ tuæ fructum adimere contendunt: & accusant†, quòd eos diuites non feceris: cum te illi velint æternæ vitæ fraudare mercede?

† *al. premium* † *accusat*] orig. & sic deinceps.

γ ¶ Causam enim.] *Apud B. Ambrosium legitur,* causa enim præstat, non gratia, *itéque apud Anselmum, & in Polycarpo. Sed vetusti codices Gratiani, & glossa cum impressis concordant. Alia autem nonnulla ex ipso Ambrosio sunt emendata.*

Idem ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. XVII.

Poly. ibidem Ans. ibidem.

COnsideranda [q] est etiam in largiēdo ætas, atq; debilitas; nonnunquam etiam verecundia, quæ ingenuos [r] prodit natales, vt seni-

NOn satis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, q non sufficit opera charitatis velle, nisi opus addatur exterius, si fieri pōt, & cō uerso. In secunda parte ostendit, q in operibus charitatis nouem sunt cōsiderāda. s. fides, causa, locus, tempus, modus, proximitas, ætas, debilitas, & nobilitas. In tertia dicitur, q misericordia cōmunis & generalis est omnibus, & ab ea null° excluditur. Secūda pars incipit ibi, *Item perfecta.* Tertia ibi, *Nam & si.* Sequens capare.

b ¶ *Velle*] cū facultas adest, & necessitas instat. alias sufficit bona voluntas cum charitate. 45. dist. duæ. si. extra de eo, qui mit. in poss. constitutus.

c ¶ *Ex bono.*] aliás nō est bonū. arg. ff. mād. l. 1. §. 2. & l. si procuratorem. 32. q. 5 sicut.

d ¶ *Ex bona.*] informata. s. charitate. Laur.

e ¶ *Liberalitas.*] no. in liberalitate esse attendēdam fidem, causam, locum, tempus, modū, necessitudinem, ætatē, debilitatē, cōditionem quæ diligenter & ordine tractantur in cap. præsenti vsque ibi, pulchra etiam liberalitas, vbi tractatur præcipue de modo, vsque ibi, super Lucā. exinde ostendit præceptum de misericordia impendēda esse commune & generale omnibus.

f ¶ *Domesticos.*] nisi extraneus indigeret ad mortem, & domestici non: tunc enim prius extraneo subueniré. Sed qd si pater meus est infidelis, & æqualiter indiget cū fideli, cui teneor magis? Pet. Manducator vocauit hāc quæstionē tenebrosam aquā in nubibus aeris. posset tamē dici, q magis fideli: quia hic dicit, fidelis &] ca. causam præstat natura, non gratia. Hu. præfert patrem infidelem vt dixi. 30. dist. c. 1. arg. 23 q. 8. §. ecce. in fi.

g ¶ *Suorum.*] quia quis magis timet in filiis, quam in se. ff. quod met. cau. isti quidem. §. vlt.

h ¶ *Propter debitum.*] hic loquitur secundum ea tempora, quando si debitor non erat soluendo, dabatur creditoribus ad puniendum ipsum. hodie autem si aliquis conuenitur ex maleficio, & nō est soluendo, puniri potest. 14. q. 6. si res. ff de pœn. l. 1. §. 14 & hoc casu non est ei subueniendum, nec redimenda est pœna eius

i ¶ *Excrucietur.*] de facto, nō de iure. extra de pign. c. 2. C. de act. & obli. ob æs. in Auth. vt nul. iud §. quia vero. coll. 9. Lau.

k ¶ *Ad mortē.*] qualiter hoc itelligi debeat, inuenies 23. q. 5. reos.

l E ¶ *St probanda*] ¶ *Melius.*] arg. C. de seruitutibus. l. reos.

m ¶ *Velint.*] nā tāq̄ pauperib° dēs dare, aliás nō. 12. q. 2. q̄sqs.

n ¶ *Natura.*] nam omnes fideles proximi sunt nostri, vt de pœn. dist. 1. c. charitas. versi. proximos.

o ¶ *Non gratia.*] vnde supple, & affectio.

p ¶ *Putant.*] parentes tui qui volunt te dare bona ecclesiæ illis.

q C ¶ *Onsideranda est*] hic de ætate.

r ¶ *Ingenuos.*] hic de conditione.

Voluntas bona sufficit.

Vt 12. q. 5 sic enim sentiendum Hug.

Patri fideli an potius subuenire d. si quam extraneo fideli.

Et 42. dist. quiesciunt, vbi vide

Qui non habet in ærario sit puniendus in corpore. Soluet in corpore.

Et 5 q 6 qui a ff. de in ius. vocand. l. si quis id.

† Et c. qui bo. ce. pos. l. qui cum eas extra de sol. Odoradus. Ad idem. C. de rei vx act. l. vnica. §. cum autē Arch.

Tex est simile in 1. si. b uc pem. ff. de cond. ob turp caus. & l. 1. §. ex pla ribus, ff. de ac q pos.

Fideles omnes sunt proximi nostri.

a ¶ *In egestatem.*] Dicit Boethius. Inter omnes aduersitates fortunæ, infelicissimum genus infortunij est fuisse felicem.
b ¶ *Et maxime.*] id est, tantum. Nam aliter nõ teneor ei subuenire, vt ff. depo. l. bona fides. & 5. q. 5. non omnis. sed verum est, q redimere non teneor: sed dare eleemosynam bene.

neglectis pauperibus templa gemmis & auro ornabant: hic autem ad vtrumq; inuitat, scilicet ad curam pauperum, & ad orna tũ ecclesiarum. mediocritas enim seruanda est. Omne enim quod non pp necessitatẽ, sed propter venustatem accipitur, elationis habet calumniam, 21. q. 4. cap. 1. H. Idem Lau. & Io. de Fant.

Videas quod leg. & no. 12. q. 2. cum mo.

Pul-

bus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt victum quærere. Similiter & debilitas corporis, & hæc iuuanda promptius: tum si quis ex diuitijs cecidit in egestatem[a]: & maxime[b], si non vitio suo, sed aut latrocinijs, aut proscriptione†, aut calũnijs, quæ habebat, amisit.

† al. proscriptio

Idem libro secundo officiorum, c. 21.

¶ De eodem. C. XVIII.

Ans. ibidem Polyc. ibidem

PVlchra[c] ◦ etiam liberalitas est in ipso quoq; pauperis dato[d] mensuram tenere, vt abundes pluribus, non conciliandi fauoris gratia vltra modum fluere. Quidquid ex affectu puro, & sincero promitur, hoc est decorum: non superfluas ædificationes aggredi, nec prætermittere necessarias[e]. Et maxime sacerdoti hoc conuenit, ornare Dei templum honore†[f] congruo, vt etiam hoc cultu aula Domini resplẽdeat: impensas misericordiæ conuenientes frequentare: quantum oporteat, largiri peregrinis, non superflua[g], sed competentia, &c. *Idem.*

† decore] orig.

eod. lib. c. 28.

¶ Compatiamur alienis calamitatibus, necessitates aliorũ, quantum possumus, iuuemus; & plus interdum, quàm possumus[h]. Melius est enim pro misericordia causas[i] præstare, vel inuidiam perpeti, quàm prætendere inclementiam; vt nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confregerimus[k] vasa mystica, vt captiuos redimeremus.

◦ ¶ Pulchra etiam.] *Apud B. Ambrosiũ legitur:* pulchra liberalitas erga ipsos quoq; pauperes mensuram tenere. *Sed apud Anselmum, & in Polycarpo habetur vt apud Gratianum, & addit glossa in voce,* dato.

Idem ad c. 3 Lucæ, in vers. [Generatio viperarum.]

¶ De eodem. C. XIX.

† singulis quoq;] orig.

IN† singulis quoque generibus hominum conueniens tribuit sanctus Baptista Ioannes responsum, vnum[l] omnibus[m], ita: publicanis, ne vltra præscriptum exigant: militibus, ne calumniam faciant, ne prædam requirant; docens idcirco stipendia constituta militiæ, ne dum sumptus quæritur, prædo grassetur[n]. Sed hæc, & alia officiorum præcepta propria singulorum; misericordia communis est vsus. Ideo commune præceptum omnibus officijs, omnibus ætatibus necessaria, & ab omnibus deferenda. Non publicanus, non miles excipitur, non agricola, vel vrbanus: diues, & pauper[o], omnes in commune admonentur, vt conferant[p] non habenti[q]. Misericordia enim plenitudo virtutũ est. Et ideo omnibus est proposita perfectæ forma virtutis, ne vestimentis, alimentisque suis parcant. Misericordiæ tamen ipsius pro possibilitate conditionis humanæ mensura seruetur, vt non sibi vnusquisque totum eripiat, sed quod habet, cum paupere partiatur.

† al. misericordia

Idem ad c. 18. Lucæ.

¶ De eodem. C. XX.

Matt. 15. Leuit. 20. Exo. 21.

CEterum Dei traditio est, vt prius pascas parentes. Nam si iuxta diuinum oraculum contumelia parentis morte luitur, quanto magis fames, quæ morte grauior est? Quo loco[r] insolentem[s] Dominus infrenat iactantiam, &c.

Idem in libro de officijs[β].

¶ De eodem. C. XXI.

Ans. l. 13 c. 28. Poly. l. 6. tit. 20. D. T. 2. 2. q. 32. art. 5.

PAsce[t] fame morientem. Quisquis enim pascendo hominem seruare poteras, si non pauisti, occidisti[u] †.

† Concor. cum hoc cap. & sua gl. ter. in l. necare. & ibi glo. ff. de lib. agno.

β ¶ De officijs.] *Caput hoc non est inuentum apud B. Ambrosium: sed apud Anselmum, & in Polycarpo ex eodem citatur, & Bartholomæus Vrbinas Eremita in Milleloquio, quod collegit ex dictis B. Ambrosij, affert hunc locum ex eodem Ambrosio in libro de alendis pauperibus, qui liber hactenus desideratur.*

g ¶ *Superfluas.*] Arg. 3. 21. q. 3 c. 1. Lau.
h ¶ *Possumus.*] Quod fit cum nobis necessaria subtrahimus: ad quod nõ tenemur, vt 42. dist. §. 1. si autem hoc facimus, commendandi sumus, vt 41. dist. parsimoniã. Nam dicit lex, q sic tenetur libertus patronum alere quãdo superest sibi, & deest alij, vt ff. de lib. agno. si quis. §. de alimentis. C. de oper. lib. l. 1. & dicit canon, q intantum debet dare, quantum sibi possibile est. 82. dist. c. 1. dic ergo hic, quantũ possumus, id est, quantum debemus, & tenemur ex præcepto.

Libertus patronum quandoq; alere tenetur.

i ¶ *Causas.*] Sic 3. dist. 50 poteritan si. & 11. q. 3. nemo. & 26. q. 7. alligant. argu. contra. ff. depo. si nominem. vbi punitur pietas: sed ibi misericordia dolo proxima fuit: & est quãdoque insulsa misericordia. 23. q. 3. est insulsa.

Misericordia quandoq; quæ est insulsa.

Ad hoc ar. ff. de do. l. eleganter. l. idem. Laben. Arc.

k ¶ *Qui confregerimus.*] infra 12 q. 2. aurum.
l. ¶ *In singulis.* ¶ *Vnum*] infra 23. q. 1. militare.
m ¶ *Omnibus.*] de misericordia impedenda.
n ¶ *Grassetur.*] id est, impinguatur rapiendo & spoliando homines. Lau.
o ¶ *Pauper.*] Argu. q pauper de eleemosynis quas colligit, debet eleemosynã facere. 3. 12. q. 1. habeat.

Eleemosyna de eleemosynis est facienda.

p ¶ *Vt conferãt.*] Quidquid enim habes vltra id qđ tibi sufficit, aliorum est, vt 47. dist. sicut hi.
q ¶ *Non habẽti.*] quia habenti dare, nihil aliud est quam perdere, vt 1. q. 2. pastor.

Habenti dare est perdere.

r ¶ CEterum. ¶ *Quo loco.*] id est, qua auctoritate.
s ¶ *Insolentem*] quæ erat, quia ipsi filij sua omnia dabant ecclesijs vel sacerdotibus, & nolebant pascere parentes. 30. dist. cap. 1. Nam etsi impius pater sit, tamen pascendus est, vt Authent. de incest. nup. §. si vero contingit. colla. 2.

Pater etiam impius est pascendus.

e ¶ *PVlchra.*] Hic iterum repetit de modo.
d ¶ *Dato.*] quanto enim minora sunt quæ spargunt, tanto plures recipientes erunt. in Auth. de cõsul. §. si autẽ. coll. 4. vnde pauperibus nõ sunt faciẽda sumptuosa cõuiuia, vt 25. dist. §. aliàs. in fin.
e ¶ *Necessarias*] ff de cu. fu. l. vlt. §. 1. Lau.
f ¶ *Honore.*] infra de consec. dist. 1. c. 1. 3. 12. q. 2. gloria. §. Sed ibi non tantur illi qui hoc ita faciunt, q super Dei pauperes non intendũt: hoc non ita fieri præcipitur, vt cura pauperum relinquatur. ARCHID. Arg. 3 12. q. 2. gloria. Sed ibi loquitur cõ prælatos, q

t ¶ *PAsce.*] Tempore enim necessitatis cibaria omnia communia sunt. ff. ad legem Rhodiam, de iac. l. 2. §. idem etiam.

Cibaria omnia sunt in necessitate communia.

u ¶ *Occidisti.*] Occidit quis alium per subtractionẽ panis corporalis, vt hic, & 14. q. 5. immolans. & spiritualis; vt dist. 43. Ephesus. Detractione occidit quis odio, actu, mente, vt 3. de pœniten. distin. 1 homicidiorum. &c. omnis. Negligentia. 3. dist. proxi. c. vlt. & 55. di. si qs abciderit. & est ss. ff. de lib. agno. necare. 3. 16. q. 1. decimæ. ff.

Panem subtrahens alium occidit.

Ad idem 1 q. 1. a vdicta. Arc.

S a dete

ge re mili.l.omnes.§.q ppositu.11.q.3.non solum.12.q.2.aurum.g.dist.50 sæpe contingit.ꝭ 30.q.5.nullum ante.ꝭ.dist.47.sicut.

a ¶ *Qui clementiam.* ¶ *Quamuis*] id est, quamuis faciant opera spiritualia. Laurent.

SIMILITER. Hæc est 6. pars dist.in qua dicit, quod prælatus cum discretione debet punire subditos suos: quod probat duabus auctoritatibus. Ioan.de Fant.

CASVS. Hic est sextus articulus huius distinctionis, in quo prosequitur illud capitulum apostolicæ regulæ, oportet epm esse nō percussorem. Et exponit alio modo quam supra in 45 dist.ex posuerit: quoniam hic dicit, quod non debet esse percussor, id est, facilis ad vindictā: quod probat duobus sequētibus capitulis.

domin9 Papa recepit testes eo absente. De vno habes hic. De duobus habes 11.q.1.fratris. Alij dicunt sententiam fuisse latā sub cōditione, si scilicet constaret de his quæ dicta fuerunt de ipso.

g ¶ *Etiam terminos.*] In hoc peccauit grauiter. & secundum leges talis punitur pœna quinquaginta aureorum, vel relegatione, vt ff. de

Item Hieronymus in cõmentarijs ad Galatas, c.6.in ver. Alter alterius.

¶ De eodem. C. XXII.

QVi clementiam non habet, nec indutus est viscera misericordiæ, & lacrymarum, quamuis [a] spiritalis sit, non ad implet † legem Christi. † *adimplebit*] or.

6 *Similiter etiam oportet episcopum non esse percussorem, id est non ad vindictam facilem.*

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Panormitano, lib. 11. epist. 49.

¶ Ad vindictam episcopus facilis esse non debet. C. XXIII.

SI quid [b] vero de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuste possit offendere, facile non credas [c]; nec ad vindictam te res accendat incognita: sed præsentibus senioribus ecclesiæ [d] tuæ diligenter est veritas perscrutanda: & tunc si qualitas rei poposcerit, canonica districtio culpam feriat delinquentis. 15.q.7. si quid

Idem Ianuario episcopo, lib.7.indic.2.epist.1.

¶ De quodam episcopo, qui antequam Missarum solennia celebraret, die Dominico ad exarandam messem cuiusdam profectus est. C. XXIIII.

TAnta [e] nequitia ad aures meas de tua senectute peruenit, vt eam nisi adhuc humanitus pensaremus, fixa [f] iam maledictione feriremus. Dictum quippe mihi est, quòd Dominico die, priusquam Missarum solennia celebrares, ad exarandam messem latoris præsentium perrexisti, & post exarationem eius, Missarum solennia celebrasti: post Missarum solennia etiam terminos [g] possessionis illius eradicare minime timuisti. Quod factum quæ pœna debeat insequi, omnes qui audiunt, sciunt. Dubij autem de tanta hac peruersitate fueramus: sed filius [h] noster Cyriacus abbas a nobis requisitus, dum esset Caralis, ita se cognouisse perhibuit. Et quia adhuc canis tuis parcimus, hortamur †, vt aliquādo resipiscas miser senex, atq; a tanta te leuitate morum, & operū peruersitate compescas †. Quanto morti vicinior efficeris, tanto fieri sollicitior, atque timidior debes. Et quidem pœnæ sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem [i] tuam † cum senectute nouimus; interim tacemus [k]. Eos [l] vero, quorum consilio hæc egisti, in duobus mensibus excommunicatos [m] esse decernimus: ita tamen, vt si quid eis intra duorum mensium spatium huma-

3.q.7.tanta. Burc.l.1.c.197. Iuo p.2.c.78.& par.5.c.3 ta.

† al. *hortamur aliquado resipisce* † al. *compesce*

S ¶ *Si quid*] CASVS. Ioan. eps Corinthiorum statim cum audiebat aliquem deliquisse, causa incognita puniebat. de quo Grego. eum reprehēdit, & docet quod si aliquid dicatur sibi de aliquo clerico, non statim credat: sed præsentibus senioribus ecclesiæ suæ veritatem inuestiget: & tunc si oportuerit, culpam feriat delinquentis.

b ¶ *Si quid.*] 15.q.7.c.2. Qualiter hoc cap. debeas itelligere, habes extra de simo. licet Hely.

c ¶ *Non credas.*] ꝭ.22.q.3. innocens.ꝭ. Ibi de incredulitate quæ inter socios habenda est, loquitur: sed hic de illa quæ ad iudicem pertinet. Vel refert vtrum bona vel mala de aliquo dicantur. De hac materia not. 23.q.4. quam magnum.

d ¶ *Ecclesiæ*] Cum hoc cap. de causa inquisitionis loquatur, vt extra de accus. qualiter 2. ergo in causa inquisitionis nō habet necesse eps alios conuocare, nisi canonicos tantū. Nā nomine ecclesiæ suę maior ecclesia intelligit. arg. extra de verb. sig. cū clerici. Arg ꝭ.18.q.2 si qs abbas. & extendit hoc nomen, ecclesiæ suæ, ad omnes ecclesias diœcesis. extra de viu pal.c.1. Item, est arg. hic, quod eps nō vocans alijs epis possit sacerdotem cōdemnare. Sed dic quod seniores hic vocat epos: cū iste Corinthiorum esset archieps [1]. Vel loquit tantum de causa pecuniaria, quam potest tractare eps tantū cum suis clericis. Vel est derogatum huic per alios canones. Vel canonica districtio dicat pęna suspēsionis [2], quā eps cum suis clericis potest inferre. Vel loquit de clericis infra sacros ordines constitutis: quorum causas etiam criminales potest eps cū suis clericis tractare & decidere. arg. 15.q.7. si autem. Quid de hoc iuris sit, inueni es 15.q.7. in summa. Ioan.

Episcopus in causa inquisitionis quos debet conuocare.

[1] Suburb. & suffraganei sui de clero metropolitanæ ecclesiæ, vt colligitur 93. dist. c. ..... Io. an. de Fan.

[2] Scilicet perpetuæ (...) in ... potestibus. quod dic vt not. Inno. extra de ex ces. præla. cap. 1.

T ¶ *Anta nequitia*] CASVS. Ianuarius eps cum habuisset rixā cum quodam suo subiecto: consilio quorumdam malorū messes illius ante Missarum celebrationem & die Dominica exarauit: & post Missam illuc reuertens, terminos agri euulsit & amouit. Quod cum Greg. audisset, non credebat: sed postea certificatus est per abbatem Cyriacum. Sed quia Ianuarius nimis erat simplex & senex, propterea Papa ei pepercit: monens eum vt decetero talia non faciat. consiliarios tamen ipsius spatio duorum mensium communione corporis & sanguinis Christi priuauit.

e ¶ *Tanta.*] ꝭ.1 q.7. tanta.

f ¶ *Fixa.*] id est certa. Sed cum iste absens esset, quomodo Papa ferret in eum sententiam? Dic quod hic loquitur de sententia comminatoria, scilicet comminando ei. Vel citatus fuit, & noluit venire: &

Papa in absentem an sententiam ferre possit.

de termi.moto.l.2.& 3. cum distinctione vtrum sit iuuenis, an seruus, vt ibi dicitur. secundum legem autem diuinam maledictus reputatur 12.q.5 in legibus.

h ¶ *Sed filius.*] Arg. quod creditur dicto vnius, vt ꝭ.8 q.3. talia. & 97. dist. nobilissimus. In forma iudicij [3] quantum ad veram probationem vni testi non creditur, vt extra de testib. licet. in fin. & eo. titu. veniens. sed quantū ad psumptionem, vt C. de reb. cred. in bonæ. nisi casus aliquis specialis inueniatur, vt extra de in inte. restit. ex litteris. & de procur. ex insinuatione. & extra quod met. cau. cap. vlt. & extra de testi. in omni. Ioan. Similiter vbi nō fit præiudicium alij, creditur vni testi, vt de consec. distin. 4. cum itaque. B.

Vnius dicto quando credatur.

[3] Cōtra ... ꝭ. si quis ... C. de fal.

i ¶ *Quia simplicitatem.*] Not. quòd parcitur senectuti, vt 34. distin. fraternitatis. 56. quæ 7. hoc sic. &c. tempora. Item parcitur simplicitati, de consecra. distinct. 2. cap. 3. & extra de re. permu. cum vniuersorum.

[4] Sic etiam no. ꝭ.q.7 tanta.

K ¶ *Tacemus.*] Non ergo semper qui tacet consentit [4] nec semper idem est tacere quod voce consentire. arg. de consecr. dist. 4. cum pro paruulis. & 65. dist. c. si forte. de hoc 27. dist. diaconus.

l ¶ *Eos.*] ff. de reg. iur. consilij. Lau.

ADDITIO. Videas quod legitur & nota. instit. mandati. §. tua gratia. versic. cuius generis.

m ¶ *Excommunicatos.*] Argu. quòd quandoque magis puniūtur consiliarij quam facientes [5]. distinct. 96. duo. 11. quæstio. 3. qui consentit. & 24. quæstio. 3. qui aliorum. Sed hoc ideo factum est, quia in illis non conueniebant ea propter quæ fieret dispensatio circa eos. Sed licet iste debuit puniri, tamen indultum est ei ratione ætatis & simplicitatis.

[5] Sed aliquando plus punitur ... quam si ipse idē faceret quod cōsuluit. vt ff ad l. Pom. de parrici. verd & ... vt patet ... in medicos ... dedit venenū vt daret patri nam in hoc casu plus punitur medicus quam si ipse patrē illi ... venenū vel ... vt ibi patet.

vel pot.

VEL PERCVSSOR. Septima pars.
CASVS. Exposuit supra Gratianus ne eps sit pcussor, id est, ad vindictā facilis, modo exponit & alio modo. i. ne percutiat aliquē propria manu, vt j. ea. prox. cuius casus planus est.

a ¶ Non licet.] quod tamen potest per aliū: etsi non per se, vt 5. q. 5. illi qui. & 14. q. 6. c. 1. sicut & aliquis gerit & facit per aliū. 88. dist. episcopus gubernationem. ita tamē, q sit clericus. si enim per laicum percutit, incidit in canonem. extra de sen. excom. vniuersitatis. Sed quid si clericum non habet? Tunc verberet per se, vt dixi 45. dist. in summa.

b ¶ Manibus.] C. de episc. & cler. Auth. sed neq; propriis manib9.

PROHIBETVR Hæc est octaua pars dist. in qua dicitur, q clerici non debent tractare res laicorum nec possessiones eorū conducere, nec esse tutores, nisi suorum propinquorū, id est, quibus succederent ab intestato, nisi de mādato episcopi egissent causas pauperum. Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur septimus articulus, in quo repetit Gratianus illud cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet episcopum non esse cupidum, & turpis lucri sectatorem. quod de omnibus clericis generaliter est intelligendum.

Clericus p quē & alio gaudia est ejo minans.

Peruenit.] CASVS. Quidā episcopi clerici vel monachi possessiones laicorū causa cupiditatis conducebant, cum suæ possessiones eis sufficerent, & procurationes sæcularū negotiorū pp lucrū suscipiebāt, officia sua penitus dimittētes: pcepit ergo cōc. Calcedo. ne hoc decetero fiat, excepta legitima tutela, vel cura miserabilium psonarū, quā clerici suscipere debent ad iussionē suorum epōrū. & quicūque ꝯ hoc statutum fecerit, debet excōicari.

c ¶ Conductiones.] Contra, extra de deci. c. dilecti. nam ibi non reprobantur monachi, qui habent terras ad firmā. sed dic, q illud est cum sua eis nō sufficiunt; vel cū ipsimet excolunt non vt inde plus lucrentur, sed vt de fructibus viuant. Adeo aūt hoc prohibet clericis, q si p p hoc deprehendatur in fraude, non inueniuntur eis. extra ne cle. vel mo. c. sacerdotibus.

Monachi possideterras ad firmā habere.

1 Adde qd leg. & no. extra ne clerici vel mo. c. 1. & 21. q. 3. per totū. Arch.

d ¶ Causas] de hoc notaui 15. q. 2. in summa.

e ¶ Auaritia.] nā propter necessitatem bene possent. 91. dist. cap. 2.

ADDITIO. Adde qd le. & no. 88. dist. c. 1. in prin. ibi videas.

f ¶ Tutelas.] j. dist. 88. cap. vlt. contra 21. q. 3. Cyprianus. contra Sed illud Cypriani de testamentaria tutela siue datiua, hoc autem de legitima tutela itelligitur. Item 16. q. 1. generaliter. contra. Ad hoc dic, q clerici non cogūtur recipere aliquam tutelam: possunt tamen legitimam recipere tutelam si volunt, vt hic dicitur & est hoc priuilegium clerico. ū, q licet ipsi possunt succedere alicui ab intestato, non tamen tenentur recipere tutelam, licet alias illud obtinet. vt insti. de legi. pa. tu §. 1. Sed episcopus vel monachus etiam volens non posset recipere legitimam tutelam. in Auth. de sacrosan. epis. §. Deo amabiles Vel dic, q illi Authen præiudicatur per canonem istū, vt eps & monachus, si velint possunt recipere legitimam tutelam, sed nō datiuā, vel testamētariā. sed ad tutelam miserabilium personarum omnes clerici siue monachi, tenentur, vt 88. distin. c. 1. & c. episcopus gubernationem.

Tutela est triplex.

Tutelā nō tenetur clerici recipere.

g ¶ Correctioni.] id est. suspensione. Laur.

2 Vt hic. & ꝯ. prox. dictum est de monachis. Intelligo eum de cōminatione eius quod habetur 16 q. . qui vere. & c. monachi à monasterio. Ar.

nitus aduenerit; benedictione viatici non priuentur. Deinceps autem ab eorum consiliis cautus existe: te quoque solicite custodi; ne si eis in malo discipulus fueris, quibus in bono magister esse debuisti, nec simplicitati tuæ vlterius, nec senectuti parcamus.

7 *Vel percussor esse prohibetur, ne videlicet propriis manibus aliquem cedat. Vnde in Agathensi[a] concilio legitur.*

¶ Non licet episcopo propriis manibus aliquem cedere. C. XXV.

Burc. l. 1. c. 202. Iuo p. 5. c. 316.

NOn licet[a] episcopo manibus[b] suis aliquem cedere. Hoc enim alienum à sacerdote esse debet.

a ¶ Agathensi.] *Hoc caput non habetur in Agathensi, quod extat. Burchardus & Iuo citant ex decretis Bonifacij Papæ. Habetur autem in nouellis const. 123. c. 16. apud Iulianum antecess. Non dissimilis etiam est canon 26. Apostolorum, quem interpretatur Synodus Constantinopolitana, quæ prima, & secunda dicta est, cap. 9.*

8 *Prohibetur etiam episcopus turpis lucri esse cupidus, ne aliquo inhonesto negotio victum, vel cetera sibi necessaria quærat. Quod generaliter de omnibus diuino cultui mancipatis, id est clericis, & monachis intelligi oportet. Vnde in Chalcedon. concilio, c. 3. legitur.*

¶ Qui connumerantur in clero, turpibus lucris non inseruiant. C. XXVI.

Burc. l. 2. c. 145. Iuo p. 6. c. 218.

PEruenit ad sanctam synodum, quia de iis, qui in clero connumerantur, quidam propter turpis lucri gratiam, alienarum possessionum conductiones[c], & causas[d] sæculares[†] suscipiunt; & à sacris quidem officiis se per desidiam separant, ad domos autem sæcularium concurrunt, & substantiarum eorum gubernationes auaritiæ[e] causa suscipiunt. Decreuit ergo sancta, & magna synodus, neminem horum deinceps, hoc est episcopum, siue clericum, aut monachum conducere possessiones, aut misceri sæcularibus procurationibus; nisi forte, qui legibus ad minorum ætatum tutelas[f], siue curationes inexcusabiles attrahuntur, aut cui ciuitatis ipsius episcopus ecclesiasticarum rerum committeret gubernacula, vel orphanorum, ac viduarum, quæ indefensæ sunt, & earum personarum, quæ maxime ecclesiastico indigent adminiculo, propter timorem Dei. Si quis vero transgressus fuerit hæc præcepta, correctionis[g] ecclesiasticæ subiaceat.

† al. sæcularium

DISTINCTIO LXXXVII.

1 *VIduis[h] autem, & orphanis ecclesiæ præsidium implorantibus episcopi debent adesse: & contra improborum violentias, protectionis patrocinium eis negare non debent.*

Vnde Gelasius Gerontio[i], & Petro episcopis.

i al. Leontio

¶ Implorantibus patrocinium, episcopi debent adesse. C. I.

LIcet[1] omnibus de nobis sperātibus nō debeamus, inquantū possu-

Viduis autem] Hæc distin. diuiditur in tres partes, in quarum prima probat per sex auctoritates sanctorū patrum, q viduis & orphanis debet sustentationis beneficium præberi ab ecclesia. secunda ibi, *Libertos*. Tertia ibi, *Si expositum*. Io. de Fant.

CASVS. Supra dictū est, q eps debet esse liberalis: sed quia hoc non sufficit nisi miserabiles personas tueatur, ideo subiungit hanc 87. distin. in qua ostendit, quod episcopi debent defendere viduas & miserabiles personas, & etiam libertos, qui sunt ecclesiæ commendati.

h ¶ Viduis] in hac dist. 87. ostendit magister, q viduis & pupillis, libertis & oppressis tenetur prælatus patrocinium impendere, & etiam manumissos defendere. Ad vltimum subiungit de expositis. j. ca. c. vlt.

Oppressis debet prælatus patrocinari.

Licet] CASVS. Quædam viduæ & quidam orphani conquesti sunt Gelasio Papæ de violentia quorumdam, vnde præcipit duobus epis, scilicet Petro & Gerontio, vt eas personas tueantur. Et q hoc facere debent, probatur assertione diuina.

1 ¶ Licet. 11. q. 1. Christianis.

a ¶ *Plus tamen.*] not. q etiam causæ pauperum & oppressorum, & peregrinorum spectát ad ecclesiá, vt 24 q. 3 si quis de potentibus. & c. seq. & 3. c. proxi. & extra de verb sig. super quibusdá in fi. spectat & ad iudicium regis, vt 23. q. 5. regum. & c. administratores. Similiter viduis & pupillis concessit Imperator magnum priuilegiú s. q aliquis nó possit illos trahere ad iudicium extra prouinciá, ipsi tamé possunt alios trahere. C. quando imperator inter pu. & viduas. l. vna. Vidua est quæ etiá maritum non habuit. ff. de ver. sig. malum §. viduam. Pupillus est q intra pubertatem desiit esse in patris potestate. ff. eo. pupillus. respó. 1.

D *Efensionis.*] CASVS. Maximus & Ianuarius clerici paruuli desolati erant auxilio parentú & propinquorú, qui cú non possent violétias quorundam sustinere, Gelasio suos conquesti. Præcepit ergo Gelasius Anastasio epo, vt eos tueatur a violentia improborum, cum diuina auctoritas hoc præcipiat. Seq. duo c. plana sunt.

b ¶ *Pupillis.*] pupillo tu eris adiutor.

c ¶ *Executionis.*] id est, defensionis.

d ¶ *Commenta.*] id est, fraudes.

e Q *Visquis.*] ¶ *Remedia.*] Arg. q debeat quis de hoc de quo certus é vel securus, priuilegiú Rom. sedis impetrare, vt hic elicitur, cú omnes teneamur defendere tales specialius. arg. extra de testi. licet vniuersis. 21. dist. 23. quáquá. Lau.

f ¶ *Nos.*] vt tamen primo coram suo iudice deferatur querela, vt extra de foro compe. ex transmissa. & in decretú iudicias sæcularia.

g ¶ *Animositate.*] in bona significatione sumitur, alias in mala 65. di. st. n. sane.

mus, nos negare; plus tamen[a] viduarum, & orphanorum causas, & impensius ducimus exequendas: quas tueri à nobis, vel ab omnibus diuina manifestat assertio.

Idem Anastasio episcopo.

¶ De eodem. C. II.

DEfensionis propriæ desolatis auxilio, & qui suis actibus adesse† pro ætatis infirmitate non possunt, exoratum pontificem decet subuenire: quia pupillis[b][a] tuitionem etiam diuinitas iussit impendi. Et ideo Maximo, & Ianuario, clericalis officij (qui se solatio parentum, vel propinquorum asserunt destitutos) auxilium ex nostra delegatione præstabis: vt aduersus improbitates aduersariorum suorum protecti, tuæ executionis[c] annisu noxia commenta[d] non sentiant.

† al. prodesse

a ¶ Pupillis.] *In codicibus impressis sequebatur, & viduis. quæ voces expunctæ sunt, quia absunt à plerisque vetustis. Et quæ antecedunt, ac sequuntur, ostendunt agi hic tantum de pupillis.*

Idem Leontio, & Petro episcopis.

¶ De eodem. C. III.

QVisquis in negotijs suis nostri nominis intercessione sperat sibi remedia[e] posse conferri, prona nos[f] conuenit animositate[g] præstare.

Idem Honorio episcopo.

¶ De eodem. C. IIII.

DIuinæ retributionis[h] memor ad pontificalem conscientiam non ambigas pertinere, egentium commodis piani sollicitudinem non negare.

Idem Fortunato episcopo.

¶ Tueatur ecclesia, quos in sui defensione suscepit. C. V.

IRreligiosum[i] prorsus, & execrabile iudicamus, si quisquã[a] vel extraneos in sua tuitione susceptos, nõ omni fide[k], & tota animi sui educauerit sanctitate. Ac cum Olympius diaconus dilectionis tuæ, Felicis, & Olympij suggeratur auunculus, eosque paruulos[l] tutelæ vice susceperit nutriendos; vltra latrocinium esse iudicamus, quòd eos boniseculis† parentum (sicut asserunt) reliquit extortes; alia retinendo, alia contra leges[m], & iura vendendo.

Iuo p. 6. c. 109.

† al. bonusculis

a ¶ Quisquam.] *In vulgatis codicibus sequebatur vox, clericos, quæ in aliquot manuscriptis, & apud Iuonem non habetur, ideoque sublata est. Non enim hic clericos cum laicis, sed extraneos cũ sanguine iunctis comparat.*

Item ex concilio Arausicano primo, c. 5 & sequentibus.

¶ Confugientes ad ecclesiam extrahere non licet. C. VI.

EOs, qui ad ecclesiam[n] confugerint, tradi non oportere: sed loci sancti reuerentia, & intercessione defendi. ¶ Si quis autem mancipia clericorum pro suis mancipijs[o] ad ecclesiam confugientibus credi-

Raban pe. c. 22. Burc. l. 3. c. 191. Iuo p. 3. c. 112. Ibidem. c. 6.

h D *Iuinæ retributionis.*] quia nullum bonum irremuneratum. de pœnit. dist. 3. pium est. nec aliquod malum impunitum. de pœni. dist. 1. nullus. & est si. 81. dist. cap. pen.

I *Rreligiosum.*] CASVS. Olympius diaconus suscepit curá duorum suorú nepotum, s. Felicis & Olympij. Sed cú deberet res illorum fideliter administrare, partem illarú rerú vendidit, & partem sibi retinuit. quare Papa præcepit episcopo Fortunato, vt eos defendat, & omnia eis restitui faciat.

i ¶ *Irreligiosum.*] per hoc c. & §. proxi. dist. peruenit. colligitur, q clericus bene potest legitimam tutelam suscipere, sed & etiam extranearum personarum si vult. Laur.

k ¶ *Non omni fide.*] & ita videtur, q tutor teneatur etiam de leuissima culpa. C. de peri. tuto. & cur. tutoribus. arg. ꝯ. q scilicet nó teneatur nisi de leui. C. arbi. tut. quidquid. Et quod dicit, fides, est arg. contra perfidos aduocatos, qui plena fide clientulos nó defendũt. arg. 2. q. 3. §. notandum.

l ¶ *Paruulos.*] nota q si minor lædatur in contractu, habet actionem aduersus dantem & accipientem. C. si tuto. vel cur. inter. l. ét. si vero lædatur in iudicio, habet actionem aduersus tutoré tm. C. de iudi. properandú. in fi. Sed contra. ff. de mino. l. ét. §. 1. Sed illa lex, properandum. intelligitur quando tantum circa instantiam iudicis læsus est. Illa lex etiam in principali causa loquitur, cum restituatur in iudiciis minor, vt ff. de mino. ét. §. ex causa. & C. si aduersus rem iudi. per totum. Io. immo & restituitur minor, etsi contumax fuerit, vt ff. de mino. l. minor etiam. B.

m ¶ *Contra leges.*] C. de prædi. mino. per totum.

E *Os.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, q qui ad ecclesiam confugiunt, propter loci reuerentiam debent ab ecclesia defendi. In secunda parte dicitur, q si quis mancipia ecclesiæ occupauerit propter sua quæ ad ecclesiam confugerunt, excommunicari debet. In tertia parte dicitur, q si quis vult reuocare in seruitutem, vel ad obsequium, vel ad colonariam conditionem manumissos in ecclesia, & ecclesiæ commendatos, censura ecclesiastica coerceatur. Secunda pars incipit ibi, *Si quis autem.* Tertia ibi, *In ecclesia.*

n ¶ *Ad ecclesiam.*] j. 17. q. 4. reum.

o ¶ *Mancipijs.*] de illis manumissis ab ecclesia vel de commendatis ecclesiæ dicit H. q si postea impetantur super libertate, ipsi coram ecclesiastico iudice debent respondere. vnde & si quis eos detinens nollet respondere, nisi sub sæculari iudice, posset statim ecclesia ipsum excommunicare. si vero non est manumissus in ecclesia, tunc primo debet conueniri, qui eos molestat, sub sæculari iudice. & si non vult satisfacere per eum, tunc ecclesia eum compellet excommunicando, vel alio modo. Lau. dicit, q vbicumque manumittantur, nisi manumittantur in ecclesia, vt clerici fierent, & extra de ser. non or. c. 1. in parte decisa, q semper primo conueniendus est, qui eis litem facit, sub iudice suo sæculari. Io. nisi hoc forte faceret laicus in fraudem. extra de iure pa. relatú. §. ad hæc. B. Sed quæro, ad quid ergo ecclesia recipit libertos suo protectione

ne suæ: cum illud ius sit in alijs omnibus, quod si aliquis nõ potest habere iustitiam corã iudice sęculari, accedit ad iudicẽ ecclesiasticũ, vt extra de foro compe. ex transmissa? Videt ergo quòd liberti spectant ad iudicium ecclesiæ, vt 11. q. 1. Christianis. Vel dic, quod licet istæ personæ & aliæ de quibus hic agit, recipiant sub protectione ecclesiæ

cum aliquis colligit puerum expositum ante ecclesiam. Et respondet quod debet in publicum duci, vt cuiuscumque sit ille puer, siue sit dominus siue pater, veniat intra decem dies, & puerum recipiat. Si autem post decem dies venerit, audiri non debet: sed tamquam homicida puniatur.

C. 7. Iuo. p. 3. c. 154. & 245. Pann. l. 2. c. 84. † coercebitur] orig.

derit occupanda, per omnes [a] ecclesias districtissima damnatione feriatur. ¶ In ecclesia quoque manumissos, & per testamentum [b], ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur † [c].

Item ex concilio Agathensi, c. 29.

¶ In libertate ecclesia tueatur libertos. C. VII.

Iuo p. 3. c. 159. & p. 16 c. 51. Pann. l. 2. c. 82.

2 LIbertos legitime à dominis suis factos, ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur: quos si quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

Item ex concilio Toletano, 4. c. 71.

¶ A sacerdotibus defendantur liberti, ne in seruitutem reuocentur. C. VIII.

Burc. l. 3. c. 186. Iuo. p. 6. c. 246. & p. 16. c. 52. Pan. lib. 2. c. 83.

LIberti, qui a quibuscumque manumissi sunt, & ecclesiæ patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum Patrum constituerunt, sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio [d], quod habere noscuntur.

Item ex concilio Arelatensi secundo, c. 32.

¶ Expositos defendat ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit. C. IX.

capit. l. 6. c. 142. concor. Vasense 1. c. 9. Burc. l. 3. c. 201. Iuo p. 3. c. 253. Poly l. 3. ti. 13. † al. ponatur epistola

3 SI expositus [e] ante ecclesiam cuiuscumq; fuerit miseratione collectus, contestationis ponat † epistolã, vt si is, qui collectus est, intra decem dies [f] quæsitus, agnitusque non fuerit, securus habeat [g] qui collegit. Sane, qui post prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, ecclesiastica districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

e ¶ *Expositus.*] Exponitur autem aliquis à patre vel domino, vel ab extraneo. Si à patre vel dño, aut necessitate, vel sponte. Si sponte, numquam potest recolligere eum postea: nec enim suum dicere poterit quẽ pereuntem contempsit. C. de infan. expo. l. prima & secunda. Si necessitate, repetit quandocumque: quia inuitus videtur exposuisse. C. de infan. expositis. l. prima, & in his casibus locum non habet contestatio. quod tamẽ dixi de necessitate, videtur male dictum. nã dicit lex, quòd si ipse non potest eum alere, debet eum in xenodochium, mittere. C. de lat. li. tol. l. vna. §. sed scimus. Sed quod dixi intelligas cum nullum talem locum inuenit: & intelligas maxime hoc de filijs: nam de seruis vẽ, quod potius debet eum vendere, quam exponere. & est iste casus in quo seruus habitus pro derelicto, statim in libertatem eripitur, vt C. de lat. lib. tollen. l. vna. in Authent. de nupt. §. hoc amplius. & §. multo magis. collat. quarta. alias occupanti conceditur. Si autem ab extraneo, & sciente domino vel patre: tunc locum habet quod hic dicitur. Si vero ignorante, semper potest repetere quandocumque voluerit. C. de infan. expo. l. prima. Hug. dicit, quòd tantum vsque ad decem dies auditur pater in hoc casu: quod verius credo, quia de ijs quæ publice fiunt, non potest prætendi ignorantia, vt 17. distin. quod dicitis. Idem potest dici quando pater propria voluntate exposuit. Ioannes. Hoc teneas breuiter, quòd si a patre infans exponitur, vel ab alio, eo sciente vel ratum habente, statim liberatur à patria potestate. & si dominus idem facit, seruus statim eripitur in libertatem, & libertus in ignorantiam. Idem est si alimenta fuerint istis languentibus denegata, aut si isti languentes expositi fuerunt, cuiuscumque fuerint ætatis: & qui eos suscipiunt, non habent aliquod ius in ipsis, vt extra de infan. vel languen. expositis. c. 1. Bar.

Exponens filiũ vel seruum an possit illum recolligere.

Id est hospitale.

Scilicet de necessitate.

Adde de ista quæstione & alijs in mate. expositorum, no. in l. 1. & 2. per Albe. de Rosat. C. de infan. expo. & gl. in. l. cerium. C. de episco. audien.

clesiæ non tamen eximuntur à iudicio sæculari, vt extra de priui. recepimus. & est expressum in iudicijs extra, de foro compe. ex tenore.

a ¶ *Per omnes.*] in vna excõicetur, in alijs denuntietur. Si dices, quod nemo potest pluries excõicari, dic vt not. 3. q. 4. cap. vlt. & extra de senten. excommunica. officij.

b ¶ *Et per testamentum.*] extra de seru. non ordinan. cap. 1.

Crimẽ quodlibet est ecclesiasticum.

c ¶ *Coerceatur.*] nisi admonitus satisfaciat. & est arg. hic, quod omne crimen est ecclesiasticum, 35. q. 6. episcopus in synodo.

ADDITIO. Arg. ad hoc j. c. prox. vbi Laur. idẽ sentit dicens, quod hoc etiam potest videri per auctoritatem domini, si peccauerit. 2. q. 1. si peccauerit. extra de iudi. nouit. De hac ma. le. & no. extra de offi. ordina. c. 1. & de purg. cano. nos quidem. Archidia.

L*ibertos.*] Hæc est secunda pars distinct. in qua dicitur, quòd ecclesia debet libertos defendere: præsertim eos qui eius patrocinio commendantur. Io. de Fan.

CASVS Hæc duo c. libertos. & liberti. vt dicit Beneuen. loquuntur de libertis ecclesiæ cõmendatis: quos si aliquis inuadere sua auctoritate voluerit, vel in seruitutem reuocare, vel bona eorum auferre conatur: & ecclesia & episcopus debent eos defensare.

Peculiũ seruus habere potest, sed non liber homo.

a DIscordantes.] Ratione] id est, amicabili cõpositione extra iudicium, & de plano. nã iudex ad concordiã laborare debet. 5. q. 2. si primates[1], & litigantes reconciliare. ff. de vsufru. si cuius. §. æquissimum. & de offi. præs. illicitas. §. ne potentiores. Si ergo inter se compositionẽ faciãt, remanebũt crimina impunita, contra illud. ff. ad le. Aquil. ita vulneratur[2]. sed hoc in crimine iniuriarum obtinet, quod quilibet potest remittere. sed si criminaliter ageretur, esset falsum: sed si delictũ tangeret ecclesiã, ibi non posset subditus componere cũ prelato, vt 23. q. 4. si is qui. pót tamen renũtiare accusationi, vt extra de acc. veniẽs. ADDITIO. Ad idẽ in Auth. de man. princ. §. deinde. coll. 3. Pacis perturbator capite plectendus est. ff. de re mil. l. qui metu. Archid.

Iudex ad concordiam laborare debet.

1 Concor. text. in auth. de mãda. prin. §. donde. col. 3 non tamen possit ... cogere ... in §. ... in Auth. ...

2 Et extra de fin. ... de ... 3. ...

b ¶ Vel potestate.] scilicet coercitione. vt ff. de officio procõs. congruit. & j. eo. placuit.

OBlationes.] CASVS. Dicitur, quod sacerdos non debet recipere oblatiões discordantium fratrum, nec eorũ qui pauperes opprimunt.

c ¶ Oblationes.] cum odium eorum apertum est & notorium: hoc intellige de voluntarijs oblationibus, nõ de decimis & primitijs. ext. de deci. de terris. 16. q. 1. decimæ. Lau.

d ¶ In gazophylacio.] id est, arca, vel locus est vbi reponuntur oblationes. à gaza, quod est diuitiæ, & phylattain, qđ est seruare.

Gazophylacium quid est.

e ¶ Dona.] dicit Hug. hoc generaliter intelligendum esse de quolibet qui est in mortali peccato[3], & gratia exẽpli est illud positũ, s. dissidentium. Tu melius dic, quod cũ hæc sit pœna, non debet extẽdi nisi quatenus reperitur delictũ. nã specialiter de quibusdã personis inuenitur prohibitũ, vt hic de isto. Itẽ de eo qui pauperẽ opprimit. Item de sacrilego, vt 11. q. 2. de viro. Item de eo qui vi extrahit seruum ad ecclesiam confugientem, vt 17. q. 4. miror. Item de raptore. extra de rapt. super eo. Item de vsurario. extra de vsuris, quia in omnibus sed etiam pænitentes quandoque prohibentur oblationes facere. de cõsec. dist. 4. eos. Idẽ dico de meretrice[4].

3 Subau. si quo quis contumaciter persistit. secundum Hug.

Oblationes facere multis est vetitum.

4 At. ad hoc bonũ in Auth. de leno. in prin. & quod ibi not. coll. 3.

f ¶ Opprimunt.] si quis tamen officiarius opprimit rusticos; quia forte debet habere decem, & accipit duodecim: dona eius nõ sunt respuenda de iure fm quosdam: quia transfertur dominiũ in huiusmodi, & fieri pôt inde eleemosyna: nec est vera rapina. arg. 14. q. 5. non sane. si tamen propterea correctus nollet cessare, debent respui. Vel dic, quod inde pôt fieri eleemosyna, non tamen oblatio. Idem dico in meretrice, vt dixi 14. q. 5. in prin.

NEque.] CASVS. Quidam inimici fratrũ & inuidi cõfisi de illo verbo Euangelij: Vbicumque fuerint congregati duo vel trés in nomine meo, &c. insimul collecti sacrificabant Dño. Sed dicit Cyprianus, quod Deus eorũ sacrificia nõ respicit: sicut ad sacrificia Cain non respexit. talis. n. culpa discordiæ nõ dimittitur, etiam si passionem patiatur pro Christo.

ad minorẽ pœnã. de pœn. dist. 4. si quis autem non habens.

k ¶ Inexpiabilis.] Verum est post mortẽ, alias de nemine desperandum est; vt de pæn. dist. 7. nemo. 32. q. 2. ancillã. nam qui impœnitens decedit in martyrio, non saluatur[5]. de pæ. dist. 1. c. vlt. sed mitius punitur, vt ibidem dicitur, & de pœ. dist. 3. §. potest.

Desperandũ est de nemine.

5 Ad hoc vide quod le & noc. 1. q. 1. vide.

ALienus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod quicũq; murmurat, & discordat à fratribus, abijciendus est ipse, & factum eius: qui ne exterminetur ab angelo exterminatore (sicut fuerunt exterminati Iudæi murmurantes in deserto) agere debet pænitentiam ad arbitrium sacerdotis, iuxta magnitudinem peccati sui.

l ¶ Opus.] id est, oratio eius si clericus est. opus enim eius est orare. 36. dist. cap. vlt. vel si est laicus, opus eius, id est, oblatio eius. s. ea. dist. oblationes. & 12. q. 1. duo.

m ¶ Neque.] sic 2. q. 7. §. de his etiam.

n ¶ Murmurauerunt.] & perierunt in deserto. illa pœna est, vt citius moriatur. 11. q. 3. episcopi si sacerdotali.

o ¶ Ab exterminatore.] id est, ab angelo malo: qui exterminauit murmurantes in deserto à terra promissionis. B.

SI quis monachus.] CASVS. Quæsitum fuit quantam pœnam debeat pati monachus qui rixatur, vel fratribus conuitia infert? & respondet, iuxta modum peccati diuturna pœna purgentur ad arbitrium sui prælati. Idem est & si fuerit murmurator. Sequens capit. planum est.

p ¶ Vel manifestum.] id est, manifeste.

a ¶ Diuturna.

Pœnitentia est ar bitraria.

a ¶ *Diuturna.*] Videtur q̃ tanto tempore debeat quis esse in pœnitentia, quanto fuit in peccato 3. q. 2. c. 1. Sed dicimus hoc ponendum in arbitrio prælati. nam quandoque inuenitur, q̃ debet esse tanta. de pœ. dist. 1. quamobrem. quandoque minor. de pœ. dist. vlt. cap. vlt. quandoque maior. de pœ. dist. 3. productior. desistere, cũ ep̃s debeat eos magis hortari ad pacem quàm ad contentionem. arg. 5. q. 2. si primates. Io. q̃ verũ credo in crimine iniuriarũ, vel cum agit̃ ciuiliter. aliàs non, vt extra de collu. c. 2. B.

P *Lacuit etiam.*] C a s v s. Dicitur hic, q̃ si quis habet discordiã cum aliquo, debet moneri, vt ad pacem redeat: & si contempserit, debet excommunicari.

Et est ratio q̃ expedit peccata nocentium, &c. vt dicitur in gl. pre. secundũ B.

Pro-

Io l. sententiarũ Patrum, c. 96. ex statutis seniorũ. Bur. l. 10. c. 53. Iuo par. 13. c. 54.

que peccati, diuturna[a] expietur pœnitentia. *Item.* ¶ Qui contentiosus, aut murmurans extiterit, secundum arbitrium prioris[b] tamdiu[β] pœniteat, quamdiu culpæ qualitas extat.

a ¶ Si quis monachus.] *Hanc priorem partem Burchardus, & Iuo citant ex concilio Agathensi, in quo etiam habetur ex codice librorum sexdecim, lib. 5. c. 22. abest autem fere vbique, etiam in multis Gratiani exemplaribus, vox, monachus.*

β ¶ Tamdiu] *Apud Burchardum, & Iuonem (qui citant hanc partem posteriorem ex Maguntino, habetur autem in libro sententiarum Patrum, c. 96. ex statutis seniorum) legitur,* ita pœniteat, qualiter culpæ qualitas extat.

Item ex concilio Carthaginensi, 4. c. 25.

¶ Dissidentes episcopi ad concordiam redire cogantur. C. VI.

Burch. l. 1. c. 62. Iuo p. 5. c. 172.

D Issidentes episcopos, si non timor Dei, synodus reconciliet.

Item ex eodem, c. 26.

De eodem. C. VII.

Burch. l. 1. c. 101 Iuo p. 5. c. 203. † *cohortentur*] vetera lectio.

S Tudendum est episcopis, vt dissidentes fratres, siue clericos, siue laicos, ad pacem magis, quàm ad iudicium coerceant †.[d]

Item ex eodem, c. 94.

¶ Non recipiantur dona eorum, qui pauperes opprimunt. C. VIII.

l. ea oblationes. Burch. l. 5. c. 39. Iuo p. 2. c. 48.

E Orum, qui pauperes opprimunt, dona à sacerdotibus sunt refutanda.

Item ex concilio Agathensi, c. 31.

¶ A coetu alienentur fidelium, qui ad concordiam redire contemnunt. C. IX.

Burc. l. 10. c. 61. Iuo p. 13. c. 62. † *al. diuturna intentione*

Diuturna ne. quid iudex pōt cogere ad compromittendum eos, q dia litigauerit: in l. quæ dicit affirmatiuam. si certum petat.

P Lacuit etiam, vt (sicut plerumque fit) quicumque odio, aut longinqua inter se lite dissenserint, & ad pacem reuocari diuturna † obstinatione nequiuerint, à sacerdotibus ciuitatis primitus arguantur[e]. Qui si inimicitias deponere perniciosa intentione noluerint, de ecclesiæ coetu iustissima excommunicatione[f] pellantur.

Item Fabianus Papa.

¶ Inedijs maceretur acerrimis, qui fratri suo reconciliari noluerit. C. X.

Borc. l. 10. c. 59. Iuo p. 13. c. 60. ex Fabiano.

S I quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo, satisfacienti[g] eo, qui contristauit, acerrimis maceretur inedijs[h], vsque dum grato animo satisfactionem recipiat.

Item Innocentius secundus.

¶ Episcopi ad pacem firmiter tenendam vicissim sibi consilium, & auxilium præstent. C. XI.

In conc Lateranen. c. 9. extra de treuga, & pace, c. 1. b. præcipimus, ex Alex. iij. Pann. l. 8. c. 147.

2 P Ræcipimus[i], vt episcopi ad solum Deum, & salutem populi habentes respectum, omni tepiditate semota, ad pacem firmiter tenendam mutuum sibi consilium, & auxilium præbeant: neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quòd si quis in hoc Dei opere tepidus inuentus fuerit, damnum propriæ dignitatis incurrat.

Item Victor Papa ad Afros, epist. 2.

¶ Expellendi sunt à communione fidelium, qui sibi inuicem reconciliari noluerint. C. XII.

Poly. l. 4. tit. 13. † *al. fratres*

P Erlatum est ad sedem Apostolicam, aliquos vestrum nocere fratribus† velle, & vt cadant, decertare: similiter in sacramentis, discrere: & qui hoc non fecerit, deponatur.

e ¶ *Arguantur.*] Arg. q̃ admonitio semper debet præcedere vindictã. ar. 12. q. 2. indigne.

A d d i t i o. Ad idẽ 32. q. 5. præceptum. ff. de fideicom. lib. cũ vero §. subiectũ. & §. seq. Ad idem 45. dist. licet plerumque. Archi.

f ¶ *Excommunicatione.*] Videtur tamen, q̃ primo iudex secularis cogeret eos ad cõcordiã: & si hoc non sufficiat, q̃ tunc excommunicabuntur. 17. q. 4. de presbyterorum, &c.

Coget. Vide l. si fiat . quidam affirmatiuam. si cer. pet.

S *I quis contristatus.*] C a s v s. Quidam satisfacere nolebat alicui cui iniuriã fecerat: sed iniuriam passus recõciliari volebat. Quæsitum fuit, quid de illo fieri debeat: & respondet, q̃ debet fame macerari, donec de nolente fiat volens.

Rancorem, sed non iniuriã remittere tenetur.

g ¶ *Satisfaciente*] Immo etiam non satisfaciente eo, rancorẽ tenetur dimittere, vt de pe. dist. 5. c. vlt. q̃a nõ est licitũ nobis aliquẽ odio habere, vt 23. q. 4. c. cũ in lege. 11. q. 3. iter verba. sed actionẽ iniuriarũ, i. satisfactionẽ, non tenemur dimittere. Nã ad remittẽdã iniuriam nullus est cogẽdus, 23. q. 4. si illic. imo bene facit qui dimisso rãcore agit iniuriarũ. 45. dist. & qui emẽdat 23. q. 5. de occidendis.

Et vide q̃d no. 2. q. 4. quia prælatus in g. o. ar. q̃ 5 c. verbo sed numquid dist. Archid.

h ¶ *Inedijs.*] idest, pœnis excommunicationis.

P *Ræcipimus*] Hæc est secunda pars dist. in qua probat q̃ episcopi debent sibi præstare consilium & auxilium ad pacem tenendam. Ioan. de Fant.

C a s v s. Dicitur hic q̃ ad pacem firmiter tenendã & obseruandã debẽt episcopi sibi mutuum auxilium exhibere: & qui hoc non fecerit, deponatur.

Abbas monachũ excommunicatũ absoluere pōt. Illo casu debet absolui a diœcesano ep̃o: quod dic vt extra de sen. excom. religiosi. ibi videas. Accusans pendente accusatione potest desistere.

Addē an & q̃n potest accusans desistere, nota C. ad. in l. fin. de accu. & in l. 2. C. de calumn. & ff. in l. athletas. ff. de fal.

b ¶ *Prioris.*] idest, abbatis. abbas enim potest absoluere monachũ suum inijcientem manus in monachũ suũ, vel alterius. sed nõ pōt si percusserit clericũ secularẽ[1], vt extra de sen. excõ. cũ illorũ, &c.

S *Tudendum.*] C a s v s. Dicitur hic, q̃ ep̃s discordãtes clericos vel laicos debet ad cõcordiã reuocare, potius quàm ad iudiciũ vocare. & consueuit hoc capitulum intelligi in crimine iniuriarum. Seq. cap. patet.

c ¶ *Ad pacem.*] Hæc & similia intelligo, cũ ciuiliter agitur de crimine: vel in causa ciuili: secus vbi criminaliter ageret. expedit enĩ peccata nocẽtiũ nota esse. ff. de iniur. eũ qui. & extra de col. deteg. c. 1. Ioan. vel. cũ agitur actione iniuriarũ, vt dictum est. s. ea. c. 1. B.

d ¶ *Coerceant.*] Argu. q̃ episcopus si quis corã eo accusauerit aliquem, & velit desistere, & ille velit ei remittere, nõ debeat eos cogere prosequi causã illam, etiam lite contestata: & q̃ alij possunt

Episcopi sibi mutuum debent præstare auxilium.

i ¶ *Præcipimus.*] Per ista cap. patet, q̃ ad iudicium ecclesiæ spectat facere pacẽ, vt hic, & extra de treuga & pace. treugas. Item patet hic q̃ episcopi puniuntur, qui sibi non præstant mutuũ auxiliũ, vt 3. q. 1. nulli. & etiam mortuo ep̃o vel infirmo vicini episcopi tenentur supplere defectum episcopi, vt 7. q. 1. pontifices. Ioan.

A d d i t i o. Hinc eliciunt aliqui quare per diuersa anni tẽpora treugæ cõstituantur. extra de treu. c. 1. vt s. eo tẽpore paci reformãdæ detur opera. arg. C. de fer. l. dies. arg. 31. q. 2. placuit. Io. de Fan. & hic adde. & videas q̃d dicam 24. q. 3. illi qui. Archid.

P *Erlatum.*] C a s v s. Quidam conabantur vt alij ab officio caderent, & ordinibus: in sacramentis, ab alijs discordantes, vt in baptismo & alijs sacramẽtis, vnde discordiæ ortæ fuerũt iter eos. Quod cũ Victor Papa audiuisset, pcipit vt ad pacẽ velociter redirent,

rent, & auxilium sibi vicissim conferrent. Si vero contempserint, à communione ecclesiæ repellantur.

a ¶ *Discrepare.*] Hoc dicit canon, vt simplam teneamus baptismi formam ꝑꝑ schisma vitandum. de consec. dist. 4. propter vitandū. vbi tñ cõsuetudo est diuersa, nihil officit, vt de cõs. dist. 4. de trina.

Baptismi forma debet esse simplex.

b ¶ *Concordare.*] cū metropolitana ecclesia. 12. dist. c. peculi. de cõsecra. dist. 1. altaria. & dist. 3. c. litteris. Ioã.

C*lericus.*] C a s v s. Dicit in hoc c. ꝙ clericus quærere debet sibi victū de artificio vel agricultura: dummodo officiū suū nõ negligat: & si clericus (nisi ꝑꝑ infirmitatē suā) officiū suū dimiserit, excõicari debet. Idē dicit i seq. c. Addit tñ, ꝙ si clericus vadat vagãdo ꝑ nũdinas, deponi debet: & ꝙ si ꝑꝑ emptiones ab officio declinet, remouebit ab officio. Aliud c. qđ postea sequit, planū est.

pare [a]: & ob id contentiones, & æmulationes fieri inter vos: à quibus dissensionibus vos auertere, & in his omnibus concordare [b], & opem ferre vicissim mandamus. Nam si hoc agere cito neglexeritis, & vicissim reconciliari non studueritis; ab Apostolicæ sedis, & totius ecclesiæ communione vos pelli non dubitetis.

DISTINCTIO XCI.

*Q*vi autem [c] *turpi lucro, vel inhonesto negotio victum sibi quærere prohibentur; de oblationibus ecclesiæ stipendia consequantur. Quòd si ecclesia ei sufficere non potuerit; proprio artificiolo* †, *vel agricultura (exemplo Apostoli, qui de labore manuum viuebat) sibi necessaria inueniat: ita tamen, vt occasione sui operis vigilijs ecclesia non desit. Quod absque inæqualitate* [d] *sui corporis nulli impune conceditur. Vnde Pelagius* † *Papa.*

† al. artificio Actuum 2. & 1. Cor. 4. 1. Thess. 2. & 2. Thess. 3.

† al. Gelasius

¶ Corripiantur clerici, qui officijs matutinis, vel vespertinis se subtrahunt. C. I.

ELeutherius frater, & coepiscopus noster queritur clericos suos sibi contra canones superbire; & id, quod nobis iubentibus facta in scrinio cautione promisit [e], vt quotidianis diebus vigiliæ [f] in eius celebrarentur ecclesia, illis contemnentibus implere non posse: sed magis vnumquemque suis (postposito ecclesiæ seruitio) vacare negotijs. Et ideo experientia tua eos, quos tibi esse ostenderit contumaces, debita obiurgatione compesce, & modis omnibus, vigilijs vacare cõpelle.

Ansl. 7. c. 165.

[*Item ex concilio Nannetensi.*]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

PResbyter mane, matutinali officio expleto, pensum seruitutis suæ, canendo primam, tertiam, sextam, nonamque persoluat: ita tamē vt postea horis competentibus, & signis designantibus iuxta possibilitatem aut à se, aut à scholaribus publice compleantur. Deinde peractis horis, infirmis visitatis, si voluerit, ad opus rurale exeat ieiunus; vt iterum necessitatibus peregrinorum, & hospitum, siue diuersorum commeantium, infirmorum quoque, atque defunctorum succurrere possit vsque ad statutam horam pro qualitate temporis, & opportunitate †. *Item ex dictis S. Benedicti* ¶ Propheta dicente [Septies in die laudem dixi tibi:] qui septenarius sacratus numerus à nobis sic implebitur, si matutinæ, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vesperæ, completorijq; tempore nostræ seruitutis officia persoluamus: quia de his dixit propheta [Septies in die laudem dixi tibi.] Nam de nocturnis vigilijs idē ipse propheta ait [Media nocte surgebã ad confitendum tibi.] Ergo his tēporibus referamus laudes creatori nostro super iudicia iustitiæ suæ.

extra de celebr. miss. c. 1. ex Agathensi.
Burc. l. 2. c. 104.
Iuo p. 6. c. 181. ex Nannetensi.
† al. opportunitatis
Psal. 118.
In reg. S. Benedicti c. 16.
Burc. l. 2. c. 105.
Iuo p. 6. c. 182.
Psal. 118.

Item in concilio quarto Carthaginensi, c. 52. & 49.

¶ Sine officij detrimento, artificiolo sibi clericus necessaria quærat. C. III.

CLericus victum, & vestimentum sibi artificiolo, vel agricultura [g], absque officij [h] sui dũtaxat detrimento, paret †. *Item.* ¶ Clericus, qui absque corpusculi sui inæqualitate vigilijs [i] deest, stipendio priuatus [a] excommunicetur.

Burc. l. 2. c. 103.
Iuo p. 7. c. 180.
† al. præparet
C. 49.

a ¶ Priuatus.] *in postrema Coloniensi conciliorum editione legitur* priuetur. *Sed in vetustioribus Coloniensibus, duobus Parisiensibus, exemplaribus duobus huius concilij manuscriptis Vaticanis, & vno Sorbonensi regio legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

c ¶ *Qvi autem turpi.*] C a s v s. Supra in dist. 88. dictū est ꝙ clerici negotiari non debent. Sed quia dubitari posset vnde viuere debeant: ideo subiungit hanc 91. dist. Gratianus, vbi docet ꝙ viuere debet de oblationibus, & de decimis: quæ si deficiant, ad instar Pauli quærãt sibi victum de aliquo artificio: dūmodo ꝑꝑ hoc officia sua non negligãt, nisi essēt infirmi.

c ¶ *Qui autem.*] Dictū est s. 88. dist. clericis nõ licere negotiari: vnde ostenditur in hac 91. dist. ex quo debeant sustentari, quia de ecclesiasticis stipendijs. vbi autem clerico non sufficit ecclesia, proprijs manibus sibi quærere victū debet iuxta Apostolum: non tamen ꝙ ex hac occasione subtrahatur ab ecclesiasticis officijs. H.

Cleric⁹ proprijs manibus sibi victum quærere potest.

d ¶ *Quod absque inæqualitate.*] idest, nisi cum inæquale est corpus exuberantia vel defectu humorū: hoc est ex causa infirmitatis.

E*Leutherius.*] C a s v s. Pelagius qui cõsecrauit Eleutherium, compulit eum ad præstandum cautionem, vt vigilias quotidianas i ecclesia sua faceret rite celebrari: io quo cū clerici sibi non obedirent, sed potius negotiationi intēderēt, conquestus est Papæ: præcipit ergo Papa cuidam vt illos clericos contumaces cõpellat vigilijs insistere oībus modis.

e ¶ *Promisit.*] quæ ꝓmittenda sunt, notaui 23. dist. quamquam.

f ¶ *Vigiliæ.*] idest, mortuorū exequiæ: vel generaliter ecclesiastica officia 1. 61. dist. quoniã festus. & ꝑꝑ causã hæc cautio fuit exacta ab epō isto: quia clerici sui negligētes erãt circa diuina officia: aliàs de iure cõi huiusmodi cautio nõ est in ordinatione epi exigēda. Sed videt ꝙ Eleutherius hoc modo ꝑ suis clericis obligari nõ potuit, ꝓmittēdo eorū factū: instit. de inuti. stipu. § si qs aliū. Sed dic ꝙ bene potuit, cū ad eius officiū spectaret eos ad hoc cogere: & ita sua interfuit 3: ꝓterea ꝑ illa verba videt promisisse se curaturū vt alij interfint: sicut cū quis promittit alisi iudicio sisti: arg. ff. de verb. obl. quoties quis aliū & est s. i. 63. dist. tibi dño. Itē est arg. hic ꝙ epūs põt īducere cõsuetudinē nouã i sua ecclesia quo ad officia celebrãda. 12. dist. nouit. & de cõs. dist. 3. c. 1.

1 Vnde eorum culpa in eum redundabat. 86. dist. c. 1.
Episcopus potest suorum subditorum factum promittere
Hanc gl. dicit sing. Bria in suo dictionario, in verb factum, ad hoc qđ quis sub potest promittere factū alterius.
1 Vnde bene obligabatur. Inst. §. ... & §. seq.
Episcopus i sua ecclesia nouam consuetudinem inducere potest circa officia.

g ¶ *Agricultura.*] arg. C. de epi. & cle. l. 2. nam mercari non potest. 88. dist. fornicari. H.

A d d i t i o. Subaudi vt ibi dicit. sed ipsa mercatio debet esse honestatis cõscia, vt ibi etiã dicitur, quod erit secundū Azo. si faceret libros, & postea venderet. ad hoc 14. q. 4. c. 1. & 10. q. 3. eaocodū. in fi. quod dic vt not. 14. q. 3. in summa in fin. & q. 4. c. 3. & 88. dist. cap. 1. & 2. Archid.

h ¶ *Officij.*] Ergo clericus non potest operas suas per totam diem locare, cum non debeat officio deesse, vt 54. dist. si seruus.

Clericus locare per totam diem operas suas non potest.

i ¶ *Vigilijs.*] non tamē videntur puniēdi si desint diuinis officijs, cum

Ecclesiam etiam pauperem tenetur clericus officiare.

cum non possint percipere necessaria ab ecclesia, cum de altario debeant viuere: secus tamen est, quia fecei sibi praeiudiciu, qn permiserunt se promoueri ad ea tenue ecclesia, sicut est in matrimonio carnali. arg. 32. q. 5. horrendus. Vnde sicut vir tenetur ministrare necessaria vxori, q tn est talis, q et debitu reddere non valet, vt 32. q. 7. q proposuisti. & c. 2. qui. ita iste tenetur officiare ecclesiam, licet pauper sit, & dicere cu Apostolo: Scio & abundare, & esurire, &c. 41. dist. q dicit. & ministrent ei manus. 21. q. 1. clericus. immo videt, q debeat auferri ei ecclesia, eo q ad tenue beneficiu se promouendu consensit, vt dr extra de pb. c. vlt. Sed qd si a principio fuit diues ecclesia cu ad ea promotus est, sed post vergit ad exiguitate? Dices clericu ad hoc teneri? sic. eps tn in hoc casu, & promisso debet ea vnire ecclesiis aliis. 10. q. 3. vnio. de cos. dist. 1. oes.

¶ *Stipendio priuatus.*] sed cui applicabitur hoc? Pot dici, q canonicis insimul cu epo. Hoc veru est in eo, q de coi percipiebatur: alias vr, q tm canonicis. ar. C. de hered. decurio. & naui l. 1. 2. & 3. nisi cum iniuste priuatus est. tunc enim omnia ipse recuperat q amisit. ff. de re milita l. penul. C. eo. l. 1. lib. 12. Laurentius. Sed certe ego credo, q suu beneficiu debet assignari alicui qui celebret pro eo donec ipse est excommunicatus, vt extra de appel. peruenit. B.

Ecclesiae beneficium, cui est assignandum.

Burc. l. 2. c. 102.
Iuo p. 6. c. 179. & 180.
C. 53.
C. 48.
Burc. l. 2. c. 210.
Iuo p. 6. c. 285.
Burc. l. 2. c. 51.
C. 50.

Item ex eodem, c 51. 53. & 48. & 50.

¶ De eodem. C. IIII.

CLericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificiolo [a] victum quaerat. *Item.* ¶ Omnes clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiola, & litteras discat. Qui vero non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulant, ab officio suo degradentur. Interemptores [b] autem ab officio declinantes [c], vel negligentius agentes, ab officio suo remoueantur.

¶ *Caput hoc confectum est ex multis capitibus Carthaginensis quarti non suo ordine dispositis.*
¶ Interemptores.] *In exemplaribus concilij etiam manuscriptis legitur,* clericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem, ab officio suo remouendu. *Contra enim in canone. 42. iubet*, clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum. *Sed ob glossam non est mutatu. De tentationibus vero, ob quas (praeter tyranno rum persecutionem) aliquos clericos officium suum deserebant, agit B. Ambrosius, epist. 17.*

Item ex concilio Aurelianensi, 1. c. 30.

¶ De eodem. C. V.

CLerici vero, qui ad opus sanctum adesse contempserint, secundum arbitrium episcopi ecclesiasticam suscipiant disciplinam.

DISTINCTIO XCII.

CVm autem [d] ad ecclesiam venerint, corde magis, quàm voce Deo cantandum meminerint.

Vnde Hieronymus lib. 3. comment. ad cap. 5. epistolae ad Ephesios.

Ansel. l. 7. c. 70.
Eph. 5.

¶ Corde, non voce tantum Deum laudare debemus. C. I.

CAntantes [e], & psallentes in cordibus vestris Domino.] Audiat haec adolescentuli: audiant [f] ij, quibus psallendi in ecclesia officiu est: Deo non voce [g], sed corde cantandum: nec in tragoedorum modum guttur, & fauces dulci medicamine liniendae † [h] sunt, vt in ecclesia theatrales [i] moduli audiantur, & cantica: sed in timore, in opere, in scientia scripturarum.

† *al. colliniendas, vt*

Ab officio autem cantandi, & psallendi diaconi inueniuntur exempti [k], ne dum vocis modulationi student, altaris ministeria negligant.

Vnde Gregorius lib. 4. epist. 44. seu c. 88. & lib. 12 post finem epistolarum in concilio ab ipso habito.

Ansl. l. 7. c. 69.
Poly. l. 4. tit. 31.
Iuo p. 2. c. 79.

¶ Cantandi officium diaconi sibi non vsurpent. C. II.

IN sancta Romana ecclesia dudum consuetudo est valde reprehensibilis exorta, vt quidam ad sacri altaris ministerium cantores eligantur, & in diaconatus ordine constituti, modulatio-

a ¶ *Clericus.*] ¶ *Artificiolo.*] ex quali artificio clericus potest sustentare se, notatur 14. q. 3. in summa.

b ¶ *Interemptores.*] id est, illud secundu quod solet esse interemptores: & sic idem repetit: & tunc sunt duae partes, secundum qd est hic interemptores, est vna pars, & vocat interemptores proxenetas, de quibus habes ff de proxeneti. l. 2.

Interemptores sunt proxenetae.

c ¶ *Declinantes.*] scilicet clerici. Io.

CVm autem] Haec dist. diuiditur in quattuor partes: in quaru prima dr, q corde Deo est cantandu, no tantu voce: & hoc probat duabus auctoritatibus. Secunda ibi, *A quibus.* Tertia ibi, *Nunc autem.* Quarta ibi, *Quod autem.* Ioan. de Fant.

CAsvs Proxima distinctione supra dictu est, q clerici debent vigiliis insistere, & conuenire ad officia celebranda. Nunc vero in hac 92. dist. ostendit Gratianus, qualiter debeant celebrare, cantando. s. magis corde quam ore. Et continet quinque articulos.

d ¶ *Cum autem.*] Ostendit magister in praecedenti distin q clerici debet celebrare diuina officia i ecclesia. In hac 92. dist. ostendit magister qualiter, quia scilicet non debent vocis modulationi insistere [a]: adiicitur et, q in ecclesia Romana diaconi cantare no debent, sed verbo praedicationis vacare [a]. Postea monet incidentem q. vtrum episcopi qui non recipiuntur in sua ecclesia, possint in alia parochia episcopale officium exercere [3].

CAntantes.] CAsvs Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Apli, vsque ibi, *Audiant.* In secunda parte ponuntur verba Hieronymi, quibus reprehendit eos qui in ecclesia voce tantum cantant, & non corde, & vngunt fauces & guttur, vt dulcius resonent in conspectu populi.

e ¶ *Cantantes.*] haec sunt verba Apostoli.

f ¶ *Audiant.*] verba Hieronymi exponentis.

g ¶ *Non voce.*] tantum. nam & voce decantandu est, vt de cons. dist. 5. no mediocriter. & ibi, psallite Deo i iubilatione. tamen magis cordis deuotione, q vocis iubilatione, vt 38. dist. sedulo. Vnde versus.

Non vox, sed votum: no chordula musica, sed cor: Non clamans, sed amans: cantat in aure Dei.

Cordis deuotione magis, q vocis iubilatione, cantandum.

h ¶ *Linienda.*] vt populum delectent: nam nec ipsa veritas pronuntianda sic est, vt quis hominibus placeat. 12. q. 2. primum. sunt autem vt melius cantent & pronuntient, vel vti electuario, peccatum non est, si ad laudem Dei, & non gratia laudis consequendae liniantur. arg. 32. q. 4. obuciantur. procurare enim debet, vt clara voce non rauca pronuntiet, vt 21. dist. c. 1. vt populus plane intelligens dicat, Amen, vt 38. dist. sedulo.

Vocem aptare ad clarum cantandum, ubi est peccatum.

i ¶ *Theatrales.*] Tragoedi sic faciebant in theatro decantando tragoedias, & dicuntur a tragos, quod est hircus: & oda, quod est laus: quia hirco remunerabantur, propter foetidam naturam hirci.

Tragoedi vnde dicantur.

AB OFFICIO. CAsvs Dictum est s. quod corde cantandum est. Nunc vero ostendit, q diaconi ab officio cantandi sunt exempti, ne dum student cantilenis, ab altaris officio remoueantur. Et hic est secundus articulus.

k ¶ *Exempti.*] hoc intellige quando induti sunt in ecclesia ad cantandum Euangelium, & sic intellige sequens cap.

IN sancta.] CAsvs. In ciuitate Romana cantores assumebantur ad ministrandum altari: & diaconi dum deberent insistere officio praedicandi, vel eleemosynarum largitioni, cantibus operam dabant, & saepe ad iactantiam cantabant, vt a populo laudarentur, ex quo Deus stimulabatur: quod Gregorius valde reprehendit: vnde statuit, vt diaconi tantum Euangelium dicant; alia vero officia, scilicet cantandi psalmos & lectiones per subdiaconos expleantur, & per minores ordines in necessitate. Et dicunt quidam, quòd hoc c. loquitur de diaconis Romanae curiae. potest tamen intelligi de alijs diaconis, qui dum ministrant altari, cantibus non debent intendere, cum duo officia simul exercere non possint.

T a ¶ Pro-

a ¶ *Prædicationis.*] ĩ.16.q.1.adiicimus. ʒ. sed illud ex causa dictũ est pp quosdã improbos monachos hoc sibi vsurpantes,16.q.1.puenit.alias ẽt diacooi possunt prædicare. Vel hoc intellige ea delegatione.alias solius sacerdotis officiom est prædicare. Vel prædicationem appellat lectionem Euangelicam.

Sacerdotis soli° est prædicare.

ibi non recipitur aliqua de causa; sine culpa tamen sua, iste non debet aliquid præsumere de rebus ecclesiæ ad quam diuertit,& expectabit quousque prouideat ei synodus alibi.7.q.1.pastoralis.

h ¶ *Pro contentione populi.*]arg.contra.16.q.vlt.si plures.

i ¶ *Aut pro aliqua.*] scilicet de iure: quia dicunt se non elegisse eum:

b ¶ *Stimulet.*] id est,exasperet contra se.

c ¶ *In hac sede.*] Apostolica. Ex hoc dicunt qdã hanc prohibitioẽ in ecclesia Romana tm̃ locũ habere: alii tm̃ de Cardinalibus ĩtelligũt. H.vero gñaliter intelligit esse prohibitum, eũ.ad legendũ Euãgeliũ induti sunt, quod patet ex illo verbo quod ĩ.dicit, inter Missarum. & causa huius constitutionis fuit honestas.

d ¶ *Solumq.*]arg.ꝙ diaconus nõ nisi causa necessitatis debet legere epistolã.25. dist.c.1.&c.

A QVIBVS Hæc est secũda pars dist. in qua dr̃,ꝙ nullus debet cantare in pulpito nisi sit ordinatus.& hoc pbat p c.seq.Io. de Fan.

CASVS Dictũ est ĩ. à quibus clerici debent esse immunes. Nunc vero ostendit,ꝙ presbyteri,& ceteri inferiores à suis epis debent ordinari.qđ probatur seq. ca. cuius casus planus est: & est tertius articulus.

Laici an possint lectiones cantare.

e ¶ *Non liceat.* ¶ *Psallere.*]ar.pro laicis qui nõ cãtant in pulpito, sed alibi in eccl'a.

f ¶ *Qui ab epo.*] vel abbate.69. dist.c. 1.vel etiã à sacerdote, vt 23. di.psalmista. Sed aliter accipitur ibi psalmista.

DE EPIS OPIS.

CASVS Ostẽsum est supra à qbus,& in qb° locis epi sunt ordinãdi. Nũc vero incidenter q̃ritur de episcopis ordinatis, q a parochianis suis non recipiunt, vel aliqua d' causa illuc ire nolũt,an in alterius epi parochia possint epale officiũ exercere? Et respondet,ꝙ nõ,nisi inuitarentũ:sed officiũ sacerdotale p̃t exercere. Et est ille quart° articul°.

ni vocis inseruiant, qnos ad prædicationis ᵃofficiũ,& eleemosynarum studium vacare cõgruebat. Vnde fit plerumque,vt ad sacrum ministerium dum blanda vox quæritur; quæri congrua vita negligatur,& cantor minister Deum moribus stimulet ᵇ, cum populũ vocibus delectat. Qua de re præsenti decreto constituo,vt in hac sede ᶜ sacri altaris ministri cantare non debeant,solũque ᵈ Euangelicæ lectionis officiũ inter Missarum solennia exoluant: psalmos vero,ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, vel si necessitas exigit, per minores ordines exhiberi. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema sit.

ᵅ ¶ Ministerium.] *In impressis sequebatur*, constituti, *quæ vox expuncta est; quoniam neque in vetustis Gratiani exemplaribus est, neque apud B. Gregorium, neque apud alios collectores, & videtur addi in glossa ad versi.* ministerium, *quæ etiam glossa non est inter vetustiores.*

2 *A quibus ordinandos oporteat esse immunes, breuiter monstratum est. De quorum vero manibus ordines suscipere debeant, facile patet. Sacerdotes enim,& cuncti infra ipsum constituti ab episcopis suis debent ordinari.*

Vnde in concilio Martini Papæ legitur.

In capitulis Martini Bracarensis.c.45.

¶ Qui non sunt ordinati ab episcopo, in pulpito non psallant, neque legant. C. III.

NOn liceat in pulpito psallere ᵉ, aut legere; nisi qui ab episcopo ᶠ lectores sunt ordinati.

De episcopis autem, à quibus, vel in quibus locis ordinari debeant, supra definitũ est. 3 ¶ *Nunc autem quæritur de his, qui ordinati, à parochijs suis non recipiuntur, vel pro aliqua causa eas adire noluerint, an in alterius parochia episcopale possint officium celebrare. De his in concilio Martini Papæ sic statutum est.*

Capit. Martini Bracarẽsis.c.10.

¶ Sacerdotis tantum officium gerat episcopus, quem sua parochia non recipit. C. IIII.

Vide Pelag. 11. in epist. ad Benignum. Poly.l.2. tit.13. Burc.l.1.c.40. Iuo p.5.c.151. † al. conuenit

SI quis ᵍ ordinatus episcopus ᵝ, pro contentione ᵞ populi ʰ, aut pro aliqua ⁱ ratione, non pro sua culpa in parochiam, quæ ei fuerit data, non ierit; hunc oportet honorem sacerdotij tantummodo contingere ᵏ; ita vt de rebus ecclesiæ, in quã venit †, nihil sibi præsumat. Sustineat autem, quod de eo sanctum concilium iudicare voluerit.

ᵝ ¶ Episcopus.] *In vulgatis sequebatur*, ad parochiam, cuius est electus: *quæ inducta sunt auctoritate manuscriptorum, & originalis, ac ceterorum collectorum.*

ᵞ ¶ Contentione.] *in duobus vetustis exemplaribus Gratiani, & uno conciliorum Regis Catholici legitur*, contemptione.

Item ex concilio Antiocheno, c.18.

In epist. Pela. 2. Poly. ibidem. Burc.l.1.c.141. Iuo p.5.c.152. † al. cui † al. vetet

¶ De episcopo ordinato, quem sua parochia non recipit. C. V.

SI quis episcopus ordinatus ad parochiã, cuius ᵐ † est electus, minime accesserit, non suo vitio, sed quòd eũ aut populus vetet ᵟ †, aut propter aliam ⁿ causam, non tamen eius vitio perpetratam, hic & honoris ᵒ sit,& ministerij particeps: dummodo rebus ecclesiæ, vbi ministrare cognoscitur, in nullo molestus existat. Quem etiam obseruare ᵋ cõuenit; quidquid synodus perfecta ᶎ prouinciæ ᵖ iudicãdo decreuerit.

ᵟ ¶ Vetet.] διὰ τὴν τοῦ λαοῦ παραίτησιν, eo quòd populus recuset.

ᵋ ¶ Obseruare.] ἐκδέχεσθαι. id est, expectare & suscipere.

ᶎ ¶ Perfecta.] *Antea legebatur*, perfectæ, *Restituta est vera lectio ex originali, & Burchardo, & Iuone. Quid autem sit synodus, quæ hic perfecta, & non paulo post sequentibus capitibus integra dicitur, exponitur infra ead. c. si quis episcopus, tertiò.*

NVNC AVTEM.

Hæc est tertia pars dist. in qua dr̃, ꝙ si eps ad parochiam ad quam ordinatus est, nõ põt venire ex causa potest exercere officiũ suum in ecclesia presbyterali vbi prius fuerat, ita ꝙ non sit episcopo iniuriosus, in cuius parochia fuerit: & hoc probat per quinque auctoritates sanctorum patrum. Io. de Fan.

S*i quis ordinatus.*] CAS. Aliqs ordinatus in epm non poterat ire ad ecclesiã, ad quam electus erat, non sua culpa interueniẽte, sed pp populi contentioné, vel aliã iustã causam. Quæsitum est an in parochia alterius possit officia celebrare? Et respondet, ꝙ sic, tanquam sacerdos, ita tñ, vt de rebus ecclesiæ vbi diuina celebrat, nihil sua auctoritate vsurpet, sed expectet quid synodus de eo statuat. Idem est casus sequentis c. & quod dicitur ibi, honoris, id est, honorabilis officii, id est, presbyterii.

g ¶ *Si quis.*] hæc tria capitula loquuntur de eadem materia scilicet cũ quis est ordinatus episcopus ad aliquam ecclesiam, sed non audet ire illuc propter scãdalum, vel propter hostilitatem, vel qa

Episcopo debet synodus prouidere qui ad ecclesiã suam non audet accedere.

eum, vel dicunt ꝙ renuntiauit episcopatui.

k ¶ *Contingere.*] id est, non episcopalia, nisi inuitatus sit. arg. extra de eo qui renun. epis. c.1. ĩ.7.q.1.c. episcopi.

l ¶ *Iudicare.*] nam aliã ecclesiam si vacat debent ei conferre. 7. q.1. pastoralis ¹. sed & populus est excõicandus, qui eum non recipit cum iustam causam non pretendat; nisi scandalum timeatur: sicut & ipse excõicatur cũ ad ecclesiã illã ire nõ vult. ĩ. eo. c. 3. Io.

m S*i quis.*] ¶ *Cuius est.*] id est, ad quam.

n ¶ *Aliam.*] quam forte allegat.

o ¶ *Et honoris.*] Videtur contra s. proxi. c. sed dic, honoris, id est, honorabilis ministerii; quia in vestibus epalibus exercebit sacerdotale officium, non episcopale, nisi inuitatus sit, vt dixi s. c. proxi. & maior reuerentia exhibebitur ei, q̃ alii presbytero simplici.

ADDITIO Et hoc in memoriam dignitatis, vt ff. de decur. l. vlt.

p ¶ *Prouincia.*] quæ scilicet habet decem vel vndecim episcopos & metropolitanum. 6. q. 3. scitote. Lau.

1 Et ĩ. e. c. pe. sed hoc cap. pastoralis hoc nõ probat, quia loquit' in populi confessione. Arch.

Excommunicandus est populus suum non recipiens episcopum.

S i quis.

S*i qui.*] CASVS. Quæsitum est quid debeat fieri de illis epis, qui cum in suis epatibus non recipiant, per seditiones plebes alienas volunt vsurpare? Et rndet q si volunt pacifice ministrare in ordine presbyterij, in quo prius erant ante q̃ essent epi, non sunt repellendi. Si autem facere voluerint seditiones, repelli debent. sic intel- [...] serit in sua diœcesi, non abrenuntiet episcopatui: qa & posset quelibet archiepiscopum non suum. arg. 6. q. 3. placuit. ff. de offic. præsi. præses. Hoc tamen tene, q sine licentia Papæ non abrenuntiabit. extra de transla. episcopo. inter corporalia. Lau.

S*i quis episcopus.*] CASVS. Dicitur hic, q si quis eps negligit ire ad ecclesiam suam, debet communione priuari donec coactus vadat: vel donec synodus aliquid decreuerit de ipso.

Item ex concilio Ancyrano, c. 18.

¶ A sua parochia non recepti aliis molestiam non inferant. C. VI.

Polyc. ibidem. Burch. l. 1. c. 36. Ivo p. 5. c. 147.

SI qui episcopi ordinati sunt [a], nec recepti ab illa parochia, in qua fuerant denominati, voluerintque alias occupare parochias, & vim præsulibus earum inferre, seditiones aduersus eos excitando; hos abijci † placuit. Quòd si voluerint in presbyterij ordine, vbi prius fuerāt [b] vt presbyteri residere; non abijciantur [c] a propria dignitate [d]. Si autē seditiones commouent ibidem constitutis episcopis, presbyterij quoque honor talibus auferatur, fiantque damnatione † notabiles.

† ἀφορίζεσθαι, idest segregari.

† ἐκκηρύκτους idest abdicatos

Item ex concilio Antiocheno, c. 17.

¶ Communione priuetur episcopus, qui sibi commissam ecclesiam adire neglexerit. C. VII.

Poly l. 2. tit. 12. Burch. l. 1. c. 37. Ivo p. 5. c. 148.

iij SI quis episcopus per manus impositionem [e] episcopatū acceperit, & [a] sibi commissum ministeriū subire neglexerit, nec acquieuerit [f] ire ad ecclesiam sibi commissam; hunc oportet communione priuari, donec susceperit coactus officium, aut certe de eo aliquid integra decreuerit eiusdem prouinciæ synodus sacerdotum.

a ¶ Et sibi.] *Ita etiam Burchardus, & Ivo. Sed in versione Dionysii, quam in ceteris partibus referimus, legitur:* & præesse populo constitutus ministerium subire, &c. *quod ad verbum de græco expressum est.*

Item ex eodem, c. 16.

¶ Sine concilio integri ordinis vacantem episcopus vacans ecclesiam non adeat. C. VIII.

Apud Martinū Bracar. c. 9. Burch. l. 1. c. 39. Ivo p. 5. c. 150.

iiij SI quis episcopus [g] vacans in ecclesiam non habentem episcopū surripiens populos sine concilio integri ordinis irruerit [h], etiā si populus, quem seduxit, desideret [i] illum; alienum eum ab ecclesia esse oportet. Integrum autem, & perfectum [k] concilium dicimus illud, cui metropolitanus [β] episcopus interfuit.

¶ *Hæc versio, quam & Gratianus, & Burchardus, & Ivo sequuntur, eadem fere est atque illa Martini Bracarensis. Dionysiana vero longe magis accedit ad verba græca.*

β ¶ Metropolitanus.] *Addendum est,* Metropolitanus etiam. *Sic enim græce:* καὶ ὁ τῆς μητροπόλεως.

5. dist. 91. clericus victum.

4 *Quòd autem supra clerici se vigilijs subtrahentes excommunicari iubentur, de his intelligendum est, qui ab episcopo frequenter admoniti negligentiam suam corrigere contemnunt. Vnde in concilio Martini Papæ legitur.*

In capitul. Martini. Bracar. c. 64. ex. Tolet. 1. c. 5.

Excommunicetur clericus, qui ab episcopo commonitus, matutinis, vel vespertinis horis adesse neglexerit. C. IX.

v SI quis presbyter, aut diaconus, vel quilibet clericus ecclesiæ deputatus [l] si intra ciuitatē fuerit, aut in quolibet loco in quo eccle

e ¶ *Impositionē.*] id est, ordinem episcopalem.
f ¶ *Nec acquieuerit.*] intra tres menses. j. 100. dist. quoniam sponsa. tū intra duos menses, &c. extra de conuer. côiu. ex publico. Ioan.

S*i quis eps.*] CASVS. Quæsitum est quid debeat fieri de epo, qui cum non habeat ecclesiam propriam, surripit sine consilio metropolitani vacantem epatum? Et respondet q debet abijci: etiam si populus quem seduxit, velit ipsum habere.

g ¶ *Episcopus vacans.*] id est, vacans epatu, vel epatum non habens: sicut dicitur mulier vacans quæ virum nō habet. ff. ad legem Iuliam de vi publica. qui cœtu. §. qui vacantem. Io. — Mulier vacans est quæ virum non habet.

h ¶ *Irruerit.*] Sed quid si ille intrusus aliqua contulerit ipsi ecclesiæ? Tenetur ei ecclesia restituere: sicut de simoniaco. extra de simo. veniens. & quia nihil deperit ecclesiæ. 54. dist. generalis. Sed si bene promotus esset, ecclesia non tenetur ei restituere: & ideo bonus deterioris est conditionis q̃ malus. Io. Sed ꝯ extra de simo. de hoc. Sol. in simoniaco dicunt quidam, q nihil debet ei restitui: & quod dicit illa decret. veniens. dispensatio fuit. Alij dicunt q propter delictum abbatis & monachorum hoc contingit. — Intrusus an recipiat quæ eccle sie contulit.

intelligit casum H. licet Beneuen. in medio cap. aliter intelligat dicens: Si velint pacifice permanere vt presbyteri in ecclesijs, vt prius fuerant, non abijciantur, &c.

a ¶ *Si qui epi ordinati sunt.*] id est, si qui clerici ordinati sunt epi.

b ¶ *Vbi prius.*] id est, in quo loco: vel in quo ordine. Sed numquid prior ecclesia tenet eos recipere? vr q non. 72. dist. placuit. argu. ꝯ 21. q. 2. si quis iam translatus. Ad hoc dic q si habuit corporalem possessionem per se vel per alium eius ecclesiæ ad quam modo nō recipitur, non tenet prior ecclesia eum recipere, licet nondum eius beneficium sit collatum. Si non habuit possessionem [1], tenetur: licet iam alijs concessa fuerint eius beneficia, vt extra de elec. cum in cūctis. 7. q. 1. eos. C. de repud. here. l. vlti. Per alium dixi: quia idē est ac si per se. extra de praben. accedens. arg. 3. q. 1. cap. 1. in §. 1. Ioan. hæc glo. non adaptatur ad textum. B.

Prælatus an sit recipiendus qui ad ecclesiam dimissam redit.

1 Scilicet pacificam, vel per eū fieret quominus eā haberet, extra lib. 6. de præbēdis, licet epi. Archidia.

c ¶ *Non abijciantur.*] Arg. q nō debet electus in alia prouincia priuari beneficio priori ante quàm transferatur ad aliam.

d ¶ *Dignitate.*] Sed numquid est clericus huius epi? Distingue: qa si non vult renuntiare epatui ad quem electus est, non erit clericus eius: remanebit tñ ei prius beneficiū, quod ius conseruauit ei. Si vero renūtiauit, eius clericus erit, & ab eo iudicabitur. extra de renun. ad supplicationē. nisi i criminali causa. tñ nō potest eum deponere in memoriam pristinæ dignitatis. ff. de decu. l. vlt. Quod ergo dicit, auferatur honor, dic q per Papam: arg. C. vbi sena. vel clariss. l. vlti. circa mediū. Ratione autem delicti poterit eum excōicare si excesserit [...]

T. dicit q clerico in sæculo remanenti nil restituitur: secus si ad religionem transit, vt 27. q. 1. si quis rapuerit. De clerico autem sæculari qui remouetur ab ecclesia, quid iuris sit si aliqua contulit [2] not. extra de cleri. coniug. quod a te. B.

2 In ipso intrusio.

i ¶ *Desideret.*] Arg q quæ malo sunt inchoata principio, non conualescunt, quamuis ad eum casum deueniant, à quo recte possent incipi, vt 7. q. 1. epum. extra de elec. auditis [3]. Arg. ꝯ extra de iure patro. cura pastoralis: extra de conuer. côiug. placet. Ioan. Dic, q ipso iure nullum est, non conualescit. alias secus [4] extra de elec. auditis. & c. quod sicut. B. Item argu. q non valet electio concors, nisi canonica fit. 18. q. 2. si quis abbas. 63. dist. c. 1.

3 Concor. ioc. in authen. vt iu. sine quo. suffra. §. cogitauit. col. 2.

4 Dic vt dixi 63. dist. Salonitanæ. Archidia.

K ¶ *Et perfectum.*] Et nota quòd concilium dicitur perfectum, licet non adsit primas, vt 18. dist. c. 2.

QVOD AVTEM. Hæc est quarta pars dist. in qua dicitur q omnis sacerdos compellatur interesse officijs. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra in capitulo, clericus victum. di. 91. dictum est q clerici debent excōicari qui vigilijs se subtrahūt, & artificijs se applicant. Nunc autem dicit illud esse intelligendum de illis qui frequenter ab epis commoniti nolunt obedire: quod probat sequenti capitulo. Et est ille quintus articulus huius distinctionis.

S*i quis presbyter.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. q si quis clericus noluerit diuinis officijs admonitus interesse, deponi debet.

l ¶ *Deputatus.*] Per hanc literam dicunt quidam illum teneri ad hoc

hoc tantū q alicui ecclesiæ intitulatus est: aliàs non, etiā si ordinatus sit ad titulū suæ possessionis. extra de ꝑben. eps. Tu dic eum & quemlibet clericum teneri ad hoc, licet non teneatur specialiter ad hanc vel illam ecclesiam. sic subaudi extra de reg. super eo.

Officia matutina & vespertina.

a ¶ *Matutinis.*] Matutina dicuntur officia quæ celebrant à mane vsque ad nonam, vespertina a nona vsq; ad noctem. 11. q. 3. si quis eps in concilio.

Ecclesiæ tenentur, secundū leges.

Additio. Sed aliter ibi exponitur ſm Lau. vt ibi dicā. Archid.

b ¶ *Conuenerit.*] Nam ex præcepto tenent clerici ad horas. extra de celeb. missa. dolentes. in fi. ibi videas. Archid.

Offensa prima debet esse impunita.

c ¶ *Castigatus.*] Nota q̃ ꝓ prima offensa nō est quis puniendus, vt 74. dist. honoratus. & extra de offic. custo. c. 1.

sed recederēt ab eo sine aliqua cōione, quamuis eis a Clemēte non dicatur: ad hoc vt ille peccator erubescat, & citius ad obedientiā reuertatur, & petat reconciliari. Si quis vero contra fecerit, hostis est ecclesiæ: & est nequior hostis, quàm illi qui sunt foris.

f ¶ *Si inimicus est.*] inimicus dr̃ hic quo ad opinionem excōicati: sicut

sia est, & ad quotidianum psallendi officiū † matutinis [a], vel vespertinis horis ad ecclesiam non conuenerit [b], deponatur a clero: si tamē castigatus [c] veniam ab episcopo per satisfactionē noluerit promereri. † al. sacrificium

DISTINCTIO XCIII.

1 ps OBedientiam [d] autem inferiores ordines † superioribus debent. Summo enim Pontifici ea debetur ab omnibus obedientia, vt nulli liceat ei communicare, cui pro actibus suis inimicus ipse extiterit: nec in ecclesia esse poterit, qui eius cathedram deserit. Vnde Beatus Apostolorum princeps Petrus in ordinatione Clementis [e] populum alloquens inter cetera ait. † al. ex ordine

¶ Cui pro actibus suis Apostolicus inimicatur, communicare non debemus. C. I.

Clemens epi. 1. Anacletus epi. 1. Alex. epist. 1. Fabianus epi. 1. Conc. Valen. 1. c. 6. 2. q. 3. c. 15. Iuo. p. 14. c. 22. Ans. l. 1. c. 6. Poly. l. 1. tit. 16.

SI inimicus est [f] iste Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite [g] expectare [h], vt ipse vobis dicat [i], cum illo nolite [k] amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque commonitione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur [l]: vt vnusquisque, qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias ferre †, festinet citius recōciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & locutus fuerit his, quibus ipse non loquitur; vnus est & ipse ex illis, qui exterminare [m] Dei ecclesiam volunt; & cum corpore vobiscum esse videatur, mente & animo contra vos est. Et est multo nequior hostis [n] hic, quam illi, qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ sunt inimica, gerit, & ecclesiam dispergit, ac vastat. Ideoque [a] charissimi his Apostolicis institutis vos monentes instruimus, vt effecta certior charitas vestra solicitius deinceps agere studeat, & cautius; ne peruersi, & infideles homines lædendi fideles, ac beneuolos habeant facultatem.

† al. habere] al. gratiā reparare

a ¶ Ideoque.] *Hinc vsque ad finem sunt in Fabiani tantummodo epistola. Quamobrem ex ipso potissimum videtur Gratianus cetera etiam sumpsisse.*

Item Gregorius lib. 5. epistola 26. seu c. 126.

d ¶ *Obedientiam*] In hac distinctiōe, icipit vij. pars. tractatus distinctionū. Et hæc distinctio diuidit in septē partes: in quarum prima tractat de obedientia quam debēt omnes catholici ecclesiæ Romanæ capiti suo. & hoc ꝓbat quattuor auctoritatibus. Secūda ibi, *Reliquus.* Tertia ibi, *Vt igitur ex promissis.* Quarta ibi, *Compagis.* Quinta ibi, *Diaconi.* Sexta ibi, *Hoc capitulo.* Septima ibi, *Hoc autem.* Ioannes de Fant.

Casus. Supra ostensum est in quibus locis prælati debeant ordinari: sed quia prælatura contemptibilis est sine obedientia minorum: ideo in hac 96. dist. ostēdit, q̃ minores gradatim debent maioribus reuerentiā exhibere: & primo docet, q̃ Papæ omnes subiecti sunt generaliter, intantum vt nulli liceat ei communicare cui ipse Papa pro suis malis actibus non communicat.

d ¶ *Obedientiam.*] Hic intitulatur 93. distinctio. in qua ostendit magister hactenus qualiter & à quibus & in qbus locis clerici & prælati debent ordinari: sed quia dignitas prælatorum sine obedientia contemptibilis est; ideo ostendit hic de obedientia quam debēt inferiores superioribus. Et primo de obedientia quæ debetur Papæ. Secundo de obedientia quam debent minores maioribus ratione ordinis: postea de obedientia quam subditi clerici debēt epis suis. ostendit etiam differentiam inter presbyteros & diaconos: quādoque loquens ꝓ illos: quandoque ꝯ illos. ad vltimum ostendit presbyteros maiores esse diaconis. Nota autem q̃ obedientia consistit in tribus. in reuerentia exhibenda, in mandato suscipiendo, in iudicio subeūdo. Reuerentiā debet minor vt assurgat maiori, & cedat ei primum locum in sedendo & eundo: nisi minori maior administratio commissa sit. vnde archipresbyter vel presbyter archidiacono debet reuerētiā, licet ordine maior sit, ratione maioris administrationis. 25. dist. cap. 1. hac cōsideratione quādoq; presbyter tenetur obedire diacono prelato. In mandato autem & iudicio nemo tenetur obedire, nisi ei qui habet administrationem vel iurisdictionem super eum: & nisi ab eo absoluatur per appellationē, vel recusationem: vel si ei controuersiam moueat: vel si prælatus deponatur. 8. q. 4. in summa. & cap. nonne. Lau.

Obedientia in tribus consistit.

Id est, si moueatur quæstio inter prælatum & clericum suū 31. q. 3. de persona. extra de foro compe. si quis contra. Archi.

e ¶ *Clementis.*] in presbyterum. nam Petro viuente non fuit Clemens Papa. 8. q. 1. si Petrus.

Additio Ad hoc 14. q. 6. c. alius. & cap. seq. Archid.

ij CONstantinus[a] Imperator quarta die sui baptismi priuilegium Romanæ ecclesiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cetera legitur. [Vtile[a] iudicauimus vnà cum omnibus Satrapis nostris, & vniuerso senatu, optimatibusq; meis, etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ imperio subiacenti, vt sicut beatus Petrus in terris Vicarius filij Dei esse videtur constitutus; ita & Pontifices, qui ipsius principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatẽ, amplius, quàm terrena imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis, nostroque imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem Apostolorum, vel † eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenã imperialem potẽtiam, sic eius sacrosanctam Romanã ecclesiã decreuimus veneranter honorari, & amplius, quàm nostrum imperium, & terrenum thronum, sedẽ sacratissimam beati Petri gloriose exaltari: tribuentes ei potestatem, & gloriæ dignitatem, atque vigorem, & honorificentiã imperialem. Atq; decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quattuor præcipuas sedes Alexandrinam, Antiochenam †, Hierosolymitanã, Constãtinopolitanam, quàm etiã super omnes in vniuerso orbe terrarum ecclesias Dei: & Pontifex, qui pro tẽpore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior, & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat; & eius iudicio, quæque ad cultũ Dei, vel fidei Christianorũ stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. *& infra.* ¶ Ecclesijs beatorum apostolorum Petri & Pauli pro continuatione† luminariorũ, possessionũ prædia contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostrã imperialem iussionem sacram tam in oriente, quàm in occidente, vel etiã septẽtrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Gręcia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate ei † cõcessimus; ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Siluestri summi Põtificis, successorumq; eius omnia disponãtur. *& infra.* ¶ Beato Siluestro patri nostro, sũmo Põtifici, & vniuersalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius successoribus pontificibus, qui vsq; in finẽ mundi in sede beati Petri erunt sessuri, de præsenti contradimus palatium imperij nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulq; phrygiũ †, necnõ & superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circũdare assolet collũ; verũ etiã & chlamidem purpureã, atque tunicã coccineã, & omnia imperialia indumẽta; sed & dignitatẽ imperialium præsidentiũ[γ] equitũ, cõferentes etiã & imperialia sceptra, simulque cuncta signa, atque banda, & diuersa ornamenta imperialia, & omnẽ processionẽ imperialis culminis, & gloriã potestatis nostræ. Viris autẽ reuerendissimis clericis in diuersis ordinibus eidẽ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ seruientibus illud culmen, singularitate, potentia, & præcellẽtia habere sancimus; cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est patritios[α], atq; cõsules effici, necnon & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis militia ornatur; ita & clerum sanctæ Roma-

pæ

In edicto Constantini, qđ est post conc. Neocæsariense. Ans.l. 4. c. 32. Deusdedit ibid.

† *al. & eius successores.*

† *Antioc. Alex.*] orig. imp rel sũ.

† *al. concinnatione*

† *al. eis libertatem concessimus.*

Iuo p. 5. c. 49. Pao. l. 4. c. 1.

† *al. phrygium, id est mitram*

Suidas in hoc verbo *βάνδα*

pro quibus licitum sit ei contra quẽlibet agere: quas habes ff. de postu. l. hi qui. & 3. q. 7. §. tria. in fi. scilicet in propria causa vel parẽtum suorum, vel pupillorũ suorum. Simile est inter vasallum & Dominũ, vt §. 22. q. vlt. de forma. Simile de aduocatis. C. de aduoc. diuer. iudi. l. 2. C. de reuo. do. l. 1. & 7. q. 1. quia frater. & dixi de hoc 3. q. 1. nulli. Hoc tamen intelligo de ecclesia ad quam intitulatus est, pro qua stare potest contra quamlibet ecclesiam, etiam in qua habet beneficium; quia salus fuit sui primæ: immo si aliqđ munus ei iniungitur ab ecclesia, nullã excusationem potest prætendere. C. de excu. tut. libertos. 13. quæst. 4. in summa.

a ¶ *Et discuti.*] ergo ante q̃ esset aliqua constitutio, etiam clerici non erant de iurisdictione sæculari, vnde omnes constitutiones, q̃ emanauerunt, quòd clerici non sunt iudicandi nisi ab episcopis, non sunt nisi iuris declaratio. Ioan.

Clerici numquã fuerunt de iurisdictione sæculari.

b ¶ *Præsulibus.*] hic bene dicit. nam dicit lex, quòd si iudex sæcularis iudicauerit clericum esse damnandum, primo debet exui priuilegio clericali, vt 11. q. 1 si qs. in Auth. ut cler. apud proprios. §. illud plane. coll. 6. licet illud hodie nõ teneatur. si. extra de iud. at si clerici, &c.

N *Vmquam.*] CASVS. Decreuit Io. Papa vt de põtificibus, & alijs clericis tantum ecclesia iudicaret, & non Imperatores; qui subesse debent, & non præesse.

C *Onstantinus Imperator.*] CASVS. Palea ista non legitur in scholis, in qua continetur priuilegium qđ Constantinus concessit Romanæ ecclesiæ, scilicet vt primatum inter omnes ecclesias obtineret, & in quo possessiones & insignia dignitatis ei concessit. & hoc fecit eo tempore quo Cõstãtinus ad partes Orientales se transtulit, cum in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et statuit, vt nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam minatur contra facientibus.

næ ecclesiæ ornati decernimus. Et quemadmodū imperialis potentia officijs diuersis, cubiculariorum nempe, & ostiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ita & sanctam Romanam ecclesiā decorari volumus. Et vt amplissime pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eius dē sanctæ Romanę ecclesiæ, mantipulis & linteaminibus, id est cādidissimo colore decorari equos, ita & equitare. Et sicut noster senatus calceamentis vtitur cum ᵃ vdonibus, id est candido linteamine illustratis; sic vtantur & clerici, vt sicut cælestia, Ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiā tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Siluestro ᵝ, & successoribus eius ex nostro indicto, vt quem ᶜ placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum numero clericorum cōnumerare; nullus ex omnibus præsumat superbe agere. Decreuimus itaque & hoc, vt ipse, & successores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis prætiosis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus Papa, quia super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus vti corona; nos phrygium candido ᵀ nitore splēdidum resurrectionem Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frænum equi ipsius pro reuerentia beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem imperij nostri. Vnde vt pontificalis apex non vilescat, sed magis, quàm terreni imperij dignitas, gloria †, & potentia decoretur, ecce tā palatium nostrum, vt prædictum est, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, seu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato beatissimo Pontifici nostro Siluestro vniuersali Papę contradimus, atque relinquimus: & ab eo, & a successoribus eius per hanc diualem nostram, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ concedimus permansura. Vnde congruum perspeximus nostrum imperium, & regni potestatem in orientalibus trāsferri regionibus, & in Bizantiæ prouinciæ optimo loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrū illic constitui imperium: quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc vero ᵃ omnia, quæ per hanc nostram imperialem sacram, & per alia diualia decreta statuimus, atque confirmauimus, vsque in finem mundi illibata, & inconcussa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur per hoc nostrum imperiale constitutum omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, amplissimum senatum, & vniuersum populum in toto orbe terrarum nunc & in posterum, cunctis retro temporibus imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquomodo licere hæc aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei, principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsenti, & in futura vita sentiat contrarios; atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius vero imperialis decreti nostri paginam proprijs manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis Apostolorum posuimus. Datum Romę iij. kal. Aprilis, Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater, & Gallicano v. c. Coss.

al. candidi nitoris splendidum

al. & gloria potentia

Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleę esse non solent.

ᵃ Constantinus.] *Verba hæc vsq. ad vers.* In eo priuilegio, *non solum habentur apud Anselmum, & Deusdedit, sed etiam in gestis beati Siluestri in his, quæ a Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.*

ᵝ Vtile.] *Hinc vsq. ad finē sumpta sunt ex gestis seu actis sancti Siluestri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hæc ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anselmi, & Deusdedit habentur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi.* Priuilegiū sanctæ Romanæ ecclesiæ, quod constituit D. Constantinus Augustus sancto Siluestro episcopo vrbis Romæ, & omnibus successoribus eius vsq. in perpetuum, & obtulit sup corpus beati Petri Apostoli. *De quo item priuilegio Leo nonus in epistola prima, seu libello aduersus inauditam præsumptionem Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 13. sic loquitur:* Pauca ex priuilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super cęlestis clauigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. *De ijsdem gestis sine actis Gelasius in concilio LXX episcoporum (& refertur 15. dist. in c. sancta Romana) sic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vsuardo in festo S. Siluestri legitur, cuius* actus clari habentur. *Inueniuntur vero etiam hodie peruetustis litteris descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantulana: quorū interpres in proœmio hæc ait:* Historiographus noster Eusebius Cæsareæ Palestinæ vrbis eps cum historiam ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea quæ ī alijs opusculis sunt, vel quę se meminit retulisse. Nā viginti libros omniū pene prouinciarū, passiones martyrum, epōrum, & confessorum, & sacrarū virginum, ac mulierū cōtinere facit. Deinde secutus, & ab Apostolo Petro, omnium epōrum nomina, & gesta conscripsit, & earum vrbium, quæ arcē pontificatus per Apostolicas sedes tenere noscunē, vt vrbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, & Alexandria. Harum vrbiū epōrum omnium præteritorū nomina vsq. ad tempus suum, & gesta græco sermone conscripsit. Ex quo numero vnum episcopum vrbis Romæ sanctum Siluestrum me de græco in latinū transferro præcepisti domine sancte, ac beate pater. *Quibus verbis, quicumque fit auctor istius proœmij, eadem gesta ab Eusebio græce scripta fuisse clare profitetur. Quæ etiam in vetustissimis Pontificalibus, & codicibus, in quibus sanctorum vita sunt descripta, in vita beati Siluestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptismum Constantini, & imagines sanctorū Petri, & Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epistola Constantino Imperatori, & matri Irenæ scripta, quæ in secunda actione septimę vniuersalis synodi habetur. Ipsum autem priuilegium fere integrum refert Leo nonus loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photij nomocanonem, tit. 9. c. 1 quamquam alijs in rebus (quod Græci plerumque solent) Romanæ ecclesiæ non satis æquus. Hanc eādem donationem ante Gratianum retularant Anselmus, Deusdedit, suis locis notatis: Quo ea pertinent, quæ Petrus Damianus in disceptatione synodali inter regium aduocatum, & Romanæ ecclesiæ defensorem scripsit.* Lege, inquit, Constantini Imperatoris edictum, vbi sedis Apostolicæ cōstituit super omnes in orbe terrarum ecclesias principatum. Nam postquam supra corpus beati Petri basilicam fundator erexit, postquam patriarchium Lateranense in beati Saluatoris honore construxit; nos per imperialis rescripti seriem Romanæ ecclesiæ constituit dignitatem, vbi nimirum beato Siluestro, suisque successoribus obtulit, vt regali more, & aurea corona plecteretur in capite, & ceteras regij cultus infulas vsurparent. Verum beatus Siluester ornamenta, quæ sacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vsus assumpsit: coronam vero, vel cetera quæ magis ambitiosa, quàm mystica videbantur, omisit. Cui etiam Constantinus Lateranense palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo iure concessit; regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam & ipsius Regis hæc verba sunt. Vnde congruum, inquit, prospeximus nostrum imperium, & regni potestatem orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui imperium: quoniam, vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cęlesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatē. *De hac eadē re scribit Ado Viennensis in commentario ætatis sextæ, & Gotfredus Viterbiensis in chronicis par. 6. c. 1.*

ᵞ Præsidentium equitum.] *Græce est apud Balsamonem,* καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *idest,* & dignitates imperialium equorum.

S*icut quāuis.*] C a s v s. Hoc cap. habet duas partes. In prima dr̃, ꝙ sicut aliqua parua ciuitas non minuit prærogatiuam regni; etiam si sit ibi sedes regalis: sic Imperator prærogatiuam ecclesiæ minuere non potest. In secunda dr̃, ꝙ pontifex quantumcumque sit malus: dummodo non sit hæreticus, ab Imperatore puniri non potest. Secūda pars incipit ibi, *Semper est.*

a ¶ *Sicut.*] sensus est: sicut parua ciuitas non potest regnū impugnare, ita nec imperium sacerdotium. Vel sic, licet epũs sit in parua ciuitate, Rex tñ non potest iudicare de clericis eı⁹: secundum hoc dic. dispensationis religiosæ, id est, episcopi constituti in parua ciuitate.

Imperium non potest sacerdotium impugnare.

b ¶ *Humanitus.*] id est, cōsuetudine humana, id est, fragilitate humanæ naturæ. H.

c ¶ *Non tamen contra religionem.*] Nam in eo casu posset à quocumque redargui. 40. dist. si Papa. vel etiam si schisma faceret. 23. q. 5. de Liguribus. Et plures casus in quibus laici habent iurisdictionem super clericos, dixi 23. q. 5. principes.

Laici super clericos quandoque iurisdictionem habent.

d ¶ *Nullatenus.*] 63. di. Valentinianus.

B*oni principis.*] C a s v s. Hic dicitur, ꝙ officiū principis est, ecclesias destructas restaurare, nouas ædificare: & clericos pot⁹ defendere quam destruere, vel aliquo modo subiugare.

e ¶ *Contritas.*] 15. q. 1. diuinis. &c.

f ¶ *Restaurare.*] 17. q. 4. diffinuit. 16. q. 1. statuimus.

H*oc capitulo patenter.*] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Secūda ibi, *Sine signatis.* Io. de. Fan.

C a s v s. Hic intulatur 97. dist. in qua concludit Gratianus ex illo capitulo, bene quidē, ꝙ nulli laico de rebus ecclesiasticis iudicare licet sine auctoritate ecclesiæ. & si alter factū fuerit, irritum erit, nisi ecclesia subscribat, vel auctoritatem præstet. Et ideo vr̃ ꝙ constitutio, quam fecit Honorius Imperator ſ. 79. dist. si duo. non valuit, cum fuerit à laico facta. postea soluit dicēs, ꝙ si laicus inuitetur ab ecclesia, vt de rebus ecclesiasticis faciat constitutionem, sicut fuit Honorius à Bonifacio inuitatus, valebit constitutio.

g ¶ *Hoc capitulo.*] Respicit in hac dist. 97. illud cap. bene quidē. 96. dist. & assignat i hoc §. quandā ꝯrietatē, & dat postea solutionem.

h ¶ *Honorij.*] ſ. dist. 79 si duo.

i ¶ *Ne hæretici.*] ſ. dist. 8. quo iure. & 23. q. 7. cap. 1. & 2. & 27. q. 3. cap. nimium.

k ¶ *Inuitati.*] ſ. dist. 63. Hadrianus. & cap. in synodo.

E*cclesiæ.*] C a s v s. Hæc est epistola Papæ Bonifacij, in qua supplicat Honorio Imperatori. In prima parte ostendit Bonifacius, ꝙ ipse est solicitus de ecclesiastico statu, ne si negligens inueniatur, sit redarguendus. In secunda rogat Honorium de pace & quiete ecclesiæ seruanda, et multipliciter applaudendo. In tertia rogat eū, vt suos legatos honorifice recipiat. Secūda ibi, *Ipsa enim ecclesia.* Tertia incipit ibi, *Habet refugium.*

l ¶ *Ecclesiæ.*] j. cap. prox. victor. ꝑ. Sed vt ibi dicitur: iam erat in cōualescentia: adhuc tamen erat debilis, vt hic.

d ¶ Id est patritios.] *Locus hic græce sic habet,* καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἧς κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα, *idest,* & illam habere celsitatem, atque amplitudinē, qua ornatus est magnus noster senatus, siue patritij & consules, siue hypati & reliquæ dignitates.

e ¶ Cū vdonibus.] *Græce totus hic locus habet paulo aliter,* καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ ἐπίγεια πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ: *idest,* Et quemadmodum senatus noster fert calceos, seu sandalia cum linteis albis; ita etiam celestia, sicut terrestria ad Dei laudem.

ζ ¶ Quem placatus.] ἵνα ἐάν τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετὰ ἰδίου θελήματος, καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικὸς, ἢ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μήτις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ. *idest,* vt si quis ex senatu spōte sua, quodque ita ipsi libeat, voluerit fieri clericus, & in sanctorum clericorum numerum adscribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

e ¶ Hæc vero omnia.] *hic quoque est magna verborum varietas, sed eadem fere sententia.*

Item Gelasius ad episcopos Dardaniæ.

¶ Imperialis auctoritas religiosæ dispensationis mensuram non mutat. C. XV.

SIcut [a] quamuis parua ciuitas prærogatiuam præsentis regni non minuit, sic imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. *& infra.* ¶ Semper [b] est effectum in sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualescumque Pōtifices sint, & si errore humanitus [b] accidente, nō tamē [c] contra religionē vllatenus excedētes, nullatenus [d] videātur à seculari potestate posse percelli.

¶ Semper.] *Mutatus est à collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt, recitanda essent.*

Item Marcellus Papa Maxentio [t].

t ¶ Maxentio.] *In impressis addebatur,* episcopo, *quæ vox abest ab omnibus manuscriptis.*

¶ Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi boni principis est. C. XVI.

BOni principis est, ac religiosi † , ecclesias contritas [e] atque conscissas restaurare [f] , nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atque tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumque successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico; neque expellere æterni regis dispensatores. Ans. l. 6. c. 192. † al. regis

DISTINCTIO XCVII.

[g] HOc capitulo [g] patenter ostēditur, quòd nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione Pontificis † [*], vel de rebus ecclesiasticis. Quacumque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt: nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij [h] Augusti, vt supra dictum est, vanum esse videtur, quod contra auctoritatem sacrorum canonum de electione summi Pontificis decernere tentauerit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesiæ precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quandam decreuisse leguntur; ne hæretici [i] aliquid, nomine ecclesiæ, possiderent. Ab ea autem non inuitati [k] de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi non habent facultatem. Honorius vero Augustus non sua auctoritate, sed beato Bonifacio supplicante, ecclesiastica quieti consulere, & concertantium ambitionem punire curauit.

† al. Pontificum

Dist. 79. si duo

Vnde idem Bonifacius Episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens.

¶ Epistola Bonifacij ad Honorium Augustum. C. I.

ECclesiæ [l] meæ, cui Deus noster meum sacerdotium, vobis res hu- epistola 1. ad Honorium.

a ¶ *Conuentus.*] idest, conuenticulas. C. de epi. & cle. cõuenticulá.
b ¶ *Agitantur.*] q. d. licet adhuc simus inalidi, tñ cura ecclesiæ nos cõpellit vt inuigilemus ecclesiasticis negotijs, & ꝑ eis intercedam apud vos quia multi clerici turbãt ecclesiã Dei. Archidiaconus.
c ¶ *Facere.*] scilicet videmini.
d ¶ *Tacentem.*] extra de testa. quia ingredientibus. & 63. dist. c. 1.
e ¶ *Sub illis.*] vt 11. q. 1. sacerdotibus.
f ¶ *Formidentur.*] à Christianis.
g ¶ *Virginem.*] vt 27. q. 1. nuptiarum. in fi.
h ¶ *Procellarum.*] idest, hæreticorum.

*Ro-*manas regentibus, deputauit, nos cura cõstringit; ne causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus [a]; qui à sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur [b], apud aures Christianissimi principis desim. Si enim secus, quàm oporteat, eueniat; non vos id facere [c], qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentem † [d] desidiam videbimur, quod ciuitatis quietem, & ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauente prouideas †; nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum est diuinis semper rebus animo promptiore fauisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem, & sub illis [e] etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit; idest, vt [α] licita seruentur, & sub vestræ imperio clementiæ minime, quæ sunt illicita, formidentur [f]. ¶ Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imperator, meo † quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu †, quã Christus Deus noster, vestri fidus rector, & gubernator imperij, vni desponsatam sibi, & intactam virginem [g] seruat; ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum [h] fluctus illidi, & quietam faciem [i] tempestatis insolitæ tumore turbari, gloriosissime, & tranquillissime Imperator Auguste †. Ipsa ergo (quæ vni desponsata, uostra † tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, præterita [k], præsentiaque repetit [l]. Vobis, inquit, religiose imperantibus [β] creuit meus, qui modo tuus est, populus, tam fidus Deo, quàm tibi [m], qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate depẽdit imperij, teste (apud quẽ, & de cuius sede agitur) sancto Petro, solicitis pro religionis obseruãtia vocibus clamat; cum solicita petitione miscetur oratio, ne [γ] humanas res solito tentatore occulte solicitãte semel euulsa [n] discordia distrahat. Angeretur pluribus, Princeps christianissime, mater Ecclesia; nisi apud te suarum esset cura † causarum †, & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio semper florente, vicisset. ¶ Habet refugiũ, pium tuæ mansuetudinis animum cum suæ religionis veneratione cõiunctum: cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & consacerdotibus meis, probatissimis viris, à me, & ab omnibus (qui Ecclesiam faciunt †) legatis: quibus (precamur) sacræ causam religionis ꝓsequẽtibus [o], in vrbe vestrę mãsuetudinis hoc animo, quo postulatis [p] annuitis, in perpetuũ statui vniuersalis ecclesiæ consulatis.

† al. tacentes
† al. præsidenti
† al. non meo
† al. affatu
† al. semper Auguste
† al. vestra
† secura] orig.
† faciunt ipsi insinuandi] orig.

¶ Adde, q. imperatur est defensor & filius ecclesiæ. no. in cle. Romani de iureiuran. & in auth. vt omnes obe. in. prouin. § & hoc confidentius, col. 5.

α ¶ Idest, vt licita.] *In epistola ipsa legitur*, idest, vt fidens vtar licitis.
β ¶ Imperantibus.] *Additis aliquot ex epistola vocibus emendatus est hic locus*, creuit meus, qui modo tuus est, populus.
γ ¶ Ne humanas.] *In plerisq; vetustis legitur*, ne hos in varias res solito, &c. *In originali vero*, ne hos [*aliàs* vos] i varias res semel euulsa distrahat à cultu solito, ;tẽtatore solicitãte, discordia.

i ¶ *Faciem.*] Ecclesiæ.
k ¶ *Præterita.*] scilicet beneficia. sic intelligit de conse. dist. 2. panis. ꝙ scilicet ꝓ omni munere debemus Deo gratias referre, ꝓsenti, scilicet & præterito, non futuro: quia nec Deus futurũ peccatũ indulget. j. de pœni. dist. 3. sane caoendũ. nec pactũ valet, si fiat ꝙ non agã de futura iniuria. ff. de pactis, si vnus. §. pacta.
l ¶ *Repetit.*] idest, recolit, & ad memoriam reducit.
m ¶ *Tibi.*] ne sis ingratus.
n ¶ *Euulsa.*] per effectum: idest, euellens.
o ¶ *Prosequentibus.*] legationẽ nostrã. Arg. ad quæstionẽ magistri P. ꝙ archieps Bracaren. potuit eum spoliare.
p ¶ *Postulatis.*] datiui casus.

Peccatum futurum Deus non indulget.

§ Rescriptum Honorij ad Bonifacium Papam. C. II.

VIctor [q] Honorius inclytus triumphator semper Augustus sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum, sacrorum apicum attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium, ac votum suum circa salutem, atque imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, quòd sanctimonia tua de ecclesiarum, aut populi perturbatione solicita est. Quæ, ne aliqua ratione possit euenire, satis clemẽtia nostra credidit esse prouisum. Denique beatitudine tua prædicante id ad cũctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si duo, *vt supra. Et infra.* ¶ Vnde id obseruandum est, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiãt, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur: cum certum sit, nulli partium sua studia [r] profutura.

Dist. 79. § duo.

Sine signatis apicibus non est mos Romana ecclesia vndecumque lega-

Victor.] CASVS. Honorius nũc rescribit Bonifacio: & primo salutat eũ referẽdo gratias Deo de sanitate sibi reddita: & depcat ipsum, vt debeat orare ꝓ ipso, cõmẽdans eũ in solicitudine sua: & significat ei, ꝙ ad postulationẽ suorũ legatorũ fecit cõstitutionẽ, per quã satis putat esse prouisum ecclesiasticæ quieti. tãdem rogat vt constitutionẽ illam publicet, quatenus omnes clerici sciant ab ambitionibus apostolicæ sedis esse cessandũ: quia de cetero ad hoc nullæ dissentiones valebunt.
q ¶ *Victor.*] Sed quare præmisit hic Imperator nomen suũ? Iuste hæc consuetudo erat olim. C. de sum. trin. inter claras. Papa tamẽ alios sibi præponit. 12. q. 1. dilectissimus. Vel forte tunc nouella erat Ecclesia, & adhuc obtinebat illud, Quare fremuerunt gentes, &c. postea autem Imperator subiecit se Papæ, vt 23. q. 4. displicet.
r ¶ *Sua studia.*] idẽ, cõspirationes. simile 61. di. obitũ. aliàs in bonã partẽ. ead. dist. studij. Ioa.

Papa sibi alios præponit.

23. q. 4. non inuenitur.

SINE. CASVS. Quia in superiori cap. facta fuit mẽtio de signatis apicibus: ideo nunc vult ostẽdere, ꝙ ecclesiæ Romanę mos est nõ suscipere legatũ sine signatis apicibus. *No-*

Nobilissimus.] CASVS. Mandauit Nicolaus Papa cuidā principi, quòd licet mos sit Romanæ ecclesiæ non recipere legatum alicuius sine litteris sigillatis: tamē legatū illius principis sine litteris recepit honorifice: & verbis eius fidem adhibuit: honorans principem in persona ipsius.

a Nobilissimus.] Ar. q̄ sine litteris non est adhibēda fides legatis. 11. q. 2. Lugdunensis.

b Signatis.] Oportet ergo quòd legatus exhibeat litteras legationis suæ ad hoc vt credatur ei, vt hic, & 63. di. lectis. & C. de man. prin. l. vnica. Sed quid si perdidit litteras, & vult pbare amissionē? Dico q̄ pōt: nō tñ sufficit probare tenorē litteræ, nisi & probet, q̄ illa littera fuerit sine vitio, vt extra de priui. cū olim. in fi. & C. de fide instru. l. vlt. Sed nūquid sufficit mādatū sine litteris? Dico q̄ legato non sufficit pbare maodatū, vt C. de man. princ. l. 2. quia legati nō sine periculo recipiuntur. Vnde maior est in eis facienda examinatio, vt 42. dist. quiescam[a]. Sed delegatus potest probare mādatū sine litteris, vt in authē. de liti. §. omnē. coll. 9. & arg. extra de offi. deleg. prudētiam. & extra de rescrip. ex parte. Io. Tan. & quidā alij dicunt, q̄ in iudice delegato non sufficit probare amissionem rescripti, nisi ostendat authenticum, vt extra de offi. deleg. cum in iure. 15. q. 2. sancimus. & extra de fide instr. c. 1. Ita notat T. super illa decre. cum olim. Sed pone, q̄ partes viderunt & approbauerant rescriptum, & postea redactum fuit in publicam formam per tabellionē: numquid amisso posta rescripto iudex procedere poterit? Satis credo q̄ sic. Ioan. vt notaui in quæstionibus [2] meis. B. Sed cum hic indistinctè dicat, q̄ litteræ debeāt esse signatæ, videtur à quocumque sint signatæ, q̄ sufficiat ad hoc vt scriptura dicatur authentica, vt extra de appel. personas. & extra de fideiuss. peruenit. Nam & episcopus sigillat sigillo ecclesiæ, suæ, vt 73. dist. in nomine Domini. in fi. item & alieno annulo potest quis signare testamentum, vt instit. de test. §. possunt autē. Itē & alienū sigillū [3] etiam non iudicis sui fidem facit, vt infra dist. prox. cap. 1. & 2. Sed dic, q̄ alienū sigillum facit fidem, si non habetur proprium: aliàs non, vt extra de appel. significauit. & 65. dist. episcopus. Item litteræ non dicuntur signatæ si legi non possunt characteres, vt extra de fide instr. inter. & ff. de testa. ad testium. §. si signa. & §. signū. Itē si filū ruptū sit, non dicantur signatæ, vt extra de cri. fal. c. licet. Si autē filū ea toto nō est fractū, bene dicūt signatæ, vt ff. de bo. poss. sm tabu. l. 1. §. si linum. extra de fide instr. sicut.

c ¶ Nobilissimus.] Ergo & Cardinali qui bene notus est in aliqua prouincia, credendum esset sine litteris: maxime cū non contingat Cardinalem vmquam abesse nisi legationis causa. Ioan.

d ¶ Credidimus.] Arg. q̄ interdū voci & assertioni vnius credendum sit, si persona sit honesta & authentica [4]: arg. 8. q. 3. c. 1. Arg. 5. 9. dist. ego solis. sic econuerso ex persona proferentis instrumentum, minus creditur instrumento, vt ff. de eden. si quis. §. 2. sic si malus aliquid dicat, non facile ei creditur, vt 24. q. 1. quisquis. Arg. contra. 19. dist. secundum.

Legato sine litteris suæ legationis credendum non est.

[1] Quod dicit si notat ipse Io. & H. in praeced. de cre. de priui. cū olim in glo. hoc aū. vbi dicunt & Goff. nō esse hoc esse verū nisi hoc fuisse & notum esset: & tunc pōt & debet ei credi vt in hoc c. nobilissimus. Arc.

Delegatus mandatum sine litteris probare potest.

[2] Quæstio de qua in alio est. & intelligit quidā impetrauit rescriptum &c.

Litteras esse à quocumque signatas an sufficiat.

[3] Dū tamen sit authenticū. Arg. C. de bo. proic. § quis intra. in ff. de Acti. in. §. penult. Arch.

Cardinali notio sine litteris credi potest.

Voci viuæ quādoque creditur.

[4] Concor. text. in l. si quis decurio. C. de fal. & in l. Theopōpus, ff. de do. præle. regularis tamē est contra.

tionem suscipere[a]. Vnde Nicolaus Papa.

a Suscipere.] In vulgatis sequebatur neque mittere: quæ absunt à vetustis, neque conueniunt cum his, quæ sequenti capite afferuntur.

¶ Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem vndecumque suscipere. C. III.

NObilissimus [a] vir, atque strenuus vestræ sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinem à vobis nostro Pontificio detulisset, licet numquam Apostolicæ sedis modus [†] fuerit absq; signatis [b] apicibus vndecumque legationem suscipere; Nos tamen vos in illo honorantes, eiusque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones; nihilominus [c] eum, & sicut decuit, suscepimus, & ei, sicut honestum fuit, credidimus [d].

† al. mos.

DISTINCTIO XCVIII.

QVæ circa [e] ordinandos sint obseruanda, quæ in eorum electione diligenter sint consideranda, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei nonnumquam obscuratur mutatione prouinciæ, decretum est sacris canonibus, vt peregrini, nisi quinque, vel eo amplius suorum episcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.

Vnde Siluester Papa generali concilio præsidens dixit.

Nisi quinque episcoporum litteris designatum transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiat. C. I.

NVllus aliqua [f] ratione trāsmarinum hominem penes vos [†] in clericatus gradus suscipiat, nisi quinque [g] [aut [‡] eo amplius] episcoporum designatus sit chirographis.

Item Anastasius I. vrbis Romæ episcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ episcopos, epist. 1. c. 2.

In fine epilogi concilij Romani sub Siluestro, sed paulo aliter. Poly. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 23.

† al. nos

‡ Absunt ab originali & aliquot Grat. codicibus.

¶ De eodem. C. II.

TRansmarinos [h] homines in clericatus honorem [†] nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum chirographis [i] sint designati: quia multa per subreptionem [k] solent euenire.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 24.

† vel honore nolite suscipere] orig.

e Quæ circa.] Hic depingitur 98. dist. in cuius principio vtitur Gratia. transitu: in quo ostendit quid dixerit hactenus, & quid in hac dicturus sit. Nam quia clerici sæpe mittuntur de prouincia ad prouinciam, breuiter ostendit, quòd non sunt recipiendi in alia prouincia sine litteris episcoporum suorum.

Quæ circa ordinandos.] CASVS. Egit. G. Gra. diligēter de ordinatione & electione clericorum: sed quia per mutationem locorum veritas occultatur: ideo in hac dist. 98. ostenditur vt clerici peregrini non recipiantur, nisi cum litteris quinque episcoporum, cū à proprio episcopo fuerunt commendati.

Clerici sine litteris suorū episcoporū non sunt recipiendi.

NVllus.] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus episcopus debet recipere clericum transmarinum in sua ecclesia, nisi habuerit litteras sigillatas quinque episcoporum, vel eo amplius fuerit commendatus: quia multa per subreptionem solēt euenire. Idē dicitur in seq. cap.

f ¶ Nullus aliqua.] Ista cap. introducta sunt ad cautelā: vel loquuntur de primitiua ecclesia: & sic secus hodie.

g ¶ Nisi quinque.] Contra 71. dist. cap. 2. Sed hæc capitula loquuntur, quando ita remoti sunt, quòd sigilla episcoporum & etiam loca ignota sunt: illud quando episcopus propinquus est, & eius sigillum bene cognoscitur: & hoc colligitur extra de cler. pereg. tuæ. Sed pone quòd non habet litteras: est ne recipiendus si probet per testes? ita. extra de cleri. pereg. c. vlt. Nam magis credendū est viuæ voci, quam mortuæ. in auten. de fide instru. §. si vero. coll. 6 H. itelligit hæc capitula abrogata. olim enim habuit locum hoc capitulum propter multitudinē hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ. euacuat opinionē istam. Sed certe nō videtur recipiendus, & si mille sigilla haberet ignota: quia non plus fidei præstant mille ignota, quam vnum ignotum. præterea in testamento ita inuenis q̄ cum signa sunt ignota, conuocantur omnes illi, quorum dicuntur sigilla, vt sciatur an recognoscant sua signa, vt ff. quemadmodū testamenta aperiantur. cum ab initio. ex hoc concedo, quòd nisi aliqualis habeatur notitia de sigillis, & [1] de illis remotis ecclesijs, quòd non sit eis credendum, & si mille sint: arg. extra de fide instru. cap. quod super his.

h Transmarinos.] Idem intelligo de quolibet ignoto, qui sigillare præsentat ignota. Ioan.

i ¶ Chirographis.] idest, litteris, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate sua.

k ¶ Per subreptionem.] ff. extra de procur. cap. 1. & 3. quæst. 3. induciæ.

Voci viuæ magis credendū est, quā mortuæ.

Sigillis ignotis fides non est adhibenda.

[1] Concor. no. § Fac. in l. Lucius. ff. de fide instr. & l. ad. testib. de test.

Afros.]

AFros.] CASVS Præcipit Grego. in hoc c. episcopo Squillatino, vt afros & peregrinos clericos ad ordines non suscipiat: quia quidam eorũ sunt hæretici: quidam sunt rebaptizati: quidam vero sunt peregrini: & ordines quos nõ habẽt, se mẽtiunt habere.
a ¶ Afros.] Ratione prouinciæ præsumitur contra aliquẽ. arg. 24. dist.

& patriarchæ quo ad officia non differunt, sed quo ad vocabula, ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellant episcopi. Ostendit etiam quòd archiepiscopi debent primatibus obedire in his, quæ iuste fuerint imperata.

Item Gregorius Romanæ Ecclesiæ præsul Squillatino episcopo, lib. 2. ep. 25.

¶ De eodem. C. III.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 25. Iuo p. 6. c. 351.

AFros [a] passim, vel incognitos peregrinos, ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias [b]: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti fortiores * [c] de se prætendisse honores sæpe probati sunt.

* ¶ Fortiores.] *Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorij codicibus; verum in Frobeniana, ac Lugdunensi eiusdem B. Gregorij operum editione,* ad fortiores prætendisse honores.

Item ex concilio Eliberitano, c. 24.

¶ Non sunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 352. † al. in peregrinatione

OMnes, [d] qui peregre † fuerint baptizati, eo quòd eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouincijs.

DISTINCTIO XCIX.

[e] DE primatibus [e] autem (quorum supra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in ecclesia obtineant; an in aliquo à patriarchis differant; quam obedientiam archiepiscopi eis debeant. Primates, & patriarchæ diuersorum sunt nominum, sed einsdem officij. Ab archiepiscopis autem, quoties necesse fuerit, episcopi ad primates appellant; sed à primatibus ad archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus, quæ sibi ab eis iuste fuerint imperata.

Vnde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Quæ obedientia sit exhibenda primatibus, & patriarchis. C. I.

Iuo par. 5. c. 53. Pann. l. 4. c. 23.

PRouinciæ multo ante Christi aduentum [f] tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & beato Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudum primates legis † [al. leges] sæculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum [g] non erat [h], confugiebant pro oppressionibus, vel iniustitijs suis; ipsosque appellabant, quoties [i] opus erat sicut in lege eorum præceptum erat:) ipsis [k] quoque in ciuitatibus, vel locis nostros † [al. nostris] patriarchas, vel primates, qui vnam formam [l] tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ, & ecclesiasticæ poni, & esse iusserũt: ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent; & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † [al. maiorum et minorum] comitibus [m] essent) haberent metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent primatibus, sicut & in legibus sæculi olim or-

e ¶ De primatibus.] Fecerat Gratianus s. in dist. 80. mentionem de primatibus & patriarchis: sed ne quis crederet propter nominũ diuersitatem aliquam esse realem differẽtiã; ideo ostendit in hac dist. differentiam esse tantum in nomine. Ostendit etiam de reuerentia quam debent archiepi suis primatibus. Ostendit et quod nec Roman. Põtifex dbet vniuersalis appellari.

PRouinciæ.] CASVS. Quæsitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates instituendi sint: & an archiepiscopi eis debeant obedire. Et respondet quod leges ecclesiasticæ iusserunt poni primates vel patriarchas, qui eãdem formam tenẽt (licet diuersa sint vocabula) in capitibus prouinciarũ, vbi olim erant primates paganorum: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellatur. In alijs vero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiscopi residere, qui debẽt prędictis primatibus obedire, nec debent noiari primates, sed archiepi vel metropolitani.

f ¶ Ante Christi aduentum.] Ergo ante tempus Gelasij & Dionysij distinctæ erant prouinciæ. vnde reprobatur quædã solutio, quæ ponitur 10. q. 3. nec numerus. quòd scilicet tunc nõ erant prouinciæ limitatæ Sed dic quod prouinciæ fuerũt diuisæ, vt hic, sed diœceses nõ nisi à tẽpore Dionysij. 13. q. 1. c. 1. Vel solue per illam litteram, maxima ex parte: quasi dicat, non omnes.

Prouinciæ quo tempore fuerũt distinctæ.

● Arg. contra, ex ... de iud. cum ... depend. extra de instit. ad decorem. Archid.

dist. quando. ff. de ædili. edi. e. quod si nolit. §. qui mancipia.

b ¶ Suscipias.] vt officiẽt populũ. aliàs bene: extra de cle. peg. c. pe.

c ¶ Fortiores.] Hæc est vna ratio, quare non admittuntur. aliæ assignantur 19. q. 2. duæ.

OMnes.] CASVS. In hoc cap. statuitur, vt illi qui in peregrinatione sunt baptizati, non promoueantur: quia eorum vita est incognita, & possunt esse irregulares.

d ¶ Omnes.] Hoc cap. loquitur de adultis. Sed nõne baptismus tollit omnem peccati maculam? Vtique: sic j. de pæn. dist. vlt. cap. vlt. hoc ergo ideo quia forte isti bigami vel aliàs irregulares sunt, quia ante baptismum forte fuerunt bigami.

Baptismus omnem peccati maculam tollit.

DE primatibus.] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, quod vbi erant primates gentiliũ olim: ibi sunt modo primates, idest, patriarchæ, qui idem habent officium, licet nomina sint diuersa. Secunda ibi, *Nulli archiepiscopi.* Tertia ibi, *Vniuersalis.* Ioan. de Fant.

CASVS. Quia supra in 80. dist. c. 1. Gratianus fecerat mentionẽ de primatibus & patriarchis, nec assignauerat differentiam inter eos, ideo supponit hanc 99. dist. in qua ostendit, quòd primates

g ¶ Quibus permissum.] quia modica erat summa. 2. q. 6. anteriorum. § illud.

h ¶ Non erat.] vt clericis, qui in causis ecclesiasticis nõ possunt appellare ad principem, vt j. 11. q. 1. placuit.

i ¶ Quoties.] idest, bis ante sententiam: vel post sententiam secundum canones. Et no. quod dicit, quoties, secundũ legẽs: sed tamen non licet secundũ leges appellare ad principẽ nisi in casu ante sententiã. & ita est arg. ad expositionẽ illius 2. q. 6. omnis oppressus.

Appellare ante sententiam secũdum leges non licet.

k ¶ Ipsis.] repetit quod dixerat.

l ¶ Formam.] Arg. C. de codic. si idem. contra. quia diuersitas nominum debet designare diuersitatẽ rerum, vt 21. dist. cleros.

m ¶ Comitibus.] idest, comitantibus vel sequentibus eos. vel comitatibus, idest, episcopis. Comitatus eni dicitur [1] districtus alicuius ciuitatis, vbi est episcopus. Vel hoc vult notare, quod archiepiscopus maiorem habet potestatem in prouincia & iurisdictionẽ quàm primas. nam metropolitanus est iudex ordinarius omnium episcoporum prouinciæ: primas tantum archiepiscopi, vnde secundum hoc maior est patriarchis.

1 Adde quod fit comitatus ... & quo differat ... districtu vel territorio ... in l. 2. C. quando imp. inter pu. & vidu.

Metropolitani iurisdictio. Primatus iurisdictio.

m ¶ Comitibus.] idest, propter comites & propter episcopos suffraganeos.

a ¶ Ne-

a *Nomina.*] arg. ex nominibus semper res nominum, idest res significatas per nomina debere attendi.

Ulli archiepiscopi.] CASUS. Quæsitũ fuit ab Aniceto Papa, utrum archiepiscopi sint appellandi primates vel patriarchæ. Et respondet quòd non, nisi multitudo populorum intantum excreſcat, vt de archiepiscopo fiat patriarcha.

b *Vocetur.*] C. de lib. cau. iubemus. C. de pba. nec epistolis.

c *Qui primas.*] ficut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. ỹ. 93. dist. cleros. Quid de Veneto? dic ergo quòd est primas respectu inferiorum. extra de priuile. c. antiqua.

d *Ad fidem conuertatur.*] Nam & apes accrescentes. 7. q. 1. in apibus. de conse. dist. 5. nunquam & iuuentus Romana excrescẽs nouam sibi ciuitatem ædificauit argu. C. de sac. san. eccle. iubemus. Et bene dicit, conuertatur: nã aliàs vix posset cõtingere, qp in aliquo loco intantum excresceret populus, vt primate indigeret, vt 34. dist. fraternitatis.

Multitudo excrescentes mulas facit.

e *Constitui.*] arg. infra parochiã alicuius non debere constitui ecclesiam, nisi multitudo fideliũ excreuerit. Sed nũquid illo inuito cuius est parochia, poterit hoc fieri & irrequisito? Nõ, vt 16. q. 1. multis concilijs. & 16. q. 1. felix. & c. seq. Sed si requisitus nollet consentire: non minus tamen fieret per maiorem, scilicet per Papam. extra de eccle. ædi. c. 3. eius tamen cõsensu primo requisito. Et not. quòd huiusmodi requisitio facienda est, cũ ille locus esset, in quo excreuit multitudo fidelium, iã deputatus alicui episcopatui, alias non.

Multitudine excrescente an possit ecclesia in aliena parochia sine ipsius consensu construi.

f *Rima.*] idest, patriarchalis.

UNIVERSALIS. Hæc est tertia pars distinctionis: in qua dicitur, quòd Papa non debet vocari vniuersalis. Ioan. de Fant.

dinatum erat: qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur.

Hoc caput integrum repetitur à Gregorio VII. lib. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi, Turonensi, ac Senonensi archiepiscopis scripta, ex qua & originali nonnulla sunt restituta.

Item Anicetus ad episcopos Galliæ.

Poly. l. 2. tit. 31. Iuo par. 5. c. 54. Pann. l. 4. c. 25.

Non vocentur primates, nisi qui primas sedes tenent. C. II.

NUlli archiepiscopi primates vocentur[b], nisi illi, qui primas tenent ciuitates †; quarum episcopos Apostoli, & successores Apostolorum, regulariter patriarchas, & primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur[d], cui necesse sit propter multitudinem eorum†, primatem constitui[e]. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates[f], sed metropolitani nominentur.

† al. sedes

† al. episcoporum

Item ex concilio Africano, c. 6.

Et Carthag. 3. c. 26.

Primus sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos. C. III.

Poly. l. 2. tit. 26. Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. c. 57.

PRimæ† sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi; sed tantum primæ sedis episcopus.

Vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.

Vnde Pelagius II. epist. omnibus episcopis illicite à Ioanne Constantinop. conuocatis, &c.

Poly. l. 2. tit. 25. Ans. l. 6. c. 130.

Nec etiam Romanus Pontifex vniuersalis est appellandus. C. IIII.

NUllus patriarcharũ vniuersalitatis † vocabulo vmquam vtatur: quia si vnus† patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cuiusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem vmquam suis in epistolis vniuersalem nominet; ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.

† al. hoc tam profano vocabulo] orig.

† al. summus] or.

Item Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino, lib. 7. epi. 30. indic. I.

Io. dia. l. 3. c. vlt.

De eodem. C. V.

Poly. l. 2. tit. 26. Ans. l. 6. c. 131.

ECce in præfatione epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbæ appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicentes imprimere curastis. Quod, peto, dulcissima mihi sanctitas vestra vltra non faciat: quia vobis subtrahitur[g], quod alteri plus, quàm ratio exigit, præbetur[h]. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus; nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suũ perdere cognosco. Meus namque honor est, honor vniuersalis ecclesiæ: meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur[i]. Si enim vniuersalem me Papam uestra sanctitas dicit, negat se hoc esse[k], quod me fatetur uniuersum. Sed absit hoc. Recedant uerba, quæ uanitatem inflant, & charitatem uulnerant.

Apud B. Gregorium hæc sequuntur. Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post subsequẽtibus patribus hoc decessoribus meis oblatũ vestra sanctitas nouit. Sed tñ nullus eorũ vti hoc vmq̃ vocabulo voluit, vt dum in hoc mundo honorẽ sacerdotũ diligerent omnium, apud omnipotẽtẽ Deũ custodirent suũ. *Quam rem etiam plenius exponit, lib. 4. epist. 32.*

Ullus patriarcharum.] CASUS. Episcopi in suis epistolis appellabant patriarchas vniuersales: quare prohibet Pelagius oĩbus epĩs vt neminẽ de cetero appellẽt vniuersalem: quia si vnus appellatur vniuersalis, ceteris honor debitus subtrahitur.

Ecce.] CASUS. Eulogius Alexandrinus patriarcha in sua epistola Gregorium vniuersalẽ appellauit: quod ipse Gregorius ante phibuerat: quare pcipit sibi, vt hoc de cetero nõ faciat: quia nõ verbis, sed moribus quærit pſperari: & si ipse vniuersalis appelletur, nullus honor ceteris remanebit. quod ei nõ placet: quia tũc ipse honoratur cum alijs honor debitus non negatur.

Papa per suum mandatum an iuri alterius derogari velit.

g *Subtrahetur.*] Arg. qp Papa per suum mandatum non vult derogari iuri alicuius. ỹ. 25. q. 2. quod vero dicitis. ỹ. 9. q. 3. nunc vero. ff. de iudic. cum prætor. in fi. & extra de rescrip. olim. in fine. 85. dist. archidiaconum. argu. nemini consulendum cum alterius iactura, vt infra 9. quæst. 3. si quis vero. not. 22. quæst. 2. primum. 14. quæst. 5. denique. ỹ. 11. quæst. 1. peruenit. ỹ. 63. dist. quanto. ỹ. 85. dist. archidiaconum Florentinum. in fi. Argu. contra 8. quæst. 3. Artaldus. 9. quæst. 3. conquestus. in fi. sic extra de offic. deleg. super eo. vbi dicitur, non est intentionis nostræ alicui derogare per rescriptum nostrum. & ita arg. quod vni attribuitur, alij subtrahitur: arg. 45. dis. disciplina. ff.

Adde ad hoc dubium text. in l. nec auus. C. de emen. lib. & in l. 3. §. si quis à principe. ff. ne quid in lo. pub.

Aliās extra de præbend. ... vlt.

næ ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodũ imperialis potentia officijs diuersis, cubiculariorum nempe, & ostiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ita & sanctam Romanam ecclesiã decorari volumus. Et vt amplissime pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eiusdẽ sanctæ Romanę ecclesiæ, manipulis & linteaminibus, id est cãdidissimo colore decorari equos, ita & equitare. Et sicut noster senatus calceamentis vtitur cum ᵃ vdonibus, id est candido linteamine illustratis; sic vtantur & clerici, vt sicut cęlestia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiã tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Siluestro, & successoribus eius ex nostro indicto, vt quem ᵇ placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum numero clericorum cõnumerare; nullus ex omnibus præsumat superbe agere. Decreuimus itaque & hoc, vt ipse, & successores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis prætiosis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus Papa, quia super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus vti corona; nos phrygium candido † nitore splẽdidum resurrectionem Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frænum equi ipsius pro reuerentia beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem imperij nostri. Vnde vt pontificalis apex non vilescat, sed magis, quàm terreni imperij dignitas, gloria †, & potentia decoretur, ecce tã palatinum nostrum, vt prædictum est, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, seu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato beatissimo Pontifici nostro Siluestro vniuersali Papę contradimus, atque relinquimus: & ab eo, & a successoribus eius per hanc diualem nostram, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ concedimus permansura. Vnde congruum perspeximus nostrum imperium, & regni potestatem in orientalibus trãsferri regionibus, & in Bizantiæ prouinciæ optimo loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrũ illic constitui imperium: quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc vero ᶜ omnia, quæ per hanc nostram imperialem sacram, & per alia diualia decreta statuimus, atque confirmauimus, vsque in finem mundi illibata, & inconcussa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur per hoc nostrum imperiale constitutum omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, amplissimum senatum, & vniuersum populum in toto orbe terrarum nunc & in posterum, cunctis retro temporibus imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquomodo licere hæc aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei, principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsenti, & in futura vita sentiat contrarios; atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius vero imperialis decreti nostri paginam proprijs manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis Apostolorum posuimus. Datum Romę iij. kal. Aprilis, Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater, & Gallicano v. c. Coss.

al. candidi nitoris splendidam

al. & gloria potentia

Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleę esse non solent.

ᵃ Constantinus.] *Verba hæc vsq; ad vers. In eo priuilegio, non solum habentur apud Anselmum, & Deusdedit, sed etiam in gestis beati Siluestri in his, quæ a Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.*

ᵇ Vale.] *Hinc vsq; ad finẽ sumpta sunt ex gestis seu actis sancti Siluestri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anselmi, & Deusdedit habentur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi.* Priuilegiũ sanctæ Romanæ ecclesiæ, quod constituit D. Cõstantinus Augustus sancto Siluestro episcopo vrbis Romæ, & omnibus successoribus eius vsq; in perpetuum, & obtulit sup corpus beati Petri Apostoli. *De quo item priuilegio Leo nonus in epistola prima, seu libello aduersus inauditam præsumptiones Michaelis Constãtinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 13. sic loquitur.* Pauca ex priuilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super cęlestis clauigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. *De ijsdem gestis siue actis Gelasius in cõcilio LXX episcoporum (& refertur 15. dist. c. sancta Romana) sic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vsuardo in festo S. Siluestri legitur, cuius* actus clari habentur. *Inueniuntur vero etiam hodie peruetustis litteris descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantulæ: quorũ interpres in proœmio hæc ait:* Historiographus noster Eusebius Cæsareæ Palestinæ vrbis eps cum historiam ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea quæ i alijs opusculis suor, vel quę se meminit retulisse. Nã viginti libros omniũ pene prouinciarũ, passiones martyrum, epõrum, & confessorum, & sacrarũ virginum, ac mulierũ cõtinere fecit. Deinde secutus, & ab Apostolo Petro, omnium epõrum nomina, & gesta conscripsit, & earum vrbium, quæ arcẽ pontificatus per Apostolicas sedes tenere noscunt, vt vrbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, & Alexandria. Harum vrbiũ epõrum omnium præteritorũ nomina vsq; ad tempus suum, & gesta græco sermone conscripsit. Ex quo numero vnum episcopum vrbis Romæ sanctum Siluestrum me de græco in latinũ transferre præcepisti domine sancte, ac beate pater. *Quibus verbis, quicunque sit auctor istius proœmij, eadem gesta ab Eusebio græce scripta fuisse clare profitetur. Quæ etiam in vetustissimis Pontificalibus, & codicibus, in quibus sanctorum vitæ sunt descriptæ, in vita beati Siluestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptismum Constantini, & imagines sanctorũ Petri, & Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epistola Cõstantino Imperatori, & matri Irene scripta, quæ in secunda actione septimę vniuersalis synodi habetur. Ipsum autem priuilegium fere integrum refert Leo nonus loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photij nomocanonem, tit. 9. c. 1 quanquam alijs in rebus (quod Græci plerumque solent) Romanæ ecclesiæ non satis æquus. Hanc eãdem donationem ante Gratianum recitarant Anselmus, Deusdedit, Iuo locis notatis: Quo ea pertinent, quæ Petrus Damianus in disceptatione synodali inter regium aduocatum, & Romanæ ecclesiæ defensorem scripsit.* Lege, inquit, Constantini Imperatoris edictum, vbi sedis Apostolicæ cõstituit super omnes in orbe terrarum ecclesias principatum. Nam postquam supra corpus beati Petri basilicam fundator erexit, postquam patriarchium Lateranense in beati Saluatoris honore construxit; mox per imperialis rescripti seriem Romanæ ecclesiæ constituit dignitatem, vbi nimirum beato Siluestro, suisque successoribus obtulit, vt regali more, & aurea corona plecteretur in capite, & ceteras regij cultus infulas vsurparent. Verum beatus Siluester ornamenta, quæ sacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vsus assumpsit: coronam vero, vel cetera quæ magis ambitiosa, quàm mystica videbantur, omisit. Cui etiam Constantinus Lateranense palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo iure concessit; regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam & ipsius Regis hæc verba sunt. Vnde congruum, inquit, prospeximus nostrum imperium, & regni potestatem orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui imperium: quoniam, vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cęlesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatẽ. *De hac eadẽ re scribit Ado Viennensis in commentario ætatis sextæ, & Gotfredus Viterbiensis in chronicis par. 6. c. 5.*

ᶜ Præsidentium equitum.] *Græce est apud Balsamonem,* καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *id est,* & dignitates imperialium equorum.

Sicut quamuis.] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dr̃, ꝙ sicut aliqua parua ciuitas non minuit prærogatiuam regni; etiam si sit ibi sedes regalis: sic Imperator prærogatiuam ecclesiæ minuere non potest. In secunda dr̃, ꝙ pontifex quantumcumque sit malus: dummodo non sit hæreticus, ab Imperatore puniri non potest. Secũda pars incipit ibi, *Semper est.*

a ¶ *Sicut.*] sensus est: sicut parua ciuitas non potest regnũ impugnare: ita nec imperium sacerdotium. Vel sic, licet epũs sit in parua ciuitate, Rex tñ non potest iudicare de clericis eius: secundum hoc dic, dispensationis religiosæ, id est, episcopi constituti in parua ciuitate.

b ¶ *Humanitus.*] id est, cõsuetudine humana, id est, fragilitate humanæ naturæ. H.

c ¶ *Non tamen contra religionem.*] Nam in eo casu posset à quocumque redargui. 40. dist. si Papa. vel etiam si schisma faceret. 23. q. 5. de Liguribus. Et plures casus in quibus laici habent iurisdictionem super clericos, dixi 23. q. 5. principes.

d ¶ *Nullatenus.*] 63. di. Valentinianus.

Imperium non potest sacerdotium impugnare.

Laici super clericos quandoque iurisdictionem habent.

cap. nimium.

a ¶ *Inuitati.*] s. dist. 63. Hadrianus. & cap. in synodo.

Ecclesiæ.] CASVS. Hæc est epistola Papæ Bonifacij, in qua supplicat Honorio Imperatori. In prima parte ostendit Bonifacius, ꝙ ipse est solicitus de ecclesiastico statu, ne si negligens inueniatur, sit redarguendus. In secunda rogat Honorium de pace & quiete ecclesiæ seruanda, et multipliciter applaudendo. In tertia rogat eũ, vt suos legatos honorifice recipiat. Secũda ibi, *Ipsa enim ecclesia.* Tertia incipit ibi, *Habet refugium.*

a ¶ *Id est patritios.*] *Locus his græce sic habet,* καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα, *id est,* & illam habere celsitatem, atque amplitudinẽ, qua ornatus est magnus noster senatus, siue patritij & consules, siue hypati & reliquæ dignitates.

b ¶ *Cũ vdonibus.*] *Græce totus hic locus habet paulo aliter,* καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ ἐπίγεια πρὸς αἶνον τοῦ θεοῦ: *id est,* Et quemadmodum senatus noster fert calceos, seu sandalia cum linteis albis; ita etiam celestia, sicut terrestria ad Dei laudem.

c ¶ *Quem placatus.*] ἵνα εἴ τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετ' ἰδίου θελήματος, καὶ ἐναρέστου γενέσθαι κληρικὸς, ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μή τις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ. *id est,* vt si quis ex senatu spõte sua, quodque ita ipsi libeat, voluerit fieri clericus, & in sanctorum clericorum numerum adscribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

e ¶ *Hæc vero omnia.*] *hic quoque est magna verborum varietas, sed eadem fere sententia.*

Item Gelasius ad episcopos Dardaniæ.

¶ Imperialis auctoritas religiosæ dispensationis mensuram non mutat. C. XV.

SIcut [a] quamuis parua ciuitas prærogatiuam præsentis regni non minuit, sic imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. *& infra.* ¶ Semper [*] est effectum in sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualescumque Põtifices sint, & si errore humanitus [b] accidente, nõ tamẽ [c] contra religionẽ vllatenus excedẽtes, nullatenus [d] videãtur à seculari potestate posse percelli.

¶ *Semper.*] *Mutatus est à collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt, recitanda essent.*

Item Marcellus Papa Maxentio [*].

* ¶ *Maxentio.*] *In impressis addebatur,* episcopo, *quæ vox abest ab omnibus manuscriptis.*

¶ Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi boni principis est. C. XVI.

BOni principis est, ac religiosi †, ecclesias contritas [e] atque conscissas restaurare [f], nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atque tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumque successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico; neque expellere æterni regis dispensatores.

Ans. l. 6. c. 192.
† al. regis

Boni principis.] CASVS. Hic dicitur, ꝙ officiũ principis est, ecclesias destructas restaurare, nouas ædificare: & clericos potius defendere quàm destruere, vel aliquo modo subiugare.

e ¶ *Contritas.*] 25. q. 1. diuinis. &c.

f ¶ *Restaurare.*] 27. q. 4. diffiniuit. 16. q. 1. statuimus.

DISTINCTIO XCVII.

[a] Ps. HOc capitulo [g] patenter ostẽditur, quòd nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione Pontificis †, vel de rebus ecclesiasticis. Quacumque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt: nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij [h] Augusti, vt supra dictum est, vanum esse videtur, quod contra auctoritatem sacrorum canonum de electione summi Pontificis decernere tentauerit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesiæ precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur; ne hæretici [i] aliquid, nomine ecclesiæ, possiderent. Ab ea autem non inuitati [k] de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi non habent facultatem. Honorius vero Augustus non sua auctoritate, sed beato Bonifacio supplicante, ecclesiasticæ quieti consulere, & concertantium ambitionem punire curauit.

† al. Pontificum
Dist. 79. si duo

Vnde idem Bonifacius Episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens.

¶ Epistola Bonifacij ad Honorium Augustum. C. I.

ECclesiæ [l] meæ, cui Deus noster meum sacerdotium, vobis res hu-

epistola 1. ad Honorium.

Hoc capitulo patenter.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Secũda ibi, *Sine signatis.* Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur 97. dist. in qua concludit Gratianus ex illo capitulo, bene qdẽ, ꝙ nulli laico de rebus ecclesiasticis iudicare licet sine auctoritate ecclesiæ. & si aliter factũ fuerit, irritum erit, nisi ecclesia subscribat, vel auctoritatem præstet. Et ideo vr̃ ꝙ constitutio, quam fecit Honorius Imperator s. 79. dist. si duo. non valuit, cum fuerit à laico facta. postea soluit dicẽs, ꝙ si laicus inuitetur ab ecclesia, vt de rebus ecclesiasticis faciat constitutionem, sicut fuit Honorius à Bonifacio inuitatus, valebit constitutio.

g ¶ *Hoc capitulo.*] Respicit in hac dist. 97. illud cap. bene quidẽ. 96. dist. & assignat i hoc §. quandã õtrietatẽ, & dat postea solutionem.

h ¶ *Honorij.*] s̃. dist. 79. si duo.

i ¶ *Ne hæretici.*] s̃. dist. 8. quo iure. & 23. q. 7. cap. 1. & 2. & 27. q. 3.

l ¶ *Ecclesiæ.*] j. cap. proxi. victor. §. Sed vt ibi dicitur: iam erat in cõualescentia: adhuc tamen erat debilis, vt hic.

a ¶ Consen-

a ¶ *Conuentus.*] idest, conuenticulas. C. de epi. & cle. conuenticula.
b ¶ *Agitantur.*] q. d. licet adhuc simus inualidi, tamen cura ecclesiæ nos compellit vt inuigilemus ecclesiasticis negotijs, & pro eis intercedam apud vos: quia multi clerici turbant ecclesiam Dei. Archidiaconus.
c ¶ *Facere.*] scilicet videmini.

d ¶ *Tacentem.*] extra de testa. quia ingredientibus. & 63. dist. c. 1.
e ¶ *Sub illis*] vt 11. q. 1. sacerdotibus.
f ¶ *Formidentur.*] à Christianis.
g ¶ *Virginem*] vt 27. q. 1. nuptiarum. in fi.
h ¶ *Procellarum.*] idest, hæreticorum.

Ro-manas regentibus, deputauit, nos cura constringit; ne causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus [a], qui à sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur [b], apud aures Christianissimi principis desim. Si enim secus, quàm oporteat, eueniat; non vos id facere [c], qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentem † [d] desidiam videbimur, quod ciuitatis quietem, & ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauente prouideas †; nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum est diuinis semper rebus animo promptiore fauisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem, & sub illis [e] etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit; idest, vt [α] licita seruentur, & sub vestræ imperio clementiæ minime, quæ sunt illicita, formidentur [f]. ¶ Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imperator, meo † quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu †, quam Christus Deus noster, vestri fidus rector, & gubernator imperij, vni desponsatam sibi, & intactam virginem [g] seruat; ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum [h] fluctus illidi, & quietam faciem [i] tempestatis insolitæ rumore turbari, gloriosissime, & tranquillissime Imperator Auguste †. Ipsa ergo (quæ vni desponsata, nostra † tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, præterita [k], præsentiaque repetit [l]. Vobis, inquit, religiose imperantibus [β] creuit meus, qui modo tuus est, populus, tam fidus Deo, quàm tibi [m], qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate dependit imperij, teste (apud quem, & de cuius sede agitur) sancto Petro, solicitus pro religionis obseruantia vocibus clamat; cum solicita petitione miscetur oratio, ne [γ] humanas res solito tentatore occulte solicitante semel euulsa [n] discordia distrahat. Angeretur pluribus, Princeps christianissime, mater Ecclesia; nisi apud te suarum esset cura † causarum †, & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio semper florente, vicisset. ¶ Habet refugium, pium tuæ mansuetudinis animum cum suæ religionis veneratione coniunctum: cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & consacerdotibus meis, probatissimis viris, à me, & ab omnibus (qui Ecclesiam faciunt †) legatis: quibus (precamur) sacræ causam religionis prosequentibus [o], in vrbe vestræ mansuetudinis hoc animo, quo postulatis [p] annuitis, in perpetuum statui vniuersalis ecclesiæ consulatis.

α ¶ Idest, vt licita.] *In epistola ipsa legitur*, idest, vt fidens vtar licitis.
β ¶ Imperantibus.] *Additis aliquot ex epistola vocibus emendatus est hic locus*, creuit meus, qui modo tuus est, populus.
γ ¶ Ne humanas.] *In plerisque vetustis legitur*, ne hos in varias res solito, &c. *In originali vero*, ne hos [*aliàs* vos] in varias res semel euulsa distrahat a cultu solito, tentatore solicitante, discordia.

[Left margin:] † al. tacentes · † al. præsidente · † al. non meo · † al. affatu · † al. semper Auguste · † al. vestra · † secura] orig. · † faciunt istiusmodi] orig. · ¶ Adde quod Imperator est defensor & filius ecclesiæ. no. in cle. Romani de iureiuran. & in auth. vt omnes obe. iu. prouin. § & hoc consideramus, col. 5.

i ¶ *Faciem.*] Ecclesiæ.
k ¶ *Præterita.*] scilicet beneficia. sic intelligitur de conse. dist. 2. panis. quod scilicet pro omni munere debemus Deo gratias referre, præsenti, scilicet & præterito, non futuro: quia nec Deus futurum peccatum indulget. j. de pæni. dist. 3. sane cauendum. nec pactum valet, si fiat quod non agatur de futura iniuria. ff. de pactis, si vnus. §. pacta.
l ¶ *Repetit.*] idest, recolit, & ad memoriam reducit.
m ¶ *Tibi.*] ne sis ingratus.
n ¶ *Euulsa.*] per effectum: idest, euellens.
o ¶ *Prosequentibus.*] legatione nostram. Arg. ad quæstionem magistri P. quod archiepiscopus Bracaren. potuit eum spoliare.
p ¶ *Postulatis.*] datiui casus.

[Right margin:] Peccatum futurum Deus non indulget.

¶ Rescriptum Honorij ad Bonifacium Papam. C. II.

VIctor [q] Honorius inclytus triumphator semper Augustus sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gandium nostrum, sacrorum apicum attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium, ac votum suum circa salutem, atque imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, quòd sanctimonia tua de ecclesiarum, aut populi perturbatione solicita est. Quæ, ne aliqua ratione possit euenire, satis clementia nostra credidit esse prouisum. Denique beatitudine tua prædicante id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si duo, *vt supra. Et infra.* ¶ Vnde id obseruandum est, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur: cum certum sit, nulli partium sua studia [r] profutura.

[Left margin:] Dist. 79. si duo.

a *Sine signatis apicibus non est mos Romanæ ecclesiæ vndecunque lega-*

Victor.] CASVS. VIctor Honorius nunc rescribit Bonifacio: & primo salutat eum referendo gratias Deo de sanitate sibi reddita: & deprecatur ipsum, vt debeat orare pro ipso, commendans eum in solicitudine sua: & significat ei, quod ad postulationem suorum legatorum fecit constitutionem, per quam satis putat esse prouisum ecclesiasticæ quieti. tandem rogat vt constitutionem illam publicet, quatenus omnes clerici sciant ab ambitionibus apostolicæ sedis esse cessandum: quia de cetero ad hoc nullæ dissentiones valebunt.
q ¶ *Victor.*] Sed quare præmisit hic Imperator nomen suum? forte hæc consuetudo erat olim. C. de sum. trin. inter claras. Papa tamen alios sibi præponit. 12. q. 1. dilectissimis. Vel forte tunc nouella erat Ecclesia, & adhuc obtinebat illud, Quare fremuerunt gentes, &c. postea autem Imperator subiecit se Papæ, vt 23. q. 4. displicet.
r ¶ *Sua studia.*] idem, conspirationes. simile 61. di. obitum. aliàs in bonam partem. ead. dist. studij. loa.

SINE CASV.
Quia in superiori cap. facta fuit mentio de signatis apicibus: ideo nunc vult ostendere, quod ecclesiæ Romanæ mos est non suscipere legatum sine signatis apicibus.

[Right margin:] Papa sibi alios præponit. · 21. q. 4. non in omnibus.

No-

Nobilissimus.] CASVS. Mandauit Nicolaus Papa cuidã principi, quòd licet mos sit Romanæ ecclesiæ non recipere legatum alicuius sine litteris sigillatis: tamẽ legatũ illius principis sine litteris recepit honorifice: & verbis eius fidem adhibuit: honorans principem in persona ipsius.

a Nobilissimus.] Ar. q sine litteris non est adhibẽda fides legatis. 11.q.2. Lugdunensis.

b Signatis.] Oportet ergo quòd legatus exhibeat litteras legationis suæ ad hoc vt credatur ei, vt hic, & 63. di. lectis. & C. de man. prin. l. vnica. Sed quid si perdidit litteras, & vult pbare amissionẽ? Dico q pôt: nõ tñ sufficit probare tenorẽ litteræ, nisi & probet, q illa littera fuerit sine vitio, vt extra de priui. cũ olim. in fi. & C. de fide instru. l. vlti. Sed nũquid sufficit mãdatũ sine litteris? Dico q legato non sufficit pbare mandatũ, vt C. de man. princ. l. 2. quia legati nõ sine periculo recipiuntur. Vnde maior est in eis facienda examinatio, vt 42. dist. quiescam. Sed delegatus potest probare mãdatũ sine litteris, vt in authẽ. de liti. §. omnẽ. coll. 9. & arg. extra de offi. deleg. prudẽtiam. & extra de rescrip. ea parte. lo. Tan. & quidã alij dicunt, q in iudice delegato non sufficit probare amissionem rescripti, nisi ostendat authenticum, vt extra de offi. deleg. cum in iure. 35.q.2. ianemus. & extra de fide instr. c. 1. Ita notat T. super illa decre. cum olim. Sed pone, q partes viderunt & approbauerunt rescriptum, & postea redactum fuit in publicam formam per tabellionẽ: numquid anulo posita rescripto iudex procedere poterit? Satis credo q sic. Ioan. vt notaui in quæstionibus meis. B. Sed cum hic indistinctè dicat, q litteræ debeãt esse signatæ, videtur à quocumque sint signatæ, q sufficiat ad hoc vt scriptura dicatur authentica, vt extra de appel. personas. & extra de fideiuss. peruenit. Nam & episcopus sigillat sigillo ecclesiæ, suæ, vt 73. dist. in nomine Domini. in fi. item & alieno annulo potest quis signare testamentum, vt instit. de test. §. possunt antẽ. Itẽ & alienũ sigillũ etiam non iudicis fui fidem facit, vt infra dist. prox. cap. 1. & 2. Sed dic, q alienũ sigillum facit fidem, si non habetur proprium: aliàs non, vt extra de appel. significauit. & 65. dis. episcopus. Item litteræ non dicuntur signatæ si legi non possunt characteres, vt extra de fide instr. inter. & ff. de testa. ad testium. §. si signa. & §. sign. ũ. Itẽ si filũ ruptũ sit, non dicuntur signatæ, vt extra de cri. fal. c. licet. Si autẽ filũ ea toto nõ est fractũ, bene dicũt signatæ, vt ff. de bo. poss. sm tabu. l. 1. §. si linum. extra de fide instr. sicut.

c Nihilominus.] Ergo & Cardinalis qui bene notus est in aliqua prouincia, credendum esset sine litteris: maxime cũ non contingat Cardinalem vnquam abesse nisi legationis causa. Ioan.

d Credidimus.] Arg. q interdũ voci & assertioni vnius credendum sit, si persona sit honesta & authentica: arg. 8.q.3.c.1. Arg. 5.9. dist. ego solis. sic econuerso ex persona proferentis instrumentum, minus creditur instrumento, vt ff. de eden. si quis. §. 1. sic si malus aliquid dicat, non facile ei creditur, vt 14.q.2. quisquis. Arg. contra. 19. dist. secundum.

Va circa ordinandos.] CASVS. Eglt. 3. Gra. diligẽter de ordinatione & electione clericorum: sed quia per mutationem locorum veritas occultatur: ideo in hac dist. 98. ostenditur vt clerici peregrini non recipiantur, nisi cum litteris quinque episcoporum, cũ à proprio episcopo fuerunt commendati.

e Quæ circa.] Hic depingitur 98. dist. in cuius principio vtitur Gratia. transitu: in quo ostendit quid dixerit hactenus, & quid in hac dicturus sit. Nam quia clerici sæpe mittuntur de prouincia ad prouinciam, breuiter ostendit, quòd non sunt recipiendi in alia prouincia sine litteris episcoporum suorum.

Nullus.] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus episcopus debet recipere clericum transmarinum in sua ecclesia, nisi habuerit litteras sigillatas quinque episcoporum, vel eo amplius fuerit commendatus: quia multa per subreptionem solent euenire. Idẽ dicitur in seq. cap.

f Nullus aliqua.] Ista cap. introducta sunt ad cautelã: vel loquuntur de primitiua ecclesia: & sic secus hodie.

g Nisi quinque.] Contra 71. dist. cap. 2. Sed hæc capitula loquuntur, quando ita remoti sunt, quòd sigilla episcoporum & etiam loca ignota sunt: illud quando episcopus propinquus est, & eius sigillum bene cognoscitur: & hoc colligitur extra de cler. pereg. tuæ. Sed pone quòd non habet litteras: est ne recipiendus si probet per testes? ita. extra de cleri. pereg. c. vlt. Nam magis credendũ est viuæ voci, quam mortuæ. in auten. de fide instru. §. si vero. coll. 6. H. intelligit hæc capitula abrogata. olim enim habuit locum hoc capitulum propter multitudinẽ hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ, euacuat opinionẽ istam. Sed certe nõ videtur recipiendus, & si mille sigilla haberet ignota: quia non plus fidei præstant mille ignota, quam vnum ignotum. præterea in testamento ita inuenis q cum signa sunt ignota, conuocantur omnes illi, quorum dicuntur sigilla, vt sciatur an recognoscant sua signa, vt ff. quemadmodũ testamenta aperiantur. cum ab initio. ex hoc concedo, quòd nisi aliqualis habeatur notitia de sigillis, & de illis remotis ecclesijs, quòd non sit eis credendum, & si mille sint: arg. extra de fide instru. cap. quod super his.

h Transmarinos.] Idem intelligo de quolibet ignoto, qui sigillare præsentat ignota. Ioan. 5.

i Chirographis.] idest, litteris, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate sua.

k Per subreptionem.] ff. extra de procur. cap. 1. & 3. quæst. 3. induciæ.

tionem suscipere[a]. Vnde Nicolaus Papa.

a Suscipere.] In vulgatis sequebatur neque mittere: quæ absunt à vetustis, neque conueniũt cum his, quæ sequenti capite asseruntur.

¶ Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem vndecumque suscipere. C. III.

Nobilissimus vir, atque strenuus vestræ sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinem à vobis nostro Pontificio detulisset, licet numquam Apostolicæ sedis modus †fuerit absque signatis [b]apicibus vndecumque legationem suscipere; Nos tamen vos in illo honorantes, eiusque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones; nihilominus [c]eum, & sicut decuit, suscepimus, & ei, sicut honestum fuit, credidimus [d]. † al. morio.

DISTINCTIO XCVIII.

Quæ circa [e]ordinandos sint obseruanda, quæ in eorum electione diligenter sint consideranda, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei nonnumquam obscuratur mutatione prouinciæ; decretum est sacris canonibus, vt peregrini, nisi quinque, vel eo amplius suorum episcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.

Vnde Siluester Papa generali concilio præsidens dixit.

Nisi quinque episcoporum litteris designatum transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiat. C. I.

In fine epilogi concilij Romani sub Siluestro, sed paulo aliter. Poly. l. 5. tit. 31. Ans. l. 7. c. 23.

Nullus aliqua [f]ratione trãsmarinum hominem penes vos †in clericatus gradus suscipiat, nisi quinque [g] [aut †eo amplius] episcoporum designatus sit chirographis.

† al. nos † Absunt ab originali & aliquot Grat. codicibus.

Item Anastasius I. vrbis Romæ episcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ episcopos, epist. 1. c. 2.

¶ De eodem. C. II.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 24.

Transmarinos [h]homines in clericatus honorem †nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum chirographis [i]sint designati: quia multa per subreptionem [k]solent euenire.

† vel honore noiste suscipere] orig.

Clerici sine litteris suorum episcoporum non sunt recipiendi.

Legatus sine litteris suæ legationis non credendum.

Delegatus mandatum sine litteris potest probare.

Cardinali notus sine litteris credi potest.

Voci viuæ magis credendũ est, quam mortuæ.

Sigillis ignotis fides non est adhibenda.

Afros.]

A Fros.] CASVS. Præcipit Grego. in hoc c. episcopo Squillatino, vt afros & peregrinos clericos ad ordines non suscipiat: quia quidam eorũ sunt hæretici: quidam sunt rebaptizati: quidam vero sunt peregrini: & ordines quos nõ habẽt, se mẽtiunt habere.

a ¶ *Afros.*] Ratione prouinciæ præsumitur contra aliquẽ. arg. 24. dist. & patriarchæ quo ad officia non differunt, sed quo ad vocabula, ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellant episcopi. Ostendit etiam quòd archiepiscopi debent primatibus obedire in his, quæ iuste fuerint imperata.

e ¶ *De primatibus.*] Fecerat Gratianus s. in dist. 80. mentionem de primatibus & patriarchis: sed ne quis crederet propter nominũ diuersitatem aliquam esse realem differẽtiã, ideo ostendit in hac dist. differentiam esse tantum in nomine. Ostendit etiam de reuerentia quam debent archiepi suis primatibus. Ostendit et q nec Roman[9] Põtifex dbet vniuersalis appellari.

Item Gregorius Romana Ecclesia præsul Squillatino episcopo, lib. 2. ep. 25.

¶ De eodem. C. III.

Polyc. ibidem. Ansl. l. 7. c. 25. Iuo p. 6. c. 351.

A Fros [a] passim, vel incognitos peregrinos, ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias [b]: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti fortiores [c] de se prætendisse honores sæpe probati sunt.

• ¶ Fortiores.] *Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorij codicibus; verum in Frobeniana, ac Lugdunensi eiusdem B. Gregorij operum editione,* ad fortiores prætendisse honores.

Item ex concilio Eliberitano, c. 24.

¶ Non sunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 352. † *al. in peregrinatione*

O Mnes, [d] qui peregre † fuerint baptizati, eo quòd eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouincijs.

DISTINCTIO XCIX.

[e] D *E primatibus* [e] *autem (quorum supra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in ecclesia obtineant; an in aliquo à patriarchis differant; quam obedientiam archiepiscopi eis debeant. Primates, & patriarcha diuersorum sunt nominum, sed eiusdem officij. Ab archiepiscopis autem, quoties necesse fuerit, episcopi ad primates appellant; sed à primatibus ad archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus, quæ sibi ab eis iuste fuerint imperata.*

Vnde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Quæ obedientia sit exhibenda primatibus, & patriarchis. C. I.

Iuo par. 5. c. 53. Pann. l. 4. c. 23.

P Rouinciæ multo ante Christi aduentum [f] tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & beato Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudum primates legis † sæculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum [g] non erat [h], confugiebant pro oppressionibus, vel iniustitijs suis; ipsosque appellabant, quoties [i] opus erat sicut in lege eorum præceptum erat:) ipsis [k] quoque in ciuitatibus, vel locis nostros † patriarchas, vel primates, qui vnam formam [l] tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ, & ecclesiasticæ poni, & esse iusserũt: ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent; & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † comitibus [m] essent) haberent metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent primatibus, sicut & in legibus sæculi olim ordi[natum erat.]

† *al. leges* † *al. nostris* † *al. maiorum comitum*

P Rouinciæ.] CASVS. Quæsitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates instituendi sint: & an archiepiscopi eis debeant obedire. Et respondet q leges ecclesiasticæ iusserunt poni primates vel patriarchas, qui eãdem formam tenẽt (licet diuersa sint vocabula) in capitibus prouinciarũ, vbi olim erant primates paganorum: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellatur. In alijs vero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiscopi residere, qui debẽt prædictis primatibus obedire, nec debent nominari primates, sed archiepi vel metropolitani.

f ¶ *Ante Christi aduentum.*] Ergo ante tempus Gelasij & Dionysij distinctæ erant prouinciæ. vnde reprobatur quædã solutio, quæ ponitur 10. q. 3. nec omnerus. quòd scilicet tunc nõ erant prouinciæ limitatæ. Sed dic q prouinciæ fuerũt diuisæ, vt hic, sed diœceses nõ nisi à tẽpore Dionysij. 13. q. 1. c. 1. Vel solue per illam litteram, maxima ex parte: quasi dicat, non omnes.

Prouinciæ quo tempore fuerũt distinctæ.

dist. quando. ff. de ædili. edi. c. q si nolit. §. qui mancipia [1].

b ¶ *Suscipias.*] vt officiẽt populũ. aliàs bene: extra de ele. peg. c. pe.

c ¶ *Fortiores.*] Hæc est vna ratio, quare non admittuntur. aliæ assignantur 19. q. 2. duæ.

O Mnes.] CASVS. In hoc cap. statuitur, vt illi qui in peregrinatione sunt baptizati, non promoueantur: quia eorum vita est incognita, & possunt esse irregulares.

d ¶ *Omnes.*] Hoc cap. loquitur de adultis. Sed nõne baptismus tollit omnem peccati maculam? Vtique sic j. de pœn. dist. vlt. cap. vlti. hoc ergo ideo quia forte isti bigami vel aliàs irregulares sunt, quia ante baptismum forte fuerunt bigami.

D E primatibus.] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, q vbi erant primates gentiliũ olim: ibi sunt modo primates, idest, patriarchæ, qui idem habent officium, licet nomina sint diuersa. Secunda ibi, *Nulli archiepiscopi.* Tertia ibi, *Vniuersalis.* Ioan. de Fant.

CASVS. Quia supra in 80. dist. c. 1. Gratianus fecerat mentionẽ de primatibus & patriarchis, nec assignauerat differentiam inter eos; ideo supponit hanc 99. dist. in qua ostendit, quòd primates

g ¶ *Quibus permissum.*] quia modica erat summa. 2. q. 6. anteriorum. § illud.

h ¶ *Non erat.*] vt clericis, qui in causis ecclesiasticis nõ possunt appellare ad principem, vt j. 11. q. 1. placuit.

i ¶ *Quoties.*] idest, bis ante sententiam vel post sententiam secundum canones. Et no. q dicit, quoties, secundũ leges: sed tamen non licet secundũ leges appellare ad principẽ nisi in casu ante sententiã. & ita est arg. ad expositionẽ illius 2. q. 6. omnis oppressus.

k ¶ *Ipsis.*] repetit quod dixerat.

l ¶ *Formam.*] Arg. C. de codic. si idem. contra. quia diuersitas nominum debet designare diuersitatẽ rerum, vt 21. dist. cleros.

m ¶ *Comitibus*] idest, comitantibus vel sequentibus eos. vel comitatibus, idest, episcopis. Comitatus enim dicitur districtus alicuius ciuitatis, vbi est episcopus. Vel hoc vult notare, q archiepiscopus maiorem habet potestatem in prouincia & iurisdictionẽ quàm primas. nam metropolitanus est iudex ordinarius omnium episcoporum prouinciæ: primas tantum archiepiscopi, vnde secundum hoc maior est patriarchis.

m ¶ *Comitibus.*] idest, propter comites & propter episcopos suffraganeos.

Arg. contra, extra de iud. cum deputati. extra de instit. ad decorem. Archid.

Baptismus omnem peccati maculam tollit.

Appellare ante sententiam secundum leges non licet.

1 Adde q ẽ sit comitatus & in quo differat a ciuitate, districtu vel territorio text. in l. 1. C. quando imp. inter pu. & vidu.

Metropolitani iurisdictio. Primatus iurisdictio.

a ¶ No-

a Nomine.] arg. ex nominibus semper res nominum, idest res significatas per nomina debere attendi.

Nulli archiepiscopi.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Aniceto Papa, vtrum archiepiscopi sint appellandi primates vel patriarchæ. Et respondet quòd non, nisi multitudo populorum intantum excrescat, vt de archiepiscopo fiat patriarcha.

b Vocitur] C. de lib. cau. iubemus. C. de epis. nec epistolis.

c Qui primas.] sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus. 21. dist. cleros. Quid de Veneto? dic ergo quòd est primas respectu inferiorum. extra de priuile. c. antiqua.

ǂ. 21. quæst. 1. peruenit. ǂ. 63. dist. quanto. ǂ. 85. dist. archidiaconum Florentinum. in fi. Argu. contra 8. quæst. 3. Artaldus. 9. quæst. 3. conquestus. in fi. sic extra de offic. deleg. super eo. vbi dicitur, non est intentionis nostræ alicui derogare per rescriptum nostrum. & ita arg. quod vni attribuitur, alij subtrahitur: arg. 45. dist. disciplina. ff.

Adde ad hoc dubium text. in l. nec amus. C. de emen. lib. & in l. 3. §. si quis à principe. ff. ne quid in lo. pub.

dinatum erat: qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur.

¶ *Hoc caput integrum repetitur à Gregorio VII. lib. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi, Turonensi, ac Senonensi archiepiscopis scripta, ex qua & originali nonnulla sunt restituta.*

Item Anicetus ad episcopos Galliæ.

¶ Non vocentur primates, nisi qui primas sedes tenent. C. II.

Poly. l. 2. tit. 21. Iuo par. 5. c. 54. Pann. l. 4. c. 25.

NVlli archiepiscopi primates vocentur[b], nisi illi, qui primas tenent ciuitates [†]; quarum episcopos Apostoli, & successores Apostolorum, regulariter patriarchas, & primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur[d], cui necesse sit propter multitudinem eorum[†], primatem constitui[e]. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates[f], sed metropolitani nominentur.

† *al. sedes* † *al. episcoporum*

Item ex concilio Africano, c. 6.

Ex Carthag 3. c. 26.

¶ Primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos. C. III.

Poly. l. 2. tit. 26. Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. c. 57.

PRimæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi; sed tantum primæ sedis episcopus.

Vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.

Vnde Pelagius II. epist. omnibus episcopis illicite à Ioanne Constantinop. conuocatis, &c.

¶ Nec etiam Romanus Pontifex vniuersalis est appellandus. C. IIII.

Poly. l. 2. tit. 25. Ans. l. 6. c. 130.

NVllus patriarcharũ vniuersalitatis [†] vocabulo vmquam vtatur: quia si vnus[†] patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cuiusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Quapropter charitas vestra neminem vmquam suis in epistolis vniuersalem nominet; ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.

† *al. hoc tam profano vocabulo*] orig. † *al. summus*] or.

Item Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino, lib. 7. epi. 30. indic. 1.

Io. dia. l. 3. c. vlt.

¶ De eodem. C. V.

Poly. l. 2. tit. 26. Ans. l. 6. c. 131.

ECce in præfatione epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbæ appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicentes imprimere curastis. Quod, peto, dulcissima mihi sanctitas vestra vltra non faciat: quia vobis subtrahitur[g], quod alteri plus, quàm ratio exigit, præbetur[h]. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus; nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suũ perdere cognosco. Meus namque honor est, honor vniuersalis ecclesiæ: meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur[i]. Si enim vniuersalem me Papam uestra sanctitas dicit, negat se hoc esse[k], quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant uerba, quæ uanitatem inflant, & charitatem uulnerant.

¶ *Apud B. Gregorium hæc sequuntur.* Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post à subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatũ vestra sanctitas nouit. Sed tamen nullus eorũ vti hoc vmquam vocabulo voluit, vt dum in hoc mundo honorẽ sacerdotũ diligerent omnium, apud omnipotẽtẽ Deũ custodirent suũ. *Quam rem etiam plenius exponit, lib. 4. epist. 32.*

d Ad fidem conuertatur.] Nam & apes accrescentes. 7. q. 1. in apibus. de conse. dist. 5. numquam. & inuentus Romana excrescẽs nouam sibi ciuitatem ædificauit. argu. C. de sac. san. eccle. iubemus. Et bene dicit, conuertatur: nã aliàs via posset cõtingere, quòd in aliquo loco intantum excresceret populus, vt primate indigeret, vt 34. dist. fraternitatis.

Multitudine crescente nouus fieri primas.

e Constitui.] arg. infra parochiã alicuius non debere constitui ecclesiam, nisi multitudo fideliũ excreuerit. Sed vnquid illo inuito cuius est parochia, poterit hoc fieri & irrequisito? Nõ, vt 16. q. 1. multis concilijs. & 16. q. 1. filia. &c. seq. Sed si requisitus nollet consentire: non minus tamen fieret per maiorem, scilicet per Papam. extra de eccle. ædi. c. 3. eius tamen cõsensu primo requisito. Et not. quòd huiusmodi requisitio facienda est, cù ille locus esset, in quo excreuit multitudo fidelium, iã deputatus alicui episcopatui, alias non.

Multitudine excrescente an possit ecclesia in alterius parochia sine ipsius consensu construi.

f Prima.] idest, patriarchalis.

VNIVERSALIS. Hæc est tertia pars distinctionis: in qua dicitur, quòd Papa non debet vocari vniuersalis. Ioan. de Fant.

Nullus patriarcharum.] CASVS. Episcopi in suis epistolis appellabant patriarchas vniuersales: quare prohibet Pelagius oĩbus epĩs vt neminẽ de cetero appellẽt vniuersalem: quia si vnus appellatur vniuersalis, ceteris honor debitus subtrahitur.

Ecce.] CASVS. Eulogius Alexandrinus patriarcha in sua epistola Gregorium vniuersalẽ appellauit: quod ipse Gregorius ante prohibuerat: quare pcipit sibi, vt hoc de cetero nõ faciat: quia nõ verbis, sed moribus quærit prosperari: & si ipse vniuersalis appelletur, nullus honor ceteris remanebit. quod ei nõ placet: quia tũc ipse honoratur cum alijs honor debitus non negatur.

g Subtrahitur.] Arg. quòd Papa per suum mandatum non vult derogari iuri alicuius. j. 25. q. 2. quod vero dicitis. j. 9. q. 3. nunc vero. ff. de iudic. cum prætor. in fi. & extra de rescrip. olim. in fine. 85. dist. archidiaconum. argu. nemini consulendum cum alterius iactura, vt infra 9. quæst. 3. si quis vero. not. 22. quæst. 2. primum. 14. quæst. 5. denique.

Papa per suum mandatum non iuri alterius derogari velit.

Alias extra de præscrip. ab olim.

h Præbetur.] Non enim debent plus esse subditi quàm expedit. 2. q. 7. admonẽdi. nec prælati ita humiles vt contemnãtur. 86. dist. quando. ff. de offi. præsi. obseruandum.

Humilitas nimia contemnenda.

i Non negatur.] Sic C. de cad. tollen. l. 1. §. vlt. C. de nup. imperialis. in prin. nec enim publice prodest, &c. C. de sen. pr. præ. l. 1.

Singulis sua iura administranda, & negans.

k Negat se hoc esse.] idest, esse de vniuersitate, cum tamen Romana ecclesia non sit vniuersalis. licet sit de vniuersitate. Ioan.

Epistola.

[E]Piscopos.] Hæc distinctio diuiditur in quinque partes, & loquitur de pallio, quod est Pontificalis officii plenitudo: & ideo posuit in fine. In quarum prima parte dicitur, quòd metropolitanus sine pallio ordinare episcopos non debet. & hoc probat per capit. sequen.

fortiter postulantibus, & quo tempore sit eo vtẽdum, vt in alio tempore vti eo non possit: quia tantum in celebratione Missæ, nisi plus ex priuilegio alicui concessum sit, vt in alio tempore vti possit. & qualiter sit dandum: quia cum donatione noui priuilegii, vel renouatione veteris. j. eadem, optatum. Vt j. ea. c. pallia.

Refert autem B. Thomas in opusculo contra errores Græcorum totam illam synodum sancto Leoni sic acclamasse, Leo sanctissimus Apostolicus, & œcumenicus, id est vniuersalis Patriarcha permultos annos viuat. *Et Leo ix. Michaeli Constantinopolitano archiepiscopo de hac eadẽ appellatione scribens ait,* Licet magno Leoni prædecessori nostro, & successoribus ipsius hoc sancta decreuit Chalcedonensis synodus. *Sed in multis quoque libellis, qui actione tertia eiusdem synodi habentur, hæc est inscriptio,* Sanctissimo, ac beatissimo vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni. *Et in codicibus multarum epistolarum ad Romanos Pontifices, quæ manuscriptæ in Vaticana bibliotheca seruantur (quarum multa exempla sunt penes permultos) ad Hormisdam Papam plusquam trecenti Archimandritæ, ac monachi secundæ Syriæ sic scribunt,* Sanctissimo, ac beatissimo orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ continenti sedem principis Apostolorum Petri, deprecatio, & supplicatio minimorum Archimandritarum, & ceterorum Monachorum secundæ Syriæ. *Et in media fere epistola.* Quoniam Christus Deus noster principem pastorum, & doctorem, & medicum animarum constituit vos nostrum sanctum angelum; dignum est passiones, quæ nobis cõtigerunt, exponere, &c. *Auitus quoque Galliæ episcopus ad eundem Hormisdam sic scribit,* Dum religionis statum, & plenis catholicæ fidei regulis perspicitis conuenire, vt gregem per tota vobis vniuersalis ecclesiæ membra commissum, peruigil cura me adhortationis informat. *Et Ioãnes episcopus Nicopolitanus ad eundem.* Decenter ad vestras orationes concurro, vt iuxta consuetudinem Apostolicæ sedis vestræ cunctarum ecclesiarum curam, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquã specialem dispositionẽ vestram. *Et in breuiario Liberati, c. 22. episcopus Pataræ hoc Imperatori de Syluerio Papa ait,* multos esse in hoc mundo reges, & non esse vnum, sicut ille Papa est super ecclesiam mundi totius. *Et Regino Germanus lib. 2. Chronicorum de Nicolao primo loquens, sæpe illum vocat vniuersalem Põtificẽ. Sed istius dictionis,* vniuersale, *duæ sunt notiones, quas Innocentius iij. lib. 2. epist. 206. (quæ incipit,* Apostolicæ sedis) *Patriarchę Constantinop. scribens exponit his verbis,* Dicitur enim vniuersalis ecclesia, quæ de vniuersis constat ecclesiis, quæ græco sermone catholica nominatur, & secundum hanc acceptionẽ vocabuli ecclesia Romana non est vniuersalis ecclesia, sed pars vniuersalis ecclesiæ, prima videlicet, & præcipua: velut caput in corpore, quoniam in ea plenitudo potestatis existit, ad ceteras autem pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur vniuersalis ecclesia illa vna, quæ sub se continet ecclesias vniuersas. Et secundum hanc nominis rationem Romana tantum ecclesia vniuersalis nuncupatur: quoniam ipsa sola singularis priuilegio dignitatis ceteris est prælata, sicut & Deus vniuersalis Dominus appellatur (non quasi iam diuisus in species aut specialissimas, aut etiam subalternas) quoniam omnia sub eius dominio continentur. Est enim vna generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum, [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.] Math. 16.

DISTINCTIO C.

a [E]*Piscopos* b *autẽ ordinare ante pallium acceptum nec archiepiscopo, nec primati, nec patriarchæ licet. Quod ex auctoritate Pelagij Papæ (licet minus euidenter) datur intelligi.*

Ait enim Pelagius Papa.

¶ Intra tres menses fidem suam exponere, & pallium postulare à Romana ecclesia quisque metropolitanus studeat. C. I.

Poly. l. 2. ti. 10. Burc. l. 1. c. 25. Ans. l. 6. c. 92. Iuo p. 5. c. 136. Pann. l. 3. c. 11.

QVoniam quidam metropolitanorum fidem b suam secundum priscam consuetudinem sanctæ sedi Apostolicæ exponere detrectantes, vsum pallij neq; expetunt, neq; percipiũt; ac per hoc episcoporum c consecratio viduatis d ecclesijs non sine periculo protelatur; placuit, vt quisquis metropolitanus vltra tres e menses consecrationis f suæ ad fidem suam exponendam, palliumque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat digni-

QVoniam quidem.] CASVS. Hoc c. in duas partes diuiditur. In prima dicit, q si archiepiscopus vltra tres menses à tempore consecrationis pallium petere distulerit, carere debet dignitate sibi cõmissa, & alii metropolitani cum consilio summi põtificis viduatæ ecclesiæ prouidebunt. In secunda parte, quæ loquitur de episcopo, dicit, q episcopus intra tres menses à tempore electionis debet consecrari. Sed si vltra menses quinque distulerit, nec ibi, nec alibi in episcopum consecrabitur, immo iudicio sui metropolitani cedat, & abrenunciet vel recedat. Secunda pars incipit ibi, *Et vero consecrandi.*

b ¶*Fidem.*] id est, fidelitatem, vel etiam symbolum, vt j. ea. optatũ.

c ¶*Episcoporum.*] sed quare differũt per hoc consecrationes episcoporum, cum ecclesia vacante comprouinciales episcopi aliquem consecrare in episcopum possint, vt 64. distinctione, quia. extra de elect. quia diligentia? Item etsi ipse non habeat pallium, tamen alijs mandare posset consecrationem, vt extra de electio. suffraganeus. Ad hoc potest dici, q illud cap. loquitur quando electus est in mora petendi pallium. s. post tres menses elapsos: unde ipse alijs nõ potest cõmittere cõsecrationẽ, nec ẽt tunc suffraganei sui possunt consecrare aliquem, vt per hoc maior rubor incutiatur electo, cum viderit suum suffraganeũ cõsecrari ab extraneis; quia nõ multũ curaret, si à suis cõsecraretur. sed usque ad tres menses antequã sit in mora petẽdi palliũ, satis videtur, q cõprouinciales epĩ possunt episcopalia iura supplere: cũ semper vicini epĩ suppleant defectũ alicuius uacantis ecclesiæ, ut 7. q. 1. pontifices. 65. dist. si forte. Sed ipse electus licet sit cõsecratus, iura episcopalia nõ põt exercere ante receptũ palliũ: nec virgines cõsecrare, nec ordinare clericos, nec synodũ celebrare, ut ext. de elec. q sicut. in fi. eat. ea. significasti. Sed nũquid electus in archiepm, & confirmatus põt cõfirmare eos qui sunt electi in epos? Dico, q sic. ext. de elec. nosti. & c. trãsmissam. de transla. cũ ex illo. imo & capitulũ põt eos confirmare, quia supplet vicẽ prælati. ar. extra de hære. ad abolẽdã. & ar. de cõces. præben. nulla. Sed dico, q nec capitulũ supplet in hoc defectũ prælati, ut extra ne se. ua. illa. licet sit arg. q solus Papa possit. 24. dist. presbyteri. extra de conces. præben. quia diuersitatem.

Archiepiscopi pallium nõ petentis negligentiam quis supplere debet.

Quidam dicunt q ista decre. nõ tenetur. Sed dic. vt not. extra de trãsla. c. 1. in glo pen. Archid.

Electus in archiepiscopũ, & confirmatus electos in episcopos confirmat.

quen. Secunda ibi, *Prisca.* Tertia ibi, *Censurum.* Quarta ibi, *Pallium.* Quinta ibi, *Priuilegia.* Io. de Fant.

CASVS. Supra tractatum est de patriarchis & archiepiscopis: sed quia eorum dignitas est imperfecta sine pallio: ideo supponit hic centesimam distinctionem, in qua specialiter de pallio tractatur, ostendens primo, q patriarchis, vel archiepiscopis sine pallio consecrare non licet. Secundo, q intra tres menses à tempore cõsecrationis pallium sit petendum, vt j. cap. quoniam. Tertio ostendit quibus pallium sit dandum, scilicet benemeritis, & instãter postulantibus, vt j. eo. c. prisca. Quarto quo tempore pallio sit vtendum, scilicet tantum in celebratione Missæ, vt j. ea. pallium. Quinto vero, q cum donatione pallii noua priuilegia conceduntur, vel vetera confirmantur, vt j. ea. rationis.

a ¶*Episcopos.*] Hic intitulatur 100. dist. & quia fecerat mẽtionẽ de primatibus & archiepiscopis, & eorum dignitas videtur esse imperfecta sine pallio, vt extra de electio. significasti: ideo specialiter tractat de pallio, ostendens, q nisi habeant pallium, non possunt episcopalia exercere officia. Ponit etiã intra quod tempus debeat peti & dari, quia intra tres menses: & quibus, quia benemeritis: &

Pallium quid refert, & quando peti debet.

d ¶*Viduatis*] olim. nam post confirmationem electi iam est matrimonium inter eum & ecclesiam. de transla. prælato. inter corporalia. Vel dic, q vidua est quo ad episcopalia.

e ¶*Tres menses.*] accusatus de hoc coram Papa: aliàs non.

f ¶*Consecrationis.*] id est, confirmationis, si ante erat episcopus.

a ¶Post

In ea synodo, quam.] Casus. Gregorius pcepit Syagrio archiepiscopo, vt deberet contra simoniacam hæresim synodum congregare: huic synodo vult Aregium episcopũ Francorũ interesse. præcipit ergo Grego. episcopo, vt illuc vadat, & palliũ quod transmisit Syagrio epo concedat, si prius promiserit illicita, quæ prohibita sunt in synodo, ab ecclesia remouere. Itẽ præcipit ei, vt omnẽ veritatem & ordinem de illa synodo scriptis planis & apertis debeat significare. Capitulum quod postea sequitur, planum est: in quo dicitur quando archiepiscopus, & vbi pallio vti debet. Contra.] Casus. Ioannes archieps Rauen. extra Missarum solennia pallio vtebatur: super quo cum à Gregorio reprehenderetur, defendebat se priuilegijs Apostolicorũ: in quibus omnes consuetudines suæ ecclesiæ erant confirmatæ: quare Papa scribit ei dicẽs: Aut defendit se consuetudine generali, aut priuilegio. Generali cõsuetudine se tueri nõ potest: quia alij archiepiscopi hoc nõ faciunt. Si vero priuilegio se tuetur, necesse est, vt illud ostendat: quod si ostendere non potest, à tali præsumptiõe de cetero cesset: ne eius exemplo alij archiepiscopi talia sibi velint vsurpare. Capitulum tamen c. proxi. dicere videtur, q tantum in ecclesia debeat vti pallio: nec in processione vtetur eo, vt extra eo. cap. 1.

Item Gregorius Aregio episcopo Francorum, lib. 7. epist. 111.

¶ Qui pallium desiderat accipere, prius à se remouere illicita promittat. C. V.

Ansl. 6. c. 90.

In ea synodo, quam contra simoniacam hęresim per fratrem, & coepiscopum nostrum Syagrium decreuimus congregari, sanctitatem vestram volumus interesse, atque eidem fratri ita pallium, quod transmisimus [a], tribui, si prius se promiserit illicita, quæ prohibuimus, per definitionem synodicam a sancta ecclesia remouere. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus [b] nuntiare; vt ipse, cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddas de omnibus certiores.

Idem Virgilio episcopo Arelatensi, lib. 4. epist. 51. seu c. 95.

¶ Non nisi ad Missarum solennia archiepiscopo vti pallio licet. C. VI.

Ansl. 6. c. 98.

Pallium tibi transmisimus, quo fraternitas tua intra ecclesiam [c] ad sola Missarum [d] solennia vtatur.

[Item Ioanni Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 54. seu c. 93. indict. 11.]

¶ De eodem. C. VII. PALEA.

Ansl. 6. c. 87.

Non multum temporis interuallum est, quòd quędam nobis de tua fraternitate fuerunt nuntiata, de quibus vobis, veniente illuc Castorio notario sanctæ, cui Deo auctore pr sidemus, ecclesiæ, subtiliter nos indicasse meminimus. Peruenerat namque ad nos quędam in ecclesia vestra contra consuetudinis, atque humilitatis [a] tramitem geri; quæ sola, vt bene nostis, est officij sacerdotalis erectio. Quę, si sapientia vestra mansuete, vel cum episcopali suscepisset studio, non de illis accendi debuerat; sed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere.

a ¶ Humilitatis.] *Restitutus est hic locus ex ipsa epistola. Antea enim legebatur*, contra vtilitatem ecclesiæ, & consuetudinis tramitem geri: quæ sola, vt bene nostis, est officij sacerdotalis ereptio.

Item Ioanni episcopo Rauennati, in eadem epistola.

¶ De eodem. C. VIII.

Ansl. 6. c. 95. Poly. l. 2. tit. 20. *al. correptio*

Contra morem quippe ecclesiasticum est, si non patientissime [e] toleratur, (quod à vobis absit) etiam iniusta correctio †. *& infra.* ¶ Illud frater charissime tibi non putamus ignotum, quòd pene de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus, vsum tibi pallij vindicasse. Et quòd bene hanc consuetudinem generalis ecclesiæ noueritis, vestris nobis manifestissime significastis epistolis: quibus præceptum beatæ memoriæ decessoris nostri Ioannis Papæ nobis in subditis transmisistis annexum, continens omnes cõsuetudines [f] ex priuilegio [g] prædecessorum nostrorum con-

e ¶ Patientissime.] Ar. quòd licet videatur iniustum quod præcipit prælatus, patienter tñ ferendum est. 3. distin. 31. ante triennium. & distin. 19. in memoriã. 23. q. 1. quid culpatur.

Prælati præceptũ etiã iniustũ est ferendum.

f ¶ Cõsuetudines.] Sed numquid valet priuilegium ita generale? Sic, vt 19. dist. si Romanorum. sic est si. 9. q. 2. episcopi. 23. dis. præterea. ff. de leg. 1. l. si quando. tamen cũ hoc priuilegium obscure loquatur, & faciat mẽtionem alterius priuilegij vel cõsuetudinis, necesse est vt illud exhibeatur, vt 76. dist. ieiunium. in princ. & extra de verbo. signi. abbate. vt no. B. dist. 9. vt veterum. Ad hoc dicũt quidã, q si in hoc priuilegio inseritur totus tenor primi, nõ est necesse primum exhiberi. extra de iur. cal. ingrẽtes. C. de do. si donatio. ff. de do. ex hac scriptura. ff. de admi. tuto. chirographis. Sed certe illud nõ sufficit. nã adhuc potest esse falsitas i bulla vel filo, vt extra de priuil. cũ olim, in fi. Alij dicunt, q si auctoritate iudicis est rescriptum publicatũ, nõ est necesse exhiberi: secus si p tabellionẽ: quia publicatio facta corã iudice fidẽ facit, licet postea perdatur, vt C. de testa. publicato. & iudex diligenius singula cõsiderat quam tabellio. Sed istis ob. extra de sen. & re iu. cũ inter [a]. in fi. Ad hoc dico, q sufficit si corã iudice est publicatũ: ita vt non teneatur exhibere prius instrumentũ nisi aduersarius dicat se velle probare falsum: tunc enim debet illud exhibere, licet prius fuerit et fides imposita: nisi iuret illud se perdidisse, vt C. de fide instr. l. vlt. Ioan. Hoc hodie determinatur extra de fide instru. c. vlt. B.

Priuilegiũ extra placitum exhibere verũ summas.

In fine ver. veritatem. vbi dicitur, q omnia gesta præsumantur per oĩa rite celebrata, si gesta à tabellione scribuntur. Archid.

g ¶ Priuilegio.] vide qualiter argumentatur: ex quo per priuilegiũ hoc vendicatur: nõ ergo de iure cõmuni hoc potest vẽdicari: quasi simul nõ possit quis inniti priuilegio, & iuri cõmuni, vt 16. q. 1. hinc est. & ff. ad munic. l. 1. ff. de leg. 1. si quando. Sed certe quãdoque vtitur qs & priuilegio & iure cõmuni, vt extra de consue. cum dilectus. nec renunciat quis priuilegio militari, licet vtatur iure communi, vt ff. de mili. testa. l. 3. sic ff. de priuile. cre. l. antepe. 13. distin. quamquam. in princi. Sic iuri communi, & etiã consuetudini potest quis inniti, vt extra de cẽsi. c. sopitæ. & 95. dist. olim. Io. Sed certe quidquid dicat Io. nõ dicitur priuilegium de eo quod competit de iure communi, cũ priuilegium sit lex priuata. 3. dist. 3. priuilegia. nec illa decre. de consue. cum dilectus. contradicit: imo cõcordat: cum confirmatio ad priuilegium, & electio ad ius commune pertinere dicatur. extra de elect. cum inter. ad fi. Ber.

Priuilegio & iuri communi licet quandoque inniti.

a ¶ Quod transmisimus.] Argu. pactiones in donatione spiritualiũ posse interuenire, & conditiones: arg. contra. 1. q. 2. quam pio. Sed ibi intelligitur pactio & conditio illicita, sed hæc est licita, cum ad eã nihilominus teneretur. Vel ante electionẽ nulla debet esse, sed post electionẽ ante consecrationẽ potest esse, scilicet licita, vt de reb. & cõsuetudine ecclesię, & fidei articulis, & huiusmodi obseruandis. & hoc à maiori nõ à minori exigi potest: arg. 18. dist. de Syracusanæ, vt no. 8. q. 3. ĩ summa. Vel dic q hæc dictio, si, nõ notat hic conditionẽ, sed quãdã modificationẽ: arg. ff. de tutel. muto. §. secũdo. sic ponitur extra de ele. significasti [1]. imo nec dicit cõditio, cũ subintelligat. ff. de condi. & demon. conditiones. Arg. 3. quia cõditio est. Nam si dico: date illi si iurauerit: hoc est dicere, nõ date illi nisi iurauerit. ff. de cõdi. & demo. quibus diebus. §. 1. Io. Ego credo q honesta & licita cõditio apponi potest in collatione spiritualiũ: vt extra de elect. significasti. & extra de ser. non or. eo libentius. B.

Actiones interuenire possunt in spiritualium donatione.

Si. non semper cõditionem notat.

[1] Immo ibi exponitur pro q̃. vt not. extra de sponsa. du. c. 2. in glo. si de fornicatione. Archi.

b ¶ Discurrentibus.] idest, cito directis.

c Pallium tibi.] ¶ Intra suam ecclesiam.] idest, ecclesiam quamcumque suæ diocesis. extra de vsu pal. c. 1. non autem potest vti pallio alterius, vt extra eo. cap. ad hæc. nec in alterius diocesi, eo. titu. cap. ad honorem.

Archiepiscopus ante pallij susceptionem nõ cõuocat synodũ.

d ¶ Missarum.] Et in synodo etiã vti potest: sed non potest synodum congregare ante susceptionẽ pallij, vt extra de elect. significa

a ¶ Omnium.]

a [Omnium.] Vide qualiter argumentatur, ex quo aliæ ecclesiæ vtuntur tali consuetudine: ergo & ista debet vti eadem. arg. ff. extra de censi. ex parte. Sed huic argumento posset responderi, quòd consuetudo aliarū ecclesiarū non derogat consuetudini istius, vt ff. 12. di. illud. & extra de capel. mo. dilectus. circa fi. sequentia capitula plana sunt, & per te videbis.

Consuetudo ecclesiarū posset est à vtilitatibus.

h [Cura.] Arg. ad quem pertinet honor, & onus, vt dist. in. 56 Dominus noster. dist. 86. fratrem. dist. 13. nerui. 40. dist. ante omnia. dist. 35. ecclesiæ. nam dicit lex, quòd vtilitas per dignitatē augmentatur. ff. de iudi. l. si longius. in fi. ff. de dona. filius. §. 1.

Dignitas augmentat vtilitatem.

Subie-

cessas, vobis, ecclesiæque vestræ debere seruari. Confitemini igitur aliam esse generalis ecclesiæ consuetudinem; pòstquam ea, quæ vos geritis, vobis ex priuilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omniū [a] metropolitanorum etiam à tua est fraternitate seruandus; aut si tuæ ecclesiæ aliquid specialiter dicis esse concessum, præceptumue à prioribus Romanæ vrbis Pontificibus; quòd hæc Rauennati ecclesiæ sunt concessa, à vobis oportet ostendi [b]. Quòd si hoc non ostenditur [c], restat postquam talia agere neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vsurpasse te cōprobes [d], quod fecisti. *& infra.* ¶ Decorari pallio volumus, forsan moribus indecori; dum nihil in episcopali ceruice splendidius [e] fulgēt, quàm humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis vsum ex non-scripto [f] sequi, aut ex scriptis † priuilegijs se tueri [g]. Quòd si postremo nihil horum est, alijs metropolitanis huius te præbere nolumus præsumptionis exemplum.

† al. scripto priuilegio

¶ *Priuilegia quoque cum vsu pallij semper debent concedi.*

Vnde idem Gregorius Syagrio episcopo Augustodunensi, lib. 7. epistola 112.

¶ Cum vsu pallij aliqua priuilegia debent concedi. C. IX.

Polyc. l. 2. tit. 21. Ans. l. 6. c. 86.

RAtionis ordo omnino nos admonet, vt cum vsu pallij aliqua simul, sicut diximus, largiri priuilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura [h] quoque solicitudinis debet accrescere, vt cultui vestiū, actionis † quoque ornamenta conueniant; oportet, vt enixius in eunctis se studijs vestra fraternitas exerceat, & circa [a] subiectorum [i] actus sit cura vigilans, vt vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit.

† Adde actionē hic capi. p actu. ff. m l. s. ff. de of fic. præfect. vrb. Alex. & in l. confessiones. C. de trāla. & in auth. hoc ius. C. de s. [illegible] eccle.

a ¶ Et circa.] *Locupletatus est hic locus ex originali.*

Idem Ioanni episcopo primæ Iustinianæ Illyricæ, lib. 4. epist. 15. seu cap. 59.

¶ Vsus pallij conceditur, & antiqua priuilegia innouantur. C. X.

Ans. l. 6. c. 99.

PAllium vobis ex more transmisimus, & vices [k] vos Apostolicæ sedis agere iterata innouatione decernimus.

Idem episcopis Epiri, lib 5. epist. 7. seu c. 107. indict. 14.

¶ De eodem. C. XI.

Ans. l. 6 c. 100.

SCriptorum vestrorum insinuatio, fratres charissimi, patefecit Andream fratrem nostrum Nicomedianæ ciuitatis episcopum, Deo propitio, solenniter ordinatū [l]. *& infra.* ¶ Suprascripto igitur Andreæ fratri, & coepiscopo nostro pallium nos direxisse agnoscite, atque pri-

b [Ostendi.] Hoc est contra tres regulas. Vnam, quòd tenetur possessor dicere titulū suæ possessionis. hoc est contra id, 2. q. 5. §. 5. Aliam, quòd ab eo qui ius negat, non requiritur probatio: quod est contra id. ff. de probatio. ab ea. Tertiam, quòd actore non probante reus non absoluitur. 6. quæst. vlti. actor [†], sed hoc est ideo quia præsumptio contra ipsum facit.

Tres regulæ notabiles.

† Concor. est. in. 1. qui accusare. C. de edēn.

c [Non ostenditur.] Qui enim priuilegium allegat, debet probare & ostendere: extra de priuile. porro. & ca. seq. & cap. pastoralis. nullus tamen tenetur edere, nisi illum articulum qui facit ad rē. extra de fide instrum. contingit. licet aliàs nemo posset iudicare de priuilegijs sedis Apostolicæ. extra de iudi. cum venissent. tamen qui defendit se per tale priuilegiū, oportet vt illud exhibeat, vt extra de fi. instru. accepimus. Sic ergo canonicos, qui possidet duas præbendas, cum de iure non possit eas possiderè: si contra eum agatur, ipse tenetur probare qualiter habet. secus si conueniatur super prima tantum. Dicunt tamen quidam, quòd canonico indistinctè incumbit onus probandi, scilicet institutionem suam. extra de app. personas. argu. extra de procura. ex insinuatione. argu. 2. q. 5. legum.

Canonicus de ecclesiis non potest duas præbendas possidere.

d [Te comprobes.] Nonne præscriptione posset iste se tueri? Non: quia nullum ius proditū est, quo talia à talibus taliter possideantur. & quod de iure communi non possidetur, nec præscriptione acquiritur, vt hic, & 93. distinct. illud. & cap. peruenitur.

e [Splendidius.] Sic nihil est splendidius in principe quàm recta fides. C. de sum. trin. inter claras.

Fides recta in principe splendet.

f [Ex non scripto] infra 25. quæst. 2. institutionis. §. distinct. 2. consuetudo.

g [Tueri.] supra distin. 11. catholica. argum. contra. Sol. onus potest quis inducere sibi ex consuetudine, non honorem. 8. q. 1. in scripturis.

PRIVILEGIA. Hæc est quinta pars huius distin. in qua ostendit Gratianus quòd priuilegia cum pallio sunt concedenda.

R [Ationis.] CASVS. Syagrius episcopus à Gregorio pallium postulauit. Gregorius vero pallium sibi largitus est & priuilegia. Sed quoniam cum honore debet crescere solicitudo, ideo præcipit sibi vt solicitus sit circa curam subiectorum. Duo

i [Subiectorum] ff. 87. dist. §. 1. & c. diuinæ.

k P [Allium.] [Vices.] Per priuilegium fecerat eum legatum suum, sicut suus prædecessor fuerat. Vel ideo dicit, quia omnes vocantur ab eo in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, vt 2. quæst. 6. decreto. Vel prius erat legatus, sed esse desijt factus archiepiscopus: argu. ff. de arbi. non distinguemus. § 1.

l S [Criptorum vestrorum.] [Ordinatum.] à suis episcopis: nam hoc est regulare, vt à suis suffraganeis consecretur archiepiscopus. 63. dist. quanto. & potest perpendi ex hoc c. & ff. eod. quoniam. & 44. dist. quia. quòd metropolitanus etiam sine licētia summi Pontificis potest consecrari: & ad Papam non spectat (vt videtur) nisi datio pallij. Alij dicunt illud obtinere, vbi metropolitanus habet primatem: vel cum hoc habet ex consuetudine. hodie tamen vult Papa, quòd petatur ab eo cōfirmatio cum pallio, vt extra de elect. quòd sicut, vt dixi 51. dist. cap. vlt.

Archiepiscopus à suis suffraganeis consecratur.

a ¶ Atque

Priuilegia quædam licet personalia transeunt ad successores.

a ¶ *Atque priuilegia.*] Ista priuilegia fuerunt personalia, & transierunt cum persona. ff. de regulis iur. priuilegia. & extra de instit. cum venissent. Sed licet transeant cum persona, tamen debent cõcedi successori cum petierit : & fit iniuria ei nisi concedatur sibi : beneficium tamen est si ei conceditur. ff. de aqua quoti. & æstiu. l. 1. §. pen. nam si impetraui vt ducam aquam de flumine publico per prædium meum, & vendo tibi prædium, priuilegium non transit ad te : sed tamen impetrabile est à te : & iniuria fit tibi si non concedatur. Sed tamen multa potest iudex & debet facere, ad quæ compelli non potest. ff. de iudic. non quidquid. C. quomodo & quando iudex. l. 2.

Contra. vers. fin. C. sed quod principi placuit, cũ glo. in ver. personalem. Instit. de iu. nat.

IN vna autem.] Casus. Quia supra facta est mentio de metropolitanis : ideo supponit hic distin. 101. in qua ostendit, quòd in vna prouincia duo metropolitani esse non debent : quod verum est, nisi multitudo populi excrescat, vt 16. q. 1. præcipimus. & 99. dis. nulli. & hoc nõ potest fieri nisi de speciali licentia Papæ, vt 7. q. 1. mutationes.

Peruenit.] Casus. Relatum est in cõcilio Chalcedonẽsi quòd quidam episcopi sine auctoritate Papæ per imperialem constitutionem vnam prouinciã diuidebant in duas : & ita duo metropolitani in vna & eadẽ prouincia inueniebantur : quare concilium statuit, vt episcopi qui talia de cetero facere tentauerint, deponantur.

uilegia [a] atque cuncta concessisse, quæ prædecessores nostri eius prędecessoribus contulere.

DISTINCTIO CI.

IN *vna autem prouincia duo metropolitani esse non debent : sicut in Chalcedonensi concilio, cap. 12. statutum est.*

¶ Duo metropolitani in vna & eadem prouincia esse non debent. C. I.

Poly. l. 2. tit. 24. Iuo p. 5. c. 146. Burch. l. 1. c. 31.

PEruenit [b] ad nos, quòd quidam præter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam, per [a] pragmaticum sacrum [c] vnam [d] prouinciam in duas diuidant ; ita vt ex hoc inueniantur duo metropolitani episcopi in vna [e] eademque prouincia esse. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari à quolibet episcopo ; eos vero qui aliquid tale [f] attentauerint, cadere de proprio gradu.

a ¶ Pragmaticum sacrum.] *Versiones prisca, & Dionysiana habent,* per pragmaticam formam : *græce autem est* διὰ πραγματικῶν ; *quod in eodem capite paulo post dicitur* διὰ γραμμάτων βασιλικῶν. *idest, per litteras imperiales :*

Hactenus de electione, & ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad simoniacorum ordinationes transeamus. Et vt facile liqueat, quid super hac hæresi, sanctorum patrum decreuit auctoritas, causa deducatur in medium : cuius negotium & de scienter à simoniacis ordinatis, & de ignoranter à simoniacis consecratis, & de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, contineat.

b ¶ *Peruenit.*] supra, dist. 10. c. 1.

c ¶ *Per pragmaticum sacrum.*] idest, principis rescriptũ : pragma enim causa dicitur. vnde pragmatica sanctio dicitur causa in consistorio principis ventilata coram proceribus sacri palatij : & constitutio principis facta ex cognitione causæ dicitur pragmatica sanctio. 10.

Pragmatica sanctio.

d ¶ *Vnam*] Nam ex quo princeps diuidit, duæ sunt prouinciæ. ff. de offi. asses. si eadem.

e ¶ *In vna.*] quod fieri non debet nisi excrescat multitudo populi, vt ã 99. dist. nulli. 10.

f ¶ *Tale.*] Arg. quòd licet princeps legitimet aliquẽ, non tamẽ erit legitimus quo ad ecclesiã : & ita erit legitimus quo ad vnũ forũ, nõ tñ quo ad aliud. ad hoc facit 10. dist. cap. 1. & 15. q. 3. cum autem.

Singulare dec. si c. per vnum rescriptum per illum text. extra qui filij sint legi. & Cyn. in authen. ex complexu. C. de incest. nup. & Bar. in l. qui in prouincia. de ritu nuptia.

CAVSA

Secunda pars Decreti, quę prolixa & iuridica serie causas complectitur triginta sextiu sermisso, De pœnitẽtia tractatu, sepẽ Distinctiões continente.

Vidam.] CASVS. Expedito tractatu de ordinationibus, promotionibus, & officijs clericorum: accedit Gratianus ad negotia, quorum quædam sunt ciuilia, quædam criminalia, in quorum prosecutione maiora minoribus præponit. Et quoniam omnia cri- crimina respectu simoniæ nihil reputantur, vt ꝭ.ea.q 7.patet: ideo de ea præmittit quærens, an sit peccatũ spiritualia emere, de quo thema proponit, septem eliciens quæstiones.

rici enim deponuntur, vt ꝭ.ea.statuimus. & sunt infames, vt ꝭ.ead. q.3.cap.si. & accepta tenent̃ restituere. extra de simo. de hoc. ꝭ.ead. q.3.si qs dator. Dispensatur autem circa tales qñque vt laicam habeant coronem, vt ꝭ ead.q. 7.cap.s. & ministrant quandoq; in minoribus ordinibus cõstituti, vt ꝭ.ea.q.5.c.1. quandoq; remanent in acceptis. ꝭ ea.q.7.saluberrimum. Quis autẽ valeat dispẽsare, habẽs ꝭ.ead.q.5.cap. si. Ioan.

tum. ff de cõdi. & demon. Simonia dicitur à Simone Mago.

CAVSA PRIMA.

Vidam[a] habens filium, obtulit eum ditissimo cœnobio: exactus ab Abbate, & à fratribus decem libras soluit, ut filius susciperetur; ipso tamen (beneficio ætatis) hoc ignorante. Creuit puer, & per incrementa temporum, & officiorum ad virilem ætatem, & sacerdotij gradum peruenit. Exinde suffragantibus meritis in episcopum eligitur, interueniente obsequio, & paternis precibus, data quoque pecunia cuidam ex consiliarijs archiepiscopi; consecratur iste in Antistitem, nescius paterni obsequij, & oblatæ pecuniæ. Procedente vero tempore nonnullos per pecuniam ordinauit; quibusdam vero gratis benedictionem sacerdotalem dedit: tandem apud metropolitanum suum accusatus, & conuictus sententiam in se damnationis accepit.

1. q. *Hic primum quæritur, an sit peccatum emere spiritualia.*

2. q. *Secundo, an pro ingressu ecclesiæ sit exigenda pecunia; vel si exacta fuerit, an sit persoluenda.*

3. q. *Tertio, an ingressum, vel præbendas ecclesiæ emere sit simoniacũ.*

4. q. *Quarto, an iste sit reus criminis, quod eo ignorante pater admisit.*

5. q. *Quinto, an liceat ei esse in ecclesia, vel fungi ea ordinatione, quam paterna pecunia est assecutus.*

6. q. *Sexto, an illi qui ab eo iam simoniaco ignoranter ordinati sunt, abijciendi sint, an non.*

7. q. *Septimo, si renuntians suæ hæresi sit recipiendus in episcopali dignitate, vel non.*

QVÆSTIO PRIMA.

Vòd autem spiritualis[b] emere peccatum sit, probatur multorum auctoritate.

Ait enim Leo Papa.

Vod autẽ.] Hæc quæstio diuidit̃ in 15. partes: in quarum prima probat̃ 16. auctorit. q pro ministerijs ecclesiasticis nihil debet dari. Ioan. de Fan. Secunda ibi, *Quis ergo*. Tertia ibi, *Sed obijcitur*. Quarta ibi, *Item opponitur*. Quinta ibi, *Sed obijcitur*. Sexta ibi, *Sed notandum*. Septima ibi, *Patet ergo*. Octaua ibi, *Ex his*. Nona ibi, *Sed notandum*. Decima ibi, *Nemo*. Vndecima ibi, *Hoc ergo*. Duodecima ibi, *Ex his*. Tertia decima ibi, *Sicut ergo*. Quartadecima ibi, *Quis ergo*. Quintadecima ibi, *Quilibet*. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic ponitur prima quæstio, in qua quæritur an emere spiritualia sit peccatum. & probatur q sic, per sequentia cap.

b [Spiritualia.] Spiritualia autem dicunt̃ tribus modis. Vno modo dicuntur gratiæ virtutum, & dona Dei. hæc nõ possunt emi vel vendi quantum in eis est, non enim conferunt nisi gratis ꝭ.ead. q.3. Saluator. & hic c.1. Quandoq; dr̃ dignitas ordinis, & omne sacramentum ecclesiasticũ præter [3]matrimoniũ. Itẽ & omnia iura ecclesiastica spiritualium rerũ, vt administrationes, pbendæ, ius decimarũ, cœmiteria, ordo. hęc vendita transferuntur quo ad characterem tantũ, non quo ad uitæ meritũ. de facto enim non de iure procedit in talibus uenditio. Quandoq; ipsæ res sacræ vt uasa, & omnia utensilia: hæc bene uendunt̃ clericis uel laicis cõflata & confracta, ut 10.q.2.hoc ius. In summa ergo scias, q ꝓ spiritualibus incorporalibus vt sunt beneficia & ordines, qñque munus datur pro digno, nec est peccatũ si est munus a lingua. ꝭ.ea.filium. sed & obsequiũ tẽporale, dum tñ sine pactione. extra de cleric. non resi. decetero. De spirituali obsequio quin qñque dari possit, non est quæstio, etiam ex conuentione. extra de præbend. significatum, immo semper ꝑmium aliquod debet interuenire speciale scilicet meritũ hominis. talis enim simonia spiritualis non reprobatur, sicut nec spiritualis usura, arg. 14.q.1. aduocauit. Pecunia autẽ pro spiritualibus incorporalibus nunquam interuenire debet nisi in quinque casibus. In matrimonio. ꝭ ea. quidquid. 32.q.2. honoratur. In operis etiã quas clericus non debet, ut si sacerdos locat operas suas per annum. arg. extra ne præla. uices suas. c. ult. 12 q.1. charitatem. Idem est & si sint debitæ, dum tñ ius dicat aliquid dandũ, arg. 10.q.3. relatum. extra de simo. cum sit. Item pro salute æterna, & peccatorũ remissione. de pœnit. dist. 1. medicina. 13.q.2. animæ. Item secundum quosdam pro iure sibi competente, ne uexetur in eo. ꝭ. ead. q.3. quæsitum. extra de usur. cap.1. & extra de sim. dilectus. Spirituale autem pro spirituali permutari potest. extra de rerum permu. ad quæstiones. Pro spiritualibus autem corporalibus pecuniã dare non est simonia, ut pro calice, pro libro. 12.q.2. aurum. nisi inueniatur prohibitum, ut in ecclesia, in cœmiterio & chrismare, ut ꝭ.c. placuit.

Spiritualia tribus modis dicuntur.

[3]Vide ꝭ. dist. 13. c. his igitur. in ver. ꝑ beneficijs. & Tur cre. ꝭ. super c. 1. ad 3.

Res sacrę quãdoque possunt vendi.

Dari aliquid pro rebus spiritualibus incorporalibus an liceat.

Pecunia pro spiritualibus interuenire nõ debet, nisi in quinq; casibus.

a [Quidam.] Quia hic tractatur de simonia, videamus qd sit simonia, & vnde dicat̃, quibus modis ꝯhitur, qs ad accusandũ vel testificandũ in tali crimine admittat̃, quæ pœna imponat̃, quę dispensatio circa tales admittat̃. Simonia enim est studiosa [1] cupiditas vel voluntas emendi vel vendendi, aliquid spirituale, vt ꝭ.ea.q studet. 1. nec oportet addi, vel annexum spirituali, ꝑ illud c. ꝭ.q.3. si quis obiecerit. vł tñ q hoc addi debet. arg. extra de iur. pat. de iure. licet quidã dicant iuspatronatus spirituale esse, & male. De fructibus vero non est q̃stio, qa etiam dari porcis & vendi possunt, vt extra de pla. vi. su. cap. si. & de emp. & vend. c. constitutus. Dicit̃ autẽ simonia à Simone Mago, q primo in nouo testamẽto huius sceleris auctor extitit. Sicut .n. Giezi ĩ veteri testamẽto voluit vẽdere sanitatẽ Naamã Syro regi, sic & iste voluit emere donũ Dei, vnde Gieziticus est dicendus q vendit gratiã: Simoniacus q emit. vnde simoniaci sunt appellandi emptores. Contrahit̃ autem tribus modis, à manu, ab obsequio, & à lingua, vt ꝭ.ea. sunt nonnulli. Et ꝯhitur qñque ex parte dantis, qñque ex parte accipientis, qñque ex vtraque, qñque ex neutra. extra de sim. & si quæstiones. & nos. ꝭ.ea. q.5.c.1. Admittitur autẽ quilibet ꝯ simoniacum, sicut [2] crimine læsæ maiestatis. 15.q.3. sane. si tñ clericus accusatur, cum distinctione admittitur laicus, scilicet si est bonæ famę, ꝯ eũ: nõ tñ ꝭm distinctionem. extra de si. per tuas. 2.q.1. in primis. in si. Imponitur autem eis pœna quadruplex, qñque excõicatio, quandoq; in monasterium detrusio, vt ꝭ.ea. reperiuntur. qñque spoliatio omnium bonorum, vt 23. q.5. de Liguribus. qñque depositio, vt hic, & ĩ multis capitulis. Cle-

Simoniæ definitio.

[1]Hoc apponitur ad excludendũ voluntat̃, quæ signis exterioribus non declaratur, q ab ecclesia non punitur qa eius probatio nõ haberetur. 22. q. 5. c. vlt.

[2]Adde q vbicumq; in spiritualib' quis iouitasur ad lucrũ est simonia. notat. Bar. in l. Titio cen-

G Ratia.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod non est gratia, quæ non est gratuita. Simoniaci igitur qui dant pretium, gratiam non accipiunt, quia gratia in rebus ecclesiasticis operatur. quam si nõ accipiũt, nõ habent: si tñ nõ habent, alijs eã dare nõ possunt. Quid ergo dant simoniaci? Vtique spiritum mendacij, quem solũ habẽt.

P Resbyter.] CASVS. Dicitur hic quod si quis emit ecclesiã per pecuniam, & eam perdet, & præterea deponi debet: quia emere decimas vel altaria est simonia. Seq. cap. patet.

K Sacerdotij.] Hoc verum est, si in modum accusationis est conuictus. sed si in modum exceptionis, secus, vt extra de accusa. super

Simoniacus duobus modis potest cõuinci.

¶ Simoniaci gratiam non præstant, quam vendere quærunt. C. I.

GRatia [a] si non gratis [b] datur, vel accipitur [c], gratia [d] non est. Simoniaci autem non gratis accipiunt: igitur gratiam, quæ maxime in ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt. Si autem non accipiunt, non habent; si autem non habent, nec gratis, nec non gratis cuiquam dare possunt [e]. Quid ergo dant? profecto, quod habent: quid autem habent? spiritum [f] vtique mendacij. Quomodo hoc probamus? quia si spiritus veritatis (testante [g] ipsa veritate, de qua procedit) gratis accipitur, proculdubio spiritus mendacij esse conuincitur, qui non gratis accipitur.

Deusdedit in tract. de Simonia. — Matt. 10.

a ¶ Gratia.] *Simillima primis verbis huius capitis habentur in epistola Leonis primi Niceta Aquilegiensi episcopo scripta, quæ est 84. Loquens enim de gratia ait,* quæ nisi gratis detur, nõ est gratia, sed merces. *Reliqua apud ipsum non sunt inuenta.*

Item Gregorius Syagrio episcopo Augustudunensi, lib. 7. epist. 110.

¶ Inaniter sacerdos dicitur, quicunque simoniace ordinatur. C. II.

QVicumque studet [h] pretij datione sacrum ordinem mercari, dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit [i].

Polyc. l. 2. tit. 1. Ans. l. 6. c. 79.

¶ *Caput hoc ex originali est emendatum, & locupletatum.*

Item ex regesto. [2]

¶ Spolietur honore, qui ecclesiam per pecuniam obtinet. C. III.

PResbyter si per pecuniam ecclesiam obtinuerit, non solum ecclesia priuetur, sed etiam sacerdotij [k] honore spolietur: quia altare, & decimas, & spiritum sanctum [l] emere, vel vendere, simoniacam hæresim [m] esse nullus fidelium ignorat.

J. ead. q. 3. c. altare.

¶ *Non est inuentum in regesto B. Gregorij, vnde videtur citari. similia habentur apud Gregorium vij. lib. 6 reg. in iudice concilij eo anno habiti, & in concilio Turonensi sub Carolo magno c. 15. & Remensi c. 21. Maguntino sub Rabano c. 12. & altero Maguntino sub Arnulpho, c. 5. & infra ead. q. 3. c. altare quod ibi citatur ex Pas. nalı.*

¶ J. c. cum liqueat.

Idem Gregorius primus dicta epist. 110. lib. 7.

¶ De eodem. C. IIII.

BEnedictio illi in maledictionem conuertitur, qui ad hoc [o], vt fiat hæreticus, promouetur.

Poly. ibidem. Ans. l. 6. c. 80. Burch. l. 1. c. 21. Iuo par. 5. c. 75. & 112.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc coniunctum est superiori, & præter epistolam 110. indicatam, eadem sententia habetur lib. 4. epist. 55. & lib. 5. epist. 107. episcopis Epiri.*

Idem in eodem.

¶ Partem habebit cum Simone, qui contra simoniacos vehementer non exarserit. C. V.

QVisquis per pecuniam ordinatur, ad hoc vt fiat hæreticus promo-

cõc. Meld. c. 42. Deusdedit p. 2. Poly. l. 2. tit. 1. Iuo par. 2. c. 84. & p. 5. c. 75. Ans. l. 6. c. 77.

¶ Hug. vero sic ponit casum. Dicit enim quod Leo hic intẽdit dicere, quod simoniaci qui pretio ordinantur, gratiam cum ordine non recipiũt, & ideo cum alios ordinãt gratiam quam non habent, cũ ordinibus non conferunt, sed sicut cũ peccato ordinati sunt, ita cum peccato alios ordinant. Quòd autem gratia non detur cum ordo pretio tribuitur, probatur io prin. cap.

a ¶ Gratia.] id est donum spiritus sancti, vel ecclesiastica dignitas, vel ordo.

b ¶ Si non gratis.] sine munere aliquo non debito.

c ¶ Accipitur.] Argu. J 23. q. 4. ille gladium. quia ille dr gladiũ accipere, qui illicite accipit.

d ¶ Gratia.] id est, cũ gratia, id est, cum charitate, id est, non conferi gratia nisi gratis, &c.

e ¶ Possunt.] Arg. quẽquam non posse dare quod non habet. 1. q. 7. Daibertum. ff. de regu. iur. nemo. de conse. dist. 4. quomodo. J. ead. q. quod perfectionem. de cõse. dist. 4. solet. Contra, creditor distrahit pignus, cuius dominium nõ habet. Vnde argu. J. ff. de acquir. re. do. nõ est nouum. & extra de elect. suffraganeis. Ioan. Sol. generale est quod nemo de iure dare potest quod non habet. fallit in certis casibus. B.

Nemo dat quod non habet.

f ¶ Spiritum mendacij.] id est, effectum diaboli, qui pater est mendacij: quia isti sunt mẽdaces, cum sint hæretici, & omnis hæreticus mẽdax est J. ea. si quis inquit. vel dic spiritum, id est, characterem sine executione.

Diabolus est pater mendacij.

g ¶ Testante.] cum ait, Gratis accepistis gratis date, &c. arg. a contrarijs: contraria enim contrarijs opponuntur, J. dist. 9. cap. 1. & 15. q. 2. decessorum. & 24. q. 2. sane. 32. dist. hospitiolum. 5. q. 6. delatori. & de pœn. dist. 1. cap. 1. & vide quod no. 8. q. 1. sciendum. iuxta finẽ.

Contraria cõtrarijs opponuntur.

Q Vicumque.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod quicumque per pecuniam est ad sacerdotium promotus, in veritate nõ est sacerdos, sed tantum nomen sacerdotis habet inane.

h ¶ Studet.] Hic ergo sola volũtas facit hominem simoniacum, vt J. ea. reperiuntur. & q. 3. non solum. sicut spes sola facit hominem vsurarium, vt 14. q. 3. cap. 1. Item hic voluntas sine effectu imputatur [1]. & dicit Baz. quod huiusmodi peccatum si non processerit ad actionem, sola voluntate deletur, sicut & sola voluntate commissum est. argu. extra de regulis iuris, omnis. Vel intellige hoc verbũ, studet, cum effectu. J. 36. q. 2. si quis nõ dicit. J. arg. J. dist. 51. si quis post. contra J. dist. 19. Anastasios. J. dist. 50. is vero quod contra. 6. q. 1. §. verũ. 50. dist. si quis post. Ioan. Sol. hodie sola pœnitentia sine resignatione quæsitorum sufficit, cum simonia in animo gerebatur vtrinque, vt extra de simo. cap. si. B.

Voluntas sola facit simoniacum.

1 Sub. & punitur, & hoc probãt con cor. q. J pro 21. pro J rijs Iducunt. De hoc nota. 6. q. 1. si quis cũ Archid.

i ¶ Concupiscit.] id est, ex sua concupiscentia, sequitur, vt inaniter dicatur sacerdos.

Simonia quomodo deletur.

per his [2]. Item si in modum inquisitionis conuincitur, tunc priuatur beneficio, & nõ ordine. extra de sim. dilectus 1. Dic vt in decre. inquisitionis. quandoque etiam non priuatur omnibus beneficijs io eo casu, vt extra de elect. per inquisitionẽ. Item regulariter hæc vera sunt, quod perdit propria beneficia, si eo sciente fuerit data pecunia. aliàs sine culpa sua priuaretur, eo quod esset legitime adeptus, vt 16. q. 7. inuentum. Item nec ipsum beneficium nec ordinem perdet, si in fraudem ipsius fuerit data pecunia, vt extra de simo. sicut. & cap. nobis. J. q. 6. §. vlti.

2 Ad idẽ ff. de his qui not. infa. Lucius. & est ratio extra de excep. c. 1. §. vlt. & de or. cog. cũ dilectus. l si.

l ¶ Et spiritum sanctum.] id est, ordinem, & alia officia, quæ dona sunt spiritus sancti.

m ¶ Simoniacam hæresim.] Arg. J. ea. q. 3. altare. J. ea. q. 1. quicumque sacros. J. e. q. 5. c. 1.

o B Enedictio illi.] ¶ Ad hoc.] id est, qui sic honorem accepit, hæresim incurrit. Est enim, vt, consecutiuum [3], nõ causatiuum, vt dist. 74. consulun. & 3. q. 7. §. item. & 6. q. 1. ex merito. Et est simile, Lex subintrauit, vt abundaret delictum. simile C. de obseq. patro. præstan. si manumissori. & ff ad legem Aquil. l. si ex plagis. §. 1. sic & C. de iudi. properandum. in prin.

3 Cõcor. tex in l. Mæuia. cum gl. ff. de le. 3. & in l. cum delatoris §. item si fundo. ff. de fu. instru. & in l. Lucius. §. de collegio ff. de leg 3.

Q Visquis per pecuniam.] CASVS. Dicitur hic, quòd si quis per pecuniam ordinatur, ipsum esse hæreticum est manifestum. & qui

& qui contra talem vehementer non inuehitur, velut particeps minis deponatur.
a ¶ *Neophytorum.*] quia à neophyto.s. à Simone ortum habuerit: q de nouo ad fidem cōuersus fuit: vel q̄a neophyti solebant dare pecuniam, vt cito promouerentur: q̄a aliàs nō poterāt, vt 48. dis. c. 1.
Exar-

tionem fuer it depositus, in monasterium detrudatur. Venditor vero puniatur vt emptor. Si vero laicus sit qui simoniam committit, excommunicari debet.
f ¶ *Velle.*] ita sola voluntate est simoniacus 1. hoc intelligo de voluntate ad actum aliquem exteriorem producta: aliàs nō est suspensus ab ingressu ecclesiæ. & sic etiam exaudi. j. e. qui studet & s. e. quicumque. 24. distin. quando episcopus. extra de simonia. tanta.
g ¶ *Quia & vsitatum.*] argum. q mos 2 non excusat à crimine. j. ea. q. 3. ca. hu. argu. contra 63. dist. Agathola. &c. quia. s. distin. 4. denique. j. 32. quæst. 4. obiiciuntur.
h ¶ *Succisum.*] per canones.
i ¶ *Inijcimus.*] Hoc dicit quia adijcit pœnā. Vel dic, inucimus, id est, iniectum esse ostendimus, &c.
k ¶ *Anathematis.*] ar. q ipso iure fit anathematizatus clericus simoniacus, vt j. ead. q. quicumque & cap. placuit. Vel dicit anathema separationem a corpore & sanguine Christi: vnde subdit atque, pro, id est, &c. nam postea excommunicadus est. j. e. q. qui studet. & q. 3. ex multis. quod est pro quolibet mortali peccato. sed ad detestationē ipsius 3 dicitur, qd̄ generaliter i: telligitur. hoc tamen est speciale in notorio crimine fornicationis, & simoniæ, q suspēsi sunt, vt dist. 32. §. verum. sed arg. tamen est, q simoniacus non fit ipso iure suspensus. extra ea. ex tuæ. Dicas ergo, q oia peccator occultus suspensus est quo ad seipsum, vt j. ea. sacerdotes. sed simoniacus suspensus est quo ad se, & quo ad alios, vt extra de simo. tāta. & hoc verum est de illo, qui

1 De hoc ft sup. ea. quicūque & dicā j. e. cos ibi videas. Arch. Simoniacus an q̄s fiat sola voluntate.

2 Mos. Sed an à pœna gl. Ant. But. ca. vlt de cōsue. Lud. Rom. in sing. char. 2.

3 Scilicet cū mīe simoniæ, & sic anathema sumitur hic proprie.

Simoniacus, an fit ipso iure excōicat⁹.

uetur. Quisquis ergo contra simoniacam, & neophytorum[a] hæresim pro officij sui loco vehementer non exarserit[b], cum eo se non dubitet habiturum portionem; qui prius commisit hoc piaculare[c] flagitium.

¶ *Verba prorsus ipsa huius capitis non sunt inuenta in epistolis B. Gregorij. Verum Paschalis Papa II. (vt est apud Iuonem, ac Polycarpum) citat hæc ex ipso beato Gregorio: ac simillima prioris partis huius capitis sunt lib. 4. epist. 55. & 56. posterioris vero partis lib. 10. epist. 33. Virgilio episcopo: Et Ioannes Diaconus lib. 3. c. 4. scribit generalem sententiam à B. Gregorio contra simoniæ & neophytorum hæresim prolatam in epistola Virgilio scripta contineri. Capitulum 42. concilij Meldensis ab Iuone p. 5. c. 75. citatū partim conuenit cum ipsa epistola Virgilio scripta, & partim cum ijs, quæ Iuo, & Polycarpus citant ex Paschali, & cum his, quæ hoc loco refert Gratianus. De qua hæresi è Gallia eijcienda Gregorius lib. 4. epist. 52. scribit Virgilio Arelatensi, & lib. 7. epist. 110. Syagrio, & alijs episcopis Galliæ.*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam constitutos, epist. 1. c. 26.

Polyc. l. 7. tit. 6. Deusdedit p. 2. Burch. l. 1. c. 12. Iuo p. 5. c. 76.

¶ Simonis damnatio dantem & accipientem pariter inuoluit. C. VI.

QVos[d] constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem; conuictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes; quia dantem pariter & accipientem damnatio Simonis, quam sacra lectio[e] testatur, inuoluit.

Act. 8.

Item Ambrosius[a] in libro pastorali.

a ¶ Ambrosius.] *Caput hoc in libro pastorali B. Ambrosij vnde citatur, non est inuentum. Habetur tamen in concilio Toletano viij c. 3. quem canonem integrum Anselmus lib. 6. c. 85. partem vero ipsius Iuo p. 5. c. 83. ex dicto concilio citant.*

¶ Anathematis sententia damnatur, qui simoniace ordinatur. C. VII.

Ans. l. 6. c. 85.
† al. negotiatione
Act. 8.
† al. diuini doni
Iuo p. 5. c. 83.
† al. relegetur

REperiuntur quamplurimi negotio † muneris perituri, mercari velle[f] gratiam spiritus sancti: dum vile pretium donant, vt pontificalis ordinis sublime culmen accipiant; obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem [Pecunia tua tecum sit in perditionem; quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri]. Proinde, quia & vsitatum[g] est tantum malum, & maiorum frequenter constat mucrone succisum[h]; nos quoque huic vulneri canceroso ignitū (quod superest adhuc) inijcimus[i] ferrum; decernentes omnino, vt quicumque deinceps propter accipiendam sacerdotij † dignitatem quodlibet præmiū fuerit detectus obtulisse; ex eodem tempore se nouerit anathematis[k] opprobrio condemnatum[l], atque à participatione Christi corporis & sanguinis alienum: ex quo[m] illum constat execrabile Christo perpetrasse flagitium. Quòd si aliquis extiterit[n], qui accuset; ille, qui hunc ordinem munerum fuerat datione lucratus, & suscepto honoris gradu priuetur, & in monasterio sub perenni pænitentia retrudatur †. Illi vero, qui hac causa munerū acceptores extiterint; si clerici fuerint, honoris amissione mulctentur: si vero laici, anathemate perpetuo[o] condemnentur.

Taciturnitas in puniendo simoniacum nocet.
Piaculare flagitium.
Sacra lectio.

b ¶ *Exarserit.*] vt j. e. quicūque. & c. placuit. hoc verum est si pōt probare illud: alias non noceret ei taciturnitas, vt 2. q. 7. plerique. sed si nō pōt probare, faciat quod dicit August. 23. q. 5. hoc videtur. Item & si probare pōt, & si timeatur scandalum: tunc faciat id quod legitur 24. q. 3. tam sacerdotes. 2. q. 3. forte.
c ¶ *Piaculare.*] Ideo dicitur piaculare, quia secundum leges comparatur ei quod morte expiatur. 15. q. 3. sane. 5. q. 6. delatori, &c.
QVos constiterit.] CASVS. Dicitur in hoc c. q conuicti de simonia deponi debent, non sine pœna simoniā committentes, tam dantes, quam accipientes, cum sint simoniaci, vt lectio actuum Apostolorum testatur.
d ¶ *Quos.*] hic vocat arg. a contrario sensu. j. ead. q. 3. Saluator. versi. quisquis. ibi, propter sua lucra. ar. j. ea. si quis episcopus. arg. s. dist. 63. miramur.
e ¶ *Sacra lectio.*] actuum Apostolorum, cū dixit, Pecunia tua tecū sit in perditionem. j. c. proxi. & c. qui studet. & c. Petrus. 10.
REperiuntur quam plurimi.] CASVS. Quidam obliti verborum Petri dicentis ad Simonem, Pecunia tua tecum, &c. episcopatus per pecuniā acquisierunt, & licet de hoc iam pœna fuerit statuta, Ambrosius tamen huic vulneri cāceroso ferrum ignitū apponit, statuens vt quicumque detectus fuerit simoniam commisisse, a communione altaris sit ipso iure suspensus: & si per accusa

emit ordinē. talis enim pænitere non potest, cum rem furtiuam habeat, vt 14. q. 6. si res.
l ¶ *Condemnatum.*] a statutis patrum ipso iure ex genere delicti. 3. q. 7. §. porro.
m ¶ *Ex quo.*] quasi ex eo tpe sit excōicatus, vel sciat se condemnatum, ex quo tpe cōstat vobis, &c. quasi dicat ex eo tpe sit excōmunicatus, vel sciat se cōdēnatū, ex quo tpe perpetrauit crimē. & est si. in cri. læsæ ma. arg. C. ad leg. Iul. ma. quisquis. ver. donationes, &c. & ita illud verbū, ex quo, determinat verbū, perpetrasse. & sm hunc intellectū ēt occultus simoniacus suspēsus est. Vel determinat hoc verbū, cōstat: & tūc est sensus. ex quo cōstat eū simoniacū, tūc demū erit suspēsus, hoc vltimū dicebat Mart. Hispan⁹.
n ¶ *Extiterit.*] hoc verum est, si pōt probare illud: aliàs nō nocet ei taciturnitas, vt 2. q. 7. plerique 4. Sed si non pōt probare, faciat quod dicit Augustinus. 23. q. 5. hoc videtur. Item & si probare potest, & timeat scandalum, faciat id quod legitur 24. q. 3. tam sacerdotes. & 23. q. 4. forte. Ioan.
o ¶ *Perpetuo.*] s. quousque emēdet. si. extra de cōsti. ex litteris, 27. q. 1. de viduis. arg. 2. q. 5. quanto. Vel perpetuo, id est, perpetua separatione a corpore Christi, id est, vsque ad finē vitæ, etiam si ante pæniteat, & hoc est in criminis detestationē. arg. ff. pro socio. l. 1. Vel perpetuo, id est, continuo. arg. ff. de seru. vrb. præd. foramē.

Peccator quilibet occulte est suspēsus.

4 Adde an & quando taciturnitas noceat, no. in l. filius. § inuitus. ff. de pecu. cur. gl. in l. quando. §. 1. in gl. petue nit. ff loc.
Excommunicatus perpetuo tripliciter exponit.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 2.

¶ Damnatur episcopus, qui per pecuniam ordinationem facit. C. VIII.

SI quis episcopus a per pecuniam ordinationem fecerit, & sub pretio redegerit b gratiam, quæ vendi non potest, ordinaueritque per pecuniam episcopum, chorepiscopum, presbyterum, aut diaconum, vel quemlibet de his, qui cōnumerantur in clero, aut promouerit per pecunias dispensatorem c, aut defensorem d, vel mansionarium, vel quemquā e omnino, qui subiectus est regulæ, pro suo turpissimi † lucri commodo; is, qui hoc attētasse probatus fuerit, proprij gradus periculo subiacebit; & qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione, vel promotione, quæ est per negotiationem facta, proficiat; sed sit alienus à dignitate f, vel solicitudine g, quam pecunijs acquisiuit. Si quis vero mediator h tam turpibus, & nefandis datis, vel acceptis extiterit; & ipse, siquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat; si vero laicus, aut monachus, anathematizetur.

Poly. l. 2. tit. 37. Ansel. l. 6. c. 88. Burc. l. 1. c. 112. Iuo p. 5. c. 118. Pann. l. 3. c. 118.

† *al. turpissimo*

Item ex octaua a synodo.

Nouella 6. c. 1. & nou. 123. c. 3. apud Iulianum antecessorem. Ansl. l. 6. c. 7. Iuo p. 5. c. 121.

¶ A sacerdotio est alienus, qui per pecunias ordinat, vel ordinatur. C. IX.

QVi per pecunias quemquam consecrauerit, vel ab alio consecratus est; alienus à sacerdotio fiat.

a ¶ Octaua.] *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc citatur ex septima synodo, in qua capitulo quinto refertur canon trigesimus Apostolorum ad hanc rem faciens. In epistola autem Tarasij ad Hadrianum Papam, (quæ in exemplaribus bibliothecæ Vaticanæ, & alijs, est in fine ipsius septimæ synodi) refertur canon vigesimus secundus synodi, quæ in Trullo, his verbis,* Eos, qui per pecunias ordinati sunt, siue episcopi, siue quicumque clerici, & non secundum probationem, & vitæ optionem, deponi præcipimus; sed & illos, qui hos ordinasse noscuntur. *Extat etiam hac de re epistola Basilij ad episcopos sibi subiectos.*

Item Calixtus Papa.

¶ Nec ordinari, nec promoueri in ecclesia Dei per pecuniam aliquis valet. C. X.

SAnctorum Patrum exempla sequentes, & officij nostri debito innouantes, ordinari quemquam per pecuniā in ecclesia Dei, vel promoueri, auctoritate sedis Apostolicæ modis omnibus prohibemus. Si quis vero in ecclesia ordinationem, vel promotionem taliter acquisierit; acquisita prorsus careat dignitate.

Est Calixti secundi, qui paulo ante Gratianum vixit, & aliquot concilijs à se habitis contra Simoniam, & inuestituras ecclesiarū, quas Germanici Imperatores vsurpauerant, multa decreuit: de quibus Abbas Vrspergensis ab anno Domini 1118. in quo electus est Pontifex, vsque ad annum 1124. accurate scribit.

Item Gregorius Nazianzenus.

¶ De eodem. C. XI.

QVi studet k donum Dei pretio mercari; in sacro ordi-

Deusdedit p. 2. & 4.

¶ *Si quis episcopus.*] CASVS. Dicitur hic, si qs epūs in ecclesia p pecuniā aliquē in clericū cuiuscūque ordinis ordinauerit: aut dispensatorē, aut defensorē per pecuniā fecerit, ordinator conuictus deponatur: & ordinatus similiter locū suū perdat. Mediator vero si clericus est, deponatur: si laicus est, excōmunicetur. Sequentia duo c. plana sunt.

a ¶ *Si quis episcopus.*] huiusq; introduxit capitula de simonia, q̄ fit ab accipiente. Nūc introducit vsque ad §. qa ergo. capitula tā de accipiente, q̄ de dante ordinē. vel aliud spirituale per pecuniam.

b ¶ *Redegerit.*] quantū i eo est. 21. 49. di. c. vlt. ff. de recep. arbitr. l. Celsus. de consec. dist. 4. c. quæris.

c ¶ *Dispensatorem.*] i. œconomum, vel quēlibet ecclesiasticarum rerum administratorē, vt ppositū, œconomum, & vicedominū. ī. ea. quos cōstituerit. ī. ead. q. 3. Saluator. Hug.

d ¶ *Defensorē.*] i. aduocatum vel iudicem, vel castaldū. Hic collige, q castaldiā emere est peccatum. nā dispensationem religiosæ domus emere est peccatum.

Castaldiam emere peccatum est.

¶ Et qui dat, & qui accipit, vt ordines sacri præstentur, anathema fit. C. XXII.

Ivo p.5.c.118. PLacuit, vt de ordinatione clericorum, episcopi munera nulla accipiant: sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt,
Matth.10. gratis dent. Non aliquo pretio gratia Dei, & impositio manuum venundetur: quia antiqua definitio patrum ita de ecclesiasticis ordina-
ĩ. c.quicũque. tionibus statuit, dicens. [Anathema sit danti, & accipienti.] Propterea;
† al.obnoxij quia aliquãti[a] multis sceleribus obruti †, sancto altario indigne ministrantes, non hoc, testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent; oportet[b] non per gratiam munerum, sed per di-
‡ *oportet ergo*]or. ligentem prius discussionem, deinde per multorum[c] testimonium clericos ordinare.

Ex illa auctoritate beati Ambrosii, & Gregorij patet, quòd simoniaci (sicut & alij hæretici) à fide exorbitant; & ideo consequenter de illis intelligitur, quod de alijs decernitur. ¶ *Item opponitur*[d], *quòd prophetia*
† al.hoc *donum spiritussancti est: hac † autem in veteri testamento à sanctis pro-*
1.Reg.9. *phetis vendi consueuerat. Vnde Saul ad Samuelem pro vaticinio expe-*
3.Reg.14. *tendo non nisi cum munere ire præsumpsit. Vxor etiam Hieroboam ad ho-*
Luc.22. *minem Dei non nisi cum munere accessit. Item Christus à Iuda[e] venditus auriculam serui sanauit. Exemplo itaque Saulis, & vxoris Hieroboã patet, quòd donum spiritussancti emere, vel vendere non est peccatum. Exemplo Christi liquet, quòd spiritus sanctus etsi iniuste à simoniacis venalis putetur, virtutis tamen suæ non obliuiscitur, nec desinit effectum suæ gratiæ etiam venditus præstare. Sed de prophetia beatus Hieronymus in caput tertium Michææ competenter soluit, malos tantum accepisse, non bonos denuntians.*

¶ Mali prophetæ, non boni prophetiam vendebant. C. XXIII.

Michææ 3.lin 70. IVdices[f], inquit, eius[g] in muneribus iudicabant, & sacerdotes eius in mercede respondebant, & prophetæ eius in pecunia diuinabant, & super Dominum requiescebant[h] dicentes. Nonne Dominus in nobis est? non venient[i] super nos mala[k]. Idcirco propter vos Sion quasi ager arabitur[l], & Hierusalem, vt custodia pomarij erit.[m]]Nemo ambigit Hierusalem propter scelera, quæ in hoc capitulo describuntur,
Act.8. fuisse subuersam. *& infra.* ¶ Poterat vtique Petrus Simoni mago vendere, quod petebat; immo poterat simulare venditem (spiritus enim sanctus nec uenundari, nec emi potest:) sed oblatam pecuniam cum
1.Reg.9. offerente damnauit. *& paulo post.* ¶ Nec quemquam moueat illud;
† al.regnorum quod in primo Regum † libro legimus, Saulem[n] uolentem ire ad Samuelem dixisse puero suo, ad eum se ire non posse; quia pretium quod offerret pro uaticinio, non haberet; & puerum respondisse. [Ecce inuenta est in manu mea quarta pars sicli pecuniæ, & dabo uiro Dei, & annuntiabit nobis uiam nostram.] Non enim scriptum est, quòd Sa-

Requiescere super dominum quis dicitur.
† Aliàs, contẽptu, secundum Laur.

f ¶ *Vdices.*] CASVS. Quidam cum de simonia reprehenderentur, excusabant se exemplo quorumdam in veteri testamento: sed Hieronymus ostendit simoniacos esse damnandos. Primo, per verba Michææ prophetæ ostendentis propter hoc Hierusalem fuisse destructã. Secundo per damnationẽ Petri, quã fecit in Simonẽ magũ. Tertio, excusat Samuelẽ prophetã. Quarto, Achiã, dicens ꝙ pecuniã oblatã non receperunt: aut si ponas eos recepisse, non pro munere prophetiæ, sed in stipes tẽpli, & ĩ sũptus necessarios receperũt. Quinto, excusat Heliseũ, ꝗ nõ est credẽdus ab Azaele aliquid accepisse: quẽ cõstat munera oblata à Naamã Syro respuisse. Secunda pars icipit ibi, *Poterat.* Tertia ibi, *Nec quemquã moueat.* Quarta ibi, *Nec ipsum.* Quinta ibi, *Vnde in quarto.*
f ¶ *Iudices.*] aliàs incipit, Duces. verba Michææ prophetæ: & est talis casus. Quidã cum reprehẽderent de simonia, excusabant se exẽplo quorũdã in veteri testamẽto: quos Hiero. ponit ĩ hoc cap. Primo ergo ponit verba Michææ ꝓphetæ, & exponit ea, ostendẽs ꝑ hu iusmodi simoniacos Hierusalẽ fuisse destructã. Secundo ibi, *Poterat Petrus.* ponit verba Petri cũ oblata pecunia Simone cõdemnantis. Tertio, excusat Samuelẽ de quarta parte sicli à Saule oblata. Quarto, excusat Achiã de panib⁹ sibi ab vxore Hieroboã oblatis. Quinto, Heliseum de pecunia quam Azael nũtius Benadab sibi obtulit: quia non est verisimile ꝙ acceperit.
g ¶ *Eius.*] populi Iudaici. Ioan.
h ¶ *Requiescebant.*] Ille dicitur requiescere super dominum qui obtentu † sacerdotij vel prophetiæ non viuit luxuriose. & expone, requiescebant, idest, gratiam eius habebant secum, secundum opinionem suam.
i ¶ *Non venient.*] quasi impunitatem sibi promittebant.
k ¶ *Mala.*] quæ minantur nobis prophetæ.
l ¶ *Arabitur.*] hostili aratro, idest, desolabitur. & esse desinet: arg. ff. quib. mod. vius fru. amit. si vsus fruct⁹. & hoc factũ ẽ a Romanis. ADDITIO. 76. dist. ieiunium. Archid.
m ¶ *Pomarij erit.*] Custodia enim pomarij collectis pomis deseritur: & ideo hoc dicit.
n ¶ *Saulem.*] Historia. Legitur in primo libro Regum, quòd cum Saul cum quodam seruo suo asinas quæsiuisset patris sui, & nõ inuenisset: dixit seruus Saul: Hic est vir Dei, qui sine ambiguitate loquitur: eamus & quæramus ab eo. & ait Saul. Quid feremus ei? iam panis deficit in sitarchijs nostris, & sportulam non habemus. ait seruus: Habeo in manu mea quartam partem stateris argenti. & ierunt ad prophetam: & iunctus est Saul in regem a Samuele de præcepto Domini.

EX ILLA. CASVS. Concludit Gratianus ex duobus capit. suprapositis scilicet cap. Petrus, & cap. cum omnis. ꝙ simoniaci, sicut hæretici a fide deuiant.
ITEM OPPONITVR. Hæc est quarta pars quæstionis, in qua vult probare sophistice, ꝙ dare aliquid pro rebus ecclesiasticis, non est peccatum. Ioannes de Fan.
CASVS. In hoc §. & sequenti capitulo probat Gratianus superficialiter ꝙ vendere spiritualia non sit peccatum. Et hoc facit tribus exẽplis. Exemplo Saulis, qui non iuit ad Samuelẽ sine munere ꝓ vaticinio expetendo. Exẽplo vxoris Hieroboã, quæ non iuit sine munere ad hominẽ Dei scilicet Achiã prophetam. Et exẽplo Christi, qui vẽditus auriculam serui sanauit. Sed has obiectiones soluit sequenti cap. & §. cum ergo. c. numq̃. secundum Hieronymum.
d ¶ *Item opponitur.*] hi scilicet, quod ꝓpositũ est principaliter: ꝙ scilicet vendere spiritualia sit peccatum, vel ꝙ ordo venditus non habet gratiam spiritussancti.

2 ¶ Sed

a ¶ *Sed fac*] idest, pone. & ita secundum canones potest pars ponere falsum. de cons. dist. 4. sanctum.
b ¶ *Quinque sunt oboli.*] Argu. in delicto quantitatẽ rei attendi. j. 14. q. vlt. cap. vlt. j. 17. q. 4. quicumque. j. 17. q. vlt. quælibet sunt.
c ¶ *Qui vtinam.*] Et hoc negatiue legas, idest, vtinam non plus acciperent. simile etiã habes 23. q. 4. si ea. & 26. quæst. 5. episcopi. & ideo forte hoc dicit: quia si plus non deberent accipere, nullus esset qui vellet simoniam committere. vel ideo forte, quia quanto minus quis acciperet, tanto minus peccaret [1]: secundò q̃ dicit de abigeo: minus enim punitur p̃ porco vel oue quam p̃ boue. ff. de abigeis. l. 1. respõ. Vel posset intelligi sm̃ illã decr. extra de simo. & si quæstiones. Argu. contra j. 14. q. vlt. cap. vl. 17. q. 4. quicumque. extra de simo. ex tuæ. Sed hæc cõtraria habent locum quando mens corrumpitur.

[1] Cõcor. tex. l. aut facta. §. quantitas. ff. de pœn. & ibi glo. cum concor.

m ¶ *Faceret.*] Arg. contra Cathalanos.

N ¶ *Vmquam.*] CASVS. Dicitur hic, quòd diuinatio raro in bonam partem accipitur. vnde illi, qui pro indicatione futurorum pecuniam accipiebant, non erant veri prophetæ, sed diuini: licet se crederent esse prophetas.

muel acceperit, aut quòd illi obtulerint: quin potius à propheta pascuntur, & inuitantur ad prandium. Sed fac [a] eum accepisse: stipes magis æstimandæ sunt tabernaculi, quàm munera prophetiæ: siclus enim viginti obolos habet; & quarta pars sicli, quinque sunt oboli [b]. Et nostri igitur sacerdotes, si volunt vendere prophetiam, & columbas in cathedris suis proponere, quas Dominus flagello subuertit, quinque [*] tantum obolorum sint mercede contenti: qui vtinam [c] non pretia villarum, sed quinque obolos acciperent. ¶ Hoc ipsum sonat, & in tertio regnorum libro, quòd vxor [d] Hieroboam infirmante filio pergit ad Achiam hominem Dei [e]; & defert ei decem panes [*], & crustulam, & vas mellis; quia [*] hæc magis in sumptum [f] prophetæ, quàm muneri prophetiæ reputanda sunt. Licet potuerint hi, qui ad ariolos ire consueuerant (quia multi diuini, & arioli erant in Israel) mala consuetudine æstimasse id ipsum etiam de prophetis, & voluisse sanctis viris offerre, quod diuinis offerre consueuerant. ¶ Vnde [*] in quarto libro Regum [1] legitur, [quòd Helisæus [g] venit Damascum, & Benadad Rex Syriæ ægrotabat, annuntiaueruntque ei dicentes. Venit vir Dei huc: & ait Rex ad Azaelem [h]: Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum, dicens, si euadere de infirmitate hac potero. Iuit igitur Azael in occursum eius, habens secum munera, & omnia bona [i] Damasci, onera quadraginta camelorum.] Sed non est credendum accepisse: sicut de eodem Helisæo legitur, quòd Naaman mundatus a lepra obtulit [k] ei munera dicens [Obsecro, vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit. Viuit [l] Dominus, ante quem sto, quia non accipiam. Cumque vim faceret [m], penitus non acquieuit.]

3. Reg. 14.
4. Reg. 8.
[1] al. Regnorum
4. Reg. 5.

¶ *Caput hoc in vno vetusto exemplari coniunctum est superiori, & loco primæ dictionis,* Iudices, *legitur,* Duces. *quemadmodum est apud B. Hieronymum in versione 70.*
* ¶ Quinque tantum obolorum sint mercede contenti, qui.] *Ista omnia absunt à recentioribus editionibus B. Hieronymi, atque etiam à vetustioribus, præter dictionẽ,* qui. *Sed non sunt expuncta, quia sententia non officiunt.*
* ¶ Decem panes.] *Sic in vulgata Latina B. Hieronymus habet,* panes, & vuas passas, & vasculum mellis. *In Græca autẽ vulgata & crustula, & vua passa cõmemorantur,* ἄρτους, *inquit,* καὶ κολλύρια τοῖς τέκνοις αὐτοῦ, καὶ σταφυλάς.
* ¶ Quia hæc magis.] *Ista vsque ad* ¶. Licet *non habentur hic apud B. Hieronymum, sed loco eorum hæc.* Dicitur enim, quid secum illa portauerit: & tamen propheta non scribitur accepisse, quippe cum & corripuerit eam, & venturum luctum prædixerit. licet, &c.
* ¶ Vnde in quarto.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum.*

Idem in eodem capite.

¶ Quòd diuinatio in bonum non accipitur. C. XXIIII.

NVmquam [n] diuinatio [o] in scripturis in bonam partem accipitur. [Non est augurium in Iacob, neque diuinatio in Israel.] Videbantur sibi quidem esse prophetæ: sed quia pecuniam accipiebant; prophetia ipsorum facta est diuinatio. Num. 23.

¶ *Hoc etiam caput in aliquot vetustis est coniunctum superiori, & legitur vt in originali,* Numquam enim.

Cum ergo secundum [p] Hieronymum boni prophetæ non munera prophetiæ accipiebant, sed stipes tabernaculi, malis autem, qui accipiebant, prophetia, quæ Dei erat donum, in diuinationem, quæ diabolica est, conuertebatur; quid aliud colligitur, nisi quod simoniacis (quod superius dictum est) nulla spiritualis gratia cooperatur?

d ¶ *Quod vxor.*] Historia. Legitur in tertio libro Regum, quòd cũ ægrotaret primogenitus filius Hieroboam, dixit vxori suę: Tolle tecum munera, & mutato habitu, vade ad Achiã prophetã vt iudicet tibi quid futurũ sit de puero. Quæ cum venisset ad prophetã: etsi præ caligine oculorũ videre nõ poterat, dixit tamen: Ingredere vxor Hieroboam: quare te aliã simulas? ego missus sum ad te durus nuntius. & cum multa nuntiasset ventura super domum Hieroboã, subintulit: Vade in domũ tuã, in introitu tuo in vrbem morietur filius tuus: & solus de semine Hieroboam in sepulchra patrum suorum inferetur. Historia de Helisęo propheta in littera patet.
e ¶ *Achiam hominem Dei.*] qui ei prædixit mortem filij Abiæ: & qui ei peccata sua exprobraret, & suã visionem prædiceret, vt j. ead. si quis inquit. dic vt 23. q. vlt. cap. vlt.
f ¶ *In sumptum.*] Ad sumptus enim & sustentationem accipere licet. extra de simonijs, cum sit. 23. q. 5. dicat. ff. de officio proconsulis, solet. ff. de officio præsidis, plebiscito? Et ita presbyter si pauper est, accipere potest pro celebratione Missæ. extra de præbendis, significatum, nisi sit propter sacerdos. de consecr. dist. 1. sufficit.
SOLVTIO. quod no. 21. quæst. 2. cap. vlt.
g ¶ *Helisæus.*] qui misit lignum in aquam, & natauit ferrum. j. de consec. dist. 2. reuera.
h ¶ *Ad Azaelem.*] suarum rerum dispensatorem.
i ¶ *Bona.*] idest, aliqua de omnibus bonis, idest, de omni genere bonorum. ff. de regu. iur. aliud. §. refertur.
k ¶ *Obtulit.*] Arg. in eodem facto secundum diuersitatem intentionis alterum peccare, & alterum non, vt 32. q. 5. proposito.
l ¶ *Viuit.*] Hæc iuratio erat in veteri testamẽto. 22. q. 2. & iurabũt.

[*] Idest, potest locare operas suas. Presbyter pauper pro celebratiõe Missæ accipere potest.

n ¶ *Numquam.*] idest, raro [2] pro maiori enim parte dictum est. aliter falsum est, vt s. eadem, eos qui.
o ¶ *Diuinatio*] Hoc enim impossibile est, q̃ diuinatio sit prophetia. expone ergo sic: facta est diuinatio. i. diuinatio eorũ quæ credebãt esse prophetia. eorũ enim prophetia declarata est nõ esse prophetia.
ADDITIO. Vt hoc melius intelligas, scias quòd prophetia est rerum latentium præteritarum, præsentium, vel futurarum ex diuina inspiratione manifestatio, secundum Papiam.
CVM ERGO CASVS. Concludit Gratianus ex præmissis, q̃ vacua est gratia spiritus sãcti i eis q̃ munera accipiũt: nõ obstãte exẽplo q̃ Petrus vẽdit' fecit miracula, q̃a hoc fecit causa mysterij ad exẽplũ patiẽtiæ, vel vt prodesset alijs, & non emẽti vel vẽdẽti: sicut simoniaci prosit ignorãtibus eos esse simoniacos: & nõ obstãte eo q̃ sæpe ad bonũ finẽ veniunt q̃ malo principio ichoãt.
p ¶ *Secundum.*] Et ita docet nos magister resistere. Arg. à simili. 27. q. 1.

[2] Cõcor. gl. in l. si hæreditatẽ. ff. ma. & de conse. dis. 5. nũquã.
Diuinatio nõ potest esse prophetia.

q. 1. nuptiarum. ff. de condi. indebi. si reus. 32. q. 7. Apostolus. præterea responderi potest per id quod nota. j. eo. eos 1.
a ¶ *Item obiicitur.*] In defensionem simoniacorum vsque ad §. sed nihil. & ibi statim incipit impugnare eos.
b ¶ *Per supplantationem.*] tñ factã illictu dñi. 7. q. 1. quàm piculosũ. argu. 27. quæst. 2. nec aliqua. j. 27. quæst. 2. institutum est.
e ¶ *Difficile est.*] id est, numquam j. eo. si quis neque. quandoq; ponitur pro vix. 47. dist. quantumlibet 3.
f ¶ *Bono.*] sic 14. q. 5. neque. Arg. contra, extra qui fi. sint legi. tãta. & de matrimonio contracto post votum de futuro.

Bene ibi not. per Lau. cuius fuit ista gl. sed nõ no. secundũ Ioã. & ibi dixi sẽtentiã Lau. s ver. portio. mã. Arch.

Prin-

1. Cor. 3.

Cum enim in sacramentis neque qui plantat, neque qui rigat, sit aliquid; sed qui incrementum dat, Deus; quis operatur in eis, si Dominus, qui incrementum dat, in eis non lucet, sed est otiosus? Item, quod dicitur de Christo, quòd sicut Christus venditus auriculam restituit Malcho, & fecit miracula; sic & spiritus sanctus posset vendi, & in ipsa venditione suam gratiam operari, non valet hæc similitudo. Non enim hoc operatur spiritus sanctus spiritualiter in perfidis mercimonijs auaritiæ, quod Christus gessit corporaliter certi mysterij causa ad exemplum patientiæ. Si enim omnifaria est similitudo, cum credatur posse vendi, sicut Christus; credatur etiam spiritus sanctus posse crucifigi: quod impossibile est. Potest etiam intelligi (vt à similitudine non recedamus) quòd sicut Christus venditus non venditori, vel ementi, sed eis, qui nescientes aderant, dona sua gratia contulit, pro quibus etiam in cruce supplicauit; sic & spiritus sanctus non vendenti, vel ementi, sed his, qui de manibus eorum, ignorantia ducti, sacramenta Dominica accipiunt, sua gratia effectum largiri probatur. Item obijcitur [a], *quòd etsi malum sit ecclesias emere, tamen sæpe sinistra principia ad felices perueniunt exitus. Vt Iacob per supplantationem* [b] *peruenit ad benedictionem, vt seges, quæ leprosa manu seritur, munda tamen metitur, vt ex adulterino concubitu pulchra soboles nascitur; sic & pecunia, quæ per simoniam acquiritur, felicem habet exitum, cum pauperibus profutura erogatur. Sed nihil horum simoniacis patrocinatur. Ait enim Leo episcopus ad Mauros episcopos, epist. 85. al. 87.*

Lu. 22. Io. 18.

Gen. 27.

Ansl. 7. c. 17. Dist. 61. c. miramur. al. ipso

¶ Quæ malo inchoantur principio, non peraguntur bono exitu. C. XXV.

PRincipatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit; etiam si moribus, atque actibus non offendit [c] ipsius [d] tamen initij sui est perniciosus exemplo. Et difficile est [e] vt bono [f] peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio [g].

Item Gregorius Antiocheno episcopo, lib. 7. epist. 47. indict. 2.

¶ Non sæpe ædificatur bonum opus, vbi Christus fundamentum non est. C. XXVI.

1. Cor. 3.

CVm Paulus dicat [Fundamentum [h] aliud nemo potest ponere præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus;] consequenter probatur; quia vbi Christus non est fundamentum, nullum boni operis est superædificium.

¶ *Apud B. Gregorium sic legitur.* Prædicator autem egregius [dicit fundamentum, &c.] Quisquis ergo cum dilectione Dei, & proximi, fidei, quæ in Christo est, firmitatem tenens eundem Iesum Christum Dei & hominis filium apud se posuit fundamentum. Sperandũ ergo est, quòd vbi Christus fundamentum est, bonorum quoque operũ sequatur ædificiũ.

Ioan. diac.

Idem Syagrio, & alijs episcopis, lib. 7. epist. 110.

¶ Non potest fieri eleemosyna ex pecunia simoniace acquisita. C. XXVII.

Poly. l. 2. tit. 1. Ansl. l. 5. c. 30. Pann. l. 2. c. 194. Iuo p. 5. c. 112.

NOn est putanda eleemosyna, si pauperibus dispensetur, quod ex illicitis [i] rebus accipitur; quia qui hac intentione male accipit, vt quasi bene dispenset, grauatur potius, quàm iuuatur [k]. *& paulo post.* ¶ Vnde etiam illud certum est, quia etsi monasteria, aut xenodochia, vel quid aliud de pecunia, quæ pro sacris ordinibus datur, construantur, mercedi non proficit. *& paulo post.* ¶ Ne ergo sub obtentu eleemosynæ cum peccato aliquid studeamus accipere, aperte sacra scriptura nos prohibet dicens [Hostiæ impiorum abominabiles, quæ offeruntur ex scelere.] Quidquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur; omni-

Prouer. 21.

g ¶ *Principio.*] Argu. initiũ spectandũ & quantũ valeat bona fides a principio, collige ex his arg. 3. quæst. 10. placuit. 10. q. 3. ppositum. 61. dist. miramur. 92. dist. si quis epis. extra de elect. auditis. extra de cen. peruenit. ff. de rei vend. si in aliena. & de publiciana. depretio ff. de his qui no. infa. qd ergo. & de orig. iur. l. 1. Arg. contra. ff. de legib. nõ omnium. 16. q. 3. §. potest. §. ult. 17. regula. j. 14. q. 5. neque. j. 16. q. 1. c. vlt. & q. 3. si sacerdotes. extra de iure patro. cura pastoralis. Ioã. Si quis semper habet malam fidem, numquam habebit exitũ bonũ: secus in contrarijs. B.

h CVm Paulus dicat.] ¶ *Fundamentum.*] Arg. contra. De vile principium melior fortuna sequetur. Et argu. non baptizatũ non suscipere ordinẽ. 24. q. 1. vbi sana. j. ead. q. si quis per ignorãtiã. & j. eo. si quis contigerit. extrà de presby. non bapti. veniẽs. &c. si qs.

NOn est putanda.] CASVS. Ostendit Grego. in hoc c. q nullus debet simoniã committere, vt postea ex pecunia velit ecclesias cõstruere, vel eleemosynas facere: tum quia scriptum est, Honora Deum de tuis iustis laboribus. Tũ quia dicit Salomon, Qui offert sacrificiũ de substantia pauperis, &c. Et hæc in prima parte. In secunda parte instruit clericos ad dignitatem, vt antequam accedant ad dignitatẽ, vires suas metiantur, vt ad quam [l] se sufficere credunt, cum metu accedant. Vel sic.

CASVS. In prima parte probatur triplici auctoritate, q de illicite acquisitis non est eleemosyna facienda. Prima auctoritas est illa, *Hostiæ impiorum*, &c. Secunda, *Honora Deũ.* Tertia, *Qui offert sacrificiũ*, &c. In secũda parte dicit, q si aliqs ad honorẽ debet accedere, prius vires suas consideret: & etiã si se sufficientẽ videat, cũ timore accedat: aliter nullo modo accedat.

Côcor. tex. in subsidiũ. cũ ibi not. ff. de iudi. & in l. 1. cũ gl. in ver. petiuimus. ff. ad Maced.

[i] Sed Hu. dicit difficile, quasi nõ impossibile.

[4] Ad hoc extra de elect. dudũ. & vbi de hoc & 16. q. 3. si sacerdotes. Archi.

Ordinem suscipere non potest qui baptizatus non est.

PRincipatus quem.] CASVS. Prælati qui dignitates male acquisiuerunt, etsi alios nõ offendãt: malos tñ exitus cõsueuerũt habere. difficile enim est vt bono peragant exitu, &c. Seq. c. patet.
c ¶ *Non offendit.*] sic 14. quæst. 5. neque.
d ¶ *Exemplo.*] Habetur & ratio exempli. Nonnulla siquidem in cãonibus operantur, Multa enim reprobantur ne sint perniciosa exempla, quæ possent tolerari, vt 11. q. 3. præcipue. & 50. dist. de his vero. & dist. 82. plurimos. & dist. 96. bene. & arg. 21. q. 2. si quis iam.

Reprobãtur multa ne sint exemplo perniciosa.

i ¶ *Ex illicitis rebus.*] Hic dicitur q de male acquisitis non debet fieri eleemosyna: quod verum est cum dominiũ non est translatũ vel si repetitio competit, vt dixi in summa, 14. q. 5. sed vbi nõ competit repetitio. bene: vnde & meretrix potest facere eleemosynã, sed nõ latro: arg. ff. de condi. ob tur. cau. l. idẽ. §. quoties. Sed q si de

pecunia

pecunia simoniaca fundata est ecclesia? Dico quod non demolietur: 14.q.6.comperimus.& 12.q.2.aurum. Sed quid de iure patronatus [a] illius ecclesiæ? Dic quod datur ecclesiæ cui facta est ignominia. extra de simon. de hoc autem.in authen.de san.episco.§. pro omnibus.ff.de calum.generaliter.§. illud. Item quid si ex pecunia simoniaca quis emit vineam: numquid de fructu faciet eleemosynam? Non: quia eodem iure censetur cum pecunia: cum fructus in locum pecuniæ succedant: arg. extra de vsu. cum tu.in fin.ff.de leg.2.Imperator.§.vlti. & l. sequen. & ∫.94.dist.cap.1.Arg.contra.ff.de fur.qui vas.§.penul.& vlt.

a ¶ *Facere*] Sed opponitur, Fac tibi amicos de mammona iniquitatis.sed sic exponitur,id est,de diuitijs, sollicitudinibus & laboribus acquisitis:vel quibus abstulisti sua,restituas [b], vel eorum parentibus: vel illis mortuis sacerdotibus offeras: & isti omnes facti tibi amici orabunt pro te ad Dominum. licet enim dictum sit: Quæ in malum acquisiuisti, in bonum expende:non tamen id tibi patrocinabitur.H.male acquirere pro eleemosynam,& id in bonum expendere, nihil aliud est quam filium in conspectu patris mactare. 14.q.5.immolatus. aliter autem acquisitum. vt amore filiorum, & in bonum expensum, id tibi patrocinabitur ad præmium.Hugo.

b ¶ *Prius vires suas.*] *Sumite materiam vestris qui scribitis æquam Viribus: & versate diu quid ferre recusent, Quid valeant humeri* ar.ff.de excu.tuto.paupertas. Idem dicit lex in multone.ff.ad legem Aquil.l.idem iuris.§.1. & l.qua actione.§.2.

c ¶ *Abstineat.*] Hic præsumitur contra indignum prælatum statim quod male sit electus:arg. à contrario sensu, 61.dist.miramur. versicu. nec putandus est honor.

i ¶ *Verumetiam excellentiæ.*] Ecce quod crimen alicuius nocet innocenti [l], arg.dist.61.miramur.versicu.sicut enim. arg.ea.q. domnus,contra ∫.ea.q.4.c.1.arg.8.q.4.c.1.contra dist.82.si qui sunt presbyteri.Arg.dist.37.§.vt itaque.arg.de consecra.dist.2.in sancta.Arg. contra,24.q.1.non turbatur.arg.6.q.1.ex merito. arg. 49.dist.§.1. arg.

Crimen alterius nocet innocenti.

‡ De hoc no. B. extra de pæn.quibusdam.

[a] Scilicet empto per pecuniam.Ioã.de Fan. contra id extra de iure patron. de iure.

Facere amicos de mammona iniquitatis, quid.

[b] Hic videas quod habetur.14.q.5. sed hic. ibi exponitur prædicta auctoritas.

Horatius in arte poetica.

potentis Dei non placat iracundiam, sed irritat. Hinc rursus scriptum est [Honora Dominum de tuis iustis laboribus.] Qui ergo male tollit, vt quasi bene præbeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur, [Qui offert sacrificium de substantia pauperum, quasi victimat filium in conspectu patris.] Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur. Et hinc facile cognoscimus, quantum apud Deum dolor exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est, dilectissimi fratres, sub obtentu eleemosynæ, peccata simoniacæ hæreseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata eleemosynas facere [a]: aliud propter eleemosynas peccata committere †. *& post pauca.* [β] Quisquis ergo sacerdotium non ad elationis pompam, sed ad vtilitatem adipisci desiderat; prius vires suas [b] cum hoc, quod est subiturus, onere metiatur, vt si impar est, abstineat [c]; & ad id cum metu etiam, cui † se sufficere existimat, accedat.

Prou. 3.

Eccli. 34.

† al. perpetrare

† al. qui

α ¶ Iuuatur.] *Si hic interponatur caput, Eleemosyna. infra. 14.q.5. erit integer hic locus.*

β ¶ Committere.] *Hic apud B. Gregorium interseruntur c. Hoc quoque. dist. 59. & c. Sicut neophytus. dist. 48.*

Item Theodorico, & Theoberto Regibus Francorum, lib. septimo, epist. 114.

al. Theodeberto

¶ Pastor simoniacus nullam ouibus præbet medicinam. C. XXVIII.

FErtur simoniaca [d] † hæresis (quæ prima contra Dei ecclesiam diabolica plantatione subrepsit, & in ipso ortu [e] suo, zelo † Apostolicæ vltionis percussa, atque damnata est) in regni vestri finibus dominari: cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita. Si enim vita deest, fides [f] meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait [Fides sine operibus [g] mortua est [h].] Quæ enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti conuincitur obtinere per præmium? *& post pauca.* ¶ Hinc igitur non solum in ordinatoris, & ordinati animam lethale vulnus infligitur, verum etiam [i] excellentiæ vestræ regnum †, episcoporum culpa (quorum magis intercessionibus iuuari debuerat) prægrauatur †. Si enim dignus is sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed præmiorum copia suffragatur [k]; restat, vt nihil sibi in ecclesiasticis honoribus grauitas, nihil defendat industria; sed totum auri profanus amor obtineat. Et dum uitia remunerantur honore; in locum vltoris [l], is, qui fortasse fuerat vlciscendus [m], adducitur: atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius iudicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ouibus adhibeat medicinam? aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis se hostilibus feriendum exponit? aut qualem de se fructum producturus est, cuius graui peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, vbi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei in se magis iracundiam prouocant [n], quàm per semetipsos populis placare debuerant.

Polyc. ibidem. Ans. l. 6. c. 78. Iuo p. 5. c. 111. lib. 2.

† al. simoniacã hæresim

† al. solo

† al. regimen vestrorum episcoporum

† Sic consfigis, quod Theodoricus fuit decapitatus apud Coloniã & Theodebertus intoxicatus a Brunichilda.

Cum ergo secundum Leonem simonia non bono peragatur exitu, secun-

FErtur.] CASVS. Gregorius reprehendit hic reges Franciæ eo quod in suis finibus sinunt simoniam vigere. Et ostendit hoc esse damnum regi: quia simoniaci nocent regimini eorum de suis iniustis orationibus, quorum intercessionibus debuerat adiuuari. quis enim de ipsorum orationibus confidere potest, quos intus cognoscat esse vulneratos? & qualis fructus producitur cum radix est infecta?

d ¶ *Simoniaca.*] Notat Gregorius primo de negligentia reges istos Franciæ, eo quod dominatur simonia in regno eorum. Secundo dicit quod ipsorum prælatorum culpa in eorum regimen retorqueatur. Tertio timendum est de his qui tales apud Deum intercessores habent, qui in se prouocant iram Dei, quam placare debent.

e ¶ *Et in ipso ortu.*] quo ad nouum testamentum: & intellige post resurrectionem: & sic non est contra de consecra. dist. 2. primas.

f ¶ *Fides.*] professionis scilicet.

g ¶ *Operibus.*] exterioribus.

h ¶ *Mortua est.*] si tempus datur vel locus. de pæni. dist. 3. cap. vlt. arg. 2.q.7.cap.sicut s.arg. ∫.ea.q.multi. Et est arg. quod res inter alios acta, alijs non præiudicat. ∫.de pænitentia dist.6.cap.1.ff. de re iudi.sæpe. Ioan. Hoc breuiter tene, quod res inter alios acta, alijs non nocet generaliter: nec crimen alterius alij nocet. in casibus tamen specialibus fallit quod in iure expresse inueniuntur. extra de re iudic. quamuis. & 6.q.1.§.verum. & alijs similibus casibus, vt 2. q.6.§.diffinitiua.

k ¶ *Suffragatur.*] Nam dicit lex: qualiter quisque meretur, non quantum dare sufficiat assumetur. C.de epis & cleri. si quemquam. Sed quæritur quare scribit Papa regi, cum non habeat potestatem super his. 11.q.2. sacerdotibus? Ideo, quia participes erant: vel quia erat incorrigibiles, vt ∫.ea.q.vlt.c. vlt. 17.dist.nec licuit. extra de iud. cum non ab homine.

l ¶ *Vltoris.*] idest, prælati, qui vitia aliorum debet vlcisci.

m ¶ *Vlciscendus.*] idest, propter peccata sua puniendus.

n ¶ *Prouocant.*] in se, non in illos pro quibus supplicant. & ita etiam exaudit 3.quæst.7.in grauibus.

CVM ERGO. Concludit Gratianus ex omnibus supradictis, quòd

Simonia dominatur in Francia.

Res inter alios acta alijs regulariter non nocet.

Propria. q. d. assumis officium vltoris ille, de quo debet vltio sumi.

quòd ex malo initio bonus exitus non speratur.

S *Icut.*] Casvs. Dicitur in hoc cap. q sicut eunuchus fuit qui Ioseph comparauit: sic eunuchi sunt, idest, sine humore gratiæ qui simoniam committunt: & in eis ignis spiritus sancti non viget. Quod probatur exemplo Antiochi, quo vendente sacerdotiũ ignis qui

d *Antiocho*] Iste Antiochus Græcus fuit: & multũ Iudæos oppressit: & vendidit sacerdotiũ templi. Et est arg. hic q in vete. test. simonia erat ordinem emere.

e *Non lucere.*] Ignis missus à Hieremia in puteũ: qui tamen post numquã fuit inuentus: sed aqua pinguis lapidi supposita illũ comburebat. de isto igne habes de pœni. dist. 3. iter hæc hircum. & puteus erat in valle Iosaphat: vbi Rex Persarũ fecit fieri templũ, & appellatum est a Hieremia nepthar, quod interpretatur purificatio. Ioan.

Antiochus multa faciono za perpetravit.
De igne Hieremiæ.

dum Gregorium nullum boni operis sequatur ædificium; nec sit putanda eleemosyna, quæ ex pretio simoniæ erogatur pauperibus; vulnerato pastore medicina non adhibeatur curandis ouibus; de infecta radice fructus nõ producatur; maior etiam calamitas in futuro metuatur; de tam sinistro principio quis felix exitus speratur?

Hinc etiam Augustinus ait.

Simoniacorum sacramenta effectu gratiæ carent. C. XXIX.

Gen. 39. | 2. Mach. 1. & 4. | † al. simoniacorũ

SIcut eunuchus [a] fuit, qui Ioseph comparauit; ita qui gratiam mercatur, viuum [b] semen non habet siccis genitalibus. Sic quoque ignis sacrificij, qui per septuaginta annos babylonicæ captiuitatis sub aqua vixerat, extinctus est, Antiocho [d] Iasoni vendente sacerdotium: quod significauit spiritus sancti ignem non lucere [e] in simoniacis † sacramentis.

Quid in his similitudinibus beatus Augustinus notare voluit; nisi quia sacramenta simoniacorum (sicut & ceterorum hæreticorum) licet sint vera quantum ad formam; inania tamen, & falsa sunt, quantum ad effectum, cum non possint in cordibus hominum gignere, vel accendere cælestem gratiam?

5 *Sed obycitur* [f] *illud Augustini contra hæreticos tractatu 5. super Euangelium Ioannis.*

Siue bonus, siue malus sit minister, per vtrumque effectus gratiæ confertur. C. XXX.

J. de conf. dist. 4. c. aliud. | Algerus l. 3. c. 5. | Ans. l. 9. c. 30. | Poly. l. 3. tit. 10. | 1. Cor. 3.

SI iustus [g] fuerit minister, computo eum cum Paulo, qui gloriam suam non quærit, dicens [Ego plantaui [h], Apollo rigauit [i], Deus autem incrementum dedit.] Qui vero fuerit superbus minister, cum diabolo computatur: sed non contaminatur donum Christi; quia per illum purus fluuius transit, & venit ad fertilem terram. Scio quia lapis ex aqua fructum ferre non potest: &, si per lapideos canales transit [k] aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generatur; sed tamen hortus plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti vt lux pura ab illuminandis excipitur; sed per immundos transiens non coinquinatur.

Ab initio huius capitis vsque ad u. donum Christi. Algerus lib. 3. c. 5. citat ex beato Augustino, cuius tamen propria verba habentur infra de consec. dist. 4. c. aliud. §. si fuerit.

a Quia per illum.] *Apud B. Augustinum tractatu 5. legitur*, Quod per illum fluit, purum est; quod per illum transit liquidum, venit ad fertilem terram: puta, quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest: per lapideum canalem transit aqua ad areolas, in canali lapideo nihil generans; sed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti ita est, vt lux: & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundum transeat, non inquinatur.

SFDOsI. C-TVR Hæc est 5. pars huius quæstionis, in qua vult probare q si catholicus malus, scilicet toleratus conferat sacramentũ aliquod, bene valet, dummodo accipiens nõ sit in culpa: & idem credo de sacramentis ab hæreticis collatis in forma ecclesiæ. In tali tamen indiget manus impositione pp immanitatẽ hæresis. & hoc probat 18. autho. Ioan. de Fan.

f *Sed obycitur.*] In defensione simoniacorum probando, q habent effectum sacramẽta ab eis collata. Ioan.

S *I iustus.*] Casvs. Hic ostenditur, q si sacerdos iustus fuerit, est bonus minister sacramentorum, & non actor: quod probatur exemplo Pauli. si vero malus est, sua malitia sacramentis non obest: quia sicut aqua sterilis non est, quãuis per canalem sterilem fluat: ita virtus spiritualis etsi per immũdos trãseat, tamen ab illuminandis excipitur. Et not. quòd ab isto supradicto capitulo vsque ad cap. etiã corde, probatur q vera sunt sacramenta malorum sacerdotũ: & vere ab eis cõferuntur, dummodo in forma Ecclesiæ conferantur.

qui vixerat sub aqua septuaginta annis, extinctus est. Et nota duas historias in hoc c. scilicet de Ioseph, & igne. Legiť enim in Genesi q Ioseph vẽdit⁹ est à fratribus suis Ismaelitis euntibus in Aegyptũ: qui postea vendiderũt eũ Phutifar eunucho Pharaonis Regis: quẽ existimo miraculose eunuchizatũ: ideo quia emerat Ioseph vt eo abuteretur: cũ ante constet eũ vxorẽ habuisse & filiã. Item legitur in libro Machabæorũ q filij Israel in perfidiã deductis, Hieremias cũ quibusdã alijs ignẽ sacrificij absconderunt in valle vbi erat puteus occultus: post multos autẽ annos ad præceptũ regis Persidis quæsitus est ignis ille: quo inuento hauserũt aquã, qua ligna cõposita aspergebant, & statim ardebãt. pro quo miraculo Rex sup puteũ illũ tẽplũ ædificauit. tpe vero pcedente cũ Rex Antiochus regnũ suscepisset & regnaret in Iudæa, Iason frater sũmi sacerdotis adito rege obtulit ei talẽta al. & accepit ab eo sũmi sacerdotij principatũ: & statim extinctus est ignis sacrificij. Sequentes duo §§. plani sũt.

Ioseph venditio.

Ignis diu occultati miraculosa inuentio.

a *Sicut eunuchus.*] Phutifar qui primo habuit vxorem filiã Pharaonis: eum postea fuisset ordinatus sacerdos Heliopolis, fuit exectus. Vel vt quidam dicunt, siccauit Dominus genitalia eius, quia ad turpes vsus emerat Ioseph.

Phutifar gener Pharaonis in sacerdotio fuit exectus.

b *Viuum semen.*] scilicet boni operis.

c *Sub aqua*] Argu. dist. 81. cap. si qui. Argu. tamen contra 58. dist. cap. vlt. & J. ca. Dominus. Ioan.

g *Si iustus.*] Ab isto cap. vsque ad illud, etiam corde. ostendit magister, quòd sacramenta hæreticorum vera sunt, & vere ab eis conferuntur, si in forma ecclesiæ conferantur: non tamen quo ad virtutem: cum distinctione tamen: quia sacramenta necessitatis: si in necessitate quis sumat ab hæretico, vel etiam si ignoranter sumat: & virtutem & veritatem quidem accipit sacramenti. Si vero non necessitate vel scienter accipit: veritatem quidem accipit sacramenti, non virtutem. si tamen ficte accipit, & post agat pœnitentiam, habebit vtrumque. de consecratio. distin. 4. tunc valere. & §. sed notandum 1. infra eadem. In sacramento vero dignitatis, vt in ordine, distingue secundum illam distinctionem. 1 1. quæst. 3. ordinationes. & in summa ibi posita. In sacramento Eucharistiæ dicimus quòd de manu hæretici sumendum non est: 24 quæst. 1. cap. vlti. & 3 2. distin. §. verum. si tamen accipiatur, verum est corpus, si in forma ecclesiæ est confectum: licet quidam dicunt, q ipsi non conficiunt. 24. q. 1. schisma.

Hæreticorũ sacramẽta sũt vera.

1 De hoc legi. & not. J. eo. §. sed notandum est. Archi.

a Ad idẽ de pæ. dist. 3. §. illud autem. Greg. in fin.

ADDIIIO Arg. de consecrat. dist. 5. quid sit. Archid.

h *Plantaui*] prædicando.

i *Rigauit.*] baptizando.

k *Transit.*] infra eadem, sic populus. contra. Sol. hoc de sacramentis necessitatis, quæ semper habent effectum nisi culpa suscipientis impediat, & ibi de sacramentis dignitatis. vel hic de ficte ordinatis:

Sacramenta sunt duplicia.

Idem ad Vincentium Donatiſtam, epiſt. 48.

¶ De eodem. C. XXXI.

EX catholica [a] eccleſia ſunt omnia [b] Dominica ſacramenta: quæ ſic habetis, & datis, quemadmodum habebantur [c], & dabantur, etiam priuſquam inde exiretis.

Algerus l.3.c.9. Deuſdedit in tract. de ſimoniacis. Poly l.3.tit.10.

*Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib.*5.c.19.

¶ De eodem. C. XXXII.

SIc† autem Deus [d] adeſt ſacramentis, & verbis [e] ſuis, per quales libet adminiſtrentur, & ſacramenta Dei vbique recta ſunt; ſicut‡ mali homines, quibus nihil proſunt, vbique peruerſi ſunt.

Algerus l.3.c.2 Iuo p.1.c.117. † al. ſi ‡ al. &

*Idem lib.4.de bapt.contra Donatiſtas, c.*12.

¶ De eodem. C. XXXIII.

NEc foris ergo, ſicut nec intus quiſquam, qui ex parte † diaboli eſt, poteſt vel in ſe, vel in quoquam maculare ſacramentum, quod Chriſti eſt.

Algerus ibidem Deuſdedit in tract. de ſimoniacis. Anſ.l.9.c.48. Polyc. ibidem. † al. patre diabolo

*Idem ad Emeritum, epiſt.*164.

¶ Sacramenta, quæ non mutantur, catholicis, & hæreticis communia probantur. C. XXXIIII.

SAcramenta, quæ non mutaſtis [f], ſicut habetis, approbantur à nobis: ne forte cum veſtram prauitatem corrigere volumus, illis myſterijs Chriſti, quæ in veſtra prauitate deprauata non ſunt, ſacrilegam faciamus iniuriam [g]. Neque enim & Saul deprauauerat vnctionem, quam acceperat, cui vnctioni tantum honorem rex Dauid pius Dei ſeruus exhibuit.

Algerus l.3.c.9 Poly.l.7.tit.10. 1.Reg.24.& 26.

Idem ad Donatiſtas.

¶ De eodem. C. XXXV.

SIcut ficti [h] veraciter, non ficte recipiunt, nec eorum baptiſma reprobatur; ſic & illa, quæ ſchiſmatici, vel hæretici, ſi non aliter habent, nec aliter agunt, quàm vera eccleſia, cum ad nos veniunt, non emendamus [i], ſed potius approbamus.

¶ Verba ipſa prioris partis huius capitis uſque ad u. reprobatur. *non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum: ſed habetur ſententia lib.1.de baptiſmo contra Donatiſtas c.*12.*Reliqua autem huius capitis pars eſt in eodem lib.c.*13.

*Idem contra litteras Petiliani, lib.*3.c.9.

¶ Non fugiantur ſacramenta Dei, à quocumque miniſtrentur. C. XXXVI.

NEque in homine bono aliquis Dei ſacramenta fugiat, neque in homine malo [k].

8. diſt.32.c.præter hoc.§. verū principia. Iuo p.10.c.75.

¶ *Libro tertio contra litteras Petiliani, vnde videtur ſumptum eſſe hoc caput, ſic legitur.* Nemo glorietur nec in homine bono: nemo bona Dei fugiat nec in homine malo. *Hoc autem caput ſignificatur ſuprà diſt.*32.*c præter.§.verum principia.*

*Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib.*6.c.44.

¶ Hominum malitia ſacramenta non profanat. C. XXXVII.

NOnne [l] Sodomitæ ethnici erant, ideſt, gentiles? Peiores [m] ergo erant Iudæi; quibus Dominus dicit [Tolerabilius erit Sodomis in die iudicij, quàm vobis.] & quibus propheta dicit [Iuſtificaſtis Sodomā] ideſt in comparatione veſtri † iuſta [n] facta eſt. Numquid tamen ideo ſacramenta diuina, quæ apud Iudæos erant [o], talia erant qua-

Matth.10. Ezech.16. † al. veſtra, Sodoma iuſtificata eſt

ordinatis: ibi de his quos eccleſia tolerat. Vel dic q̃ ſunt polluta quantum ad illos, vt 49.diſt.cap.vlt.15.q.vlt.c.ſi.

EX catholica.] CASVS. Dicit Aug. quòd à catholica eccleſia vera ſumpſerunt hæretici ſacramenta, qui ſic habent & conferunt ſicut habebant ante quàm de eccleſia exirent. Sequētia tria cap. plana ſunt, & per ſe patent.

a ¶ *Ex catholica.*] In hoc & in duobus cap. ſequentibus dicitur q̃ vera ſunt ſacramenta hæreticorū, quæ in forma eccleſię celebrant.

b ¶ *Omnia.*] ideſt, omnium ſacramentorum veritas & forma.

c ¶ *Habebantur.*] Arg. contra ĩ.c.extra catholicam. ſed ibi expone, ideſt, extra formam catholicæ eccleſiæ.

d ¶ *Sic autem Deus.*] Deus dicitur adeſſe talibus ſacramentis, vt veritas ſubſiſtat, & vt virtus præſtetur ei qui accipit ignoranter.ſ.ea ſi iuſtus.

Verba in ſacramētis ſūt neceſſaria.

e ¶ *Et verbis ſuis.*] Et ita verba neceſſaria ſunt: arg. ĩ.c detrahe.

f ¶ *SAcramenta.*] ¶ *Non mutaſtis.*] ideſt, non extra formā eccleſiæ tradiditis.

g ¶ *Iniuriam.*] Arg. q̃ propter alterum non debet alteri iniuria fieri. de conſecr. diſt. 4. oſtenditur. ff. de reg. iur. non debet. Ioan.

SIcut ficti.] CASVS. Dicitur hic quòd ſicut ſi quis adultus ficte vel ſine contritiōe accedit ad baptiſmū, veruntamen recipit ſacramentum: ſic & vera ſunt ſacramenta, quæ ſchiſmatici & hæretici in forma eccleſiæ conferunt. Sequens cap. patet.

h ¶ *Ficti.*] Sed nūqd dandum eſt baptiſma ei, qui ficte accedit? Dic quòd * ſic, ſed poſt cōpellendus eſt fidē obſeruare: arg.45.diſt. de Iudæis. Verum autem baptizetur ignorans vel inuitus, vel dormiens, habes extra de bapt. & eius effectu. capit.maiores. §. item quæritur.

* Vide S Th. 3.p q.68. ar. 3. in c & ar. 4 ad 2. & 3. et ar. 2.& q. 69. art. 9. & 10.

i ¶ *Non emendamus.*] ĩ.de conſe.diſt.4.oſtēditur.& c. ſolet quæri. ĩ.c. ſi quis inquit. Sed contra. ĩ.c.q. ſicut vrgeri. Sed hic de fictiōe accipientis, quæ non impedit: ibi de fictione dantis, quæ impedit: vel quando non in forma eccleſiæ.32.diſt.§.verum.

k ¶ *NEque in homine malo.*] ideſt, tolerato [1], vel in neceſſitate. & ſic non eſt contra ĩ.diſt.32.nullus.& c.præter hoc.H.

1 Ad hoc ĩ. c. q̃ multi. vbi de hoc in gl. ex his. Arch.

NOnne.] CASVS. Hic oſtendit quòd apud malos erant ſacramenta. Nā peiores Sodomitis erant Iudæi: & tamē Dominus eorum ſacramenta vera eſſe probauit, dum ad ea celebranda leproſos quos mundauerat miſit: & dum eius angelus Zachariæ in templo miniſtranti aſtitit: & cū exauditū denunciauit. nec etiā gētiliū verba reprobant ſancti patres, vbi verum dixerunt.

Iudęi peiores fuerunt Sodomitis.

l ¶ *Nonne.*] vult probare Aug. in hoc c. q̃ apud hæreticos ſunt vera ſacramēta: quia erāt apud Iudæos, qui peiores erant Sodomitis. itē & alia rōne: quia ſi gētiles aliquid boni habuerūt, hoc ſācti viri nō reprobauerūt. Quod autē apud Iudæos eſsēt vera ſacramēta, probat exēplo Domini & Zachariæ. Zacharias tñ bon⁹ fuit: vnde rōne perſonæ nulla ē probatio: ſed iſte eodē mō ſacrificabat quo & alij Iudęi.

Iudæorū ſacramēta fuerunt vera.

m ¶ *Peiores.*] ĩ.24.q.1.non afferamus: quia illi tantum naturalem legem tranſgreſsi ſunt, Iudæi etiam ſcriptam: illi prædicatores nō habuerunt, iſti etiam Ieſum Chriſtum: apud illos nulla miracula facta ſunt [2], apud iſtos multa facta ſunt: & præterea iſti Chriſtum crucifixerunt. de pœn.diſt.1.periculoſe.

2 23.q.4.c. Nabucdonoſor.§. de Tyſ 1ijs.

n ¶ *Iuſta.*] ideſt, minus mala. arg.8.q.1.vereor. vnde dic, iuſtificaſtis, comparatione melioris vitæ, non poteſtate iudicij.

o ¶ *Talia.*] ideſt, tale ſacrificium eſt qualis ſacrificans. ĩ. eo. Dominus declarauit. ver. item nos dicimus.

¶ Andivi... quasi dicat non ꝟ.ea. Dominus. Hug.
a ¶ Quæ.] scilicet sacramenta. vt circumcisionem quando cum bo stijs in templo fuit præsentatus. de consec. dist. 4. propter. in fine.
b ¶ Et ea Zacharia.] Ecce per bonos ostendit sacrificium fuisse apud Iudæos.

rationum quædam sunt in bonis & malis, quædam in bonis tantū. In bonis & malis, vt sacramenta, baptismus in Simone, & prophetia in Saule, quorum vterque malus erat. In bonis tantum, vt charitas & aliæ virtutes.
e ¶ Operationes.] id est, multa sunt dona quæ spiritus sanctus operatur. 30. q. 1. peruenit.

An-

Lu. 17. Za. 1. les ipsi erant: quæ [a] Dominus quoque ipse percepit, & ad ea celebranda leprosos, quos mundauerat, misit; & ea Zachariæ ministranti angelus [c] adstitit, eumque in templo sacrificantem exauditum esse nuntiauit. Hæc eadē sacramēta & in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis peioribus, quàm sint ethnici; quandoquidem Sodomitis in malitia prælati sunt: & tamen illa sacramenta erant in vtrisque integra, atque diuina. Nam & ipsi gentiles, si quid diuinū, & rectum [d] in doctrinis suis habere potuerunt, non improbauerunt sancti nostri [¶al. viri]: quamuis illi per suas superstitiones, & idololatriā, & superbiam, ceterosque perditos mores detestandi essent, & nisi corrigerentur, diuino iudicio puniendi.

Idem lib. 3. c. 16.

¶ Sacramenta mali habere possunt, licet virtutem spiritus sancti habere non possunt. C. XXX...

Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 9. c. 29. 1. Cor. 12. Act. 8. M Vltæ autem operationes [e] sunt spiritus sancti, quas Apostolus, cum quodam [f] loco, quantum sufficere arbitratus est, commemorasset, ita conclusit [Omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis prout vult.] Cum ergo aliud sit sacramentum, quod habere etiam Simon magus potuit; aliud prophetia [†], quæ in malis hominibus etiam fieri solet, vt in Saul [g]; aliud operatio eiusdem spiritus, quam nisi boni [h] habere non possunt, sicut est finis præcepti charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta; quodlibet hæretici, & schismatici accipiant, charitas, quæ cooperit multitudinem peccatorum, proprium donum est catholicæ vnitatis, & pacis: nec est in omnibus, quia nec eius sunt omnes.

† al. operatio spiritus, quæ in m. h. e. f. s. sicut Saul habuit prophetiā aliud, &c.] orig. 1. Tim. 1. 1. Pet. 4.

Idem eodem libro, c. 18.

¶ Licet sacramenta mali ministrent, remissionem ... præstant ... XXX...

Polyc. ibidem Ans. l. 9. c. 33. † Remissiā] orig. R Emissionem † peccatorum auari [i] non dabant: quæ per orationes [k] sanctorum, id est per columbæ gemitus datur, quicumque baptizet, si ad eius pacem illi pertinent, quibus datur. Non enim raptoribus, & fœneratoribus diceret Dominus [Si cui dimiseritis peccata, remittuntur illi; si cui tenueritis, tenebūtur.] Foris [l] quidem nec ligari aliquid potest, nec solui, vbi non sit qui aut ligare possit, aut soluere: sed soluitur, qui eum columba fecerit pacem; & ligatur, qui eum columba non habet pacem, siue aperte [m] foris sit, siue intus esse videatur.

Io. 20.

Si ergo sacramenta [n] in modum lucis ab immundis coinquinari non possunt, si in modum puri fluuij per lapideos canales ad fertiles areolas perueniunt; patet, quòd simoniaci sacramentum vnctionis sibi quidem inutiliter, & perniciose habent; alijs autem vtiliter, & salubriter eamdem vnctionem administrant. Sicut ergo sunt vera sacramenta hæreticorum

f ¶ Cū quodam loco.] id est, in epistola prima ad Corinthios, 12. cap.
g ¶ Vt in Saul.] Et in Caipha, Expedit vt vnus moriatur, &c. ꝟ. e. q. prophetauit. — Caiphas prophetauit.
h ¶ Boni.] scilicet per gratiam inhabitantē. ꝟ. 24. q. 3. de illis qui. & ead. cau. q. 1. vbi sana. H. Ioan. de Fan.
Remissionē.] ... R Dicitur hic quod cū aliquis baptizat a quocumque siue bono siue malo, remissionem peccatorum quam cōsequitur per baptismum, nō dat ei malus, sed meritum ecclesiæ. Nam bonis tantum dictum est, Cuicumque remiseritis peccata, &c. Illa sola columba pacem habet, & ideo ligat & soluit. & solus ille soluitur qui cum columba, id est ecclesia habet pacem. Vel sic, dictū est supra quasdam operationes spiritus sancti esse in malis, vt baptismum, quasdā vero non esse in malis vt remissiones peccatorum quæ dantur ad preces bonorum ecclesiæ, qui cum colūba, id est, ecclesia habent pacem. non enim malis, sed bonis, dictū est, Quorū remiseritis peccata, &c.
i ¶ Auari.] id est, idololatræ, id est, quilibet mali. 28. q. 1. idololatria.
i ¶ Auari non dant.] id est, indigni sunt dare. ꝟ. de consecr. dist. 4. quo modo. Vel intellige de præcisis, quia non dant in veritate nisi sacramētum in necessitate, & eius etiam virtutem. — Auari non dant peccatorū remissionem.
k ¶ Quæ per orationē.] quia facilius precibus iustorum qui sunt in ecclesia, obtinetur remissio [1], vt ꝟ. 23. q. 4. obtineri. Vel quia per vinculum charitatis ecclesiæ dimittuntur peccata. ꝟ. de consec. distin. 4. ecclesiæ charitas. — Iustorū preces familius exaudiūtur. — 1 De hoc de pæ. distin. 1. multiplex.

c ¶ Angelus.] Historia. Narratur historia in nouo testamēto, quod fuit in diebus Herodis sacerdos nomine Zacharias, & eius vxor nomine Elizabeth. Dauid autem volens ampliare cultum Dñi, xxiiij. instituit summos sacerdotes, quorū tñ vnus maior erat, qui princeps sacerdotum dicebatur, quorum de numero vnus fuit Zacharias, qui cum in die propitiationis incensum poneret, prædixit ei angelus filium nasciturum de vxore sua, qui vsque ad diem partus obmutuit, quia credere noluit.
d ¶ Et rectum] arg. propter personæ detestationem non reprobari dicta illius, ꝟ. 37. dist. si quid veri & c. turbat. ꝟ. 23. q. 4. quid ergo. ꝟ. ea. q. 1. Dominus declarauit. ꝟ. 19. dist. secundum. 1. q. 2. si de area. ꝟ. 9. dist. si ad sacras. ꝟ. dist. 16. canones. Dic vt in decret. si ad sacras. Vel dic quòd vule vitatur per inutile, cum alteri fit præiudiciū. 65. distin. cap. 1. — Personæ detestatio non facit illius dicta reprobari.
M ¶ Vlta autem.] C. ... Multæ sunt operationes spiritus sancti, quas hic non enumerat Augu sed nos misit ad Apostolū qui enumerans eas subiungit, Omnia autem hæc, &c. Earum operationum quædam sunt in bonis & malis...
l ¶ Foris] sic intelligas cap. de toleratis, dic foris, id est, extra ecclesiam, quæ complectitur tantum grana. sed si de præcisis, dic foris, id est, extra ecclesiam militantem, quæ complectitur grana cū paleis. 7. q. 1. §. cum vero.
m ¶ Aperte.] cum sit Christianus ecclesiam impugnans manifeste, siue perturbans ecclesiam occulte. 32. q. 4. recurrat ver. si.
SIcut episcopum non decet manum, quam imponit, vendere, ita minister[a], vel notarius non debet in ordinatione eius vocem[b] suam, vel calamum[c] venumdare. *& paulo post.* ¶ Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito†, neque exactus, neq; petitus, post acceptas chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex clero, gratiæ tantummodo causa, dare voluerit; hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ non ‡ ex ambientis[d] petitione processit.

† *al. pallio* ‡ *ex accipientis ambitu non processit. Iorig.*

Auctoritate Bonifacij patenter ostenditur, quòd sicut nullus pretio est inuitandus ad conuersionem[e]*; ita nullis, pecuniæ interuentu, ecclesiæ largiri oportet ingressum. Auctoritate vero Gregorij datur intelligi, quòd pro ingressu ecclesiæ non licet pecuniam exigere; sed spontanee oblatam licet suscipere.* 2 ¶ *Item opponitur* [f] *illud Apostoli. 1 ad Timotheum, c. 5.*

C. V.

VIduas honora[g], quæ vere viduæ sunt[h]. [*Quæ autem non sunt vere viduæ, id est, quæ suis, vel parentum opibus sustentari possunt, non recipiantur*[i]*;*] *vt Ecclesia sufficiat*[k] *ijs, quæ vere viduæ sunt.*

¶ *Caput hoc in multis vetustis codicibus est coniunctum superiori.*

Item Hieronymus ad Damasum Papam.

¶ *Infra etiam. 16. q. 1. c. fin. citatur ex Hieronymo. Ac similia habentur in regula monachorum ex dictis Hieronymi, in cap. de paupertate, & in glossa ordinaria ad c. 5. primæ ad Timotheum ex Hieronymo.*

¶ Qui sumptibus proprijs sustentari potest, ab ecclesia stipendia non accipiat. C. VI.

16. q. 1. c. fin.

CLericos autem illos conuenit ecclesiæ stipendijs sustentari, quibus parentum, & propinquorum nulla suffragatur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus suis sustẽtari possunt; si quod pauperum est, accipiunt[l], sacrilegium[m] profecto committunt, & per abusionem talium, iudicium sibi manducant & bibunt.

In conc. Agath. c. 107.

Item Prosper de contemplatiua vita, lib. 2. c. 9. & 10.

¶ Quibus sua sufficiunt, ecclesiæ alimentis non sustententur. C. VII.

Prosper ibidem c. 10. Osee 4.

PAstor ecclesiæ ijs, quibus sua sufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud sit, habẽtibus dare, quàm perdere. Nec illi, qui sua possidentes dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper[a] victurus erat, accipiunt. De clericis quidem dicit per prophetam spiritus sanctus [Peccata populi mei comedunt.] Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta, quibus indigere uidentur, accipiunt; ita possessores non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt.

V *Iduas honora.*] Casus. Præcipit hic Apostolus, vt ecclesia prouideat viduis: illis scilicet quæ parentum opibus sustẽtari non possunt, vt circa pauperes plus abundẽt, diuites autem non recipiantur.

a Quod loquitur de iam susceptis, nõ de suscipiendis, secundũ Hu.

g ¶ *Viduas honora.*] quæ debent sumptibus ecclesiæ sustentari, & vidua quãdoque dicitur quæ virum nondum habuit, ff. de verb. sig. malum. §. viduam.

Viduæ sunt sumptibus ecclesiæ sustẽtandæ.

h ¶ *Quæ vere viduæ sunt.*] id est, quæ sicut à viris, ita & a rebus & amore mundi sunt destitutæ.

3 Vt 81. dist. c. pen. & vlt. & 11. quæ. 1. quũ. vnde expone, honora. i. de sumptibus ecclesiæ sustenta. Arch.

i ¶ *Non recipiantur.*] vt sustẽtentur sumptibus ecclesiæ, nisi sua dẽt ecclesiæ. 12. q. 1. illi. & di. 42. §. 1. & dist. 47. sicut.

k ¶ *Sufficiat.*] argu. q non teneantur canonici suscipere aliquem vltra quam facultates ecclesiæ sufficiunt, vt de consecra. dist. 1. omnes. & extra de institutio. cap. 1.

Suscipiẽdus nõ est aliquis vltra facultates ecclesiæ.

C *Lericos autem.*] Casus. Dicitur hic, q clerici, qui de bonis parentum sustẽtari possunt, si aliquid accipiunt de bonis ecclesiæ, sacrilegium committunt. Idem repetit in sequenti capitulo. Addit tamen, q pauperes accipiunt non peccata, sed alimenta: diuites vero econtra. & hoc c. pars est illius c. 16. q. 1. c. quoniam quidquid.

Ecclesiæ stipẽdia nõ suis diuitibus dãda.

a ¶ *Minister.*] id est archidiaconus, cum examinat vocando ordinandos. 24. dist. quando.

b ¶ *Vocem.*] id est, lectionem Euangelicam. extra de simo. c. 1. & arg. in superiori palea. § regulam, &c.

c ¶ *Calamum.*] id est scripturam, quam ordinatus recipit ab ordinatore, ne dubitetur de eius ordinatione, vt j. 1. q. 1. legũ. hoc olim H. Vel hoc intelligit cũ habet salariũ de publico ad hoc deputatũ 2. hoc tñ dico, q i collatione ordinis nõ est distinguendũ an habeat salarium de publico, vel nõ: nã dicit, q in collatione ordinis nec pro labore nec pro charta debet aliquid recipere, sed ẽps procuret ita vt sine muneris alicuius acceptione scribatur, nec tenetur lex in Auth. de sanc. epis. §. 4. coll. 9.

¶ Adde ad hoc not. in l. cum multæ, & ibi glo. C. de prio. agẽ. an re. lib. 12.

Notarius an pro scriptura possit ab ordinato aliquid accipere.

d ¶ *Ex ambientis.*] vbi enim causa non adest, vitium non imputatur.

ADDITIO. Ad hoc 61. dist. Neophytus. Arch.

AVCTORITATE. Casus. Infert Grat. ex hoc c. quã pio. q sicut nullus est pretio inuitandus ad conuersionẽ, ita nulli per pecuniam dandus est ingressus ecclesiæ. Idẽ probatur per hoc capitulum proximum. Sed statim contra hoc opponit per auctoritatem Apostoli, & per c. sequentia, per quæ probat, q diuites non

l ¶ *Accipiunt.*] & in malos vsus cõuertũt, & sic intellige sequentia capitula, cum scilicet male dispensant. j. 12. q. 1. illi qui.

m ¶ *Sacrilegium.*] ar. q stipendia ecclesiæ nõ sunt danda iis quibus propria sufficiunt, vt 12. q. 1. illi qui. ar. extra de simonia. cum sit Romana. nec vlla ecclesiastica. arg. contra. 12. q. 2. charitatem. ff de reg. iur. secundum naturam. Sol quod hic dicitur, exhortatio est, non præceptum. Vel de his loquitur qui occasione patrimonii ampliandi quod habent, se à diuinis subtrahunt obsequiis, quibus se absentantibus dãdũ nõ est 4. Vel dic de quarta pauperibus debita, quæ dari prohibetur abundantibus. Panis enim egentiũ, &c. vt j. 14. q. 5. c. 2. & in summa. Si abundantes de bonis ecclesiæ suscipiunt, siue absentes siue præsentes sunt, licet non debet eis denegari portio, quia nemo cogitur suis stipendiis militare, mortaliter tamen peccant 5, præsertim si ex cupiditate sua reseruant. j. ead. §. verum. cum cap. sequenti 6.

4 Ar. 16. q. 1. generaliter.

5 Ista est sententia Laur. quã sequitur Io. de Fan. ar. sup. 45. di. §. j. 47 di. sicut.

6 Dic si sint tales habẽtes patrimoniũ amplũ q bene dispẽsant dando pauperibus & aliis, quibus debẽ dare: tales pos sunt bene habere stipẽdia ecclesiæ. arg. 12. q. 1. illi q.

a P *Astor ecclesiæ.*] ¶ *Pauper.*] Panis egentium vita pauperis est, q fraudat illũ, hõ sanguinis ẽ, vt j. 14. q. 5. c. 2. & 3. q. 1. nulli.

VERVM. CASVS. Concludit Gra. ex supradictis, q relinquētes propria p Deo, sunt recipiēdi, alii vero nō: sed H. intellexit de susceptis iā in ecclesia, qui nō debēt ali de bonis ecclesiæ, si aliunde habent. vnde dicit Gratianus non recte procedere. de clericis indigentibus, quibus tenetur prouidere sicut aliis pauperibus. isti tales accipiunt ab ecclesia: nō q̃a clerici, sed quia pauperes. arg. canonicis licere beneficia diuidere, vt priuatim percipiant, quod in communi soliti erant habere, vt distinct. 32. si qui vero.

Clericis indigentibus est prouidendū.

a ¶ *Suscipi.*] id est, suscepi alimenti. non enim tantum de suscipiendis loquitur.

b ¶ *Petrus.*] non videtur cōpetere exemplū de Petro, q fuit pauper piscator, & ita reliquit paupertatem tantū pp amorem Dei, & sic faciunt multi templarii, & hospitalarii hodie, & quasi oēs religiosi: sed Petrus seipsum abnegauit.

Petrus ppter Christum abnegauit seipsum.

Verum his auctoritatibus prohibentur ab ecclesia suscipi [a] *non illi, qui quondam fuerunt diuites, postea vero omnia reliquerunt, vt Petrus* [b], *& Matthæus, & Paulus; aut pauperibus distribuerunt, vt Zachæus; aut ecclesiæ rebus adiunxerunt, sicut illi, qui prædia sua vendentes ponebant pretia ante pedes Apostolorum, vt essent omnia communia: sed illi, qui in domibus parentum residentes, vel sua relinquere nolentes, ecclesiasticis facultatibus pasci desiderant.*

Matth. 4. Luc. 19. Act.

De quibus in eodem libro Prosperi, c. 10. subinfertur.

Et in concil. Aquisgr. ibid.

¶ Qui sua relinquere non vult, non debet sumptibus ecclesiæ sustentari. C. VIII.

SI quis propter hoc non vult sua relinquere, vt habeat vnde viuat; vt quid accipit unde rationem reddat? vt quid peccatis alienis [d] sua multiplicat? *Idem ibidem paulo superius.* ¶ Non est meum dicere, quali peccato cibos pauperum præsumendo suscipiunt, qui ecclesiam, quā iuuare de proprijs facultatibus debuerant, suis expēsis insuper grauāt; propter hoc fortassis in congregatione viuentes, ne aliquos pauperes pascant, ne aduenientes excipiant, aut ne suum censum expensis quotidianis imminuant. ¶ Quod si aliquid de fructibus suis ecclesiæ, velut [e] pro ipsa expensa sua contulerint; non se præferant inani iactantia [f] illis, quos nihil habētes pascit, & uestit ecclesia; quia perfectior [g] est ille, qui se mundi rebus expoliat [h], aut † qui cū nihil habuerit, nec habere desiderat, quàm ille, qui ex multis, quæ possidet, ecclesiæ aliquid præstat, ac se de eo, quod præstiterit, forsitan iactat.

† al. &

Ecce, qui prohibentur ab ecclesia suscipi. Illi vero, qui omnia sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus adiungunt; & ab ecclesia laudabiliter suscipiendi sunt, & eius opibus sustentandi.

Vnde in eodem libro, cap. 11. legitur.

Et in Aquisgr. c. 108.

¶ Qui sua relinquunt, vel pauperibus distribuunt, vel ecclesiæ rebus adiungunt, laudabiliter ecclesiast. ea dispensant. C. IX.

SAcerdos, cui dispensationis [i] cura commissa est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit [k] à populo dispensanda, & fideliter dispensat [l] accepta: quia omnia sua aut parentibus [m] reliquit, aut pauperibus [m] distribuit, aut ecclesiæ rebus adiunxit, & se in numero pauperum, paupertatis amore constituit; ita vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse tamquam pauper volūtarius uiuat. Clerici quoque, qnos pauperes aut voluntas, aut natiuitas fecit, cum perfectione [n] virtutis, vitæ necessaria siue in domibus [o] suis, siue in congregatione viuentes accipiant: quia ad ea accipienda nō eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas. *& infra cap. 14.* ¶ De talibus dicere videtur Apostolus [Qui in sacrario [p] operantur, quæ de sacrario sunt, edunt; & qui in altario deseruiunt, cum altario participāt.] Quj nisi hoc de contemptoribus facultatum suarum vellet intelligi, numquam secutus adiungeret: [Ita & Deus ordinauit his, qui Euangelium adnuntiant, de Euangelio viuere.] De Euangelio viuunt, qui nihil proprium habere uolunt; qni nec habent, nec habere aliquid cōcupiscunt, non suorum, sed cōmunium possessores. Quid est aliud de Euangelio viuere, nisi laborantē inde, vbi laborat, necessaria uitæ percipere [q]? Apostolus tamen, qui sic Euangelium prædicauit, ut nec de Euāgelio uiueret, sed necessaria sibi suis manibus [r] ministraret, de se confidenter eloquitur [Ego autē nullo horum usus sum [s].] Et quare hoc dixerit, secutus aperuit dicens [Expedit mihi mori magis, quàm ut gloriam meam quis euacuet.] Euacuari dicit gloriam [t] suam, si

In Aquisg. c. 1. 1. Cor. 9.

b ¶ *Si quis.*] CASVS. SHoc c. diuiditur in duas partes. In prima reprehendit illos q propria retinentes ideo viuūt in collegiis, vt suis sumptibus parcant, & vt pauperes & aduenientes non recipiant. In secunda parte reprehendit illos, qui ideo aliis se præferunt, quia i suo ingressu monasterio plus ceteris contulerūt. Secūda pars icipit ibi, *Quod si.* Seq. §. patet.

c ¶ *Vt quid.*] 11. q. 1. expedit. 23. q. 7. qd aūt. 12. q. 1. illi autem. §. 1.

d ¶ *De peccatis alienis.*] id est, de oblatis p peccatis aliorum.

e ¶ *Velut pro ipsa expensa sua.*] arg. aliquē posse dare ecclesiæ de pprius pro sua sustentatione. Hu. hoc non est verum nisi illud fiat sine peccato, vt extra de simon. tua. nec excusat paupertas, vt extra ead. quoniam simoniaca.

Ecclesiæ dare aliqua pro sua sustentatione nemini licet.

f ¶ *Iactantia.*] nam nocet iactantia. 6. quæst. 1. imitare.

g ¶ *Perfectior.*] id est, expeditior ad seruiendum Deo est.

h ¶ *Expoliat.*] nam tūc dicit in eo manere spiritus sanctus, cum voluntariam diligit paupertatem. de pœni. dist. 2. quærendum. diuites tamen cum bonis, &c. 30. dist. hoc scripsimus.

Acerdos.] CASVS. SDicitur hic, q clerici, qui bona sua parentibus vel pauperibus ecclesiis reliquerunt, vel q à natiuitate sua pauperes fuerūt, viuere debent de bonis ecclesiæ. & probatur auctoritate Apostoli dicentis: Qui in sacrario, &c. licet Apostolus noluerit de Euāgelio viuere: sed suis manibus victum quærere, vt liberius arguere posset. Seq. c. cum §. patet.

i ¶ *Dispensationis.*] j. 12. q. 1. c. expedit.

k ¶ *Accipit.*] id est accipere debet.

l ¶ *Dispensat.*] id est, dispensare debet tam sibi, q̃ aliis, &c.

m ¶ *Pauperibus.*] quod ei licet. 12. q. 3. c. 1. 2. & 3.

n ¶ *Cum perfectione.*] id est, expeditione ad seruiendum Deo.

o ¶ *In domibus.*] j. de consecra. distin. 5. in omnibus. contra. j. 12. quæst. 1. necessaria. contra. j. 12. quæst. 2. nobis. Solu. hic loquitur

p ¶ *Sacrario.*] j. 13. q. 1. §. quia ergo. j. 16. q. 1. c. pen. & vlt.

q ¶ *Percipere.*] 12. q. 2. charitatem.

r ¶ *Manibus.*] j. 10. q. 3. cauendum. j. 21. q. 1. clericus.

s ¶ *Vsus sum.*] ne ea occasione pseudoapostoli acciperent, & sic in prædicatione persisterent. nam ex quo videbant eum non accipere, verecundabantur & ipsi accipere.

ADDITIO. De hoc legi. & not. 18. q. 2. iam nunc. in fi.

t ¶ *Gloriam.*] quam habeo apud Deum de hoc quod non accipio, vel si acciperem cum scandalo, vel vltra quàm deberem, vel si prædicarem eo obtentu, vt acciperem.

¶ 8. q. 2. sunt ecclesia, vel quam habeo ex eo, q malos per prædicationē meā ad bonū conuerto. Hug.

Cleri-

a Clerici.] a Deseruiunt.] etiam infirmi seruiunt. extra de cle. ægro c. 1. ff. de sta lib. l. cum heres. §. Stichus.

b Meritum.] 12. q. 2. Vulteranæ. & c. de reditibus. sed ꝗ. 16. q. 7. c. 1 contra. sed ibi soluitur. Vel meritum, id est, vt presbyter plusquam alij percipiat, vt dist. 74. consuluit. quod non est in alio sig.

c Sed adhuc.] Hic depingitur 3. q̃stio an scilicet ingressum, vel p̃bēdas emere sit simoniacum. primum membrum expeditum est 1. eo. proxi. quæst. secundum expeditur hic. No. ꝙ præbenda dicitur quandoque ius quoddam spirituale, percipiendi ecclesiam, vel ipsam p̃bendā hoc modo emere simoniacū est. Quęque dicuntur ipsi fructus præbendæ: quos emere nō est simoniacū, vt extra de præla. vices tuas. c. vlt. nisi quis forte emeret fructus ab initio suæ ordinationis, vel institutionis in ipsa ecclesia, vt habeat dum vixerit. argum. ꝗ. ead. si quis obiecerit. & cap. Saluator. tunc enim ita sunt annexa, vt qui priuetur officio, priuetur & illis, vt 81. dist. si quis sacerdotum.

Præbenda dicitur dupliciter.

Præbenda p se profana est. tuno. Pa. Fel. c. cū Martinus Ferrariēsis, decōst.

b Sed contra 32. dist. præter hoc. in si. & hoc cōtra etiam probat ... ga tam. confu...

1 al. corporalis.

ab eis, quibus prædicabat, uoluisset accipere uitæ temporalis † expensam. Nolebat quippe in præsenti laboris sui fructum, sed in futuro recipere.

a Aut parentibus.] *In aliquot manuscriptis Gratiani legitur*, aut pauperibus reliquit. *In vetusto autem Prosperi codice, & in cōcilio Aquisgranen. si legitur*, quia omnia sua aut reliquit, aut ecclesiæ rebus adiunxit. *Sed quoniam multa exemplaria Gratiani, & Prosperi habent vulgatam lectionem, nihil est mutatum.*

Item ex concilio Agathensi, c. 36.

¶ Iuxta meritum laboris, ecclesiastica stipendia sacerdotes distribuant. C. X.

CLerici omnes, qui ecclesiæ fideliter, uigilanterque deseruiunt a, stipendia sanctis laboribus debita secundum seruitij sui meritum b, per ‡ ordinationem canonum à sacerdotibus consequantur.

‡ al. vel

Multorum b *auctoritatibus luce clarius constat, quòd ab ingressuris monasterium non licet pecuniam exigere; ne & ille, qui exigit, & ille, qui soluit, simoniæ crimen incurrat.*

b Multorum.] *In vulgatis codicibus huic* §. Multorum *proponebatur hic titulus.* Item ex cōcilio Vrbani Papæ habito Aluernia, *qui sublatus est, quoniam abest ab omnibus vetustis etiam pluribus collatis, & in plerisque hoc* §. *est initium sequentis tertiæ quæstionis.*

Ad istud ius non possunt duo recipi simul vno iure vacante, extra de p̃b. dilecto. Arc. Beneficio priuatur qui priuatur officio.

d Annexa.] argu. ꝙ idem iuris sit in vno cohærentium & connexorum, quod in altero. vnde qui priuatur officio, & beneficio, vt ꝗ. dist. 58. decernimus. ꝗ. dist. 81. si quis sacerdotum. & c. eos. ꝗ. dist. 50. studeat. contra. ibi de gratia, hic de rigore.

QVÆSTIO III.

SEd adhuc c obijcitur, quòd qui ingressuri monasterium pecunias tribuunt, non propositum religionis, sed participationem stipendiorum ecclesiæ emunt. Temporalia ergo, nō spiritualia ementes, nequaquā simoniaci habendi sunt. d His itaque respondetur. Non solum, qui spiritualia, sed etiam, qui temporalia eis annexa pretio accipiunt, vel tribuūt †, simoniaci iudicantur. Vnde Malachias loquens ex persona Domini, Quis est, inquit, in vobis, qui claudat ostia e, & incendat altare meū gratuito? Non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non suscipiam de manu vestra.] Ostia claudere nō est sacri muneris officium, sed tantum sibi adiunctum.

† hæ voces [vel tribuunt] absunt à plerisq; manuscr.

Mal. 1.

Item Gregorius scribit vniuersis episcopis Hispanis.

e Qui claudat ostia.] id est, qui gerat officium ostiarij. Vnde videtur, ꝙ emere huiusmodi officium ostiarij, vel pulsandi campanas, sit simoniacum: cum illud spectet ad officium primicerij. 25. dist. perlectis. quod concedo. sed emere quamcuque administrationem rerum ecclesiæ, puta ꝙ det panem in refectorio, vel vinum, vel cuiuscumq; alterius rei, dicit H. simoniacum esse. arg. cōtra. ꝗ. ea. q. 1. si quis episcopus. prope fi. & ꝗ. e. q. Saluator. & dicit, ꝙ licite potest dari pecunia alicui, vt suscipiat tale officium: sed tamen ille non posset dare pecuniā, vt ei daretur g & sic aliquid vendi pōtest licite, quod non potest emi. Alij dicunt, ꝙ tunc est simonia emere aliquam administrationem ecclesiasticam cū aliquod spirituale habeat annexum, vel talis est, quòd per clericum tantum consueuit exerceri, & ratione officij, qđ magis credo.

Simoniacum est emere officiū pulsandi cāpanas.

¶ De ijs, qui sacros ordines munerum acceptione dispensant. C. I.

AVdiuimus dilectissimi, quod nos audisse oportuit: sed audisse profecto non libuit: quosdam scilicet esse sacrorum ordinum professores, qui sub munerum datione, uel acceptione, Dei ecclesias, uel earum sibi beneficia usurpant. Quod quidem scelus nos non iamdudum acriter correxisse uehementer admiramur. Iuste enim uterque corripiendus est, & à sanctæ liminibus ecclesiæ submouendus, & qui pro ecclesiæ ambitu munera largitur, & qui ut ecclesiam adeat, quidquam præsumit accipere. Iste quippe donum Dei emere, hic autē præsumit uendere. A sacrilegio f quoq; hoc facinus nō dispar dixerim: cū id, quod sponte, & sacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, sub pecuniæ pactione causatur g. Quare fratres charissimi, quæ taliter facta sunt, curiose refellite; infecta prohibete, vestrisque iussionibus resistentes digno anathematis uinculo percutere non dubitate.

Emptio administrationis ecclesiasticæ ē simoniaca.

Ratio est: q̃a nō præsumitur, ꝙ ita fideliter administrat in recompensatione eius, quod dedit. ar. ff. de probat. cum de indebito. Io. de Fan.

Item Rothomagensi episcopo, & Gallicis omnibus.

¶ De ijs, qui ecclesias, vel ecclesiastica beneficia vendunt. C. II.

SI quis dator, uel acceptor, Dei ecclesias, uel ecclesiastica benefi-

societate. ff. pro socio. verum. §. sed cum tres.

Sed adhuc obijcitur.] CASVS. Hic tractatur tertia q̃stio in qua q̃ritur an ingressum ecclesiæ, vel p̃bendas emere sit simoniacum. Sed de ingressu ecclesiæ est expeditum in prima q. Et certum est, ꝙ emere præbēdā (secundum quod dicitur præbenda ius spirituale) simoniacum est: sed præbenda, id est, fructus præbendæ emere nō est simoniacum. Sed obijcit hic adhuc, ꝙ pro ingressu monasterij aliquid sit dandum: quia qui monasterium intrat, non religionē, sed stipendia emit. Et respondet Grat. ꝙ simonia est; quia non solum emere spiritualia, sed spiritualibus annexa simoniacum est, & hoc probatur auctoritate Malachiæ prophetæ.

Audiuimus.] Dicitur hic, quòd sacrilegium, & simoniam committunt qui ecclesias, vel ecclesiastica beneficia per pecuniam acquirunt, & qui ea cōcedunt pro pecunia. vnde præcipitur ne decetero fiat: & quod factum est in præterito, irritetur.

f Sacrilegio.] & crimine læsæ maiestatis. 17. quæst. 4. sane. 2. quæstio. 1. in primis.

g Causatur.] id est, in causam ducitur, vel pro causa, scilicet pro acceptione, vel datione pecuniæ fit: vel causatur, id est, facit vnde causari, id est, accusari, debeat.

Si quis dator.] Dicitur hic, ꝙ simoniacus dator & acceptor Simonis perditione, & perpetuo anathemate si perseuerauerit damnatur, & quod iniuste acceptum est, restituatur.

 a Resti-

cia (quæ quidam præbendas vocant) sub pecuniæ interuentu suscepe rit, siue dando emerit, siue accipiendo vendiderit, à Simonis non exclu ditur perditione. Sed si perseuerans fuerit, perpetua mulctetur damna tione. Nam qui sub religionis obtentu Deo famulari voluerit; si quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto frustratur. Rationis ergo vigore cogitur, quod iniuste receperit, restituere [a]; & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

Item Gregorius vij. Papa lib.6.reg.in synodo, c.4.

¶ [illegible] ecclesiastica offi. [illegible] C. III.

S I quis episcopus præbendas, archidiaconatus, præposituras, vel aliqua ecclesiastica officia vendiderit, vel aliter, quam statuta sanctorum Patrum præcipiunt, ordinauerit; ab ecclesiæ officio suspēdatur [b]. Dignum est enim, vt sicut gratis episcopatum accepit; ita membra [c] eiusdem episcopatus gratis distribuat. Poly.l.4.tit.9.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ.

¶ Nec [illegible] præbendas episcopis vender[illegible]. C. IIII.

Q Væsitum est [d] de episcopis, qui altaria monasterijs data [e] frequenter redimi compellebant pecunia: quia quidam simoniacæ prauitatis vsus in Galliarum partibus iam diutius inoleuit, vt ecclesiæ, vel decimæ (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monasterijs datæ, sæpius ab episcopis sub palliata auaritia vendātur: mortuis nimirū, seu mutatis clericis, quos personas † vocant. Nos † al. personatus auctore Deo venalitatem omnem tam ex rebus, quàm ex ministerijs ecclesiasticis propellentes †, hoc vlterius fieri auctoritate Apostolica prohibemus; sicut etiam præbendas omnes venumdandas interdicimus. Porro quæcumque altaria, vel decimas ab annis triginta [f], & supra [g], sub huiuscemodi redemptione [h] possedisse monasteria noscuntur; quiete deinceps, & sine molestia qualibet eis possidēda firmamus. ¶ Saluo [i] vtique episcoporum cēsu annuo, quem ex eisdem altaribus habere soliti sunt.

† Adde idē esse & pro ho noribus consequēdis [illegible] hibitū enim est.no. Bal.in l.2. & per totum tit. ff.ad leg. Iul. de amb.

¶ *In summis capitulorum concilij Claromontensis habiti Aluerniæ (de quibus supra ad cap. 8. dist.60.dictum est.) c.6.hæc leguntur, quæ ad caput hoc videntur spectare.* Vt altaria congregationibus canonicorum, vel monachorū per personas data, mortuis personis, libera redeant in manus episcoporum, nisi fuerint illis per eorum scripta, vel priuilegia confirmata.

Idem in concilio Placentino, c.1. & 2.

¶ *Antea legebatur,* Item Gregorius, *Sed in aliquot vetustis rectè est,* Idem (*nimirum Vrbanus secundus: in cuius synodo hæc habentur.*

¶ Quidquid data, vel promissa pecunia in sacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur. C. V.

E A, quæ à sanctis Patribus de simoniacis statuta sunt; nos quoque & iudicio sancti spiritus, & Apostolica auctoritate firmamus. Quidquid ergo vel in sacris ordinibus, vel in ecclesiasticis rebus, vel data †, vel promissa [k] pecunia acquisitum est; nos irritum esse, & nullas vmquam vires habere censemus. C. 2.

† al. data, vel accepta, vel promissa

Pecuniasimoniaca cui est restituenda.

a ¶ *Restituere.*] Sed cui dices restituendā talē pecuniam? Videtur, q̄ ei in cuius ignominiā data est. 17.q.4. si quis in atrio. 15.q. vlt. cū multæ. 27.q.1, si quis rapuerit. extra de sim. de hoc in Auth. de san.epis. §. sed neq; coll.9. & extra de si. audiuimus. Ecōtra vr̄, q̄ illi qui dedit eā, vt extra e. veniens. Itē vr̄, q̄ illa pecunia non debet remanere penes ecclesiā. cū Petrus dixerit: Pecunia tua, &c. [1] Itē q̄ fisco cōpetit psecutio eorū, quæ scelere congsita sunt. ff. de iur. fis. Lucius. ff. de don. inter virum & vxo. cū hic statu. §. fi.

1 Supra ea. q.1. Petr⁹. & c. qui studet, & Act. 8.

S ¶ *I quis episcopus.*] C a s v s Dicitur hic, q̄ si quis epūs beneficium, vel dignitatē ecclesiasticam simoniace contulerit, ab officio debet suspendi: quia iustū est, vt qui gratis acquisiuit episcopatum, minora stipendia gratis cōferat.

b ¶ *Suspendatur.*] i. deponatur. 83. di. c.1. Vel dic, vt ī.e.q. 2. qdquid.

c ¶ *Membra.*] ī.3.q.9. pura. arg. ī 12.q.2. cognouimus. ī. dist.63. in synodo. argu. est hic q̄ idē iuris est in toto, qd̄ in parte: & i maiori, qd̄ i minori. 23.q. 1. de forma. extra de præ. maioribus. 95. distin. illo. ff. pro derelicto. l. 3.

Ius idem est in toto quod & in parte.

Q ¶ *Væsitum est.*] C a s v s Cum quidā monachi Franciæ quasdā ecclesias ab epis haberent, & in illis pbyteros sæculares, toties eas redimere cogebantur, quoties presbyteri morte vel alia causa mutabantur; & ideo præcepit Papa, vt quas spatio xxx. anno. sub hac redemptione possederūt, amodo ea cessante, quiete possideant, saluo annuo cēsu epōrum, quē ex eisdem ecclesiis habere consueuerunt. Sequens c. patet.

d ¶ *Quæsitum est.*] fm H. casus talis est. Quidā epi cōtulerant ecclesias quasdā cum omni iure suo quibusdā locis religiosis. mortuis psonis illarū ecclesiarū collatarum epi volebant in ecclesiis instituere clericos pro sua voluntate: nisi Abbates darent eis pecuniam. dicitur, q̄ talis datio pecuniæ simoniaca est [2]. arg. ad hoc 17.q. 2. c.1. Alij casus inutiles consueuerunt hic notari: quos omitto.

2 Ex parte epōrum recipientiū, monasteria tamē crimen simoniæ nō incurrebant: quia ius suū redimebant, secūdum Hu. Simoniā nō. quid cōmittit dans pecuniā pro spiritualibus si sui accipiēs?

e ¶ *Data.*] à prædecessoribus suis pro redemptione animarum suarum.

f ¶ *Triginta.*] propter quod credebant aliquod ius acquisitū episcopo: quia per xxx. annos & vltra recepit huiusmodi redemptionem a monasteriis: sed non est ita, quia furtiue recepit: & ideo nō præscripsit. Item licet monachi singulis annis emerent ius instituendi, non tamen episcopis ex hoc fuit ius quæsitum instituendi. Et licet hic fuerit simonia ex parte episcoporum, non tamē ex parte monachorum: quia illi quod eorum fuit redimebāt: quod licite facere poterant, vt dixi ī. ea. q.1. nullus. & sic simonia esse potest ex vna parte, & non ex altera. Simile fuit in Giezi: sicut etiam sponsalia possunt esse ex vna parte, & non ex altera. extra de despon. impu. de illis. & plura similia notaui 32.q. 5. proposito. & licet episcopus peccet recipiendo pecuniam: tamen monachi non peccabant dando, vt 23.q.1. quid culpatur. Contrarium huic signatur. ī. 16.q. 4. possessiones. sed non est contra, quia monachi licite quæsierant ista altaria, vnde non habuerunt ea iure præscriptionis, sed ex iusta donatione.

g ¶ *Et supra.*] hæc dictio, supra, ad modicum tempus refertur [3], ff. ex quib. cau. maio. ab hostibus. §. sed quod. arg. ff. de verb. signifi. hæc adiectio.

3 Sub. hoc & verum alias. sed hic nō est sicut patet in eo quod not. Ido. de Fan.

h ¶ *Redemptione.*] sed numquid est licitum redimere ius suum? Hoc no. ī. q.1. nullus epūs grauamen. & 16.q. vlt. decimas 2. Dici enim potest, q̄ vbicūque quis scit aduersarium suū nō credere se ius habere, redimat vexationē suam. Sed quare nō deponūtur isti episcopi? Dic, quia non agebatur ad hoc: & sententia debet dictari secundum formam petitionis. extra, de accu. qualiter & quando.

Sententia dictari debet secundum petitionis formā.

i ¶ *Saluo vtique.*] non enim pleno iure omnino videtur donasse ecclesias episcopus, nec potest donare sine consensu capituli. extra de dona. pastoralis.

k E ¶ *A, quæ.*] ¶ *Vel promissa.*] Tertiū casum habes, scilicet, vel retenta, vt extra de translat. super eo. Nam remittere, est dare. extra de test. peniēs. & ff. de calū. l. 2. Et ita in spiritualibus nō pōt interuenire [4] transactio: cum his tribus modis vsū fiat transactio. C. de transa. l. transactio. ff. eo. l. 1. Sed nec permutatio pōt fieri super beneficio habito vel habendo: al. bene. ad hoc extra de rerum per-

4 De hoc dixi sup. ec. q. 2. quam pio. ibi videas. Arch.

Trāsactio in spiritualibus interuenire nō pōt, sed bene amicabilis compositio.

permu.q̃ſitum.nec etiã tranſactio, vt extra de tranſac.ſuper eo.ar.℥ extra de oſ.iudi.deleg. ſi q̃n. Sed ibi fuit facta tranſactio non ſuper beneficio, ſed ſuper proprietate: & ſic intellige extra de deci. ex multiplici. Io. Itẽ ſuper re ſpirituali tamquã proprietate poteſt fieri permutatio.extra de rer.pmu.ad q̃ſtiones.non tñ vt deť temporale

ſ.vlti. Vel intelligas de rerum adminiſtratione. Et ſit in hoc cap. de duobus mentio: ſcilicet de conſecratione & adminiſtratione ex ordine prouenienťe. & facit ad hoc 1.q 6 ſ.1. vel de iure quo res ipſę percipiuntur. Vel hoc intellige de rebus ipſis, ſecundum Hug. & tunc quando quis promouendus eſt ad eccleſiam vel ordinem

Super hoc vide q̃d le. & no. ſ. ca. ſ. his ita. Arc.

Iſta expoſitio approbať p Bas. & Vin. extra de teſt. cõſtitutus in glo. ſi in cõnu.iuxta ſi.

Item Auguſtinus de diſciplina chriſtiana, vel de dono diſciplinæ, cap. 1.

¶ Quidquid poſſidetur, nomine pecuniæ intelligitur. C. VI.

TOtum [a], quidquid homines poſſident in terra, omnia, quorum domini ſunt, pecunia [b] vocatur: ſeruus ſit, vas, ager, arbor, pecus; quidquid horum eſt, pecunia dicitur. *& infra.* ¶ Ideo autem pecunia [c] vocata eſt, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebãt.

Item Paſchalis Papa.

¶. Qui eccleſiaſtica beneficia emerit, eccleſias quoque emere probatur. C. VII.

Deuſdedit. p. 2. Magr̃. l. 4. di. 25. Poly l. 7. tit. 6. Anſ. l. 13. c. 33. Iuo. p. 2. c. 84. Pann. l. 3. c. 123.

† Idem Huſti. in ſumma de re. eccleſ. non alie. in prin. Panor. in proœ Decret. ſo. 4. col. 4. Matt. Affli. de iure protomiſeos col. 72.

SI quis obiecerit non conſecrationes emi, ſed res [d] ipſas, quæ ex conſecratione proueniunt, penitus [α] deſipere probatur. Nam cum corporalis [β] eccleſia, aut epiſcopus [e], aut abbas [f], aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo [g] proficiat †, ſicut nec anima [h] ſine corpore corporaliter viuit [i]: quiſquis horum alterum vendit, ſine quo nec alterum prouenit, neutrum [k] inuenditum derelinquit. Nullus [γ] igitur emat eccleſiam, vel præbendam, vel aliquid eccleſiaſticum: nec paſtellum, nec paſtum [l] antea, vel poſtea [m] pro huiuſmodi ſoluat [n].

α ¶Penitus.] *Deuſdedit, & Anſelmus legunt,* videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus ſapere.

β ¶Corporalis eccleſia.] *Deuſdedit ſic habet,* cum corporalis eccleſiæ epiſcopus, vel abbas ſine rebus, &c. *Reliqui collectores, & vetuſti codices Gratiani concordant cum vulgata lectione.*

γ ¶Nullus igitur.] *Deuſdedit, Polycarpus, Iuo & codex manuſcriptus Decretorum Pontificum (in quo integra fere Paſchalis epiſtola, vnde caput hoc acceptum eſt, refertur) non habent hæc verba: ſed poſt verbum,* derelinquit, *continenter ſubiiciunt,* Quam tamen obiectionẽ ſacer Chalcedonenſis canon penitus exterminat, &c. *Auctor vero huius capitis, ac totius illius epiſtolæ eſt Paſchalis primus. Nam in eo Decretorum codice hæc epiſtola Paſchalis eſt poſt decreta Hadriani II. cum decreta Paſchalis ſecundi ſint poſt Vrbanum ſecundum ea plane ordine, quo ſibi ſucceſſerunt: quod etiam ex ſequenti capite indicatur.*

Lucio] Anſ.

Item Vrbanus II. epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei dilecto filio L. † præpoſito eccleſiæ ſancti Iuuentij apud Ticinum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

¶ De eodem. C. VIII.

Deuſdedit p. 2. Anſ. l. 5. c. 42. Matt 24.

SAluator prædicit in Euangelio circa finem ſæculi pſeudochriſtos, & pſeudoprophetas ſurgere, & multos ſeducere, & fideles ſuos in mundo multas habituros preſſuras; ſed tamen portas [o] inferi aduerſus eccleſiã non præualituras. Proinde (quia, ut ait Apoſtolus, oportet [p] hæreſes eſſe, ut qui probati ſũt, manifeſti fiãt) oporter nos cũ propheta

1. Cor. 11.

fructus prouenientes iure eccleſiæ vel ordinis non licite emit percepros vel percipiẽdos: tunc enim præſumitur emere eccleſiam vel ordinem. alio autem tempore emere nõ eſt peccatũ, vt extra ne prælati vices ſuas. cap. 3. 12. q. 2. alienationes.

e ¶Aut epiſcopus.] id eſt, dignitas epalis.

f ¶Aut abbas.] id eſt, dignitas abbatialis.

g ¶Nullo.] Bene accedit ad id quod legitur in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuf. ſ. cogitatio. Nã ibi dř q̃ fiſcus abundare dicitur ſi vtatur ſubiectis locupletibus, vt ſ. ea. q. 2. contra. ſ. ea. q. 2. eos. contra. Sed hoc cum ex pacto præcedenti.

Fiſci intereſt ſubiectos habere locupletes.

h ¶Nec anima.] id eſt, ipſum collegium. vel ad litteram.

i ¶Viuit.] exercendo ſenſus corporeos: alias falſum eſt, cum antequam ſit in corpore, viuat. ſic exaudi 32. q. 2. Moyſes.

k ¶Neutrum.] arg. idẽ iuris eſſe in vno cõnexorũ qđ in reliquo: ar. ſ. diſt. 8. quo iure. 3. q. 6 hæc q̃ppe. & 16. q 2. c. 1. & ff. de iureiuran. cum qui. ſ ſi libertus.

l ¶Paſtum] arg. contra in Authen. de ſan. ctiſ. epiſco. ſ. pro conſuetudinibus colla. 9.

m ¶Vel poſtea] arg. ff. de pactis, iuriſgentiũ. ſ. dolo. ibi, ne quid fiat ei quod ante promiſit.

n ¶Soluat] non etiam ſub obtentu conſuetudinis. ſ. ea. q c. vlti. contra. Dic vt ibi.

rale pro ſpirituali.extra de rerũ permu.c. vlt. illud autem dubium non eſt, quin amicabilis compoſitio interuenire poſſit. extra de tranſact.c. 2. Item ex auctoritate iudicis poteſt interuenire pecunia.extra de præben.niſi, in fine.& extra de tranſa. ſtatuimus. ff. de his, qui notan.infa. furti. Ioan.

TOtum.] CASVS. Dicitur hic q̃ nomine pecuniæ intelligitur quidquid ab hominibus poſsidetř: & ideo ſi aliquid tale pro ſpiritualibus datur, ſimoniacum eſt.

a ¶Totum] probatur per hoc c. q̃ ſicut in pecunia ſimonia committitur, ita & in alia re.

D'cit lex q̃ pecunia eſt quidquid pro pecunia accipitur. ff. de calum. l. 2. ſ. vl. & l. 2.

b ¶Pecunia.] ſtrictius accipitur tantum pro pecunia numerata. ſ. 14. q. 3. cap. 1. 2. & 3.

c ¶Pecunia.] Nomẽ enim pecuniæ etiã iura continet quandoque. ff. de verb. ſigni. pecuniæ. Item q̃nque etiam ſpeciem & rem quãlibet [a], vt hic, & ff. de leg. 3. quiſquis. Item quandoque ea tantum quæ conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura. ff. de leg. 1. l. talis ſcriptura [a]. Pretium autem non conſiſtit niſi in numero tantum, vt inſti. de emp. & vend. ſ. item pretium.

a Adde not. per Bar. ĩ d. l. talis ſcriptura. ff. de leg. 1. & l. 2. ſ. item mutuum. ff. ſi cer. peta.

SI quis obiecerit.] CASVS. Quidam ſimoniaci excuſabant ſe dicentes ſe non emere præbendas, ſed fructus præbendarum: ſed dicit Paſchalis, q̃ ſi quis pro temporali fructu pecuniam offerat: ſine quo eccleſiaſticum beneficium eſſe non poteſt, neutrum inuenditum derelinquit, nec ſolum pecuniam, ſed nec paſtum vel paſtellum ante vel poſt licet offerre.

Res ſpirituales emi non poſſunt.

d ¶Sed res.] non de rebus corporalibus, ſed de iure ſpirituali cui cohæret officium, intelligitur. Vel intellige de iure percipiendi res vel de rebus ipſi officio adhærentibus, vel de rebus conſecratis, vt in ſindone. arg. 17. q. 4. ſi forte. arg. ſ. q. 6. hæc quippe. ſ. 16. q. 2. c. 1.

SAluator.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit Vrbanus auctoritate Chriſti, mundi finem imminere ex eo quòd pſeudoapoſtoli & pſeudoprophetæ apparent multos ſeducentes, quibus a bonis fortiter eſt reſiſtendum, vt qui probati ſunt manifeſti fiant. In ſecunda parte oſtendit quòd rem eccleſiaſticam vendere ſimonia eſt, quod probat quinque rationibus. Primo per damnationẽ Simonis donum Dei emere volentis, vt poſtea venderet, per quod res eccleſiaſtica intelligitur. Secũdo per ſynodum Chalcedoneñ. in qua procurator vel defenſor eccleſiæ, vel quilibet regulæ ſubiectus fieri per pecuniam prohibetur. Tertio auctoritate Paſchalis, quam ſ. habuimus. Quarto auctoritate Auguſt. q̃ reprehendit ꝑpoſiturarũ venditiones. Quinto auctoritate Euangelij clamantis contra ſimoniacos. Vos feciſtis domum patris, &c. nec excuſat ſiue in eccleſia ſiue extra eccleſiam res eccleſiaſtica vendatur. Secunda pars incipit ibi, *Igitur quia.* Vel ſic:

CASVS. In prima parte oſtenditur auctoritate Euangelij, hæreſes debere circa finem ſæculi imminere. vnde oportet nos ex aduerſu conſurgere cum propheta, & cum Apoſtolo pro domo Iſrael. In ſecunda oſtenditur quinque auctoritatibus, quòd vendere eccleſiaſtica beneficia ſit ſimoniacum.

Eccleſia ſemꝑ aliquos bonos habet.

o ¶Sed tamen portas.] id eſt, vitia & etiam hæreſes quibus intratur in infernum, quæ non præualent eccleſiæ, quia ſemper aliqui boni ſunt in eccleſia [ſ]. 24. q. 1. a recta. & c. pudenda.

Pro quo rogauit dominus. 21. diſt. ſ. 1. de pænit. d. 2. ſi enim vel. Petrus.

p ¶Oportet.] id eſt, vtile eſt vt nos cauteant. ſ. 24. q. vlt. c. vlt.

ex aduerso consurgere, & murum opponere pro domo Israel, & cum eodem Apostolo per multas tribulationes intrare in regnū Dei: quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriā quæ reuelabitur in nobis. Igitur, quia innotuisti nobis, quòd tibi objicitur, vtrum vendere ecclesiasticam rem simoniacum sit, hoc simoniacum esse patenter colligitur ex hoc, quod beatus Apostolus Petrus ait Simoni [Pecunia tua tecum sit in perditionem: quia existimasti donū Dei pecunia possideri.] Donum quippe Dei est spiritus sanctus, & donum Dei est res ipsi ecclesiæ oblata. Et si bene animaduertis, Simon magus, qui ad fidem ficte accesit, non spiritum sanctum propter spiritum sanctum, quo ipse erat indignus (quoniam, vt scriptum est, spiritus sanctus disciplinæ effugiet fictum) sed ideo, quantum in ipso erat, emere voluit, vt ex venditione signorum, quæ per eumdē fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec Apostolus emptionem spiritus sancti (quam bene fieri non posse nouerat) sed ambitionem quæstus talis, & auaritiam, quæ est idolorum seruitus, in eodem Simone exhorruit, & maledictionis iaculo perculit. Quisquis igitur res ecclesiasticas (quæ dona Dei sunt; quoniam a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter sua lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei possideri pecunia existimat. Ideo, qui easdem res non ad hoc, ad quod institutæ sunt, sed ad propria lucra munere linguæ, vel indebiti obsequij, vel pecuniæ largitur, vel adipiscitur, simoniacus est; cum principalis intentio Simonis fuerit sola pecuniæ auaritia, id est idololatria, vt ait Apostolus Paulus: Alioquin, cur sancta synodus Chalcedonensis DCXXX. episcoporum, procuratorem, vel defensorem ecclesiæ, vel quemquam regulæ subiectum adeo per pecuniam ordinari prohibet, vt interuentores quoque tanti sceleris anathematizet, nisi quòd eosdem simoniacos iudicet? Quòd si præfati milites ecclesiæ ob huiusmodi scelus taliter percelluntur; nemo sapiens negabit non militantes ecclesiæ multo damnabilius ob hanc causam, idest emptionis, vel venditionis, debere percelli. Sed & beatus prædecessor noster Paschalis de cōsecratione affirmat, quòd quisquis eorum alterum vendiderit, sine quo alterum non prouenit, neutrum inuenditum derelinquit: ac per hoc eum, qui rem ecclesiæ vendit, vel emit, simoniacum esse intelligitur. Nomine vero procuratoris intelligit præfata synodus quemlibet ecclesiasticarum rerum administratorem, vt verbi gratia, præpositum, œconomum, vicedominum: defensoris nomine aduocatum, siue castaldum, & iudicem: in subiecto vero regulæ archipresbyterum, archidiaconum, canonicum, monachum, vel quemlibet ecclesiastico mancipatum officio. Quòd vero spiritum sanctum, quantum in se est, vendat, vel emat, qui præposituram, vel aliquid huiusmodi vendit, vel emit; audi

Ezech. 13. Act. 14. Rom. 8. — *Act. 4.* — *Sap. 1.* — *J. res ecclesiæ.* — *Coloss. 3. C. 2.* — *al. militantes* — *J. ead. c. si quis.* — *al. intelligit*

a *Ecclesiasticam.*] id est, ecclesiasticum beneficiū, vel aliquam rē consecratam in casu non concesso, puta calicē sm quosdā. Nam & nomen rei generale est. ff. de verb. signifi. rei appellatione. ī. ea. q. quę sinim. Vel dic ecclesiasticā rem, id est, administrationē. & sic bene adaptatur littera Calcedonensis synodi.

Res est nomen gñale.

De hoc nota. 10. q. 2. hoc ius. libri deas ad hoc J. e. q. res. Archid.

b *Et donum*] id est, officium per quod datur spiritus sanctus, scilicet potestas faciendi miracula.

c *Sed ambitionem.*] Arg. affectum vel conatum sine effectu puniri. arg. 22. dist. c. 5.

Affectus sine effectu punitur.

d *Quisquis.*] Hic collige q corporales res ecclesiæ emere vel vendere simonia est in tali casu cū qs intrat ecclesiam, vt s. ea. in prin.

Simonia est emere vel vēdere res corporales ecclesiæ.

e *Propter sua.*] hic vacat arg. a ↄ̄trario sensu, vt s. ea. q. 1. quis constiterit. & c. si qs eps. ī. 29. q. 1. perlatum.

f *Sed ad propria*] id est, precibus quas pro se qs offerre nō potest, sm H. vt on s. ea. q. 1. sunt nonnulli. sed quid teneas, ibi dixi.

g *Calcedonensis.*] si illi qui emunt vel vendunt res ecclesiasticas, nō sunt simoniaci, cur, &c.

h *Milites.*] clerici scilicet, qui tales milites sunt, quorum arma lacrymæ sunt. 23. q. vl. conuenior. vel orationes. 23. q. 8. c. reprehensibile. vel excōicatio. 16. q. 2. c. 1. & castra eorum sunt ecclesiæ. 54. dist. c. nullus.

Clericorū arma q̄ sunt.

i *Non militantes.*] cōtra. s. dist. 19. nulli fas. ī. 8. q. 1. illud. & 32. q. 5. qui viderit. s. dist. 40. homo. ī. 11. q. 3. præcipue. ī. 25. q. 1. nulli fas. ī. ea. q. peruenit. ↄ̄. Solu. potest dici, q ideo dī laicus peccare magis, quia peccat in duobus, & quia rem ecclesiæ emit, & quia suo officio non debitam: arg. ff de re. io. culpa. clericus autem in vno, quia emit tantum.

k *Damnabilius.*] id est, damnabiliter, arg. 27. q. 2. cōiuges. Vel hic appellat non militantes ecclesiæ, non laicos, sed clericos qui ecclesiæ nō seruiunt. illi enī, qui emunt & non seruiunt, magis peccāt quoniam in pluribus quam qui emunt & seruiunt. & secundum hoc non sunt contraria quæ hic signantur.

l *Procuratoris.*] Generaliter sumitur hic nomen procuratoris. arg. ff de procu. l. 1.

Sic extra de procu. petitio. Archi.

ADDITIO. Aliquando procurator actoris vocatur respōsalis, vt extra de restitu. spo. ex conquestione. in fi.

m *Præpositum.*] Sed quam differentiam facit inter ista nomina, potest dici q nomen præpositi generale est, & continet alia subse. arg. extra de ver. signifi. quamuis. Vel dic q præpositus & œconomus nomina diuersa sunt, sed idem significant sicut primas & patriarcha. 99. dist. c. 1. vel bene possunt esse in eadem ecclesia præpositus & œconomus. De vicedomino planum est, quia ille est qui præest rebus episcopi. 89. distin. cap. volumus. vicedominus in rebus episcopi, œconomus in rebus canonicorum: sæpe tamen vnum ponitur pro alio.

Præpositus & œconomus, differunt.

n *Oeconomum.*] Oeconomus est cui res ecclesiastica gubernanda mandatur C. de sacrosanct. eccle. iubemus.

o *Aduocatum.*] scilicet qui præest tantum causis tractandis, qui alias dicitur syndicus.

Adde gl. & Bart. in l. 1. §. aduocatos. ff. de var. & extraor. cog.

p *Castaldum.*] scilicet qui habet curam externarum rerum, qui dicitur alias maior domus. 89. dist. volumus.

q *Et iudicem.*] sicut in ecclesia Bon. Sed nonne isti tres possunt esse laici, sic sine dubio. Qualiter ergo in istis officijs, quæ nihil spiritualitatis habent annexum, simonia committitur? dicit H. q in omni administratione rei ecclesiasticæ committitur simonia, si emat, ematur, sicut no. J. e. in prin. & hoc est simoniacum, quia prohibitum; nō ideo prohibitum, quia fuit ante simoniacum. sed alij non ita late extendunt simoniam, inhærentes consuetudini generali. dicunt enim quòd tunc tantum est simonia in empta administratione, id est dignitate, si talis est quæ habeat aliquod spirituale annexum sibi, alias non.

Emere admi nistrationem rei ecclesiasticæ simoniacum est.

r *In subiecto vero.*] nonne etiā œconomus clericus debet esse? vtique prout concilium Hispaleñ. interpretatur 16. q. 7. in noua. Dic ergo q illud, vero, potius aduersatur officio quam ordini. nam circa alia consistit officium œconomi, & circa alia archipresbyteri, & aliorum hic sequentium. Quidam autem intelligunt hoc totū de clericis, in quibus dicunt simoniacum esse huiusmodi officia emere: & quod dicit, in subiecto vero, &c. ideo dicit, quia illi magis sunt subiecti regulæ ecclesiasticæ quàm isti: licet omnes sint clerici. nā dum illi versantur circa exteriora negotia & administrationes, isti circa diuina officia: & ideo dicit, mancipatum officio, & non dixit, ordini. vel ideo dicit, in subiecto, &c. vt notetur q isti habent curam animarum annexam. & quod dicit de canonico vel monacho, nō referas ad administrationem, sed ad emptionem præbendæ, vel ingressus monasterij. Vel ideo dicit, in subiecto regulæ, quia eos ligat illa constitutio, Nemo militans Deo, &c. Superior autem administratio circa temporalia. & eos non ligat illa constitutio, Nemo militans Deo.

Oeconomus debet esse clericus.

21. q. 3. c. 1. & 2. ad Tim. 2. cap.

ADDITIO. Hic adde quod not. J. ea. q. 7. si quis omnē. Archid.

s *Archidiaconum.*] Hoc totum intellige de dignitatibus ipsis

à *Laudes.*]

a ¶ *Laudat.*] in eo, quod laudat, non committit simoniã, sed in eo quod vendit: quia quod commendandi causa dicitur, pro non dicto habetur. ff. de dolo, quod venditor; sed hoc verum est, dũ commendatio consistit in genere. Nam vbi descẽdit ad specialia, teneretur ex eo, quod commendando plus vendidit, nisi quod commendando dicit, sit in euidenti. ff. de contrahen. ea quæ.

b ¶ *Indefinite.*] no. ex indefinita colligi vniuersalem, vt 2. q. 1. eos qui. ff de aleato. l. 1. §. quod autem. ex quo enim à canone nil excipitur, nec nos excipere debemus, vt 31. q. 1. quod si dormierit. 7. 2. q. 5. consuluisti. 3. dist. 19. si Romanorum. arg. 3. dist. 55. si euangelica. 3. 23. q. 1. sunt nonnulli. arg. cõtra. 7. 27. q. 1. idololatria [1].

Vniuersalis ex indefinita colligitur.

c ¶ *Hæc circa.*] hæc particula de capitulo non est, &c.

EX *multis.*] In hoc capitulo Alexãder reprehendit Lucẽses, qui nõ nisi per pecuniam clericis quamuis dignis ecclesiastica beneficia conferebant, quod Alexander detestatur, & auctoritate Calcedon. concilii ostendit eos deponendos, & auctoritate Christi eos de ecclesia deiiciendos, & ne tantum malum de manibus Alexandri requiratur, statuit & decreuit ne decetero aliquis pro ecclesiastico beneficio conferendo pecuniam sumat, nec aliquis pro eo habẽdo cõferat: & qui contra hoc fecerit, deponatur, & ecclesia priuetur; & nisi resipuerit, anathematizetur.

[1] Immo est argu. pro. de hoc no. extra de conio. lo pro. cap. a.

Tract. 10. sc. 2. Ioannis.

Augustinum super Ioannem. [O quot [γ] præposituras fecerunt. Alterum præpositum habet Carthagine Primianus, alterum habet Maximianus, alterum habet in Mauritania Rogatus, alterũ habent in Numidia illi & illi, quos iam nec nominare sufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam: vnusquisque laudat [a] præpositum [δ] suũ, quod vendit, &c.] Ecce venerabilis Augustinus de præposituræ distractione agens, nomine columbæ sancti spiritus venditionẽ, vel emptionẽ accipit; sicut & omnes huius Euangelici capituli tractatores. Pensandum vero est, qua pœna mulctentur, qui iam Deo, & ecclesiæ suæ oblata vendunt, vel emunt: si cum flagellis à Dei templo eiecti sunt, qui, quæ Deo erant offerenda, vendebant, vel emebant. Si de offerendorum vẽditoribus, vel emptoribus dictum est [Vos fecistis domũ patris mei, domum negotiationis, & speluncam latronum] quid dicetur de ecclesiæ iam oblatorum venditoribus, vel emptoribus? Et ne quis insanus obiiciat merito hoc Dominum tam acerbe vindicasse, quia tunc illa in Dei templo vendebantur; ecclesiasticæ vero res modo extra tẽplum distrahuntur; attende superius Augustinum non determinantem locum venditionis, vel emptionis præpositorum; sed tantum indefinite [b] dicentem [Circuit aliquis emere columbã; vnusquisq; præpositum suum laudat, quod vendit] non adiiciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa [c] vẽditores, vel emptores rerum sacrarũ sufficiãt.

Ioan. 2.

Matt. 21.

¶ *Integram epistolam Vrbani 2. dilecto filio L. preposito ecclesiæ B. Iuuenij apud Ticinum refert Deusdedit in sua collectione.*

α ¶ Propter spiritum sanctum.] *Addita sunt hæ duæ voces, & totus his locus emendatus ex ipsa epistola, quemadmodum & alia nonnulla.*

β ¶ Paschalis.] *Antea legebatur,* Paschasius libro de consecratione, *restitutus autem est locus ex vetustis codicibus, & originali. Citatur enim hoc, quod habetur in capite antecedente ex epistola Paschalis Papæ.*

γ ¶ O quot præposituras.] *Apud B. Augustinum (cuius multi vetusti codices hoc loco collati sunt) legitur,* ò quot proposita fecerunt: alterum propositum, &c. *Apud Vrbanum vero vbiq; est,* preposita, & prepositum.

δ ¶ Præpositum suum.] *Apud B. Augustinum legitur,* vnusquisque ad propositum suum laudat, quod vendit. *In epistola vero Vrbani,* vnusquisque propositum suũ laudat, quod vendit. *Nomine autem propositi apud B. Augustinum interdum significari sectam quamdã constat ex 2. lib. contra Crescon. c. 16.*

Item Alexander secundus episcopus seruus seruorum Dei, Lucensis ecclesiæ clero, & populo salutem perpetuam.

¶ Ministri, & seruitores ecclesiæ absque vlla venalitate ab episcopis ordinentur. C. IX.

Deusdedit p. 2.

b ¶ Et Ioanne.] qui dixit esse melius iurantem peierare, q̃ sacramentum in fractione sacrarũ imaginũ seruare, vt 22. q. 4. actione.
c ¶ Apochrisarijs.] apos nuntius, & chrisis aurum, quasi de aurati nuntij. tales hodie non sunt Papæ, sed appluinbarij.
d ¶ Orientalium.] Alexandriæ, Antiochiæ, & Hierosolymis.

limioribus potestatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcumque, atque consensoribus, seu ordinatoribus in gradu ecclesiastico, vt nemo per simoniacam hæresim, tegiminis locum obtineat, quacumque factione, calliditate, promissione, seu commoditate, aut datione per se, aut per subмissam † personam.

† al. emissam

Item in eadem synodo septima, actione prima.

¶ Qui redeuntes ab hæreticis recipi possunt, vel non. C. IIII.

[a] CОnuenientibus[a] apud Nicæã Bithyniæ, & considentibus Petro archipresbytero, & Petro presbytero, & abbate monasterij sancti Sabæ, locũ tenentibus Hadriani Papæ, & Tarasio archiepiscopo Constantinopolis, & Ioanne[b], & Thoma apochrisarijs[c] Apostolicatum sedium orientalium[d], & ceteris episcopis, episcopi Siciliæ dixerunt. Dignũ est[a], vt de futuris inquiramus. ¶ Itẽ Basilius[e] episcopus Ancyræ dixit. Constitutio[a] ecclesiastica habet canonice tradita ab antiquo a sanctis Apostolis, & successoribus eorum, sanctis patribus nostris, & magistris & sanctis vniuersalibus[f] sex synodis, & localibus synodis orthodoxis, vt qui ab aliqua hæresi reuertuntur ad orthodoxam fidem, & traditionem catholicæ ecclesiæ, scripto[g] negare debeant hæresim suam, & confiteri catholicam fidem. ¶ Item Tarasius Patriarcha dicit, Videtur vobis, vt sedes suas recipiant, qui ab hæresi reuertuntur? ¶ Religiosissimi monachi[h] dixerunt: sicut receperunt vniuersales sex synodi ab hæresi reuertentes, ita & nos recipimus. ¶ Sancta synodus dixit: placet omnibus nobis. Et iussi sunt Basilius[i] episcopus Ancyræ, & Theodorus episcopus Myrorũ † ciuitatis, & Theodosius episcopus Amorij sedere in gradibus, & in sedibus suis. ¶ Item Constantinus[y] episcopus Cypri dixit: non oportet[k] nos, qui episcopi sumus, indigere doctrina, sed aliorum[l] esse doctores †. ¶ Item Tarasius episcopus dixit malorum[a] doctorũ mala est doctrina. Ecclesia de malis doctoribus sacerdotes non recipit. ¶ Item Ioannes[a] Apochrisarius orientalium sedium dixit: hæresis separat omnem hominem ab ecclesia. ¶ Item Tarasius episcopus dixit, Ecce multi canonici libri, & synodici, & paterni lecti sunt: & ab hæresi reuertentes docuerũt nos recipere, si aliqua[m] alia[n] causa nõ est in eis. ¶ Item Petrus[a] Apochrisarius Papæ dixit, Romæ exulatus[n] est Macharius[o] hæreticus a sancta sexta synodo, & quadraginta dierum inducias dedit illi pater noster Benedictus Papa, & quotidie[p] mittebat[q] ad eum Bonifacium consiliarium suum, & instruebat eum commonitorijs verbis ex diuina scriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, vt eũ reciperet in ordine suo. ¶ Item Tarasius episcopus † dixit: quid dicitis de Anatolio? nonne etiam in quarta synodo factus est princeps[r]? & ecce ab ipso Dioscoro ordinatus est? Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hæreticis ordinati sunt, sicut & Anatolius receptus est. ¶ Itẽ. Vere[s] vox Dei est, quoniam non moriuntur filij pro patribus: sed vnusquisq; in peccato suo morietur[t]: addatur, quoniam ex Deo est ordinatio[u]. ¶ Item Tarasius Patriarcha dixit: audiuimus paterna mandata. Quid igitur? Oportet recipere ab hæreticis ordinatos[x]? ¶ Sancta synodus dixit: audiuimus domine, & oportet nos recipere. ¶ Tarasius Patriarcha dixit: Plures eorum, qui in sexta synodo conuenerunt, a Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro ordinati sunt, qui fuerunt prin-

† al. Miron

† Concor. l. cũ clericus. §. ipse vero. C. de epi. & cle. & in auth. constit. § de dig § cũ namque.

† al. patri archa

Ezech. 18.
4. Reg. 14.

e ¶ Item Basilius.] non vr q ille Basilius debebat loq̃: q̃ quia erat hæreticus, vt j. per 22. lineas ibi, & iussi sunt, &c. Sed dic q loquebaẽ vt excusaret se. vel forte adhuc de hæresi non constabat. 2. q. 1. multi.
f ¶ Vniuersalibus.] vniuersales synodi dicunẽ quibus interest Ro. põtif. vel eius legatus. Locales quas congregant primates vel metropolitani absque præsentia domini Papæ, vel eius legati. Hic ergo colligitur ista distinctio: synodorum alia vniuersalis, alia localis & est arg q authenticæ sunt locales sicut vniuersales.
g ¶ Scripto.] Hic colligitur q illi q ab hæresi reuertuntur ad fidem catholicam, scripto debent negare hæresim suam, vt j. ead. quæstio. quoties. & c. si q s. j. de consecra. dist. 2. ego Berengarius. j. 16. q. 6. his qui tempore.
h ¶ Monachi.] Et ita monachi interesse debent synodo, quod verum est in abbatibus, vt 18. dis. epũs nõ debet.
Additio. Nota sub nomine monachorum siue fratrũ, abbates continen, vt patet extra de si. c. vlt. & de priui. cap. ex ore. Archid.
i ¶ Basilius, &c.] isti tres reuertebant ab hæresi.
k ¶ Oportet.] Sed ad quid respondet iste hic? Dic q reprehendit Tarasium, qui dixerat, videtur vobis, &c. & ideo statim respondet iste Tarasius reprehendendo Constantinum.
l ¶ Sed aliorum.] vt s. ea q. 1. vilissimus. & est arg. contra malos doctores. nam qui alios

ᵻ Immo, & videẽ q non debuit interesse concilio nec ad aliud admitti. 24. q. 3. cum qui bus. ibi dẽ q cum hereticis non est synodus seu da: sed illud intelligiẽ de manentibus in hæresi, hic autem de reuertentib' ab hæresi. Arc.

parãdos. ita q per scripturã abnegent hæresim, & fidem catholicã confiteanẽ. illi tñ non sunt recipiendi qui sponte sunt ab hæreticis ordinati, vel qui studiose ad subuersionem nostræ fidei elegerunt ab hæreticis ordinari. & ad robur sui propositi sancti patres in synodo residentes multas auctoritates sanctorum patrum induxerunt. Secunda pars incipit ibi, *Dignum est.*

Casus. Conuenerunt sancti patres in septima synodo vt tractarent qualiter epi ab hæreticis venientes recipi debeãt. In prima parte ponunt verba notarij. In fa dr sic eos esse recipiendos sicut vj. vniuersales synodi receperunt. postea auctoritatibus sanctorum patrum probatur, q recipiendi sunt, nisi vbi ad fidei subuersionem sunt ab hæreticis ordinati.

a ¶ Conuenientibus.] verba notarij, quibus credendum est. Arg. ff. quod metus causa. metum. §. sed quod prætor. nam ibi interlocutoria sententia ius facit.

Additio. Ad huius declarationem videas quod no. Ion. extra de offi. deleg. cum in iure. in gl. hic videtur. & de proba. quoniam. in gl. propter hoc satis, &c.

docere debent, &c. ff. de eden. si quis ex argentarijs. §. prætor.
m ¶ Si aliqua alia.] quæ impediat dispensationem. s. q. 5. c. 1. in fi.
n ¶ Roma exulat'.] i. p excõicationẽ exilio cõdẽnat'. s. dist. 16. sexta.
o ¶ Macharius.] pronuntiatus.
p ¶ Quotidie.] j. 24 q. 3. dixit Apostolus.
Additio. Nam ibi dr post pꝛimã & tertiam admonitionem hæreticum esse vitandũ. Sed illud intellige quantũ ad secreta fidei nostræ, nõ quãtũ ad admonitionem. 45. dist. in mandatis. Archid.
q ¶ Mittebat.] s. dist. 19. Anastasius. contra. (quarta. Ioã.
r ¶ Princeps.] i. pmulgator vel auctor canonũ, vt dist. 16. sexta. ver.
s ¶ Item vere.] quasi dicat licet parentes, s. epi hæretici fuerunt, nõ tñ filij in heresi suscepti & ordinati cũ ad ecclesiã redierunt minus recipiendi sunt in ordinibus, vt supra, dist. 19. Anastasius.
t ¶ Morietur.] quasi dicat, tædio morietur, quamdiu pœnitentiam non agit, & sic facit ad propositum.
u ¶ Ordinatio.] facta per hæreticos in forma ecclesiæ: & ideo non est reiteranda, vt s. ea. q. 4. Iudæi. j. 24. q. 3. §. his ita.
x ¶ Ordinatos.] Ar. p opinione dicentiũ, q ille qui recipit vltimam

manus impositionem extra ecclesiã, ordines confert, quod est contra Io. de Fant. vt dixi 9.q. 1. in summa. nam recipiuntur hic in ordinibus ordinati ab illis qui receperunt in hæresi episcopalem vnctionẽ, vt a Sergio, Petro, Paulo, Pyrrho.

a ¶ *Non recipiatur.*] in casu sequenti, vel de iure.

EX HAC Hęc est tertia pars quæstio. in qua dicitur ꝙ simoniacus in ordine in perpetuum est suspensus, & hoc probat per c. Leonis. Ioan. de Fant.

CASVS Infert Gratianus ex supradictis capitulis vij. synodi, & ex c. huius quæstionis, quòd qui sponte sunt ab hæreticis ordinati, vel in subuersionẽ fidei nostræ ab eis ordinem receperunt, vel qui in ecclesia ordinati postea ecclesiæ rebelles fuerunt, nõ sunt in suis ordinibus recipiendi: sed cum simoniaci prædicta non faciant, videt̃ aliud esse de eis dicendũ. infert tñ per multa capitula, ꝙ simoniaci reparari non debent. Sed dicit Gratianus verũ esse hoc, nisi fiat ex dispensatione, quæ dispensatio propter multas causas hic enumeratas fieri potest, sicut quandoq; dispensatum fuit, vt de monachis vel laicis clerici assumantur.

b ¶ *Auctoritate vero Cypriani.*] ī. ead. si qui presbyteri.

c ¶ *Si quis*] ī ea. q. 7. si quis.

d ¶ *Et Innocentij.*] ī. ea. q. 3. c. vlt. ī. ea. q. 1. Arianos.

e ¶ *Et aliorum.*] ī. ea. q. 1. si quis confugerit. c. qui studet. & c. si quis ẽps per pecuniam.

Et c. presbyter si p pecuniam & c. qui studet & q. 3. si qs dator & c. si qs ẽps. H.

Requi.

cipes hæreseos Monothelitarum: quoniã isti continuatim in Constantinopolitana sede sederunt: & ab vltimo eorum, Petro scilicet, vsque ad sextam [f] synodum non fuerunt plures quàm duodecim anni. Thomas vero, & Ioannes, & Constantinus ab hæreticis illis archiepiscopi facti sunt, & tamen propter hoc non sunt reprobati. ¶ Sancta synodus dixit, hoc manifestum est. ¶ Constantinus episcopus Cypri dixit: sufficienter ostensum est, quòd ab hæreticis venientes recipiendi sunt. Si vero quis sponte ad hæreticum vadit, & accipit ordinationem, non recipiatur [a]. ¶ Item Tarasius Patriarcha dixit. Et ego refuto eos, qui ob huiusmodi causam ad fidei subuersionem ordinati sunt: & maxime cum præsentes essent orthodoxi episcopi, a quibus poterant ordinari. Sic est enim paternus intellectus. Si vero [g] synodalis consonantia fuerit, & vnitas ecclesiarũ de orthodoxis; qui præsumpserint ab immundis hæreticis ordinari, depositioni subiaceant. Sancta synodus dixit: hoc est iustum iudicium.

¶ *Hoc etiam caput collectum est ex varijs locis primæ actionis eiusdem septimæ synodi, omninoque operæpretium est integram illam actionem perlegere: nonnulla tamen notabuntur.*

α ¶ Dignum est.] *Locus hic est post recitationem nominum episcoporum, qui conuenerant: sed valde concisè refertur: quod in alijs etiam locis huius capitis euenit.*

β ¶ Constitutio.] *Verba, quæ proximè huic parti antecedunt, sunt hæc,* ἀπὸ λιβέλλου ἀνέγνω οὕτως. *id est, vt interpretatur Anastasius,* ex libello legit ita. *Non enim sententiam dicit nunc Basilius, sed abiurat hæresim, in quam cum alijs lapsus fuerat: quam abiurationem vnà cum professione catholicæ fidei oportuit ipsum ex libello, quod nunc etiam in more positum est, recitare. Libellus vero hic incipit,* Constitutio, &c.

γ ¶ Constantinus] *Post receptionem Basilij, Theodori, & Theodosij accesserunt alij episcopi, qui in eãdem hæresim lapsi, admitti se a sancta synodo eodem modo postulabant; & cum vnus ipsorum excusationis gratia, dixisset, se à malis magistris seductum fuisse, Constantinus episcopus Constantia, quæ in Cypro est, hoc ei exprobrauit. Exprobratio græcè sic habet* ἔδει ὑμᾶς ἐπισκόπους ὄντας μὴ διδασκαλίας δεῖσθαι, ἀλλὰ διδασκάλους εἶναι ἑτέρων, *quæ sic Anastasius vertit,* Oportebat vos, cum essetis episcopi, discendi nullam necessitatem habere: sed magistros esse potius aliorum.

δ ¶ Malorum.] *Cum Hypatius, & alij episcopi, qui à sancta synodo admitti petebant, dixissent, à malis magistris malas se doctrinas accepisse, respondens ei Tarasius Patriarcha inquit:* ἐπειδὴ ὑμεῖς εἴπατε, κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα, ἡ ἐκκλησία ἐκ κακῶν διδασκάλων ἱερεῖς δέχεσθαι οὐ προσίεται, *id est,* Quando quidem dixistis, malorum doctorum malæ disciplinæ; ecclesia, vt ex malis doctoribus sacerdotes admittat, nõ facilè adducit̃. *Ex quo apparet Tarasiũ non contradicere Cõstantino, vt auctor glossæ putauit.*

ε ¶ Item Ioannes.] *Post recitata verba Tarasij, cum in synodo dubitaretur, an etiam hi, sicuti tres priores recepti erant, statim essent recipiendi, Ioannes Apocrisarius Patriarchæ Antiochiæ, & Constantinus episcopus Constantiæ Cypri petierunt, vt canones, & sanctorum Patrum libri ad spectantes legerentur, vt maturius posset constitui, quomodo redeuntes ab hæresi ad ecclesiam catholicam essent recipiendi; & cum de octauo canone primæ Nicænæ synodi (in quo de Catharis recipiendis agitur) differeretur; Ioannes hæc est interlocutus.*

ζ ¶ Si aliqua alia causa.] *Græcè est,* καὶ ἐάν τις αἰτία πονηρὰ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς. *quæ Anastasius vertit,* nisi forte in eis maligna fuerit noxa reperta. *& paulo post,* si non est in illis aliqua causa nefaria.

η ¶ Petrus] *Post multos canones lectos, & multas sanctorum Patrum auctoritates recitatas cũ Tarasius ex illis collegisset, ab hæresi reuertentes esse recipiendos in catholica ecclesia; Petrus legatus Hadriani Papæ, exemplo Benedicti Papæ id confirmat.*

θ ¶ Vsque ad sextam] *græcè est,* ἕως τῆς ἕκτης συνόδου ἔτη πλεῖον οὐ διῆλθεν, ἢ δωδεκαέτη. *id est,* vsque ad sextam synodum non intercesserunt anni plures, quàm quindecim.

ι ¶ Si vero synodalis.] *græcè legitur,* ἐὰν δὲ συνοδικὴ ἐκφώνησις γίνηται, καὶ ὁμόνοια τῶν ἐκκλησιῶν ἐπ' ὀρθοδοξίᾳ, ὁ τολμῶν ἀπὸ τῶν βεβήλων αἱρετικῶν χειροτονεῖσθαι, τῇ καθαιρέσει ὑποπεσεῖται, *Quæ Anastasius vertit:* Si autem synodica promulgatio, & cõcordia ecclesiarum, causa orthodoxiæ, facta fuerit, qui præsumpserit a profanis hæreticis ordinari, depositioni succumbet.

3 *Ex hac auctoritate datur intelligi, quòd qui ab vnitate catholicæ fidei in hæreticorum societatẽ transierit, vt de manibus eorũ, ecclesiasticæ dignitatis sacramenta percipiat; vel qui contẽptis orthodoxis ab hæreticis ordinari desiderauerit, & si postea sua abrenũtiãs hæresi ad ecclesiã redierit, officio tamẽ accepto fungi non poterit. Auctoritate vero Cypriani* [b 1] *prohibentur ab administratione ecclesiastica, qui intra catholicam ecclesiam ordinati ad fidei impugnationẽ dilabuntur. Porro simoniaci nec ab hæreticis ordinantur ad fidei subuersionem; nec intra ecclesiam catholicam ordinati aduersus fidem armantur. Quamuis enim nonnullos per pecuniam ordinent; non tamen fidem impugnant, nec gratiam spiritus sancti venalem prædicant. Vnde veraci pœnitentia, cum hæresim suam detestati fuerint, præmissis auctoritatibus non prohibentur recipi in suis gradibus. Verumtamen capitulo illo Nicænæ synodi* [2]*, si quis per pecuniã, &c. & illo alio septimæ synodi* [3]*, si quis* [c] *omnem traditionem, &c. & Innocentij* [d]*, & aliorũ* [e 4] *multorum auctoritatibus irreparabiliter damnari iubentur.*

1 ī. ea. si q. presbyteri.
2 forte ī. ead. q. 1. qui per pecunias. aut q. 7. c. si quis omnem. S. quicumq; per pecuniam.
3 ī. ea q. 7. si qs q. 3. c. vlt. q. 1. c. Arianos.
4 q. 1. c. si quis confugerit. & c. qui studet. & c. si quis ẽps per pecuniam.

Hinc etiam Leo iiij. episcopis Britanniæ.

¶ In

Ordinū emptores & venditores qualiter pænitere debeat.

a R*Equiritis.*] ¶ *Vendere.*] id est, emere. nam veteres indifferēter vtebantur his verbis. ff. de actio. emp. veteres. Nā de vēditore nō videtur dubiū q̄n remanere possit. vnde loquit̄ de emptoribus, q̄ agere pænitētiā nō possunt in ordine empto nisi purgetur vitium rei furtiuæ, id est, nisi dimisso quod simoniace acquisie-

tio facta cū causæ cognitione ab eo, qui ius habet dispensandi. ar. 12. q. 1. ex his. Dispēsare est diuersa pensare. Nā nia hæc de quibus fit mentio in hoc §. pensare debet qui dispensare vult. Scias ergo, q̄ vbicūq; decoloratur status ecclesiæ, nō pōt dispensari, vt j. ea. & si illa. Dicunt quidam indistincte, q̄ cōtra quatuor cōcilia nō possit dispensari, vt s. 15. dist. sicut. nec cōtra Euangelium, vel præceptū Apostoli, vt 25. q. 1. sunt quidam. vt ibi notatur. De dispensatione ep̄orum dico, q̄ vbicūque nō est eis prohibita dispēsatio, ibi pñt dispēsare 3: vt extra de cler. pug. i duel. c. 1. & de fen. exc. nup. In quibusdā tñ casib' inuenio eis p̄missā dispensationē, in quibusdā prohibitā. quīque. n. dispensant cum sacrilego, vt 50. dist. si quis presbyter. Itē cum hæretico. 50. dist. presbyteros q. Itē cū adultero, vt extra de iud. at si clerici. Itē cū simoniaco dispensant quīque in beneficio: quīque in ordine, vt s. ea. q. 5. c. 1. & c. vlt. Item cū schismatico, vt 50. dist. vt cōstitueretur. In maioribus autem criminibus etiā dispensant in beneficiis si sunt occulta 4, vt 50. dist. de his vero. Itē cū homicida dispēsant in beneficio, vt extra de cle. pug. in duel. Henricus. & de homi. interfecisti. 50. dist. studeat. sed non in officio, vt 50. distin. miror. Itē quīq; cū aliquo dispēsant in matrimonio cōtrahendo 5, vt 33. q. 2. ant: qui. item in ordinibus, & dignitatibus, nisi tantū in ep̄atu, vt extra de elec. innotuit. Item dispensant cum excōmunicato ministrante, vt 2. q. 5. quāto. licet sit contrarium 11. q. 3. si quis episco-

Dispēsari q̄ñ que non pōt.

3 Et idē no. 50. distin. in summa & c. miror. extra de temp. ord. dilect'. Arc. Episcopi cū multis dispēsant.

¶ In ordine male accepto simoniaci pænitentiam agere non possunt. C. V.

Iuo p. 5. c. 115.

REquiritis de ijs, qui turpissimo lucro columbas in templo Domini vendere[a] non pertimescunt, & sua facta, improba temeritate, Simonis hæresi coniungunt, vtrum possint[b] in ordine[c] pænitentiam agere, an tantummodo extra ordinem, & sacerdotalem fieri gradum. Quod nos quidem conuictis & ijs, qui tam detestabile nefas (quod iā multis est damnatum concilijs) peregisse noscuntur, nulla possumus pænitentia subuenire[d], & tot spiritualibus Patribus obuiare[e]; sed in illorum[f] patrum me sententia conuenire omnibus certum sit.

¶ *Epistolæ huius Leonis quarti ad episcopos Britāniæ magna pars, (in qua etiam est hoc caput) habetur in codice peruetusto.*

Nisi rigor disciplinæ quandoque relaxetur ex dispensatione misericordiæ. Multorum enim crimina sunt damnabilia, quæ tamen ecclesia tolerat pro tēpore, pro persona, intuitu pietatis, vel necessitatis, siue vtilitatis[g], *& pro euentu rei. Pro tempore: sicut Gelasius, qui cum necessitate temporis videret Italicam ecclesiam propter belli famisque incursionem fere omnium clericorum officio destitutam, adeo vt plerisque*[h] *populis subsidia regendarum deessent animarum; concessit de monachis*[i], *vel de laicis clericos assumi, ita dicens episcopis per Lucaniam, epist. 1. c. 1.*

¶ Pro temporum necessitate Apostolicæ sedis decreta temperantur. C. VI.

Poly. l. 7 tit. 15. Ans. l. 2. c. 34. Iuo p. 3. c. 141.

NEcessaria rerum dispensatione constringimur, & Apostolicæ sedis moderamine conuenimur sic canonum paternorum decreta librare, & retro præsulum, decessorumque nostrorum præcepta metiri, vt quæ præsentium necessitas temporum in restaurandis ecclesijs relaxanda deposcit, adhibita diligenti consideratione (quantum potest fieri) temperemus.

distin. 55.

Item. Priscis igitur, &c. [*Require supra in tractatu ordinandorum.*] *Item Innocentius Papa cum pro necessitate temporis, ne nimium scandalū esset in ecclesia, ordinatos à Bonoso hæretico susciperet, ait in decretis suis, epist. 22. ad episcopos Macedoniæ, c. 5.*

¶ Cessante necessitate debet cessare quod urgebat. C. VII.

1. ead. q. 1. quod pro necessitate. Iuo in prologo

QVod pro remedio, ac necessitate temporis statutum est; constat primitus non fuisse. *& infra.* ¶ Quod ergo necessitas pro remedio reperit; cessante[k] necessitate[l] debet vtique cessare pariter quod vrgebat[m] †: quia aliud* est ordo legitimus; aliud, quod vsurpatio[o] ad præsens fieri tempus impellit.

* ¶ Quia aliud.] *In originali, & apud Iuonem, & in multis manuscriptis Gratiani legitur, alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad præsens fieri tempus impellit.*

† Cōco. tex. in l. liberrū. cum gl. ff. de bis q no. inf. & Bar. in l. 1. ff sol. mat.

fierunt 1, sed vendentes possunt si vitium occultum est. Vel indifferenter de emptoribus & venditoribus intelligitur, q̄ non possunt agere pænitentiam remanendo in ordinibus suis, nisi ex dispēsatione, si crimen simoniæ sit notū. Loquitur enim de cōuictis, & quorum crimina sunt publica. de talibus quidem interrogatus est Papa, & de talibus respondet.

1 Ar. insti. de vsuc. §. furtiue in si & no in. s̄ c. q. 1. ordinationes. Arch.

b ¶ *Vtrum possint.*] id est, vtrū possint retinere ordines post pænitentiam 2, & hoc notat sequens littera, an tantummodo, &c. & exaudi de conuictis, vt infra sequitur. nam cum sponte confesso mitius est agendum.

2 Sub. vt sic p dignā pænitentiā possint vel mereantur in ordinibus ministrare, an omnino deijci. Arch.

c ¶ *In ordine.*] hinc collige subditum posse accusare prælatū de simonia nō præmissa priuata admonitione. ar. s̄, j. ea. q. vlt. patet. & hæc est ratio, quia de alijs criminibus potest quis pænitere, & esse in ordinibus, vt dixi 82. dist. presbyter. de simonia vero pænitere non potest, nisi prius dimittat ordines, vt s̄ ea. q. 1. si quis neque.

d ¶ *Subuenire.*] nisi gradibus suis vel dignitatibus taliter adeptis prius amissis, vt s. ea. q. 1. si quis omnē. & s. ea. q. 1. si quis neque. j. 27. q. 1 quæ Christo, & c. nec aliqua. j. 35. q. 7. fidelis.

e ¶ *Obuiare.*] j. 25. q. 1. sunt quidam. & c. contra statuta.

f ¶ *Sed in illorum.*] vt. s. de iure deponantur, vt s̄ ead. si qs omnē.

NISI RIGOR. Hæc est quarta pars q̄ō. in qua probatur per 17. auctorit. q̄ dispensationes fiūt sex modis. Io. de Fant.

g ¶ *Vtilitatis*] sicut ēt ius ciuile quædā admittit propter vtilitatem. ff. de pign. sed an viæ.

h ¶ *Vt plerisque*] Hic incipit tractare de dispēsatione, vnde videndum est quid sit dispensatio, quid dispensare, & quod ius sit dispēsabile, & quis possit dispensare. Dispensatio est iuris cōis relaxa-

pus. Fit autem dispensatio cū hoc requirit necessitas, vel vtilitas. j. ea. tali. Item fit quandoque dispensatio, quia timetur maius malum, sicut cum Anglicis fuit dispensatum, vt 35. q. 3. quod scripsi. & c. quædam lex. Item quandoque propter futurum bonum, vt quando dispensatur cum hæreticis, vt alij facilius reuertantur ad ecclesiam, vt 23. quæst. 4. ipsa pietas. Item quandoque propter multitudinem, & propter scandalum vitandum. 50. distinct. vt constitueretur.

Dispensatio quādoq; fit.

i ¶ *De monachis.*] vt s. 55. dist. c. 1.

N*Ecessaria.*] CASVS. Dicitur hic, q̄ propter necessitatē quādoque rigor canonū relaxatur. vnde pp necessitatē ex monachis, uel laicis clerici eliguntur, & ordinati ab hæreticis tolerant̄.

Q*Vod pro remedio.*] CASVS. Dicitur hic, q̄ dispensatio quæ facta fuit ex necessitate, de iure cōi non fuit, unde cessante necessitate cessare debet dispensatio. Aliud enim est, quod legitime & de iure fit, aliud dispensatione. Sequēs §. cum c. patet.

k ¶ *Cessante.*] argu. causa sublata tolli constitutionem ex eadem causa ortam. cessante enim necessitate cessare debet id, quod 5 urgebat, ut s̄. dist. 28. de Syracusanæ. s̄. ea. q. 1. quod pro remedio. & s. distin. 61. §. his omnibus. & c. neophytus. s̄. q. 1. quod pro necessitate. s. dist. 48. quoniam multa. j. 9. quæst. 1. ordinationes. & 63. distin. §. verum.

Cessante cā cessat constitutio ex ea orta.

5 Q̄d hic le. & an. j. ead. & si illa. sane itellige, vt vi. debeat cessāte necessitate similis dispēsatio nō fiat. Nam dispēsatio semel facta nō est amplius reuocāda. extra de fi li. p̄sby sicut. nec in iure cemisso 23. q. 4. si illic. Arc.

l ¶ *Necessitate.*] futura: sed non iam facta.

m ¶ *Quod vrgebat.*] arg. ff. de adop. in omni fere iure. arg. ff. de statu ho. homo liber.

o ¶ *Vsurpatio.*] id est, dispensatio, vel iuris derogatio impellit, ut promoueantur.

a ¶ Ordi.

a ¶ *Ordinentur.*] Id est, ut promoueantur, vel ordinentur, si ante nō fuerint ordinati, vel forte extra formam ecclesiæ.
b ¶ *Si qui voluerint.*] j. ead. q. 2. si quis confugerit.
c ¶ *Per scripturam.*] j. ea. q. maximum. & c. si quis episcopus. j. ea. q. cōuenientibus. arg. cōtra. j. de pœ. dist. 1. quem pœnitet. nam ibi dicitur, q viua voce debet cōfiteri. Sed illud verū est: sed nihilominus postea per scripturam debet confiteri.
d ¶ *Vt fateantur.*] j. 23. q. vlt. pessimam.
e ¶ *Consensu.*] aliud est ergo iurare stare mādatis ecclesiæ, aliud episcopi, & ex hoc soluitur contrarietas illorum c. extra de appel. quæstioni. & c. præterea. immo idem est extra de sent. exc. ex tenore. Io.

Ar. contra 7. q. 1. scire. & extra d. his quę vi me. cā. c. j. §. vlt. vbi de hoc. & de sen. exc. ex tenore. Arch.

Votes.] CASVS. In hoc c. continetur qualiter iurare debeant reuertentes ab hæresi. Dicitur enim, q episcopus reuertens ab hæresi ad ecclesiam, iurat propter cautelam futurorū summo Pontifici pariter cū suis sociis, q ab vnitate ecclesiæ, & communione Romani Pontificis nunquā recedet, & iuramento per manū notarii scripto, tam ille, q socii pro voluntate subscribant.
f ¶ *Magna cautela.*] arg. q cum abundātiori cautela faciēdum est, in quo timetur regressus. s. dist. 18. de his. j. 30. q. 2. c. vlt. & q. 3. c. 1. s. dist. 23. quamquā.
g ¶ *Sub ordinis.*] similiter obligatur aliqs sub pœna beneficii sui, vt extra de elect. cum dilectus. in fin. & extra de cri. fal. c. ii.
h ¶ *Anathematis.*] imprecatio est. non enim quisquam potest se excommunicare. Similis est imprecatio de consecra. dist. 2. ego Berengarius. & 11. q. 3. si is q. Nec potest apud se aliquis obligari. ff. de fideius. si quis pro eo. §. 1.

Excōicare se ipsum nemo potest.

i ¶ *Et per te.*] arg. contra inst. de inutil. stipul. §. si quis alii quia ibi dicitur, q alteri stipulari, vel pacisci nemo pōt, nisi sit seruus eius, vt ibi, vel procurator præsentis. ff. de verb. obli. si curatori præsens: Dic ergo ideo hoc fieri, qa Papa seruus est B. Petri. vnde dicit de se in epistolis suis, seruus seruorū Dei. Vnde versus. *Serui erant tibi Roma prius domini dominorum:*
Seruorum seruus nunc tibi fiunt domini. Vel hoc fit fauore religionis: sed credo iure canonico me teneri. [2], si ego promitto tibi me daturum Titio 10. arg. 22. q. 5. iuramēti maxime si interuenerit sacramentum. arg. ff. de consti. pecu. l. 1. & l. cum qui.

Papa dicitur seruus seruorum.

2 Hanc glo. dicit Raph. Cuma. singularē, ad hoc, q de æquitate canonica alter possit alteri stipulari.

k ¶ *Euangelia.*] j. 11. q. 3. Imperatores. arg. contra j. 22. q. 1. §. sic etiā. j. cau. pro. 2. q. 5. qua de causa. j. 22. q. 2. clericum. & c. mouet. contra. Dic vt 22. q. 1. si aliqua.
l ¶ *Salutem.*] id est, per eum, cuius iudicio salus dominorum meorum consistit. sic enim iurando per has creaturas respectum habebat ad creatorem, & ideo non peccabat. & sic intelligitur 22. q. prima. §. sic etiam. ff de iure iuran. qui per salutem. Et quod dicit in manibus, &c. est arg. quòd episcopus cum iurat, tangere debet Euangelia. & sic est contra 11. quæst. 1. nec honore. Ioan. & est expressum hodie, q episcopus cum iurat, non debet tangere librum, vt extra de iur. cal. c. vlt. B.

Episcopus iurans non debet tangere librum.

ADDITIO. Hinc decreta. bene stādum est, nisi forte hoc in abiuratione hæresis sit speciale in detestationem criminis. Ioan de Fant.
m ¶ *Dominorum.*] j. 22. q. 2. clericum. & c. mouet. contra.
n ¶ *Consulibus.*] hoc non habet hodie locū. nam sufficit apponere nomen Papæ, & Imperatoris, vt no. 2. q. vlt. [3] c. vlt.
o ¶ *Sacramento.*] hæc sex presbyterum faciunt iurare coactū, vt sit recta fides, vt obediat [4], vt bona fama. Ne verū pereat, ne res sacra, vel data damnz. 28. dist. de Syracusanæ.
p ¶ *Subscripsi.*] scilicet hoc quod statutum est in concilio Niceno. j. ead. q. si. qui voluerint.

3 Al. 3. q. 5. c. sacramētū. Iurare cogūtur pbyteri in sex casib9.

4 Extra de maiorita. & obed. cū ī ecclesijs. & de iureiur. ego. Sed dic, vt not. 23. dist. quamquam. extra de maiori & obe. legebatur. Arch.

Similiter ex dispensatione etiam in Niceno cōcilio, c. 8. de Nouatianis statutum est, ut ad ecclesiam redeuntes ordinentur [a].

¶ Iterum ordinentur, qui ex Nouatianis ad ecclesiam redierint. C. VIII.

SI qui voluerint [b] venire ad ecclesiam catholicam, & Apostolicam ex Nouatianis; placuit sancto concilio, vt [a] ordinentur, & sic maneant in clero. Ante omnia autem hanc ab eis confessionem per scripturam [c] exigi oportet, vt fateantur [d] se communi consensu [e] ecclesiæ catholicæ, & Apostolicæ statuta obseruaturos.

a ¶ Vt ordinentur.] *Græce est,* ὥστε χειροθετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ, *quod Dionysius vertit,* vt impositionem manus accipientes sic in clero permaneant. *At Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus in actione prima septimæ synodi p. st recitationem istius canonis, istam vocem* χειροθεσία, *interpretatur benedictionem, non ordinationem.*

Item Gregorius lib. 10. reg. epist. 31.

¶ Iuramentum à schismate redeuntium. C. IX.

QVoties cordis oculus nube erroris obductus, supernæ illustrationis lumine fit serenus, magna cautela [f] nitendum est, ne latenter anctor schismatis irruat, & ab vnitatis radice eos, qui ad eā reuersi fuerant, telo iterum erroris abscindat. Et ideo postquam ego [g] ille ciuitatis illius episcopus, comperto diuisionis laqueo, quo tenebar, diutina mecum cogitatione pertractans, prona, & spontanea uoluntate ad vnitatē sedis Apostolicæ diuina gratia duce reuersus sum; & ne non pura mente, sed simulata reuersus existimer; spondeo sub ordinis [g] mei casu, & anathematis [h] obligatione, atque promitto tibi, & per te [i] sancto Petro Apostolorum principi, atque eius vicario beatissimo Gregorio, vel successoribus ipsius, me nūquam quorumlibet suasionibus, vel quocumque alio modo ad schisma, de quo redemptoris nostri misericordia liberante ereptus sum, reuersurum; sed semper me in vnitate sanctæ Ecclesiæ catholicæ, & cōmunione Romani Pontificis per omnia permansurum. Vnde iurans dico per Deum omnipotentem, & hæc sancta quattuor Euangelia [k], quæ in manibus meis teneo, & salutem [l] † dominorum [m] nostrorum Rempublicam gubernantium, me in vnitate, sicut dixi, ecclesiæ catholicæ, & communione Romani Pontificis semper, & sine dubio permanere. Quòd si (quod absit) aliqua excusatione, vel argumento ab hac me vnitate diuisero, periurii reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inueniar, & cū auctore schismatis habeam in futuro sæculo portionem. Hanc autē professionis, promissionisq; meæ chartulam notario illi cū consensu presbyterorum, & diaconorum, atque clericorum, qui me in hac vnitate obligantes, in suprascriptis omnibus prona simul volūtate secuti, atq; propriis manibus subscripturi sunt, scribēdam dictani, & propria manu subscribens tibi tradidi. Acta in loco illo, die illo, & consulibus [n] suprascriptis. Subscriptio episcopi illius. Ego ille, episcopus ciuitatis illius, huic confessioni, promissionique meæ, præstito de conseruandis suprascriptis omnibus sacramento [o] subscripsi [p].

Ansl. 6. c. 161. Poly. l. 7. tit. 6.

† al. salutem gentium, atque illustrium dominorum] al. geminoque illustrium] Ans.

a ¶ Ego ille.] *reposita est antiqua nota,* ille, *ex codicibus epistolarum B. Gregorij impressis, ac manuscriptis, quæ quidem nota in hoc capite multoties repetitur. Pro ea in vulgatis Gratiani exēplaribus erat N. Aliqua vero alia, quæ parum ab originali discrepabant, nihil causa visum est, cur mutarentur.*

CETERUM. Casus. Dictum est §.q cũ tales recipiuntur (vt in c. si qui voluerint. & sequẽti) fit ex dispensatione: cũ aliud fit de rigore canonum, vt probat per sequentia cap.

Qui in qualibet] Casus. Dicitur in hoc cap. quòd si quis in quacumque ætate doli capax fuerit baptizatus apud hæreticos,

e ¶ Pro persona.] idest, propter simplicitatem personæ.
f ¶ Tanta nequitia] supra dist. 86. tanta.
g ¶ Tacemus.] Arg qui tacet, non consentit ff. commu. diuidu. Sabinus. ver sicut prohibere, &c. ff. de procura. filius familias. §. inuitum. j. de consec. dist. 4. cum pro paruulis.

Ceterum ex canonum rigore contra scribit Felix Papa tertius omnibus episcopis, epist. 1. c. 5.

¶ Qui extra ecclesiam baptizati fuerint, vel rebaptizati, ad ecclesiasticam militiam non admittantur. C. X.

Ansl. 7. c. 17. Burc. l. 4. c. 293. Iuo p. 1. c. 193.

[non vmquam] orig.

[ex eis ad minist.] orig.

QVi in qualibet ætate[a] alibi, quàm in ecclesia catholica aut baptizati[b], aut rebaptizati[c] sunt; ad ecclesiasticam militiam prorsus non † permittantur accedere. Quibus satis esse debet, quòd in catholicorum numero sunt recepti. Quoniam de suo ordine, & communione videbitur ferre iudicium, quisquis hoc violauerit institutum; vel, qui non remouerit eum, quem ex † eius cœtu[d] ad ministerium clericale obrepsisse cognouerit.

Pro persona[e]: sicut beatus Gregorius scribens Ianuario episcopo, lib. 7. indict. 2. epist. 1. ait.

¶ Rigor canonum pro persona aliquando relaxatur. C. XI.

§. dist. 86. tanta. Burc. l. 1. c. 197. Iuo p. 2. c. 78. & par. 5. c. 312.

TAnta nequitia[f] ad aures meas de tua senectute peruenit, vt eam, nisi adhuc humanitus pensaremus, fixa iam maledictione feriremus. *& infra.* ¶ Et quidem pœnæ sententia in te fuerat iaculanda: sed quia simplicitatem tuam cum senectute nouimus, interim tacemus[g].

Pietatis[h] intuitu: sicut de illiteratis, & corpore vitiatis Gelasius ait episcopis per Lucaniam, epist. 1. c. 18.

¶ Canonum decreta pietatis intuitu nonnumquam relaxantur. C. XII.

§. dist. 36. illiteratos.

SI qui, vel temeritate propria, vel incuria præsidentium tales ante suscepti sunt; in his, in quibus constituti sunt, locis eatenus perseuerent, vt nihil vmquam promotionis accipiant, satisque habeant hoc ipsum sibi pro nimia miseratione concessum.

Necessitatis[k] intuitu; sicut Hilarius Papa, qui cum de quodam episcopo præter notitiam atque consensum metropolitani[l] ordinato loqueretur; ne in vtroque graue scandalum fieret, ait in epistola sua ad Ascanium, & vniuersos episcopos Tarraconensis prouinciæ.

Ante c. 2.

¶ Necessitatis causa quædam in ecclesia tolerantur. C. XIII.

QVoniam quidquid ab alterutra[m] parte est indicatum, omni videmus peruersitate confusum; temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere quod gestum est, vt nullus[*] deinceps præter notitiam, atque consensum[n] metropolitani ordinetur † antistes.

[consecretur] orig.

* ¶ Nullus.] *Hoc loco verba Hilarij summatim referuntur.*

Item Innocentius episcopis Macedoniæ, epist. 22. c. 6.

¶ De eodem. C. XIIII.

QVoties à populis, aut à turba[o] peccatur, quia in omnes propter multitudinem[p] non potest vindicari, inultum solet transire. Priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo[q] maxima sollicitudine præcauendum.

h ¶ Pietatis.] Dicitur autem pietas quandoque respectu naturæ, vt quia nostra natura hodie fragilis est, exercenda est pietas, vt 34. distin. fraternitatis. Item aliàs propter fragilitatem, vel pietatis intuitu dispensatur. 33. q. 2. antiqui. Item adhibetur pietas propter innocentiam. sic puer baptizatus ab hæretico admittitur ad sacros ordines propter pietatem innocentiæ, vt §. ead. q. 4. placuit.

Sic etiam no. 86. di. tanta. sed plenè 65. dist. si forte. ibi videas. Archi.

Pietas multa facit.

Et quandoque respectu honestatis ecclesiæ, vt hic A. chid.

i ¶ Si qui.] ¶ Tales.] Spro quibus supponit istud tales, non potest haberi ex c. nisi ex §. præcedenti: sed credendum est Gratiano, qui vidit originale. & est simile j. c. tali. & 33. q. 5. c. 2.

k ¶ Necessitatis.] vt 50. dist. de eo.

l ¶ Metropolitani.] §. dist. 65. c. 2. & 3.

Quoniam.] Casus. Quidam episcopus præter notitiã sui metropolitani fuit ordinatus. Sed propter graue scandalum, quod propter hoc ab vtraque parte fiebat, Papa tolerat quod factũ est, ita quòd de cetero simile non fiat.

m ¶ Ab alterutra.] idest, ab altera. Sed tamen aliter intellexit G. vt patet per præcedentem §. vnde potest dici ab alterutra propriè: quia iam forte metropolitanus aliquid fecerat vnde scandalum esset ortum.

n ¶ Vel consensum.] §. 64. dist. c. vlt. & 65. dist. c. 1. 2. & 3.

Quoties.] Casus. Dicitur hic, quòd propter multitudinem, delictum sæpe multũ remittitur propter scandalum quod timetur: & Dei iudicio relinquitur. Sed ne de cetero tale quid accidat, præcauendum est.

ticos, aut rebaptizatus, numquam debet ad clericatum admitti: & qui talẽ receperit, vel iã promotũ non reiecerit, in se videtur ferre damnationẽ. Ex eius cœtu, idest, ex cœtu hæreticæ prauitatis.

a ¶ Ætate.] discreta. & sic soluitur contrarium. §. ea. quæst. 4. qui apud. & c. placuit.

b ¶ Baptizati.] Hic dispẽsari cõsueuit: sed nõ in casu sequẽti: scilicet rebaptizatĩ, vt de cõse. di. 4. q. bis. & no. 9. q. 1. in summa in princ.

c ¶ Aut rebaptizati.] §. ea. q. 1. ventum est. & supra dist. 50. confirmandum. supra ea. q. 4. placuit. contra. sol. ibi j. de consec. dist. 4. qui bis. supra dist. 51. cap. vlti.

d ¶ Ex eius cœtu.] vel si in adulta eorum ætate consenserint, vel fidẽ impugnauerint. Vel de adultis in adulta ætate baptizatis loq̃.

PRO PERSONA. Casus. Gratia. dicit hic, quòd intuitu personæ rigor canonum temperatur. Et ad hoc inducit sequens c. cuius casus patet, & quæ sequuntur vsque ad cap. quoniam.

e ¶ Pro persona.] Arg. 56. dist. miramur. Sed verum est quod ibi dicitur, quod propter amorem, &c.

o ¶ A turba.] extra de cler. excommu. latores.

p ¶ Propter multitudinem.] Arg. quòd parcendum est multitudini, vt 44. dist. comessationes. 50. dist. vt constitueretur. 23. q. 4 ipsa pietas. & cap. non potest. 9. q. 1. ordinatores. Sed quot dicuntur multi? Dic quantum ad hoc quòd multi dicuntur, quo ad respectum. nam alias 40. dicuntur multi. extra de cler. excom. latores. alias xxiij. millia dicuntur pauci. 45. dist. disciplina præterea. Arg. contra, extra de reg. iu. qui scandalizauerit. de pœ dist. 6. c. 1. in fi. 25. quæst. 2. ita nos. vbi non parcitur multitudini. Solu. videtur haberi per id quod legitur 23. quæst. 4. cum quisque. vel per si illius de pœ. di. 6. cap. 1. vt extunc eis non parcatur, cum ex auctoritate volunt illud defendere, vt 82. distin. plurimos. & 40. distin. Domino sancto.

Multitudini est parcẽdũ.

q ¶ Et de reliquo.] idest, de cetero. 96. dist. in scripturis. ff. de legib. sum lex.

Didici.

Item ex epistola Cyrilli missa Maximo diacono Antiocheno. | In prima actione septimæ synodi.

¶ Ex dispensatione quædam tolerantur, quæ canonum rigor condemnat. C. XV.

DIdici à diligendo mihi Paulo Monacho: quia recusat pietas tua usque hodie communionem reuerendissimi episcopi Ioãnis amplecti, pro eo, quòd quidam in Antiochena ecclesia male adhuc cum Nestorio vel sentiant, vel iam senserint quidem, sed forsitan resipuerint. Probet igitur tua modestia; vtrum aliquando hi, qui dicuntur collegi, nude, ac irreuerenter cum Nestorio sentiant, & inuicem colloquantur[a]: licet aliquando cauteriatam[b] habuerint conscientiam: colligantur autem nunc acta pænitentia super ijs, in quibus subrepti sunt[c]: quamuis confiteri[d] fortassis reuereantur excessum. *& infra.* ¶ Vt autem non æstimemur amare contentionem; amplectamur episcopi reuerendissimi Ioannis communionem, indulgentes ei, & causa dispensationis eius negotium non subtilius, vel districtius[e], siue vehementius erga se recognoscat agitari. Dispensationis enim gratia, sicut dixi, eget negotium multum[f].

Iuo in prologo. Pan. in prologo cap. 23.

Iuo ibidem. Pann. ibidem c. 24.

¶ *Hæc epistola beati Cyrilli refertur in actione prima septimæ synodi. Et quoniam in magni ponderis argumento versatur, ac prudentissime scripta est; multa autem in hac versione corrigenda fuissent: placuit græcam ipsam epistolam cum interpretatione noua afferre.*

Τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Μαξίμῳ διακόνῳ Ἀντιοχείας, ὑπομνηστικόν.

ΕΜαθον παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ μονάζοντος Παύλου, ὅτι παραιτεῖται ἡ σὴ θεοσέβεια μέχρι σήμερον τὴν κοινωνίαν τὴν πρὸς τὸν εὐσεβέστατον Ἰωάννην, διὰ τό τινας ἐν τῇ Ἀντιοχέων ἐκκλησίᾳ ἢ φρονοῦντας ἔτι τὰ τοῦ Νεστορίου, ἢ πεφρονηκότας μὲν, ἀποστησομένους δὲ ἴσως νῦν. δοκιμασάτω τοίνυν τὸ σὸν ἐπιεικές, πότερον ποτὲ οἱ λεγόμενοι συνάγεσθαι, γυμνῶς, καὶ ἀναισχύντως τὰ τοῦ Νεστορίου καὶ φρονοῦσιν, καὶ λαλοῦσιν ἑτέροις, ἢ κεκαυτηριασμένην μὲν ἐσχήκασί ποτε τὴν συνείδησιν, συνάγονται δὲ νῦν μεταμεληθέντες ἐφ' οἷς συναρπάγησαν, αἰσχυνόμενοι δὲ ἴσως ὁμολογεῖν τὸ πλημμελές: συμβαίνει γάρ τινα τοιαῦτα περὶ τοὺς ἀπατηθέντας γίνεσθαι: κἂν εἰδῇς συμβαίνοντας νῦν τῇ ὀρθῇ πίστει, ἀμνησικάκει περὶ τῶν παρελθόντων: βουλόμεθα γὰρ μᾶλλον ἀρνουμένους αὐτοὺς ὁρᾶν, ἢ ἀπαισχύντῳ γνώμῃ συναγορεύοντας ταῖς Νεστορίου κακίαις. ἵνα δὲ μὴ δοκῶμεν ἡμᾶς τὸ φιλόνεικον, ἀσπασώμεθα τὴν πρὸς τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην κοινωνίαν, συγχωροῦντες αὐτῷ, καὶ οἰκονομίας ἕνεκα μὴ ἀκριβολογούμενοι σφόδρα, περὶ τοὺς μεταγινώσκοντας: οἰκονομίας γὰρ, ὡς ἔφην, δεῖται τὸ πρᾶγμα πολλῆς.

Sancti Patris nostri Cyrilli archiepiscopi Alexandrini ad Maximum diaconum Antiochenum admonitio.

COgnoui ex dilecto Monacho Paulo pietatem tuam vsque ad hunc diem recusare communionem religiosissimi episcopi Ioannis: eo quòd aliqui sunt in ecclesia Antiochena, qui vel adhuc cum Nestorio sentiunt, vel senserunt quidem, nunc autem ab eo fortasse abstinent. Perpendat igitur æquitas tua, vtrum tandem, qui dicuntur conuenire, palam, atque impudenter Nestoriana & sentiant, & cum alijs etiam loquantur: an aliquando quidem cauteriatam habuerint conscientiam, nunc autem ideo conueniant, quòd ipsos pænituerit erratorum, quibus simul abrepti fuerant; pudeat autem fortasse lapsum suum fateri. Solet enim fere tale quiddam ijs, qui decepti sunt, vsuenire. Quòd si illos nunc ad rectam fidem conuersos videas, malorum præteritorum memoriam depone. Malumus enim eos videre negantes, quàm defendentes Nestorij vitia. Ceterum, ne videamur contentionis cupidi, religiosissimi Ioannis communionem amplectamur, indulgentes ei, atque vt conueniens in his rebus moderatio teneatur, non nimium diligenter in eos, qui resipiscunt, inquirentes. Res enim, vt dixi, magnæ eget moderationis.

¶ *In eandẽ sententiã scribit Ioãni Antiocheno patriarchæ in epistola, quæ habetur tomo 3. actis Concilij Ephesini nuper Ingolstadij impressis his verbis.* Optamus autẽ, vt oẽs, res suas agant, neque turbas ecclesijs per Christi gratiã, doctorumque vbilibet agentium prudentiã vtcumquam sedatas denuo excitent, neque vel sibiipsis, vel alijs negotia facessant. Ceterum si sunt, qui a Nestorio aliquando steterunt, nunc vero ex animo resipiscentes à dogmatis illis discedere, mutataque voluntate rectã, inculpatamque fidem complecti cupiunt, eos placide suscipere oportet, nec cuiquam illorum, præteritorum gratia, conuicium facere: ne qua ratione ansa quibusdam præbeatur, vt cunctatius ad meliora festinent.

Idem ad Gennadium presbyterum, & archimandritam[g]. | Ead. act. 1. septimæ synodi ex versione Anastasij.

¶ De eodem. C. XVI.

DIspensationes rerum nonnumquam cogunt parũ quidem à debito[h] quoddã foras exire, vt maius aliquid lucri faciant. Sicut enim ij, qui mare nauigant, tẽpestate vrgente, nauiq; periclitante anxiati quędã exonerãt[i], vt cetera salua permaneãt; ita & nos cũ nõ habemus saluandorum

Iuo in prologo. Pan. in prologo c. 25.

DIdici. Paulus monachus significauit patriarchæ Alexandrino, quod Io. de quo hic fit mentio, fuit epis Antiochenus, qui in Nestorij hæresim incidens, ecclesiam suam in eandem hæresim induxerat. tandem Io. rediijt ab hæresi, sed populus ecclesiæ suæ quem subuerterat, non ex toto adhuc redierat: & id Maximus diaconus nolebat adhuc communicare Ioãni, quare Cyrillus patriarcha Alexandrinus monet eum, vt quamuis aliqui de Antiochena ecclesia secuti fuerint, vel adhuc sequantur hæresim Nestorianã, nihilominus tamen amplectatur communionem Io. Mandat tamen inquiri, vtrum ali qui hæresim illã sequantur, & colligãtur ad vnitatem. Collegi, idest, congregati & consentire. Nude. i. manifeste, & publice. Irreuerenter. i. inuerecunde. Sentiant, nunc, alioquin non sunt vitandi.

a Colloquantur.] Arg. à collocutione præsumi consensum. 27. q. 1. nec aliqua.

b Cauteriatã.] idest, vulneratã vel adultam igni nocentis cauterio.

c Subrepti sunt.] i. surrepti sunt. & est antiqua grãmatica. Vel. s. corrupti. & de ser. non ordi. Ex quibus literarum.

d Confiteri.] publice. & in hoc est dispensatio. nã de iure publice debet confiteri. & ex. quoties. de conse. dist. 2. ego berengarius.

e Districtius.] Non vult aliquid exaggerare, & c. 74. dist. vbi.

f Multum.] idest, magnum.

g Archimandritam.] Archos princeps: mandros ouis. vnde archimãdrita prĩceps ouiũ.

Archimandrita. erat enim princeps Antioc. Hu.

Dispensationes.] Dicitur hic, quod oportet quosdã excommunicari & ejci extra ecclesiã, ne multitudo pereat: sicut in naufragio quædã merces abijciuntur, vt cetera salua permaneant. patet seq. §.

h A debito.] idest, à iure cõmuni, quod omnibus æqualiter debetur. & ita dispensatio non est iura, vt 32. q. 2. hoc ratione. quandoque sñ dispẽsatio debet, vt 50. di. vt cõstitueretur.

Ad hoc 19. dist. de his in fine.

i Exonerant.] j. 22. q. 3.

q.4.non solum.j.13.q.vlti. animæ. ff. si quis cau.l.4. ff. ad legem Rhodiam,qui iactandæ.

Regum Hispaniæ reprehensio.

a ¶ *Despicimus.*] idest,committimus:quia easdem res non habent pro derelicto. Vnde male faciūt Reges Hispaniæ,qui naues fractas occupant.nā dicit lex,q fiscus non debet ditescere calamitatibus miserorum.

HVIC PETRVS. Hoc adaptatur ad proxime dictum,a quasi diceret,non est mirum, si spurius promouetur, cum Deus non sit personarum acceptor.

d ¶ *Huic*] scilicet vt necessitate vel vtilitate promoueantur tales.

e ¶ *Petrus ait,&c.*] quia apud Deū non est personarum acceptio.

uandorum omnium negotiorum [a] penitus certitudinem;despicimus[b] ex ijs quædam, ne cunctorum patiamur dispendia [b] [ϑ].

a ¶ Negotiorum.] *Græce est* · οὕτω καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς πράγμασιν, ὅταν μὴ ἐξῇ τὸ λίαν ἀκριβὲς περισώζειν, παρορῶμέν τινα, *idest*,Sic & nos in negotijs vbi non licet exquisitissimam illam rationem seruare, despicimus quædam.

ϑ ¶ Dispendia.] *Omisit hic Gratianus ex hac epistola ea referre , quæ ad propositam quæstionem maxime faciunt . Sunt autem hæc, quæ hic etiam recitat*:Et hæc scribo cognoscens , quod pietas tua tristetur in sanctissimum,& Dei cultorem,fratrem,& comministrum nostrum Proclum episcopum, eo quòd admiserit in communionem Aelienfium Hegumenum : quem quidem ecclesiæ leges , Palestinæ præpositum non nouerunt. *& infra.* ¶ Igitur ne refugiat pietas tua sanctissimi, & Deo amicissimi Procli episcopi communionem . Vna enim fuit cura mihi, & sanctitati eius ; & dispensationis modus nulli sapientium displicuit . *Vocem autem* hegumenon,*i.præpositum,videtur suppleße Anastasius , vt exprimeret locutionem græcā,* τὸν τῶν αἰλιενσίων.

Vtilitatis intuitu : sicut in Meldensi concilio, c.64. perhibetur de filijs virginum vi raptarum,& sic ad coniugium raptorum applicatarum .

§ Vtilitatis intuitu quædam in ecclesia tolerantur. C. XVII.

TAli coniugio[c] generati, ecclesiasticis ordinibus non applicentur: nisi forte eos aut maxima ecclesiæ vtilitas, uel necessitas postulet; vel euidens meritorum prærogatiua commendet.

Act.10.

Huic[d] *Petrus*[e] *concordans ait* [*In veritate comperi , quia non est acceptor personarum Deus, &c.*] ¶ *Pro euentu*[f] *etiam res quædam in ecclesia tolerantur : sicut Leo in decretis suis de laicis subito contra decreta canonum ordinatis episcopis ait, epist.85.al.87.c.1.episcopis Africæ.*

¶ Laicis, qui contra decreta canonum ad episcopatum promouentur, ex misericordia susceptum officiem relinquitur. C. XVIII.

EXigunt [γ] causæ [g], vt non solum in tales præsules, sed etiam in ordinatores eorum vltio competens proferatur . Sed circumstant nos, hinc mansuetudo clementiæ, hinc censura iustitiæ , vt credamus quædam delicta vtcumque toleranda ; quædam vero penitus amputanda . Illos ergo , quorum prouectio hoc tantum reprehensionis incurrit , quòd ex laicis [h] ad officium episcopale delecti sunt, locum suum tenere permittimus ; non præiudicantes Apostolicæ sedis statutis, nec beatorum Patrum regulas soluentes : quia remissio [i] peccati non dat [k] licentiam delinquendi: nec quod potuit aliqua ratione concedi, fas erit amplius impune committi : ne [ϑ] , quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post hæc ultione plectamus.

γ ¶ Exigunt causæ.] *In ipsa epistola Leonis hæc antecedunt* .Cum ergo inter vos tantum valuerint aut studia popularium , aut ambitus superborum, vt non solum laicos, sed etiam secundarum (*sic enim recte legitur in epistolis cum alijs beati Leonis operibus Coloniæ impressis , non* sæcularum, *vt in tomis conciliorum*) vxorum viros , aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale prouectos : non ne apertissime exigunt causæ , vt ecclesiæ , in quibus ista commissa sunt, iudicio seueriore purgentur,& non solum in tales præsules,&c. *Est vero caput hoc multis locis in summam redactum, omissa narratione delictorum illorum, quibus minime sanctissimus ille Pontifex ignoscit.*

ϑ ¶ Ne, quod ad tempus.] *Hæc, quæ repetuntur* j. c.donatum *, sumpta sunt ex secundo capite eiusdem epistolæ.*

f ¶ *Pro euentu.*] Et hoc ad necessitatem, vel vtilitatem refertur .

EXigunt.] CASVS. Quidam de laicis non seruatis interstitijs promoti sunt in episcopos nimis præcipitanter : quia debebant de iure deponi : sed ex misericordia Leo dicit eos tolerandos, in quibus aliud reprehensibile non inuenitur , nisi quod nimis festinanter promoti fuerint , ita quod ex hac remissione non sumant licentiam delinquendi . & prohibet ne de cetero hoc fiat, ne cogatur ille punire, quod nunc ex misericordia multū dimittitur.

g ¶ *Causæ*]Cum ergo hic sit rigor , & ibi misericordia : potius debet iudex sequi misericordiam , quam rigorem [l], vt extra de iudic. tale.cap. 2.& C.de iud. placuit. & sic iam videtur quòd dispensatio sit debita, quia præceptum misericordię omnibus est commune,vt 86.dist.non satis.& sententia,quæ misericordiam vetat , fugienda est , vt 50. dist. ponderet. in fi.quod concedo quod quādoque sit debita : & iudex peccaret si non dispensaret: non tñ est proditū ius p qd petatur dispēsatio: sicut ad eleemosynam tenemur pauperi [a] ; pauper tamen eam nullo iure petit. tamen ad petendam dispensationem potest implorari officium iudicis . & si nollet episcopus dispēsare, petet hoc à superiore. & est si. extra de iure patro.nullus.

h ¶ *Quòd ex laicis.*] supra 77.dist.monachus. & 59.dist.si officia. contra,supra dist.61. quid proderit contra,supra dist.61.c.1.& 2.contra. Sol.ibi ius commune, hic dispensatio .

Misericordia est rigori anteponenda.

[l] Ad hoc 9. dist sana. vbi de hoc videas .

Dispensatio est quãque debita .

[a] Vs 47.dist. sicut.86 dist. pasce.16.q.1 quoniā.Aie.

b ¶ *Dispendia.*] Esse solent magno damna minora bono.

TAli.] CASVS. Si captor ducat raptam in quem rapta numquam consensit , filius de tali contubernio natus non potest promoueri, nisi propter necessitatem vel vtilitatem , vel propter personæ prærogatiuam. Vel intellige c.loqui secundum eos qui dicunt inter raptorem & raptam non esse matrimonium. sed verior est opinio, quòd inter eos sit verum matrimonium.

Matrimoniū tenet inter raptam & raptorem .

c ¶ *Tali coniugio.*] Sed nonne inter raptam & raptorem tenet matrimonium, vt 36.quæst. 2. tria?Quare ergo filij cum legitimi sint, repelluntur à promotione?Resp. hoc non tenet . Vel dic,q hic loquitur de monialibus raptis, cum quibus matrimonium nō tenet. & dic, coniugio, idest, coniunctione vel coniugio de facto: aliàs legitimi essent,nisi forte quo ad episcopatum. extra de ele.innotuit. Sed certe illa decretalis loquitur tantum in concubina.

i ¶ *Quia remissio.*] infra, 23.q. 4.est iniusta.in fi.contra, supra dist. 93.peruenit.& 35.q.9.loci. j.1.q.1.placuit.Sol. ibi factum respicit,hic ius.& expone quod sequitur .

k ¶ *Non dat*] idest, non debet dare.nam leges,quæ periuria puniunt,&c.C.de ind.vido.l. 2.ar. C.vnde vi, meminerint. j.de cōse. dist 4.quæris.arg.de pæ.dist. 3.§.sed verba. & c.sane. Sed aliud est impunitas occasione amplius peccandi conditionem sumere : quod ibi dicitur. aliud pro vno concesso reliqua similia vtiquequaque concederet quod hic negatur. Vel dic non dat,idest, non dare debet.

ADDITIO Sub.& non debet quis inde sumere audaciam & cōfidentiam delinquendi. Dic ergo,remissio, idest, impunitas:idest, dispēsatio,qua impune pctā dimittūtur,non dat licentiā,idest laxamentum delinquendi in similibus.secundum Io.de Fant.

M *Aximum.*] C A S V S. Maxim us Donatista fuit: sed postea conuersus ad fidem ex laico est in episcopū promotus. Leo Papa eū tolerat: mandat tū sibi, vt in libello ad Papam misso se esse catholicum manifestet. Sequens c. patet, in quo tolerat Donatum cum sua plebe conuersum, mandat tamen ei, vt mittat libellum in quo cōfiteatur fidē, & abneget hæresim illā. & madat Leo, vt hoc de cetero non fiat.

a *Ex laico.*] Ille fuerat factus episcop⁹ nō seruatis intcallitijs temporū in minoribus ordinibus: & ideo dicit tex. ex laico. ar. superficiale ꝑ illitteratis. s. 61. dist. c. 1. 2. & 3. & c. qd proderit. cōtra. Io.

† De quibus habetur 77. dist. in singulis. & ca. seq. Archid.

b *Ab episcopali.*] j. 16. q. vlt. inuentum.

c *Quoquo.*] idest, nō legitimo, sicut illud: Quos genui quocumque toto.

d *Dignitate.*] Quid si patronus labitur in hæresim: an reuersus recuperet iuspatr. quod habebat? Argu. q sic. extra de elec. quia diligentia. ff. de in ius voc. l sed si ff. de bo. lib. l. 3. §. si deportatus. Ioan. tū si lata fuisset sententia contra eum de amissione iurispatronatus, amplius non recuperat. extra de diuor. de illa. extra de conuer. coniug. c. vlt. Ber.

e *Libello.*] j. 7. q. 1. §. ecce. & c. qualiter. s. ea. q. si qui voluerint.

f D *Onatum autē.*] *Causarum.*] Collige ex hoc intelligentiā eius qd dici solet in litteris, salua apostolica auctoritate.

Salua Apostolica auctoritate.

g *Antiquis*] idest, secundū antiquas regulas. & ita nisi exprimeretur hoc, videretus cōstitutio perpetua. arg. C. de poe. seruus. Sed tamen quid iuris sit super hoc, not. 61. dist. §. ex his omnibus.

a Vt sit glo. planior sub. sic debet esse lex esse perpetua & communis. 4. di. erit. nisi ex aliqua illarū causarum 29 dist. sciēdū. facta fuerit. quo ca sucessāte cau sa. & c. Io. de Fant.

S *Aluberrimum.*] C A S V S. Dicitur in hoc c. q si quis clericus ab hæresi ad ecclesiam reuertatur, profiteatur in scriptis hæresim suam cum auctore eius esse damnatam, ne amplius corrumpatur, cum suæ professioni non possit de cetero obuiare. & pro magno beneficio habeat, si adempta omni spe promotionis, in quo inuenitur ordine permaneat: dum tamen iterata tinctione non fuerit maculatus.

m *Libello.*] s. ea. q. si qui voluerint.

n *Purgationem.*] idem etiam si de simonia suspectus sit. extra de purga. cano. quoties.

o *Opinione.*] s. dist. 30. cap. vlti.

E C C E Q V I B V S. Hæc est quinta pars q. in qua quæritur qua-

Idem in eadem epist. c. 3.

¶ Donatistæ, & Nouatiani, quamuis reprehensibiliter ordinati, tamen ex necessitate tolerantur. C. X I X.

M Aximum quoque ex laico[a], licet reprehensibiliter, ordinatum, tamen si Donatista jam non est, & à spiritu schismaticæ prauitatis alienus, ab episcopali[b], quam quoquo[c] modo adeptus est, non repellamus dignitate[d]: ita vt & ipse libello[e] ad nos directo † catholicum se esse manifestet. † al. odio

Idem ibidem initio cap. 3.

¶ De eodem. C. X X.

D Onatum autem Salicinensem † ex Nouatiano cum sua (vt comperimus) plebe conuersum, ita Dominico volumus gregi præsidere, vt libellum fidei suæ ad nos meminerit dirigendum: quo & Nouatiani dogmatis damnet errorem, & plenissime confiteatur catholicam veritatem. Quæ enim nunc certarum remisimus consideratione causarum[f], antiquis[g] deinceps custodienda sunt regulis: ne, quod ad tempus pia lenitate concessimus, iusta post hæc vltione plectamus. † al. Seminatensem Ibidem c. 2.

Idem Ianuario † episcopo Aquilegiensi, epist. 3. † al. Iuliano

¶ Redeuntes ab hæresi, post publicam professionem, in suis ordinibus recipi possunt. C. X X I.

S Aluberrimum enim, & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimum est, vt siue presbyteri, siue diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad catholicam fidem, quam iampridem amiserant, rursum reuerti ambiunt; prius errores suos, & ipsos auctores errorum damnari à se sine ambiguitate fateātur: vt sensibus[h] prauis etiam peremptis nulla sperandi supersit occasio, ne vllum membrum talium possit societate violari: cum per omnia illis professio[i] propria cœperit obuiare. Circa quos etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri, vt in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inueniuntur ordine, stabilitate perpetua maneant; si tamen iterata tinctione non fuerint maculati[k]. Idem epist. 83. ad Septimium. Ans. l. 12. c. 39. Iuo p. 6. c. 97. 1. q. 1. omnis cuiuslibet.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 36. In capitulis Martini Braca.

¶ Ab hæresi redeuntes, hæresim, & eius auctores publice detestentur. C. X X I I.

S I quis episcopus, siue alicuius episcopi presbyter, aut diaconus in alicuius hæresis opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus; nullus episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio[l], porrecto fidei suæ libello[m], satisfaciat omnibus, & ita liberam suā teneat purgationē[n]. Hoc idē & de fidelibus laicis sit decretū, si in aliqua hæresis opinione[o] fuerint nominati.

§ *Ecce quibus de causis quædam in ecclesia tolerantur, quæ eisdem cessantibus pia seueritate vindicantur. Quando autem toleranda sint, quando resecanda, Gelasius Papa distinguit[p] dicens episcopis per Lucaniam, epistola prima, c. x1.*

¶ Quando in ecclesia, aliqua sint toleranda. C. X X I I I.

E Tsi illa[q] nonnumquam sinenda[r] sunt, quæ, si ceterorum[s] con-

h *Sensibus.*] idest, opinionibus hæreticorum.

i *Professio*] C. de non numer. pecu. generaliter. j. 2. q. 1. legum. j. 27. q. 1. omnes feminæ. extra de appel. personas.

k *Maculati.*] Idem est si fuerunt rebaptizati. arg. de conse. dist. 4 qui ius. & ca. eos quos. Vel si ad subuersionem fidei adhæserunt hæreticis[3] s. ead. quæst. conuenientibus.

3 In istis casibus Papa sibi reseruat dispēsationē: & in casu quem habet extra de aposta. c. vlt. vbi de hoc. Archid.

S *I quis*] C A S V S. Si quis pro aliqua hæresi excommunicatus fuerit, non debet ad communionem admitti, nisi prius cum debita satisfactione fuerit in concilio reconciliatus.

l *Concilio.*] Hodie sufficit solus episcopus. extra de hæreti. ad abolendam. §. quia vero.

l *Concilio.*] s. 50. dist. de eo.

qualiter debeat dispensari: quod probat per c. sequens. Io. de Fan.

p *Distinguit.*] & protinus agit de illis quæ dispensari solent.

E *Tsi illa.*] C A S V S. Hugo sic ponit hunc casum. Quamuis dispensabilia ex causa quandoque relaxātur: indispensabilia tamen nulla causa sunt relaxāda. & si illa numquam relaxari debēt, nisi ex magna causa: quāto magis ista ex nulla causa sunt relaxāda? Beneuenta. sic ponit casum. Quāuis toleremus quæ per exempla non nocent: in illis tamen dispensare non debemus, quæ scandalum vel deformitatē inducunt. nam si in præmissis tantum pro necessitate vel vtilitate dispensamus: quare his causis absentibus iura cōmunia mutilamus, quę nisi pro necessitate mutilari nō debēt?

q *Et si illa.*] vt dispensabilia.

r *Sinenda sunt.*] idest dispensanda 4 & ita ceterorum improprie sumitur. arg. ff. de min. patri. 26. dist. deinde.

4 Loquitur enim in prin ci. de his quę dispēsari possunt, Ioan.

s *Quæ si ceterorum.*] idest, quæ dispensari possunt.

a *Illa*

Sub. de quibus nō est in benigniorem partem interpretandū, cū sint manifesta. Hug.

a ¶ *Illa.*] Hoc de illis quæ dispensari non possunt.
b ¶ *Decoloratione.*] puta si esset latro, vel ebriosus, vt extra de regu. iur. ettate.
c ¶ *Et si ea ipsa.*] & sic forma constructionem. si illa nullatenus sunt mutilanda, quæ nullo detrimento, &c. quanto magis nec illa sunt

ctoritate Gre. & Aug. & postea soluit, & maledicēs vt circa baptizatos & in ordine sacerdotali, vel episcopali inuentos, sacramentū non reiteretur. Ea vero quæ cum quadam distributione vasorum vel indumentorū præstantur interueniente episcopali benedictione, vt ordo leuitarum, & ī eū ordines possit reiterari pū: cum ab hæreticis conferuntur: nec dicitur aliquid iterari, cum nihil ab eis sit receptum. ad quod inducit sequens cap.

stet integritas, nocere sola non valeant: illa[a] tamen sunt magnopere præcauenda, quæ recipi, nisi manifesta decoloratione[b] non possunt. Ac, si ea ipsa[c], quæ nullo detrimento aliquoties indulgenda creduntur, vel rerum temporumque[d] cogit intuitus, vel acceleratæ[e] prouisionis respectus excusat; quāto magis illa nullatenus mutilanda[f] sunt, quæ nec vlla necessitas, nec ecclesiastica prorsus extorquet vtilitas?

Aliquando enim pro necessitate, vel vtilitate ecclesiæ mutilantur, & laxantur præcepta[g] canonica.

6 *Breuiter ostendimus, qui reuertentes ab hæresi, in suis ordinibus[h] valeant recipi, vel qui non. Nunc autem quæritur de ijs, qui ab hæreticis ordinati sunt, si ad vnitatem catholicæ matris ecclesiæ redierint; vtrum in eodem ordine[i] iterum valeant ordinari. Semel enim consecratus (vt ait beatus Gregorius)[k] iterum consecrari non debet.* ¶ *Item sacramenta, quæ ab hæreticis in forma ecclesiæ ministrantur (sicut Augustinus[l] testatur) reiterari[m] non debent; ne non homini, sed sacramento videatur iniuria fieri.* ¶ *Sed illud Gregorij de his intelligitur, qui consecrationem sacerdotalem, vel episcopalem acceperunt: qui aut per manus impositionem, cum ad ecclesiam redeunt, effectum suæ vnctionis† accipiunt, aut ab eius administratione perpetuo cessare iubentur. Similiter illud Augustini de eadem mystica vnctione, & de sacramento baptismatis intelligitur.* ¶ *Sunt autem in ecclesia alij ordines, qui sine sacramentali vnctione, sola episcopi benedictione, cum quadam vasorum, vel indumentorum distributione præstantur, vt sunt leuitæ, & ceteri infra eos constituti. Hi quamuis ab hæreticis ordinentur; tamen ad ecclesiam redeuntes in eodem ordine (si aliàs digni fuerint) ab ecclesia ordinentur: nec fiet in eis reiteratio muneris, cum ab hæreticis nihil doceatur eis fuisse collatum. Vnde Vrbanus secundus scribit Petro Pistoriensi episcopo, & Rustico abbati vallis vmbrosæ.*

ī. dist. 68. c. 1.
ī. ead. q. 1. quod quidam.
† al. ordinationis

h ¶ *Ordinibus.*] scilicet illi qui coacti sunt, vel ignoranter ab hæreticis ordinati sunt.
i ¶ *Vtrum in eodem ordine.*] & dic quòd non, si in forma ecclesiæ ordinati sūt. extra de apostā. ex litteris. nec bene soluit hic Gratianus.
k ¶ *Vt ait beatus Gregorius.*] ī. dist. 68. c. 1.
l ¶ *Augustinus.*] ī. ead. q. 1. quod quidam.
m ¶ *Reiterari.*] vt ī. ea. q. 1. ventum.

¶ Redeuntes ab hæreticis sunt ordinandi. C. XXIIII.

Pann. l. 3. c. 81.
ī. 1. q. 1. ventū.
c. sequenti, per dilectam.

DAibertum à Nezelone[n], licet simoniaco, non simoniace eiusdem confessione reperimus in diaconum ordinatum: & beati[o] Innocentij Papæ sententia constat declaratum. quòd Nezelon (quem constat ab hæreticis ordinatum) quia nihil[p] habuit, nihil dare[q] potuit ei, cui manus imposuit. Nos igitur tanti Pontificis auctoritate firmati, & Damasi Papæ testimonio roborati, qui ait [Reiterari[r] oportet, quod male actum est;] Daibertum ab hereticis corpore, & spiritu digressum, atque vtilitatibus ecclesiæ pro viribus insudantem, ex integro[s] (ecclesiæ necessitate ingruente) diaconum[t] constituimus. Quod non reiterationem existimari censemus, sed tantum integram diaconij dationem: quoniam, vt prædiximus, qui nihil habuit, nihil dare potuit.

n ¶ Nezelone.] *Marianus Scotus in vita Gregorij VII. mentionem facit archiepiscopi Magdeburgensis hoc nomine appellati.*

DAibertum.] CASVS. Nezelon ordinatus fuit ab hæreticis in episcopum præter formam ecclesiæ, & sic ordinem episcopalē non recepit: qui postea Daibertum præter formam ecclesiæ vel cum forma (non refert) in diaconū ordinauit. Sed quia illum ordinē conferre non potuit, Daibertus nihil accepit ab eo. vnde Vrbanus cū dispensaret cum eo, fecit illum ordinari auctoritate Damasi Papæ & Innocentij.
a ¶ *Daibertum.*] per hoc c. probat Io. opinionem suam: scilicet quòd baptizatus ab eo qui recepit vltimā manus impositionem, extra ecclesiam, nihil recipit. Nos qui dicimus contrarium, hoc intelligimus cum non ordinabat in forma ecclesiæ.
o ¶ *Et beati.*] Et ita cū faciat hic mentionem de illo cap. supra 1. q. 1. ventum est. intelligendum est illud, sicut & illud de non ordinatis in forma ecclesiæ.

sunt mutilanda. & est sensus: si in dispensabilibus non debet iudex dispensare nisi ex magna causa: quanto magis in ijs quæ sunt indispensabilia, nullo modo debet iudex dispensare. 14. dist. cap. 2.
d ¶ *Vel verò temporūque.*] vel personarū. nā per qualitate personarū & actio formatur, & condemnatio moderatur. ff. de neg. gest. Pomponius in negotijs. Habes ergo hic causas propter quas est dispensandum, scilicet causa vtilitatis & necessitatis. Sed numquid ex causa probabili, videtur argu. quòd sic. 57. dist. c. 1. quod concedit Alanus. Ego contra. Nec obst. 57. dist. c. 1. quia si post fides eius appareat probabilis, aboletur irregularitas ibi præsumpta, & promouetur de iure communi.
e ¶ *Vel accelerata.*] nam quæ de nouo emergunt, & c. ff. de integro. act. de ætate.
f ¶ *Mutilanda.*] Dispensationes quas extorquet necessitas, cessante necessitate mutilandæ sunt: quæ vero regulariter fiunt, nō, vt ī. 9. q. 1. ab excōmunicationis. ī. dist. 50. placuit. ī. 7. q. 1. mutationes.
g ¶ *Præcepta.*] quædam, non omnia.
BREVITER. Hæc est 6 pars q. in qua quæritur si ordinati ab hæreticis sint iterū reordinandi. & dic quòd non, si fuerint ordinati in forma ecclesiæ. & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fant.
CASVS. Hic mouet Gratia incidentē quæstionē, vtrū scilicet ordinati ab hæreticis debeāt iterū ordinari. Et primo probat quòd nō, au-

Dispensandū est certus ex causis.
Illud fuit dictum L. & in hoc etiam residet. Io. de Fant.
Dispensationes quædam mutilandæ sunt.

p ¶ *Quia nihil*] supra e. q. 1. gratia. ī. de consec. dist. 4. quomodo. arg. ī. ea. q. 1. qui perfectionem.
q ¶ *Dare.*] Arg. qui nihil habet, nihil dare potest. Arg. contra extra de electio. suffraganeis 3. Item argu. quòd pro non dato habetur quod datur ab eo, qui de iure dare non potest, vt extra de iure patro. quod autem. in fi.
r ¶ *Reiterari*] quo ad speciem facti: non rei essentiam. Nam sæpe quod male fit, vel minus plene, ex integro est agendum: sicut in satisdatione. ff. qui satisda. cog. de dte. §. si iterum. & in iu. iuramento. ff. de iureiuran. qui per salutem. & in libelli confectione. 2. quæst. vlt. cap. vlt. argu. ff. qui satisf. cog. si ab arbitro. §. quod & si. Nam in his omnibus non est aliquid iterandum: sed quod omissum est, restaurandum. extra de sacra. non ite. cap. vno. Io. Male dicit 4 Ioannes hic: cum quoad rei essentiam sit iterum ordinatio facienda: quia prima ordinatio non erat in forma ecclesiæ. Ber.
s ¶ *Ex integro.*] supra ea. quæst. 1. si quis confugerit. ī. de consec. dist. 4. si nulla extra de cens. scientes.
t ¶ *Diaconum.*] Iste Daibertus extra formam ecclesiæ fuerat ordinatus a Nezelone.

Qui nihil habet nihil dat.
3 Et extra de sup. neg. prælā. c. 2. vbi de hoc pro et cōtra ibi videas. Quod minus plene fit, est iterandum.
4 Idem sentit hic Io. qui tenet quod sequitur. Arc.

P *Er illicitam.*] C A S V S. Quidam fuerunt ab hæreticis præter formam ecclesiæ ordinati: vnde mandat Papa, vt iterum tales ordinentur, cum nihil acceperint ab hæreticis.

a ¶ *Per illicitam*] idest, non iustam.

b ¶ *Vulneratum caput.*]idest, mentem macula culpæ infectam.

c ¶ *Medicinam adhiberi.*] idest, reiterari, vt ita & illud intelligatur de ordinatis in forma ecclesiæ.

d ¶ *Reiterari.*] Not. hanc expositionē, &c. & hęc expositio est sub intelligenda 3. ea. q. 1. ventum. vbi eadē sunt verba.

e. ¶ *Legitime.*] Arg. ex hoc loco quòd si potestas translata est in aliquem vt eligat episcopum, & ipse minùs bonum eligit, iterum potest eligere. ar. 7. q. 1. factus. 8. dist. quæ cōtra. nam reproba pecunia nō liberat debitorē. ff. de p.gr.o.ac.eleganter. §. qui reprobos. & est ar ad hoc extra de ele. in causis. in fi. . Arg. contra extra de offi. de leg. in literis. nā functus est officio suo. Nā etiā ipsi canonici male eligendo priuantur potestate eligendi. extra de elec. cum in cunctis. & not. 61. dist. Rodoi. Quid iuris sit, not. in qq̄ æstionibus. Bar.

Item ar. ad hoc qđ no. 3. prox. c. 10 gl. quo ad speciem. Item arg. ad hoc ff. de op. le. l. 2. prius ter ea cū non tenuit electio secundo est ac si non elegisset. Archi.

Adde quod no Bar. & gl. in l. cum quidam 2. ff. de leg. 2.

f ¶ *Quomodo.*] supra 19. dist. secundum. contra. Sed illud cum auctoritate sua generaliter est prohibitū: illud in ecclesia catholica cōfirmatum. nam pro non dato habetur, &c. extra de iure patro. quod autem. & 8. si quis cau. 3. quoties. Argu. contra extra de iure patro. consultationibus.

p ¶ *Salarijs.*] infra 23. quæst. 1 militare. 8. dist. 86. non satis. Ioan. de Fant.

q ¶ *Arbitremur.*] Argu. pro teste præsumendum esse, quòd nolit peierare. extra de testi. cum tu fili. & dicit canon, quos scimus nolle per- hoc iure, in prlo. de hoc no. 3. ea q. 6. c. vlt. Io. de Fan.

Testis præsumitur nolle peierare.

Item Damasus Papa, epist. 4. de chorepiscopis.

¶ De eodem. C. XXV.

9. q. 1. per illicitam.

PEr illicitam [a] manus impositionem vulneratum [b] caput illi, qui videbantur aliquid accepisse, habebant: & vbi vulnus infixum est, necesse est medicinam [c] adhibere; qua, infixa sanetur macula: idest, reiterari [d] necesse est, quod legitime [e] actum, aut collatum minime probatur [*]. Nam quomodo [f] honorem possit retinere, qui ab illo acceperit, qui potestatem dare legitime non habuit, inuenire non possum.

* ¶ Probatur.] *In originali hoc adduntur*, si perfectum esse debebit.

Item libro nono Cod. titulo ad legem Iuliam repetundarum, Impp. Theodosius, ac Valentinianus AA. Florentino. Tit. 27. le. 6.

C. XXVI.

SAncimus [g] eiusmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione [h], vel pretio, sed probatæ vitæ, & amplitudinis tuæ † [i] solent testimonio promoueri: ita sane, vt quibus hi honores per sedis tuæ, vel per nostram fuerint electionem commissi, iurati [k] inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis [l] neque dedisse quidpiam, neque daturos vmquam postmodum [m] fore, siue per se [n], siue per interpositam personam in fraudem legis, sacramentique, aut donationis, venditionisve titulo, aut alio velamento cuiuique [o] contractus: & ob hoc (exceptis salarijs) [p] nihil penitus tam in administratione positos, quam post depositum officiū pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis, quam gratuito meruerint, acceptutos. Et licet neminem diuini timoris, contemnendo iusiurandum, arbitremur [q] immemorem, vt saluti propriæ vllū commodum anteponat; tamen vt ad salutis timorem etiam necessitas periculi subiungatur, si quis ausus fuerit pręb ita sacramenta negligere, non modo aduersus accipientem, sed etiam aduersus dantem, accusandi cunctis, tamquam publicum crimen [r], concedimus facultatē; quadrupli pœnā eo, qui conuictus [s] fuerit, modis omnibus feriendo. † vel sua

Item Paschalis Papa.

§ De eodem. C. XXVII.

PAtet simoniacos, veluti primos, & præcipuos hæreticos, ab omnibus fidelibus respuendos, & si commoniti non resipuerint, ab exteris [t] potestatibus opprimendos. Omnia enim crimina ad comparationem simoniacæ hæresis quasi pro nihilo [u] reputantur [x].

¶ *In tribus vetustis exemplaribus post caput*, Sancimus *omissa inscriptione Paschalis, & capite illo*, Patet. *sequuntur continenter sublata Gratiani verba*, His breuiter, &c.

S *Ancimus.*] Hæc est 7. pars q. in qua ponitur pœna simoniacorum, quæ est infamia, & depositio, & damnatio pecuniaria. Ioan. de Fant.

C A S V S. Hanc legem inducit Gratianus ad probandum, q̄ honores ecclesiastici per pecuniam dari non debent: quia pro honoribus sæcularibus adipiscendis dari pecunia prohibetur. Dicitur ergo in hac lege, q̄ ad prouincias regendas eligi non debent, nisi homines probatæ vitæ: & qui pretio vel ambitione non adipiscantur honores. qui cum electi fuerint, iurabunt se nihil dedisse, & q̄ non dabunt per se vel per mediam personam pro administratione sibi concessa vel cōmissa: & quòd durante administratione, vel post occasione sui officij nihil præter salariū accipient. Et licet nullus immemor suæ salutis esse credatur: tamen si quis contra prædictum sacramentum tam dator quam acceptor de hoc conuictus fuerit, p̄ œna quadrupli puniatur.

g ¶ *Sancimus.*] lex est canonizata.

h ¶ *Non ambitione.*] 3. ea. q. 1. nullus itaque.

i ¶ *Tua.*] loquitur præfecto.

k ¶ *Iurati.*] supra 23. dist. quamquam. ĩ. 8. quæst. 3. Artaldus. & cap. talia.

l ¶ *Sortiendis.*] Dignitates enim non debent venales esse, sicut nec munera [illegible] de donatione virum & vxo. l. 2.

Dignitates & munera [illegible] debēt esse venalia. Cōcor tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. & ibi glo.

m ¶ *Postmodum.*] supra 1. q. 1. eos qui. 3. dist. 46. sicut non suo.

n ¶ *Per se.*] extra de pecu. cler. inquirendum. extra de sententia excommunicationis [illegible].

o ¶ *Cuiusque.*]Sed videtur contra. ff. de pol. l. 1. §. 1. Sed aliud est publice permittere aliquid Reipublicæ: aliud occulte alicui, vt eius suffragio promoueatur.

A D D I T I O. Et sic soluitur aliud quod videtur contra. ff. de do. periurare, & c. 2. q. 5. si mala fama. Sed licet præsumatur, est tamē nota dignum quòd lex nō stat huic præsumptioni: immo subijcit pœnam in peieratione. ĩ. ea. ibi, quadrupli, &c.

r ¶ *Publicum crimen.*] ĩ. 6. q. 1 §. vlt.

s ¶ *Conuictus.*] Nam post depositam administrationem debet esse præsens per 50. dies. C. vt omnes iud. tā ciui. quā mil. l. 1. & conuenitur sub episcopo loci. in authen. vt iu. sine quoquo suf. §. necessitatem. colla. 2. Sed ex contractu non potest iudex conueniri post depositam administrationem, si contractum aliquē fecit nomine ciuitatis, vt ff. de admi. rerum ad ciui. perti. curatores. §. in eū. & ff. de euic. illud §. 1. sed procurator negotiorū bene conuenitur post depositum officium, vt ff. de procu. procurator. Bar.

Post. falsum est nisi se nomine suo obligauerit, vel nisi vt doceat de mandato quod negat.

A D D I T I O. De hoc not. extra de immu. eccles. aduersus. §. vlt. Et est ratio quare aliud in iudicio, aliud in contractu: quia qui contrahit, solam intuetur personam venditoris: cum rem alienam vendere possint. vt ff. de contrahen. emp. l. rem alienam. In iudicio autem potius persona domini inspicitur, secundum Io. de Fan.

P *Atet.*] C A S V S. Cum omnia crimina ad comparationem simoniæ pro nihilo reputentur, patet quòd simoniaci sunt ab omnibus respuendi, & ab extraneis potestatibus opprimendi si non resipuerint.

t ¶ *Ab exteris.*]idest, laicis, qui extra ecclesiam habent hanc potestatem, vt 3. dist. 17. nec licuit. ĩ. 23. q. 5. principes.

u ¶ *Pro nihilo.*]Hoc in detestationem huius sceleris dicitur. 3. dist. 90. neque. & 3. ea. quæst. 2. cito. ĩ. 32. q. 7. quid in omnibus &c. non solum. & extra de simo. tanta.

x ¶ *Reputantur*]hoc dicitur in detestationem criminis, & ad terrorem: sicut illud, Omnis peccator, &c. extra de simo. tanta. Vel est grauius, quia facilius dicitur hoc crimen cōmitti in Deum q̄ quàm aliud: quia donū Dei voluit emere pecunia. 3. 1. q. 1. eos. & ideo grauius

Sub specie licet. s. in his q̄ specialiter sunt deputata & dedicata. s. res & dignitates & sacramenta, & officia ecclesiastica. arg. 27. q. 4. si cuiqui, 27. q. 1. nuptiarum. Archi.

Simoniæ crimen dicitur cæteris grauius.

His breuiter præmissis ad ea veniamus, quæ ecclesia, seueritate disciplinæ parata est vlcisci; ostendentes, quibus accusantibus, vel testificantibus quilibet sint conuincendi; quo iudice quisque debeat condemnari, vel absolui; si causa vitiata fuit, quo remedio possit subleuari; si accusatores defecerint, an reus sit cogendus ad purgationem. Et vt facilius pateat quod dicturi sumus, exemplum ponatur sub oculis, in quo auctoritates hinc inde controuersantes distinguantur, & quid sanctorum Patrum sentiat auctoritas, liquido intimetur.

CAVSA SECVNDA.

Qvidam episcopus de lapsu carnis à laico impetitur. Duo monachi, vnus subdiaconus, & duo leuitæ aduersus ipsum, testimonium ferunt. A metropolitano suo sentit se prægrauari. In ipsa ventilatione causæ tres ex testibus deficiunt, siue promissione decepti † *, siue canonica examinatione reprobati. Expoliatur tamen episcopus, quia crimen eius notorium erat.*

vel. illecti

q. 1. *Hic primum quæritur, an in manifestis iudiciarius ordo sit requirendus.*

2. *Secundo, an expoliatus ab aliquo sit iudicandus.*

3. *Tertio, qua pœna sint feriendi, qui in accusatione, vel testificatione defecerint.*

4. *Quarto, an duorum testimonio sit condemnandus.*

5. *Quinto, si deficientibus accusatoribus sit cogendus ad purgationem.*

6. *Sexto, si remedium sit dandum ei, qui causa dilationis vocem appellationis exhibuerit.*

7. *Septimo, si laici, monachi, vel quilibet inferiorum ordinum in accusatione maiorum sint audiendi.*

8. *Octauo, quomodo debeat fieri accusatio, an in scriptis, an sine scriptis.*

QVÆSTIO PRIMA.

1.
2. *Qvòd autem* [a] *nullus sine iudiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur.*

De eo namque ait Augustinus homilia 50. de vtilitate pœnitentiæ.

¶ Damnari non valet, nisi aut conuictus aut sponte confessus. C. I.

j. ead. multi.

NOs in quemquã sententiã ferre non possumus, nisi aut conuictũ [b]

iuris dicitur. arg. 17. q. 4. sicut. 23. q. 1. mouet. Vel ideo hoc dr̃ quia nulla certa pænitentia pro hoc crimine indicitur, nisi ꝙ vsque ad mortem aspere pæniteat. j. ea. q. 1. si quis neque. Ioan.

HIS BREVITER. CASVS. Transitu vtitur, scilicet colore rhetorico, quo dicta dicendis continuat, & dicenda dictis, summatim dicenda perstringens.

QVidam. CASVS. In superiori causa actum est de crimine simoniæ: & prius de eo, qđ grauissimum est: sed qa crimina sine ordine iudiciario puniri non debent, ideo congrue hanc causam anectit, in qua de ordine iudiciario tractat, ostendens ꝙ nemo condẽnandus est nisi conuictus vel confessus, & ꝙ spoliatus pter iuris ordinem, sit restituendus, & qualiter puniant, q in accusatione deficiunt, qualiter obiecta crimina non probata purgentur, & qualiter sententia releuetur per appellationem, & vtrum laici admittã:ur ad accusationem clericorũ, & qualiter sit accus. t o facienda. Vt autem competentius agat, proponit themã, de quo octo elicit quæstiones.

QVod autem] Hæc quæstio diuiditur in quinque partes, in quarũ prima probat per 13. auctoritates, ꝙ nullus sine iudice debet damnari, id est, nisi canonice sit dãnatus. Secunda ibi, *His omnibus*. Tertia ibi, *Sed sciendum*. Quarta ibi, *Quando vero*. Quinta ibi, *Quando autem*. Ioã. de Fant.

CASVS. Hic ponitur prima quæstio, ĩ qua probatur, ꝙ pter iuris ordinẽ nõ est aliquis condemnãdus pterquam in notorio crimine.

a *Quod autem*.] Tu dicas, ꝙ in manifestis requirit ordo iuris 12. q. 3. eorum. sed nõ in notorijs, vt dicam j. ea. manifesta. & habes extra de iureiur. ad nostram 3. Et notandum, ꝙ quædã sententia est diffinitiua, quædam interlocutoria, quædã præcepti. Quælibet istarum requirit ordinem iuris, & si diffinitiua sententia fuerit lata omisso ordine iuris, ipso iure nulla est, vt j. e. q. 6. §. diffinitiua. Hoc tñ scias, ꝙ duplex est ordo iuris. Vnus qui est de natura siue de substantia iudiciorum, scilicet, vt quis post citationem habeat inducias, vt fiat litis contestatio, & testes recipiantur, & ꝙ sententia feratur in scriptis, si cõtra hunc ordinem feratur sententia, non tenet d. §. diffinitiua. Est alius ordo qui non est de substãtia iudiciorũ, scilicet vt sententia nõ feratur sub conditione & non prius pronuntietur de possessione, quam de proprietate. si tamen hoc non seruatur, nihilominus tenet sententia. j. ea. q. 6. biduum. & C. de appel. l. 1. Item sententia interlocutoria siue sit excommunicationis, vel suspensionis, vel missionis in possessionem, requirit ordinem iuris. De ordine excommunicationis sententiæ habes j. ead. nemo. & 24. q. 3. de illicita. & melius extra de sent. exc. sacro. De ordine suspensionis habes j. ea. nomen. Si tamen ille ordo non fuerit seruatus, tenet excommunicatio vel suspensio, vt 11. q. 3. si episcopus. Item in sententia missionis in possessionem requiritur semiplena causæ cognitio, vt extra vt lit. non contest. quoniam frequenter. in fi. Et siue talis ordo fuerit seruatus, siue non, si absens potest probare se non fuisse cõtumacem, sententia talis retractatur, vt extra de sent. & re iud. cum Bertholdus. & ff. quib. ex cau. in pos. ea. Fulcinius. §. quid sit autem latitare. & ff. de priui. cred. Imperatores. Sententia præcepti est, cum iudex sine causæ cognitione præcipit alicui, vt soluat alij decem, quæ petit. si ille soluat, & pecunia illa debita est, licet iudex præceperit iniuste, tamen non potest repeti pecunia, vt ff. quod met. cau. l. vlt. A prædicta regula plerique doctores excipiunt infamatos, circa quos non requiritur ordo iuris, vt j. ead. quæstio. si presbyter. & extra de simo. quoties. quod non admitto, vt dicemus in loco suo in illo cap. presbyter. & in illa decret. quoties. habita fuit causæ cognitio. Item excipiunt dilapidatores, vt 3. q. 2. quia ea. quod non est verum, quia hodie propter solam suspicionem non remouetur quis ab administratione, vt extra de simo. licet Hely. Io. de Fant.

NOs in quemquam.] CASVS huius cap. est, quòd non debemus aliquem condemnare, vel in aliquem ferre sententiam, nisi probationibus vel confessione sua conuincatur. Idem est casus sequentis cap.

b *Conuictum*.] Quattuor sunt modi conuincendi, aut iure, scilicet instrumentis vel testibus, aut facti euidentia, vt extra de coha. cleric. & infra eadem quæst. quæ Lotharius. aut iuris interpretatione,

Sentẽtia est triplex.

Ordo iuris, est duplex.

Sen tẽtia missionis in possessionem requirit semiplenã causæ cognitionẽ.

[1] De ista sententia etiam habet extra de ver. sig. ex parte 1. in gl. vlti. ibi videas & de elec. dudum. s. in gl. sed pone. & 11. q. 3. in summa. Archid.

Cõuincitur quis quadrupliciter.

tatione, vt sæpius citatum esse reum, vt 3.q.9.decernimus. aut violenta suspicione seu præsumptione. 32.q.1.dixit. & C.de adulter. authentica, si quis.

a Confessum.] Habes ergo hic, quod sententia ferenda est in confessum: hoc verum est etiam si aduocatus alicuius confiteatur, nec reuocat confessionem suã, vt extra de sen.c. olim. & est ferenda sententia in confessum in causa ciuili, vt ff de confes. l. Iulianus. & etiã in criminali, vt ff de custo. & exhi. reo. si confessus. Nisi aliquis metu tormentorum aliquid confiteatur dũ est in carcere. tali enim cõfessioni nõ statur, vt ff. de quæstio. l. 1. §. diuus. & §. si quis vltro. nisi post tormenta in confessione perseueret, vt ff. de quæstio. l. 2. §. quæstioni. Mentitur ergo lex, quæ dicit quod nullæ sunt partes iudicis in confitentem, vt ff. ad leg. Aquil. proinde. §. vlti. Sed dic quod nullæ sunt quantum ad examinationẽ causæ, sunt tamen aliquæ quantum ad prolationem sententiæ. Vel dic quod si post receptionem libelli & inducias datas reus cõfiteatur, tunc iudex fert sententiã, sed sine omni porrectione libelli. Si ex abrupto confiteatur, tunc non est ferenda sententia: sed iudex simpliciter præcipiat ei vt soluat ff de iud. si debitori. Quæ autem cõfessio præiudicet, his versibus collige. *Maior, sponte, sciens, cõtra se, vbi ius fit & hostis. Nec natura neget, fauor, & lis, iusve repugnet.* Maior, ff. de confes. l. certum. in h. Sponte, 31.q.2. Lotharius. Sciens. C. de iur. & facti igno. error. Cõtra se, ff. de interrog. actio. de ætate. Ius fit, extra de iud. at si clerici. Hostis, ff. de iterrog. act. l. vlt. Nec natura neget, ff. de interrog. act confessionibus. Fauor. C. de libe. causa. interrogatũ. Et lis. ff. ad leg. Aquil. inde Neratius. §. vlti. Iusve repugnet, ff de pact. si vnus. §. pacta. Melius, ff. de interro. act. l. si is cuius. 32. q. 5. solet quæri.

Sententia in cõfessum ferenda est.

Confessioni metu tormẽtorum factæ non statur.

Confessio cõfitenti nõ nocet, nisi multa interueniant.

P Rimates.] Casus. Dicitur hic, quod si causa coram primatibus agitatur de crimine, quod non debet accusatus condemnari nisi conuictus vel confessus. Quòd si aliter factum fuerit, sententia irritabitur & retractabitur a synodo.

f Primates.] id est, episcopi. 5.q.2. si primates.

aut sponte confessum [a].

Item Constantinus Imperator.

¶ De eodem. C. II.

IVdex criminosum [b] discutiens, non ante sententiam proferat capitalem, quàm aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes [c] testes conuincatur.

¶ *Habetur caput hoc Cod. Theodos. l. 9. tit. 40. in legis prima interpretatione, itemque in capitulis Hadriani, c. 57. & capitul. 5. c. 156.*

In capitulis per Hadrianũ collectis, c. 57. Capit. 5. c. 156. Burch. l. 16. c. 6. Pann. l. 4. c. 111.

Hoc [a] idem testatur Augustinus, & eisdem verbis.

a ¶ Hoc.] *Absunt ista ab vno ex peruetustis exemplaribus.*

Item Gregorius libro octauo epistola, 50.

¶ De eodem. C. III.

SIcut sine iudicio quemquã nolumus condemnari, ita quæ iuste [a d] diffinita fuerint, nulla patimur excusatione [e] differri.

Ansl. 3. c. 30.

a ¶ Iuste.] *Abest vox ista ab originali. In vno autem manuscripto Gratiani est,* iusta sunt diffinita sententia.

Item Eleuterius episcopus ad episcopos Galliæ.

¶ De eodem. C. IIII.

NIhil [contra [†] quemlibet accusatum] absque legitimo, & idoneo accusatore fiat: Nam & Dominus noster Iesus Christus Iudam furem esse sciebat: sed quia non est accusatus, ideo non est eiectus.

Ansl. 3. c. 54. Polyc. l. 5. tit. 2. Pann. l. 4. c. 115.

† absunt ista ab originali.

Item Felix Papa I. ad Paternum episcopum.

¶ De eodem. C. V.

PRimates [f] accusatum discutientes episcopum, non ante sententiã [g] proferant damnationis: quàm Apostolica [γ] freti auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes, & canonice [†] examinatos regulariter testes conuincatur. Aliter irritam esse censemus, & iniustam episcoporum damnationẽ, & idcirco a synodo retractandã [h], ita vt oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis.

Et Zepherinus epist. 1. ad epos Siciliæ, usque ad uers. Aliter. Ansl. 3. c. 68. Burc. l. 1. c. 157. Iuo p. 5. c. 145. & 147. Pan. l. 4. c. 13. 11. q. 3. irritam

† abest ab epist. Zepherini.

γ ¶ Apostolica freti auctoritate.] *Hæc addita sunt ex epistola Felicis, & Zepherini. Nã damnari episcopi sine consensu, & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc possunt.* 3. q. 6. c. *discutere. & alibi.*

Idem decreuit Zepherinus Papa.

Item Augustinus [γ].

Zepherinus loco proxime indicato.

¶ γ Augustinus.] *Sic in multis vetustis exemplaribus, quamuis verba huius capitis apud sanctũ Augustinum non sint inuenta.*

¶ Multa per tolerantiam su[s]tinenda sunt, quamuis sententia diuina [illegible] sunt [illegible] C. VI.

VNus [i] ex vobis me traditurus est. ¶ Bene dixit, ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim est, a quibus per iudiciariam potestatem

Matt. 26.

b Vdex criminosum.] id est, causam criminalem.

c Per innocentes.] id est, bonos.

SIcut.] Casum sic pone. Sicut non debemus aliquem sine ordine iudiciario & causa cognita condemnare, ita & sententia iuste lata contra eum, statim debet executioni mandari.

d Quæ iuste.] id est, secundum ordinem iuris. licet enim sciat eam executionem iniustam quantum ad ius litigatoris, tñ eam exequitur, vt extra de of. dele. pastoralis. nisi sit lata per falsa instrumenta. C. si ex fal. instru. vel testi. l. iudicati. extra de re iudic. de cetero. & de cri. fal. super eo.

e Excusatione.] nisi incontinenti obijciatur exceptio, vt extra de testi. veniens 1. & extra de rest. spo. litteras. Dic vt notatur 11. q. 3. cum apud. extra de of. deleg. quærenti. Et not. extra de in inte. rest. sciscitata. Archid.

Nam quantum ad ipsos litigantes ma ex sola facti fuit postquam in re transijt iudicatũ. extra de re iudi. cum Iter. in fi. Archid.

NIhil.] Casus. Dicitur hic in c. isto, quod nullus debet absque accusatore dãnari: & hoc probatur exẽplo Dñi, qui licet sciret Iudam esse furem, tñ eum non eiecit, cum accusatus non fuisset.

g Sententiam.] excõicationis, quã ferre possunt in epm, sed non damnare, vt s. di. 18 de his, in h. s. q. 3 si quis eps. s. 3. q. 6. quamuis. & c. seq. nisi sit synodus cõgregata auctoritate Papæ, vt 5. q. 4. c. 1.

h Retractandam.] sed qualiter retractatur sententia, quæ nulla est ipso iure? nam nec in sententia excõicationis necessaria est absolutio, si sententia nulla est, vt extra de offi. deleg. cap. cum contingat. & extra de sen. excom. per tuas. & id quod nullum est, rumpi non potest ff. de iniu. & rup. testa. nam & sub conditione. & vbi nulla est obligatio, ibi nulla est liberatio. ff. de verb. ob. decem stipulatus. sed hic retractatur de facto: sicut aliquis absoluitur de facto. extra de appel. ad præsentiam. sicut depositus de facto restituitur, vt 16. q. 1. frater noster.

Epm dãnare quis potest.

Al. præcepis.

Sentẽtia nulla an possit retractari.

Nam sententia lata contra ordinem iudiciarium ipso iure nulla irrita est, nec indiget retractatione maiore, quia nõ tenet sm Hu. & adde qd no. s. c. s[illegible]tum. ver. hoc tamen. &c. Archid.

VNus ex vobis.] Casus. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima parte ponunt verba Dñi ad discipulos, scilicet. Vnus ex vobis me traditurus est. In secunda parte ponunt verba Augustini exponẽtis verba Dñi, quibus probat, quod conuictus vel confessus condemnari debet, alioquin est tolerandus: & loquitur hoc c. de Iuda, & cap. superius: scilicet, *Nihil, &c.* Secunda pars incipit ibi, *Bene dixit.*

i Vnus ex vobis.] Arg. qd de vno dr, de alijs negatur, vt 45. dist. disciplina sic ff. de iud. cum prox. s. 25. dist. qualis. C. de procu. maritus.

a Subst[illegible]

a Substinete.] etiam in publica communione, vt extra de offi. ordi. si sacerdos. & 6. q. 2. si tantum episcopus.

b In primis. Casus. Presbyter quidam, & duo epi. s. Ianuarius & Stephanus dicebantur iniuste condemnati. quare Dñs Papa committit negotium illud Ioanni defensori eūti in Hispaniā. Diuidi-

obseruatus: quia fuit à non suo iudice condemnatus, & si metropolitanum non habuit, erat ad sedem Apostolicam remittendus. Item quia fuit à seruis accusatus, quod fieri non debuit etiam in crimine læsæ maiestatis, cum scilicet fuerit bonæ opinionis, & quia eo absente vilissimi testes contra eum recepti sunt, nec etiam sententia lata fuit in scriptis, quod fieri non debuit. Et hoc probatur duabus legibus, & seq. e Secunda pars incipit ibi, *De episcopi persona.* Tertia ibi, *Quia igitur Stephanus.* Quarta ibi, *De persona presbyteri.*

confessus, aut conuictus, exclusus non est, A me vero, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certissime noui, separatus & diuisus est. Tale enim est, ac si diceret; etsi ego eum per occulti iudicij sententiam damnatum habeo; vos tamen adhuc illum per tolerantiam substinete a.

Item Gregorius Ioanni defensori eunti in Hispaniam, libro xi. epistola 50.

Nullius seruetur iudicium, nisi rationabiliter habitum. C. VII.

Ansel. l. 3. c. 93. forte legēdū, & dilectissimi.

In primis b requirendum est de persona presbyteri dilectissimi† c fratris, & coepiscopi nostri Ianuarij, & si ita se veritas habet, sicut eiusdem episcopi petitio continet, in ecclesia, atque in loco suo, modis omnibus idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit; quia contra ipsum causa aliqua mota d, siue probata est, subtiliter ipso præsente e, & pro se rationem reddente, quærendum est & genus causæ f, & modus g probationis, vt ex hoc colligere valeas, vtrum adhuc in exilio demorari, an certe in ecclesia sua, & officio suo debeat reuocari. De episcopi supradicti persona hoc statuendum est, vt si nulla contra eum criminalis causa, quæ exilio vel depositione digna est, mota siue probata est, is qui eo superstite episcopus peruersè h, ac contra canones in ecclesia eius ordinari præsumpsit, sacerdotio priuatus, ab omni ecclesiastico ministerio repellatur i. Qui etiam eidem dilectissimo Ianuario fratri, & coepiscopo nostro tradendus est, vt ab ipso k in custodia habeatur; aut certe ab eo ad nos per omnia transmittatur. Episcopi vero, qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius cōsentientes interfuerunt, sex mensibus l Dominici corporis, & sanguinis communione priuati, agere pænitentiam decernantur in monasterio, & supradictus Ianuarius loco, & ordini suo modis omnibus reformetur. Si vero communione priuatis mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem episcopi in præiudicium condemnationis, vel depositionis memorati episcopi, se metu m iudicis consensisse, ac talia fecisse non sua sponte n, falsi fuerunt; & tempus eis abbreuiandum est, & mo-

b In primis.] argu. quod prius est causa pauperis tractanda quam diuitis, vt 16 q. 6. de lapsis. & C. de epis. & cler. si quis ad declinandū. Sed dic, quod hic vltimo iubetur tractari causa episcopi, vt eo melius memoriæ commendetur, vt j. de consec. dist. 5. liquidò. Sed quare iubet inquiri, scilicet an ordo iuris fuerit seruatus, cum ipsi depositi essent à non suo iudice, vnde statim deberēt restitui? Dic quod hoc fuit propter scandalum Comitioli, & est s. 3. q. 6. hæc quippe.

Causa pauperis est tractanda priusquā diuitis.

Vel dic, quod aliquis debet esse ordo postulantiū, ne si honori postulantiū locus detur mediocres debi. deria sua non proficiant. ff. de offi. proc. oēc quidquā. §. obseruare secūdū Lau.

c Presbyteri dilectissimi.] transitiue ponitur.

d Mota, siue probata.] siue, pro &: & tunc planum est. nō enim eo solo, quod quis est accusatus, reus est, vt 15. q. vlt. c. vlt. Vel dic, mota, ita quod sit infamatus, & in purgatiōe deficiat. hoc enim solum sufficit ad depositionem, vt extra de si. de hoc. & c. illiteratum. hoc verum est, quū crimen, in quo deficit,

uiditur ergo ca. istud in quattuor partes. in prima parte mādat inquiri de persona presbyteri hoc modo, vt si inuenerit eum iniuste damnatū, restituatur. Si autem aliquid obuciatur contra eū, cognoscatur de hoc eo præsente, & pro se rationē reddente, & quæratur diligenter, vtrum in exilio debeat demorari, vel an debeat ad suā ecclesiam reuocari. In secunda parte mandat Papa inquiri de persona Ianuarii epi, vtrū commiserit crimen damnatione dignum; & si non commiserit, ecclesiæ suæ & honori suo restituatur. Eps aūt qui i loco eius substitutus fuerit, ab omni honore ecclesiastico deponatur, & tradatur eidem Ianuario custodiendus, vel ad sedem Apostolicam transmittatur. Si vero mortuus est, & alius loco eius substitutus, remoueatur ab ecclesia sua tū, quod in alia ecclesia possit eligi, numquā ad illam reuersurus de qua remotus est. Ipsi vero qui substitutum ordinauerūt, per sex menses in monasterio detrudantur a cōione suspensi, nisi in mortis articulo. Sed si metu ipsius principis se dixerit fecisse, tempus pænitentiæ abbreuietur. Insuper cōpellatur Comitiolus restituere omne damnum eidem epo, quod scilicet per illius violentiā est passus, præstito prius iuramento ab eodem Ianuario. In tertia parte mādat Papa inquiri de Stephano, verum crimina, quæ ei obuciebantur, essent vera, vel nō vera. & si ordo iudiciarius fuerit i eo seruatus, & quales accusatores, & quales testes fuerunt, & qualiter snia lata fuerit. Si vero crimina falsa fuerunt, ecclesiæ suæ restituatur, & illi qui iniuste damnauerūt eum, sex mensibus in monasterio detrudātur excommunicati. De pœna substituti, & ordinantium eum, & de pœna Comitioli idē dicitur, quod dictum est in persona Ianuarii. In quarta parte probat, quod circa ea non fuit ordo iudiciarius obseruatus. Nam sacerdos tantum coram suo episcopo erat conueniendus, vt probatur causa xi. Similiter de Ianuario actum est contra leges, cum fuerit de ecclesia sua violenter abstractus. Nam qui hoc faciunt, capite puniūtur, vt probatur lege seq. si quis in hoc. Deinde multipliciter probat, quod circa personam Stephani non fuit ordo iudiciarius

inducit depositionem.

e Præsente.] & intelligente. aliàs nō diceretur præsens. ff. de ver. sig. coram. In. Quid iuris sit de hoc, habes 3. q. 9. in sum.

f Et genus causæ.] scilicet an sit ciuilis, an criminalis, quia alii testes admittuntur tā in vna quam in alia, vt 14. q. 2. super prudentia. Vel dic, genus causæ, id est, an tale sit crimen quod inducat depositionem, vel non, quia non omne crimen inducit depositionē. dist. 81. Apostolus. & 5. q. 4. in loco. 15. q. 8. in sum.

g Modus probationis] non intelligas vt inquiratur, an ciuiliter an criminaliter agatur. nam propter crimen ciuiliter probatum remouetur quis a beneficio, vt extra de offi. cust. c. 1. extra de fideiuss. peruenit. de iureiuran. querelam. Sed dic modus probationis, id est, an excipiendo vel denuntiando, vel alio modo probatum sit crimen: quia si excipiendo vel denuntiando, non est remouēdus, vt extra de acc. super his. Si autem directè agatur de crimine, licet ciuiliter, bene remouetur ab administratione: sed non à dignitate, vt extra de simo. per tuas. in si.

Criminis probatio an semper remoueat promotum.

h Peruersè.] quid iuris de hoc sit, habes 3. q. 9. in summa.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de do. & contu. veniens. Et not. quòd præsentia & absentia dicitur multis modis, prout not. ff. de procu. præsens.

i Repellatur.] nisi fecisset ignoranter, vt j. 7. q. 1. præsentium. & c. eum qui.

k Ab ipso.] non vt ab ipso iudicetur, vt j. 3. q. 5. quia suspecti.

l Sex mensibus.] post hoc tempus forte ipso iure restituuntur. arg. ff. de postula. l. Imperator. s. dist. 50. si ille. contra, sed ibi erant detrusi in monasterium, vt ibi perpetuo essent.

m Metu.] metus hic attenuat peccatū, vt extra quod met. cau. sacris. quandoque penitus excusat, vt 50. dist. presbyteros. quīque in nullo excusat, vt j. de cōse. dist. 4. eos. & 11. q. 3. quisquis.

Metus quandoque attenuat peccatum.

n Sua sponte.] arg. quod mitius agitur cum sponte confesso, quàm cum conuicto, vt 50. dist. c. 3. arg. extra de elect. innotuit.

Ce 2 a Quia

dus pænitentiæ temperandus. Si vero ille, qui locum eius inuasit, de hac fortasse luce migrauit, & alter est ordinatus, quia leuioris † [a] culpæ videtur (cum nõ quasi isti superstiti, sed successisse defuncto videatur) episcopatus illi officium in illa ecclesia tantummodo interdicatur, vt in alia ecclesia, quæ sacerdote vacauerit, si electus fuerit, possit esse episcopus; ad Malachitanam tamen ecclesiam numquam aliquo modo reuersurus [b]. ¶ Gloriosus autẽ Comitiolus, quidquid prædictus episcopus per violentiam, atque insecutionem ipsius expendisse [c], vel dãnum pertulisse dato sacramento [d] firmauerit, eidẽ episcopo restituere compellatur †. Si autem aliter, quam antefati episcopi petitio continet, actum esse forsitan perhibetur, subtiliter quærendum est, & veritate cognita, cum Dei timore, quod iustitiæ ordo suaserit, iudicandum. ¶ Quia ergo Stephanus episcopus odio † sui quædam ficta, & de falsis se capitulis accusatum, neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniuste se asserit condemnatum, diligenter quærendum est primo, si iudicium ordinabiliter est habitum, id est †, si alij accusatores [e], atque alij testes fuerunt. Deinde causarum qualitas est examinanda; si digna exilio, vel depositione fuit; si eo † præsente [f], qui accusatus est sub iureiurando contra eũ testimonium dictum est; si scriptis actum est, vel si ipse licentiam respondendi, & defendendi se habuit. Sed & de personis accusantium, ac testificantium subtiliter quærẽdum [g] est, cuius conditionis, cuiusue opinionis, aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra prædictum episcopum inimicitias [h] habuissent; & vtrum testimonium ex auditu [i] dixerunt, aut certe se scire specialiter [k] testati sunt; si scriptis [l] iudicatum est, & partibus præsentibus sententia recitata est. Quod si forte hæc solenniter acta non sunt, nec causa probata est, quæ exilio, vel depositione digna sit; in ecclesiam suã modis omnibus reuocetur. Hi vero, qui eum contra Dei timorem, & canonum statuta condemnauerunt, excommunicati in monasterium ad agendam pænitentiam sex mensibus mittendi sunt: ita sane, vt si cuiquam eorum mortis contigerit imminere periculum, viatici benedictio non negetur. Ipse autẽ, qui eo viuẽte locum eius temerarie ambiuit, priuatus sacerdotio, ab omni ministerio ecclesiastico repellatur, atque eidẽ dilectissimo fratri, & coepiscopo nostro tradatur, vt eum aut ipse ad nos trãsmittat, aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero, qui eum ordinare præsumpserunt, vel peruersæ ipsius ordinationi præbuere cõsensum, ijdem communione priuati, sex mensibus ad agendam pænitentiam in monasterio deputentur. Si autem episcopi [a] in præiudiciũ condemnationis, vel depositionis memorati Stephani se metu iudi-

† al. leuior culpa

† al. condẽnetur

Iuo p. 6. c. 343. Pann. l. 4. c. 82.

⁵ Scilicet q̄ nō puniuntur calumniari P.

³ Adde qualiter ꝓprie capiatur hęc dictio absolut⁹ & absolno, in l. in ꝓtra. ff. de vsu. & in l. 5. ff. ad Turpil.

PRAEVARICATOR EST. CASVS. Præuaricator dr̄ ille, qui simulat diligere vnam partem & iuuare, & alteram iuuat, & dr̄ proprie præuaricator in publico iudicio. aduocatus nō proprie dr̄ præuaricator. vnde si præuaricatus sit in publ. iudicio vel priuato, extra ordinem puniendi. omnis autem præuaricator extra ordinē punit; & de cetero non accusat: sed qui accusatorem suum corrumpit (nisi in causa sanguinis) habetur pro conuicto. Ponit etiam aliam acceptionem huius nominis præuaricator. & hoc in prima parte. in secunda parte quæ incipit ibi, *Si quis autem.* dicitur q̄ nullus debet cessare ab accusatione sine abolitione, alioquin punitur. Dicitur etiam qualiter debeat abolitio impetrari, & q̄ de singulis criminib⁹ debet impetrari iudice ꝓ tribunali sedēte.
i ¶ *Quinimo.*] correctiue ponitur. sic ff. de her. insti. si ita fuerit scriptum. aliàs pro vel, ponitur. C. de sacrosan. eccl. iubemus. §. œconomus. non proprie, sed abusiue.
k ¶ *Prodiderit causam.*] vel qui reuelāt secreta causæ aduersario, vt ff. de re mili. omne. §. exploratores.
l ¶ *Sciendum.*] lex secunda.
m ¶ *Accusator.*] hæc est lex quinta.
n ¶ *In omnibus.*] scias q̄ in omni crimine capitali quod irrogat pœnā sanguinis, licet transigi, præterquam in crimine adulterij. Sed in alijs capitalibus quæ non irrogant pœna sanguinis, non licet transigi, nisi in crimine falsi, vt C. de transac. l. transigere. sed in priuatis criminibus nō inuenio prohibitum quin possit transigi. Sed vr̄ q̄ sm̄ canones non possit transigi super aliquo crimine, q̄a sm̄ canones nullū crimen irrogat pœnā sanguinis. 23. q. 8. his a quibus. & ita sup publico crimine nō licet transigi. itē nec super priuato, q̄a sm̄ canones omne crimē publicū est ⁵. In causa ciuili licet cuiq; ab accusatione desistere, et sine iudicis auctoritate: siue pecunia accepta, siue gratis, nisi sit actio famosa, vbi requiritur iudicis auctoritas. ff.

⁴ Ibi exponitur temeritate, i. pertinacis. secundū quosdam, aliàs obtinet qđ hic dicit. De hoc est extra de conuer. cōiu. dudum. Arc.

Quinimo duplicites ponitur.

Trāsigi licet in aliquibus criminibus.

⁵ Vt colligitur ex canone. 6. q. 5. in fames. vt ibi. not. & in seq.

tas. ff. de iis qui no. infa. furti. §. pactus. & §. qui iussu. In causa criminali ante inscriptionē semper pōt recedere, dum tū gratis fiat. ff. ad Turp. mulier. & l. quæsitum. & extra de accu. licet. sed postea nō licet nisi iudicis auctoritate, & rei consensu, si reus fuerit aliqua tormenta passus. sed si non fuerit aliquid passus, tunc vsq; ad triginta dies potest accusator, eo inuito, deserere accusationē. C. de abo. l. 1. 2. & vlt. Sm canones forte non licet recedere ab accusatione p pecunia, nec trāsigi: qa omne crimen vr̄ sm canones esse publicū, vt hic, & extra de collu. dete. c. 1 & 2. arg. tñ est q̄ possit auctoritate iudicis. 5. q. 2. si primates. & extra de offi. arch. ea quæ. in parte decisa. ∋ 2. 90. dist. dissidētes. ar. 3. 2. q. 7. qua pp, extra de simo. nemo. Sed in causa spirituali nullo modo licet pecunia accepta desistere, qa in ea non licet transigi p pecunia. extra de rer. permu. c. fi.

ficiente accusatore reus cogat ad purgationē, & allegat pro vtraque parte, & primo q̄ non: quia clerici iurare non debent. Et ponitur hic quæstio quinta vel vitio scriptorum, vel ex obliuione vel negligentia Gratiani vel quia magis erat affinis tertiæ quàm quartæ. Dicitur ergo in hoc §. q̄ sicut aliquis non cogitur dicere titulum

latorem a *corrumpit, pro victo habetur.] & infra libro 48. tit. de abolitionibus criminum.* b *[Prævaricatorem esse eum ostendimus, qui colludit cū reo, & translatitie munere accusandi defungitur, eo quòd proprias quidem probationes dissimularet, falsas vero rei excusationes admitteret.* ¶ *Si quis autem ab accusatione citra abolitionem destiterit, punitur. Abolitio priuatim* c *à præsidibus † postulari, ac impetrari solet: item pro tribunali, non de plano: nec præses hanc cognitionem alteri demandare* c *potest. Si plura crimina idem eidem intulerit, singulorum* d *abolitionē debet petere, alioqui, prout quid admiserit †, eius nomine senatus cōsulti pœnam patietur.] & titulo eodem. [Destitisse eum accipimus, qui in totum animum* e *agendi deposuit, nō qui distulit accusationem: sed qui permissu Imperatoris ab † accusatione destitit, impunitus est.] Abolitio* f *enim pœnam remittit †, infamiam non tollit. Vnde Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. libro 9. Cod. eod. titulo de generali abolitione dixisse leguntur.* ¶ *[Indulgentia, Patres conscripti, quos liberat, notat* g *; nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. Si autem, restituo te in integrum, princeps dixerit, infamiam tollit.] Vnde in eodem libro. tit. de sent. etiam passis, & restitutis cuidā deportato in insulam Imperator Antoninus dixisse legitur [Restituo te in integrū prouinciæ tuæ,] & adiecit. [Vt autem scias, quid sit in integrum restituere, restituo te honoribus & ordini tuo, & omnibus* h *ceteris.]*

d. l. 1. ad senatus con. Turpilia. §. præuaricatorē

† al. præside

† al. amiserit

L. 13. destitisse

† al. accusatione

tit. 43. le. 3 & in cod. Theod. lib. 9. tit. 38.

tit. 51. l. 1. §. restituo.

† Adde hoc esse verū, nisi accusator haud... impetret cā... l. 2. cū ibi no... per l. vn. C. de abolitio...

a ¶ Calumniatoribus pœna legitime irrogatur.] *Hæc verba licet in collatis Gratiani manuscriptis exemplaribus non habeantur, tamen quia sunt etiam in Pandectis, non sunt expuncta.*

b ¶ Si autem interloquendo.] *Hactenus retulerat Gratianus verba iurisconsulti. Hinc autem vsque ad ver. oportet, refert tantummodo sententiam.*

a ¶ *Delatorem.*] id est, accusatorem. punitur enim talis in §. ii. auri. ff. ad Turpil. l. & in priuatis. ff. de præua. l. 3. ff. ad Turpil. l. 1. §. abolitio.

b ¶ *Priuatim.*] id est, priuata.

c ¶ *Demandare.*] ff. de reg. iur. omnia quæ.

d ¶ *Singulorum.*] sic extra de senten. excom. officij. & ff. de app. cū in vna. ff. de opc. no. nun. de pupillo. §. si pluribus.

e ¶ *Animum.*] præsumit deposuisse, quia tēpore statuto nō procedit ad accusationē, vt extra q̄ ma. ac. pos. cū in tua. & C. qui ac. non pos. si ea. nisi cū est pro ... status, vel cū biennū est elapsum, vt C. vt intra certum tempus criminalis quæst. l. vlti.

¶ Dic q̄ prima pars vera est & hoc eo quapropter. Intelligitur in causa denunciationis, vbi delinquēs p̄ mittere non vult. non ob. extra, de collu. c. 2. quia locum habet postquam de crimine constat, quod vndecumq; clarificatū, est pn̄ miédum. 24. q. 3. ecce. secundū Tan.

QVÆSTIO V.

¶ *Quintam ponit post tertiam, quia harum quæstionum simillimum est argumentum.*

i D*Eficientibus vero accusatoribus reus non videtur esse cogendus* i *ad purgationem. Sicut enim rei possessor deficiente actore titulum suæ possessionis probare non cogitur* k *, ita qui impetitur, ad innocentiam suam probandam cogendus esse non creditur. Auctoritate quoque Papæ Cornelij, & Triburiensis concilij sacerdotes iurare prohibentur, nisi pro recta fide.*

f ¶ *Abolitio.*] Hic fuit deceptus Gra. ex eo q̄ legem istam reperit insertam in titulo, quam nō alia de causa iurisperitus ibi inseruit, nisi propter similitudine m: quia sicut abolitio infamiam tollit, sic indulgentia pœnam.

Gratianus quoque deceptus fuit.

INDVLGENTIA. Casus. Si princeps alicui damnato pœnam remittit, non tollit infamiam, secus si dicat, te in integrum restituo. Et hoc probatur lege sequenti, cuius casus patet.

g ¶ *Notat.*] ss. 2. q. 1. ventum. & s. ea. §. hinc colligitur 3.

h ¶ *Et omnibus ceteris.*] Arg. quòd rescriptum principis est latissime interpretandum, vt 1 s. q. 2. §. qui manumittitur. & extra de dona. cum dilectus in h. Fallit hoc, nam licet mulier restituatur famæ, quæ nubit intra tempus luctus, tamen semissem bonorum tenetur dare filijs prioris matrimonij. C. ad Tertul. si qua mulier. Sed forte hoc fallum est secundum ius canonicum: cum mulier quæ nubit intra tempus luctus, non notetur aliqua infamia: & in hoc leges nō. dedignantur sacros canones imitari, vt extra de secun. nup. cap. penul. & si nec canon aliquam pœnam imponit sic nubenti. Ioan. & sic non punietur aliqua pœna ex eo quòd nubit intra tempus luctus.

¶ Et expone notat, id est, notatos, infamia relinqt, nisi specialiter nominatim ei etiam remittat Ifamiā, vel in integrū ad omnia restituat. Archid.

Mulier nubēs intra tēpus luctus nō infamatur.

D*Eficientibus.*] Hæc quæstio diuiditur in quattuor partes. In prima parte probat per quattuor auctoritates Sanctorum, quòd sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Secunda ibi, *Verum.* Tertia ibi, *Iuramento.* Quarta ibi, *Sed quilibet.* Ioan de Fant. & potest ... quinta ibi, *Contra in concilio.* Archid.

Hæc intitulatur quinta quæstio, qua quæritur, verum deficiente accusatore reus cogat ad purgationem ...

lum suæ possessionis, ita deficientibus accusatoribus, reus non cogitur ad purgationem, quia clerici iurare non debent. Et probat hoc per seq. cap.

i ¶ *Cogendus.*] Primo probat, q̄ non sit cogendus clericus ad purgationem, quia clerici non debent iurare. Sed no. q̄ vulgaris expurgatio prohibetur, quia fabricante diabolo est inuenta, vt j. ea Menoam. Et contraria cap. sunt abrogata, cum sint contra præceptum Domini. Non tentabis dominum Deum tuum. Canonica purgatio indicitur cū deficiente accusatore reus laborat infamia: aliás nō 3 vt 6 q. 5. quod autem. fama autem orta a detractoribus vel malis non inducit purgationem, vt 1 r. q. 3. in cunctis. item nec orta ab inimicis. extra de purg. can. cum in iuuentute 4. sed sola illa quæ ex probabili præsumptione est orta. Quidam tamen dicunt, q̄ vndecumque sit orta, inducit purgationem. arg. extra de acc. accedens. Sequitur videre quota manu sit expurgatio facienda, episcopus xij. sacerdotes, vij. diaconus tertia sui ordinis, vt j. ea. si legitimi. & c. presbyter. &c. omnibus. subdiaconus vel inferior potest sola manu, nam a solo episcopo iudicari potest in crimine. 15. q. 7. felix. hodie sunt arbitrariæ expurgationes, vt j. e. omnibus. expurgatio fiet publice coram omnibus, si est publice infamatus. j. e. presbyter si a plebe. si apud clerum, tunc tantum priuatum. j. 15. q. 5. cap. 1. Ioan.

Purgatio est duplex.

3 De hoc j. e. c. omnibus ... pro, &c. ibi videas. sed hoc dictum hic improbat L. & per idem ea Sed ar. contra infra ea. legitimis. & ibi dicā. Arc.

4 Al. c. pen.

k ¶ *Non cogitur.*] vt j. 6. q. 5. c. 1. & vlt. nisi in casibus quibus scilicet cum quis possidet pro herede vel pro possessore, vt C. de pe. he. l. cogi. Et etiam fundata intentione actoris, vt C. de prob. siue. Et cum aliquid possidetur contra ius cōe. 100. di. contra morē. Et cū iam est præsumptio contra eum. C. de fur. ciuile. Et cum potest probari, q̄ quan-

ꝙ quandoque alieno nomine possederit.extra de præscrip. si diligenti.C.de præscrip.xxx.ann.male. Item & in vi.casu,cum ordinatus [a] ministrat,vt ſ.e.q.1.legum,& extra de appel.personas. aliàs semper obtinet quod hic dicitur, & C. de rei vend.l.ulti.& ff. vti poss.iusta.

[a] Id est, si is qui dicit se ordinatũ ministrat.sacramenta in aliqua ecclesia secũdum Io. de Fan.

prohibentur præstare,sed per alium possunt, ut extra de iura. cal. c.1.& 2.sed c.in pertractandis.contra. Iurant tamen pro recta fide pro obedientia & pro pace, & pro indemnitate ecclesiæ. extra de elect.significasti.vltra medium. 18.dist. de Syracusanæ. & cum quis absoluitur ab excommunicatione,vt extra de senten. excom. c.nuper.

Ait enim Cornelius epist.secunda ad Rufum episcopum orientalem.

¶ Iuramentum à sacerdotibus non est exigendum. C. I.

Burc.l.2.c.193. Iuo p.5.c. 308. & p.12.c.77.

SAcramentũ [a] hactenus [b] à summis [*] sacerdotibus,vel Dei ministris exigi,nisi pro fide recta,minime cognouimus:nec sponte eos iurasse reperimus.

[*] *In vetustis codicibus caput hoc coniunctum est cum duobus sequentibus,quæ sunt ex eadem epistola Cornelij Papæ.*

[a] Summis.] *Sic habet originale.Sed Burchardus & Iuo in quinta parte,* ab episcopis,& reliquis ordinibus exigi, *idem vero Iuo in parte 12.* à summis sacerdotibus, vel reliquis Dei ministris.

Item paulo inferius.

¶ De eodem. C. II.

Iuo p.12.c.77.

NOs sanctorum exempla sequentes,sanctorum Apostolorum,eorumque successorum iura firmamus, & sacramenta incauta fieri prohibemus.

Item ibidem.

¶ De eodem. C. III.

NOs sacramentum episcopis nescimus oblatum; nec vmquam fieri debet [β].

[β] Debet.] *sequebatur,* nisi pro recta fide, *quæ sublata sunt:quia neque in optimis manuscriptis,neque in ipsa epistola hoc loco habentur,sed ſ.ead.c.1.*

Item ex concilio Triburiensi,c.21.

¶ Si quis presbyter contra laicum,vel laicus contra presbyterum querimoniam habeat,episcopo præcipiente terminetur. C. IIII.

Burc.l.2.c.182. Iuo p.6 c.227. Pann.l.5 c.10.

† al regente
† al.præiuramẽto
† al. constringat
† al.firamenti

† Cõcor.tex. in l 1. C. de vete iu. enu. & in Auth. de mona.§.1. coll.1.

SI quis presbyter contra laicum,vel laicus contra presbyterum aliquam habet querimoniæ cõtrouersiam,episcopo præcipiente † [c], sine personarum acceptione finiatur †,& laicus per iuramẽtum † (si necesse sit) se † expurget: presbyter vero vice iuramenti †, per sanctam consecrationem [d] interrogetur; quia sacerdotes ex leui causa iurare non debent. Manus enim per quam corpus,& sanguis Christi cõficitur,iuramento polluetur? absit:cum Dominus in Euangelio discipulis suis (quorum vicem nos indigni in sancta gerimus ecclesia) dicat [Nolite omnino iurare,Sit autem sermo vester, est, est; non, non. Quod autem his abundantius est,à malo est.]

Matt.5.

2 *Verum his auctoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri à sacerdotibus:sed tantum incauta,& ea,quæ pro qualibet causa temporali iudicio offeruntur.Cum autem popularis infamia sacerdotes opprimuntur; tunc ad innocentiæ suæ assertionem iuramenta debent offerri.*

& l.7.capitul.c. 281.

Vnde Gregorius Papa tertius ad Bonifacium, epist.1.

¶ Sacerdos à populo accusatus,iuramento innocentiam suam asserat. C. V.

Ansl.l.3.c.79. Burc.l.2.c.186. Iuo p.6. c.231. Pann.l.3.c.9.

PResbyter,vel quilibet sacerdos,si à populo accusatus fuerit, & certi non fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem;iusiurandum [e] in medio [f] erit, & illum testem proferat de innocentiæ suæ puritate,cui nuda & aperta sunt omnia.

Item ex regesto Gregorij lib.secundo,indict.x. episto. 23. ad Iustinum prætorem [γ].

[γ] Prætorem.] *In codicibus Gratiani est,* Imperatorem, *in epistola excusa legitur,* Iustino presbytero,*emendatum vero est ex duobus vetustis codicibus epistolarum, & Polycarpo, estque idem Iustinus,ad quem scripta est secunda epistola primi libri,in libris etiam impressis incorrupto inscriptione.*

Si quis.] Casus. Si quis presbyter cũ laico cõtrouersiam habuerit, laicus iuramento se expurget, presbyter per suam consecrationem adiuretur: quia sacerdotes qui conficiunt corpus Christi,ex leui causa iurare non debent, cum gerant vicem Christi discipulorum, quibus fuit præceptum ne iurarent.

c Præcipiente.] sed quare hic actor non sequitur forum rei, contra id 11 quæst. 1.experientiæ,& C. de iurisd. omn. iud. l. iuris ordinem. Sed dic, quòd loquitur secũdum ea tempora [a], quando omnes causæ determinabantur ab ecclesia, vt 11.q. 1.relatum. & quæst. 3. cum apud. Vel loquitur secundum consuetudinem quorumdam: extra de for. compen. quod clericis. alias, si clericus.

[a] Quando presbyteri iudices negotiorũ esse mandati sunt.95. di.ecce.secundum Baz.

d Consecrationem.] immo sufficit siue per salutem, siue per aliquid aliud iuretur. 22. quæst.5.c.2.& ff.de iureiuran.non erit ratum. Sic ergo aliquis potest se obligare sub pœna ordinis sui, vt 1. q. 7. quoties. & etiam sub pœna anathematis, vt ibi dicitur. Sed numquid ille qui obligat se sub pœna ordinis, vel beneficii,est priuandus ordine vel beneficio, si non fit verum illud ad quod se obligat? Sic extra de elect. cum dilectus.in fi.

Obligare se potest aliqs sub pœna beneficij.

VERVM Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probatur cõtrarium eius quod præmissum est, scilicet, ꝙ ex causa iusta sacerdotes possunt iurare. Io. de Fant. & hoc probat per xiij.auctoritates sanctorum patrum. Io.

Casus. Dicitur hic, ꝙ per supradicta prohibẽtur à sacerdotibus fieri incauta iuramenta.sed si essent infamati à populo iurare debent. & hoc probat per sequentia cap.

SAcramentum.] Casus Dicit Cornel. ꝙ sacramentum à sacerdotibus fieri non debet nisi pro fide. Item prohibet sacramenta incauta fieri, & dicit se nescire sacramentum oblatum ab episcopo.

a Sacramentum.] scilicet incautum.

b Hactenus.] vt C.de epis.& cle.cum clericis.& 22.q.5. ca. vlt. Sed forte hoc obtinet in sacramento calumniæ,quod clerici per se

Clerici quandoque licite iurant.

PResbyter.] Casus Si presbyter fuerit infamatus,& testes non inueniantur,suo iuramento expurget suam innocẽtiam.

e Iusiurandum.] ſ.6.q.vlt.c.vlt.contra.Sed hic quando infamatur,ibi quando non infamatur.

f In medio.] ſ.15.q.5.c.1.contra.Sed illud verum est, cum non est publice infamatus.hic 23.dist.illud.

¶ De Leone episcopo, quem beatus Gregorius purgationem præbere fecit. C. VI.

Poly.l.6. tit.11. Ansl.l.6. c.162 Burc.l.1.c.194 Iuo p.5. c.309 Pann.l.5.c.5.

HAbet hoc proprium [a] antiqui hostis inuidia, vt quos in prauorũ actuum perpetratione (Deo sibi resistente) deijcere non valet, opiniones eorum falsa ad præsens simulando, dilaceret. Quoniam igitur quædam contra sacerdotale propositum de Leone fratre, & coepiscopo nostro sinister rumor aspersit, vtrũ vera essent, districta duitius fecimus inquisitione perquiri: & nullam in eo de his, quæ dicta fuerãt, culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omissum, quod nostro potuisset dubium cordi remanere, ad beati Petri sacratissimum corpus districta eum ex abundanti fecimus sacramenta præbere. Quibus præstitis magna sumus exultatione gauisi, quòd huiuscemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria vestra prædictũ virum cum omni charitate suscipiat, & reuerentiam ei, qualem sacerdoti decet, exhibeat; ne qua in cordibus remaneat, de his quæ sunt iam purgata, dubietas [b]. Sed ita suprascripto vos episcopo deuotissime oportet in omnibus adhærere, vt congrue, decenterque Deum in eius persona, cuius minister est, videamini honorare.

Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum, lib. xi. epist. 8.

¶ Quomodo beatus Gregorius Mennam episcopum iuramento purgari fecit. C. VII.

Poly. ibidem. Burc.l.1.c.196. Iuo p.5.c.311. Pann.l.5.c.6.

MEnnam vero reuerendissimum [1] fratrem, & coepiscopum nostrum, postquam ea, quæ de eo dicta fuerant, requirentes, in nullo inuenimus culpabilem esse, qui insuper ad sacratissimum corpus beati Petri Apostoli sub iureiurando satisfaciens, ab his quæ obiecta eius opinioni fuerant, se demonstrauit alienum; reuerti illuc purgatũ, absolutumque permisimus: quia sicut dignũ erat, vt si in aliquo reus existeret, culpam in eo canonice puniremus; ita dignum non fuit, vt eũ adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. ¶ Purgationẽ [a] tamen ante te duobus sibi sacerdotibus iunctis, vbi accusator cessauerit [c], eumdem ex se præbere tuo committimus arbitrio [d]. Vulgarem denique, ac nulla canonica sanctione fultã legem, feruentis scilicet, siue frigidæ aquæ, ignitique ferri contactum, aut cuiuslibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc sunt omnino ficta inuidia) nec ipsum exhibere, nec aliquo modo te volumus postulare, immo Apostolica auctoritate prohibemus firmissime.

Alex. 2. Raynaldo episcopo Iuo p.10.c.15. Pann.l.5.c.8.

a ¶ Purgationem.] *Hic erat grauissimus error. Coniuncte enim hoc legebãtur cum superioribus, quæ Brunechilda sunt scripta: quasi purgatio presbyteri à B. Gregorio mulieri committeretur. Sed nil tale legitur in epistola B. Gregorij, ex qua prior pars huius capitis est accepta. Verum Iuo p.10. c.15. & Pann.l.5.c.8. citant hoc ex epistola Alexandri secundi Raynaldo Cumano episcopo, cuius epistolæ mentio est, infra eadem c.* super causa. *Et hic versiculus,* Purgationem *continenter legendus est post extrema verba illius capitis. Ac propter citationes doctorũ hinc quidem motus nõ est: sed additum est in margine nomen Alexandri secundi. Ita nihil loci relinquitur admirationi in libris glossæ. Nusquam enim Romani Pontifices huiusmodi causas mulieribus leguntur cõmisisse.*

Item Gregorius Castorio Notario Rauenna, lib. 7. indict. 2. epist. 80.

HAbet.] CASVS. Leo episcopus erat infamatus, quare Papa de hoc quæsiuit diligenter, & in eo crimen aliquod nõ inuenit. verũtamen ne sibi aliqua ambiguitas remaneret, eũ sup corpus beati Petri fecit iurare. eo sic expurgato mãdat Imperatori, vt habeat eũ pro episcopo, & ei tamquam epo reuerentiam præbeat.

a ¶ *Proprium.*] ex abũdanti fiunt aliqua ad superandam hominũ malitiã, vt C. de iud. Auth. iubemus. 11. q. 3. inter verba. extra de elec. bone. extra de dolo & cõtu. cum olim. Et quæ abundant, nõ solent vitiare cõtractũ. ff. de reg. iur. non solent. & ff. de verb. ob. § extrinsecus. Sed quare dicit, ex abũdanti. Dicunt quidã [1], q ita exilis, id est, leuis vel modica fuit infamia, q nec erat necessaria expurgatio. Certe sm hoc non debuisset facta fuisse inquisitio: quia inquisitio non est facienda nisi ita publica sit infamia, q vlteri⁹ sine scandalo non possit tolerari, vt extra de accusa. qualiter. Melius dicas, q iste nõ tenebatur expurgare se. Nam cum inquisitio præcedit expurgationẽ, si testes per quos fit inquisitio, dicũt ipsum reum, statim punitur, nec auditur expurgatio sua. Sed si semiplene pbãt, tunc indicitur expurgatio, vt extra de pur. cano. inter. Sed si per dicta testiũ nulla est suspicio contra ipsum, tunc non est onerandus expurgatione, vt hic. Sed quid si infamatus vult expurgare se: vnde ante vult inquirere de fama eius? Vr q iudex potius inquirere possit, vt hic. & extra e. inter. Sed cõtra, illud est ordinarium, q infamatus se expurget: ergo beneficiũ illud non est ei auferendũ [2]. 3. q. 1. multi. circa fin. Sed dic, q eps si vult potest inquirere: quia crimen quãque per inquisitionem reuelat, quod per purgationem occultatur. Sol. si infamia orta est contra eum, iudex inquirere potest. extra de acc. qualiter.

b ¶ *Dubietas.*] ergo post expurgationem non pôt accusari ab aliquo super illo crimine, vt extra de acc. de his criminibus. & 23. q. 4. si illic. Nec enim sæpius quærendũ est de delicto eiusdem hominis, vt ff. nau. cau. sta. licet. arg. cõtra. 33. q. 2. admonere. 25. dist. primum. extra de accu. veniens. vbi etiam post absolutionem cogitur ad expurgationem. Tu dicas, q illum qui semel est absolutus, amplius nullus potest accusare super illo crimine, nisi in duobus casibus [3], scilicet si suam iniuriam prosequatur, & probet se ignorasse accusationem fuisse ab alio institutam, vt ff. de acc. si cui. § 1. & cum vult probare de præuaricatione prioris accusatoris, vt ff. de præua. l. 3. In Decreta. tamen videtur dicere, q solum isti prohibentur accusare, qui prius stabant contra ipsum, vt extra de accus. cum P. manconella.

MEnnam.] CASVS. Beatus Grego. de crimine Mennæ episcopi qui fuerat infamatus, diligenter inquisiuit, & cum in eo crimen non inuenisset, eum supra corpus beati Petri iurare fecit, & sic eum demum ad reginam Francorum transmisit. & hoc in prima parte. In secunda parte quæ incipit ibi, *Purgationem,* Sic mandat Gre. eidem reginæ, vt si accusatores non appareant, indicat eidem episcopo purgationem cum duobus sacerdotibus: purgationem tamen vulgarem non imponat.

c ¶ *Cessauerit.*] si dicas, q verbum hoc cessauerit, sit præteriti temporis, non procedit obiectio, vel secundũ H. cum quis expurgatur non præcedente accusatione, tunc post purgationem bene admittitur accusator: secus si præcesserit accusatio. Vel dic, q si accusatore absente & non citato audita est expurgatio, idem accusator pôt eũ denuo accusare, vt C. de accu. l. 4. secus si eo psente. Vel loquitur [5] cũ suã iniuriam vult prosequi. Vel ignorabat accusationem ab alio institutam. ff. de præua. l. 3. & ff. de accu. si cui.

d ¶ *Arbitrio.*] Delegatur hic laico spirituale negotium. sic 2. 32. dist. § verum. Fuit tamen hic nimium papaliter dispensatũ, q epi expurgatus corã Papa cogitur adhuc corã muliercula se purgare: cũ tñ plenissimas debeat habere vires, quod auctoritate Papæ fit, licet per se sit inualidũ [6], extra de transac. c. 1. in fi. C. de test. omniũ. Item cũ iusiurãdũ sit maioris auctoritatis q res iudicata. ff. de iure iur. l. 2. & illud obstat oibus accusare volẽtibus, & in publicis criminibus. ff. de iureiur. cũ qui. § in popularibus. multo fortius res iudicata obstabit omnibus. Quare ergo postea admittitur accusator [7]? potest dici, q fuit absolutus sub conditione nisi accusator appareret, vel fuit absolutus ab instantia iudicij: nec ideo lis peremitur. ff. de iudic. & post edictum.

1 Vt Lau.

Inqsitio qñ fieri debet.

Inquisitio an possit fieri cõtra volentem se purgare.

2 28. dist. de his. in Auth. de nu. § si autem.

Absolutus semel, in duobus casibus accusari pôt.

3 Adde glo. & Doct. in l. 3. C. de accu. gl. magistrali in c. cũ dilectus. de ele.

4 Hoc dicebat L. & est sensus, quia desiuit accusator.

1 al. reuerentissimum

5 Scilicet sex proxime allegata. Papa quãdoque nimium papaliter dispensat.

6 Pôt dici secundum Io. q hoc totum ideo fuit, vt fama eius clarior appareret. ar. 5. q. 1. quidam.

7 Adde ad hoc gl. & ibi Bar. in l. aut priuatim. & in l. mulier. ff. ad Turpil. no. in l. 1. C. si reus vel ac cu. mor. fue.

Quanto.

Quanto.] Casus. Maximus eps Salonitanus dicebatur acquisiuisse per simoniã episcopatũ. Imponebatur ei, q fornicationem commisisset, & ideo à Papa fuit excommunicatus. nihilominus tñ excõicatus celebrauit. Dñs Papa volẽs eidẽ epo gratiã facere, præcepit notario suo Rauennæ moranti, vt si p iu- si à tempore scictiæ, sicut nec lex, vt dist. 4. leges. & 82. dist. proposuisti. nec sententia, ut ĩ. 11. q. 3. biduũ. Io. Sed certe si quis absens excõicatur, statim est excõicatus ante quam sciat: quia sententia excommunicationis statim trahit secum suam executionem. extra de appel. pastoralis. dũmodo sit pura, & non conditionalis: urgumtamẽ non punitur cum ingerit se communioni hominum ante q̃ sciat. ex. de cler. exc. mi. illud. Error. n. facti nemini nocet, vt ff. de iur. & fa. igno. l. error. B.

¶ De Maximo Salonitano episcopo, qui sacramento se ipsum purgauit. C. VIII.

QVanto à nobis [a] credi tibi, & necessarias vides causas iniungi; tanto te strenuum debes & solicitum exhibere. Proinde, si Maximus Salonitanus præstito sacramẽto firmauerit se simoniaca hæresi non teneri, atque de alijs ante corpus sancti Apollinaris tantũmodo requisitus innoxiũ se esse responderit [b], & de inobedientia sua pænitentiam [c] (sicut deputauimus) egerit; volumus, vt ad consolandum illum, epistolam [d], quam ad eum scripsimus (vbi ei & gratiam nostram, & communionem nos reddidisse signauimus) experientia tua dare debeat: quia sicut in contumacia persistentibus seueros nos esse conuenit, sic iterum humiliatis, & pænitentibus [e] negare locum veniæ non debemus [f].

Idem Mariniano episcopo Rauenna, lib. 7. epist. 79.

¶ De eodem. C. IX.

Poly. l. 3. tit. 37. QVæ de causa [g] Maximi sint agenda, ex epistolis, quas ad vos ante transmisimus, agnouistis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis vestræ voluntas sit, ac magis petitio, à præsentium latore Castorio chartulario nostro renuntiante cognouimus; ideo, si idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario nostro, de simoniaca hæresi præstito se sacramento purgauerit, atque de alijs ante corpus sancti Apollinaris (vt scripsimus) tantummodo requisitus liberum se esse responderit, causam ipsius, fraternitatis vestræ, de eo, quod excommunicatus Missarum solennia agere præsumpserit, iudicio cõmittimus, qua debeat pænitẽtia, talis culpa purgari. Et ideo quidquid [h] vobis secundum Deum placet, securi disponite: nec aliquo de nobis dubium habeatis. Nam quidquid à vobis de hac causa fuerit ordinatum, nos & grate suscipimus, & libenter admittimus.

Item Sixtus Papa III. epist. ad Orientales episcopos, c. 2.

¶ Qualiter Sixtus semetipsum purgauit. C. X.

Nic. epist. 7. ad Michaelem. MAndastis [i], vt scriberem vobis, qualiter instans iurgium contra me suscitatum sit, vel à quo, vt vestro adminiculo pelleretur, & causa mea firmaretur. Scitote me criminari à quodam Basso, & iniuste persequi. Quod audiens Valentinianus Augustus nostra au&toritate [k] synodũ cõgregari iussit. Et facto cõcilio, cũ magna examinatione satisfaciens omnibus, (licet euadere satis aliter potuissem [l]) suspicionẽ tamen fugiens, coram omnibus me purgaui; me scilicet à suspicione, & æmulatione liberans; sed non alijs, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo † formam [m], exemplumque dans.

† al. faciendi

Item Alexander Raynaldo Cumano episcopo.

¶ De causa Guillandi presbyteri. C. XI.

Pann. l. 5. c. 7. SVper causa [n] Guillandi presbyteri tui de morte episcopi sui, prædecessoris tui, infamati in medium consuluimus: itaq; circumstan-

iuramẽtũ suũ de simonia se purgauerit, & de fornicatione, & alsis q̃ sibi obiiciebãtur, se ridderit innocentẽ, & de eo, q excõicatus celebrauerit, pænitẽtiã egerit, reddat ei epl'am, in quã ei gratiam suã reddit, & absolutũ ostẽdit. De eodẽ loquitur c. 63. dist. Salonitanæ.

a ¶ *A nobis.*] Maximus Salonitanus archiepiscopus sine licentia Papæ fuit consecratus: propter quod à Papa fuit excõicatus, & postea missã celebrauit, similiter iponebaẽ ei simonia & fornicatio.

b ¶ *Respondent.*] exilis enim hęc fuit infamia [1], & ideo vnius iuramentum admittitur.

c ¶ *Pænitentiam.*] sed q̃ro an ei soli sit credẽdum? De hoc vr q sic; quia in nullius vergit præiudicium. sic ĩ. de consec. dist. 4. placuit.

d ¶ *Epistolam.*] ergo quis potest absolui per litteras & excommunicari [2], vt extra de simo. accusatum. & ĩ. 11. q. 1. de manifesta. Quid si moreretur prius, q̃ litteræ peruenirent ad ipsum. Tunc dicam eum absoluendum post mortem, vt extra de sen. exc. à nobis. & est arg. q tunc demum fit quis excommunicatus vel absolutus litteris receptis. ar. 4. q. 5. quisquis. & extra de app. super eo. in fin. & ĩ. dist. 4. leges. arg. cõtra. ff. si cer. pet. eius qui in prouinciæ. ibi, status sui ignarus. Sed distinguit, vt ff. de acq. poss. quis absenti. vbi dicitur q si quis manumittit absentem, refert an velit eum esse liberum quando scribit litteras manumissionis, vel quando litteræ ad eum peruenerint. Probabilius est dici, q excommunicatio non ligat ignorantem cum ingerit se communioni hominum ante q̃ sciat.

[1] Propter quã nõ indicitur purgatio. vt patet ĩ eo. q̃d legitur & no. 33. dist. habuisse.

[2] Adde ad hoc not. in l. seruum. §. publice. ff. de procur. & in l. absentem. C. de acc.

d ¶ *Epistolam.*] de grauibus expurgat se iuramento, de minoribus nuda promissione. Io.

[3] Sol. 8. q. 3. c. vlti. vbi de hoc.

e ¶ *Pænitentibus.*] simile extra de postul. prælat. ad hæc, circa fi.

f ¶ *Non debemus.*] qui tñ de rigore esset deponendus. ĩ. dist. 50. accedẽs. §. 11. q. 3. si quis episcopus. & c. penul.

QVæ de causa.] Casus. De eodẽ Maximo scribit Rauẽnati archiepo & mandat ei, vt si expurgauerit se, vt ĩ. dictũ est, corã archiepo & notario supradicto, iponat ei pænitẽtiam de eo, q excõicatus celebrauit, & quidqd de eo disposuerit, ratum habet.

g ¶ *Quæ de causa.*] de eodem Maximo loquitur hoc capitulum.

h ¶ *Quidquid.*] arg. Papã seruaturum quod legatus statuit: & idẽ honor ei exhibendus est sicut Papæ. 93. distin. c. vlt. & ff. de offi. præfec. præto. l. vnica. in fin. ibi credidit enim princeps eos qui ob singularem industriã explorata eorum fide, & gratia ad huius officii magnitudinem, &c. Item est hic ar. q generali mandato dispensatio delegatur. ar. cõtra extra de of. dele. q translationẽ. cum enim dispẽsatio habeat instar restitutionis in integrum, & restitutio in integrũ non delegatur per generale mãdatũ, vt ff. de mi. illud ergo nec dispẽsatio. Io. Ego dico, q legatus Domini Papæ generalis omnia põt, nisi ea sola quæ Romano Põtifici sunt reseruata. extra de sent. excom. nuper. de offi. leg. quod translationem. B.

Legatus an virtute generalis mandati dispensare possit.

MAndastis.] Casus. Papa accusabatur à quoddã Basso: cuius auctoritate Valentinianus Imperator synodum congregauit, in qua sponte se purgauit, non dans formam ceteris successoribus suis sic se purgandi, si noluerint: & quia quidam episcopi quærebant qualiter hoc negotium processisset, Papa rescribit eis narrando factum.

i ¶ *Mandastis.*] mandat hic minor maiori. nam precarium verbũ est, mando, vt C. com. deleg. l. 2. in prin. sic 2. q. 1. filium.

k ¶ *Auctoritate.*] 96. dist. vbinam.

l ¶ *Potuissem.*] quia Papa à nullo potest iudicari, vt 9. q. 3. aliorũ. nec etiam ab vniuersali concilio, vt ĩ 17. dist. 5. hinc etiam. ff. de leg. princeps. præterquam in hæresi. 40. dist. si Papa.

m ¶ *Formam.*] 24. q. 5. dixit. Ioan.

SVper causa.] Casus. Gillãdus presbyter infamatus fuit de morte epi sui, & pp hoc fuit ab officio & beneficio spoliatus. cõmisit negotiũ Dominus Papa hoc modo, ut si accusatores defuerint, restituantur ei omnia ablata, præstita tamen purgatione.

n ¶ *Causa.*] Forte hic nõ intentabat possessoriũ [4], aliàs nõ obstat

[4] Sub. & restitutio. non datur, nisi petenti.

crimen petenti restitutionē, vt extra de restit. spol. in litteris, & c. item cum quis. oam alii dicunt, q eum spoliator obiicit exceptio nem, quam vult statim probare, prius est audiēdus, q ille restituatur. arg. 3 1. q. 2. Lotharius. in Auth. de test. §. si vero quis. coll. 7. & arg. extra de testi. veniens 2. sed hoc non concedo, vt extra de resti. spol. litteras. in fi.

3. q. 2. audiuimus. Notādū ergo, q cū clericus aliquis corā iudice suo est infamatus, pfiget § eps certū tēpus volētibus accusare eū, extra de clande. despō. c. vl. & si accusatores apparuerint, canonice audient. j. e. omnibus oobis. 15. q. 5. c. 1. extra de purg. ca. c. ex tuarū. Si vero accusator nō apparet, & mala fama crebrescit, tunc eps vo-

nō est statim suspēdēdus. ‹ Præfiget. Bartho. Compol. cap. 49.

a ¶ *Beneficia.*] Iste beneficio & officio fuit priuatus: qa grauiter erat infamatus. extra d purg. cano. inter. Et fructus medii temporis recuperat. ff. de re mil. l. pen. Si vero iste iuste esset depositus, non recipiet fructus: medii tēporis restitui, nisi hoc exprimeretur in sententia, vt C. de re milit. cū allegatis. li. 12. lo. d F.

Spoliatus restituitur an recipiat fructus medij temporis.

tium fratrū vnanimi assensu tuæ dilectioni rescribimus, præfatū Guillādum presbyterū ante te præsentandum; vbi si certi accusatores defuerint, tunc dictante iustitia sine omni controuersia presbyter, quæcumque ob hoc iniuste amisit, ac sacerdotium accipiat, & integra beneficia [a].

Iuo p. 10. c. 15. & i epist. ad Valdebertū Cœnomanensem

a ¶ Beneficia.] *In epistola hoc loco sequitur vers.* purgationem, §. *ead. c.* Mennam, *vt ibi notatum est.*

Item ex concilio Agathensi.

¶ De purgatione clericorum, si conuinci non potuerint. C. XII.

SI legitimi accusatores crimina [a] sacerdotis probare nō potuerint [b], & ipse negauerit; tunc ipse cum septem socijs sui † ordinis (si valet [c]) à crimine semetipsum expurget. Diaconus vero, si eodem crimine accusatus fuerit, cum tribus semetipsum excuset.

ext. de pur. can. c. si qs psbyter. Burc. l. 2. c. 181. Iuo p. 6. c. 226. Pann. l. 5. c. 1.

† al. fuis eiusdem ordinis

a ¶ Crimina.] *Apud ceteros collectores legitur:* si autem accusatores legitimi nō fuerint, qui eius crimina manifestis indicijs probare contenderint, & ipse, & c.

S ¶ *legitimi.*] CASVS. Si accusatores crimē sacerdotis non probauerint, si remanserit infamatus, cum septē sacerdotibus se expurget.

b ¶ *Potuerint.*] C. de te. c. 1. in bonæ fidei.

c ¶ *Si valet.*] qa si non valet, deponitur 2. extra de simo. de hoc. Vel forte sunt inimici sui: extra de pur. cano. cum in iuuentute. imino cū femina potest se purgare. 18. quæst. 2. in decima. Ioan.

1 Io. Gar. in §. Callus. §. & quid si tantum. de lib. & posth.

2 De hoc §. ea. q. 1. in principio. in gl. 2.

Item ex concilio Ilerdensi.

¶ De eodem. C. XIII.

PResbyter si à plebe [d] sibi commissa, mala opinione infamatus fuerit, & episcopus legitimis testibus approbare non potuerit; suspendatur † [e] vsque ad dignam satisfactionem; ne populus fidelium in eo scandalum patiatur. Digna vero satisfactio est (sicut [γ] à maioribus cōstitutum esse docetur) quando siue secundum canones, siue ad arbitrium [f] episcopi septē sibi collegas adiungit, & iurat in sacrosancto [δ] Euangelio coram posito, quòd crimen sibi illatum nō perpetrauit. Et hac satisfactione purgatus, secure deinceps suum exequatur officium.

Burc. l. 2. c. 184. Iuo p. 6. c. 229. Pann. l. 5. c. 2.

† al. suspēdatur ab officio presbyter vsque

γ ¶ Sicut à maioribus constitutum.] *Hoc loco sicut & paulo inferius, plura sunt verba apud ceteros collectores.*

δ ¶ Sacrosancto.] *Apud eosdem legitur,* in sacro coram posito Euangelio, *quò facit c. testimonium, in vers. nemo clericum, infra 11. q. 1.*

P ¶ *Resbyter.*] CASVS. Si sacerdos fuerit coram suo episcopo de crimine infamatus, qđ probare non potest per testes, suspendi debet donec cum septima manu sui ordinis se expurget, & postea suum officium exequatur.

d ¶ *Plebe.*] idē est si ab episcopo, vel a sacerdotibus, vt j. ea. omnibus. in h. §. dist. 28. consulendum. contra.

e ¶ *Suspendatur.*] forte secundum distinctionē, extra de pur. cano. c. 2. §. 33. dist. c. vlt. contra. dic, q ibi fuit causa infamia.

[*Item Siluester Papa.*]

¶ De eodem. PALEA. C. XIIII.

ACcusatum simoniacum necesse habuimus summopere per scripturam prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisset, donec quid esset verius, potuissemus cognoscere.

¶ *Citatur hoc ex Siluestro, fere idem est in decret. tit. de simo. c. accusatum, & ibi tribuitur Deodato Pontifici. Sed in nullis horum duorum Pontificum scriptis, quæ extant, tale aliquid est inuentum. In registro B. Gregorij lib. 5. epist. 3. Maximo præsumptori ecclesiæ Salonitanæ hæc leguntur.* Peruenit itaque ad uos, q per simoniacam hæresim fueris ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta sunt, de quibus vnum quàmmaxime fuit, propter quod necesse habuimus te summopere per scripta nostra prohibere, ne Missarum solennia celebrare debuisses, donec qd esset, vere potuissemus addiscere. *Et ex hac epistola videri potest accepta hæc palea, & c. accusatum. & c. quoties. extra de simo. Nam initium ipsius epistolæ est,* Quoties contra, &c.

e ¶ *Suspēdatur.*] 3 hoc est verum secundū distinctionem si fuerit notorium vel manifestū, vel famosum, extra de coha. cle. vestra. & c. si. & tunc refert, si fuerit famosum sine scandalo

3 Hoc obtinet qn scādalū imminet ex eius celebratione, vt hic dicitur.

[*Item in concilio Triburiensi.*]

PALEA. C. XV.

NObilis homo, vel ingenuus, si in synodo accusatur, & negauerit; si eum constiterit fidelem esse, cum duodecim ingenuis se expur-

ext. de pur. can. c. 1. Burc. l. 16. c. 19.

vel cū scandalo. extra de coha. cle. tua cōtra. 28. dist. cōsulendum. Sol. ibi non imminebat scandalum, hic sic, puta ex eius celebratione. extra de coha. cle. tua. j. 28. q. 1. iam tunc. & 3. q. 2. audiuimus. aliter obtinet. §. ca q. 1. c. 2. Sed numquid a beneficio suspenditur? Videtur q non: quia pœnæ sunt emoliendæ, & quia crescente contumacia crescere debet & pœna, vt dist. 74. honoratus. Sed contra videtur, quia hæc duo sunt connexa. 8 1. dist. si quis sacerdotum. & 32. dist. præter hoc. Sed dic, q non est priuandus beneficio nisi secundum ordinem iuris. extra de iudi. c. 1. nisi forte propter scandalum. §. eod. super causa. & cum magna laborat infamia, vt extra de purg. cano. inter.

e ¶ *Suspendatur.*] hic colligitur, q infamatus statim debet suspendi vsque ad dignā satisfactionē. ar. j. 3. q. 2. quia ea. extra de pur. c. inter. & extra c. ex tuarū. Sed j. §. e. q. 1. nomē 4. & extra de ac. qualiter, & qn. extra de pur. ca. c. 2. & vlt. In his habes, q prius inquirēdum est de crimine, q priuet officio ille qui est infamatus, & ar.

vocatis ecclesiæ senioribus procedat ad inquisitionē. extra de acc. qualiter. 86. dist. si qd vero. & ipsemet eps inducet 3 eum testes si alius nō apparet. 11. q. 3. præcipue. in fi. extra de acc. cū oporteat. §. e. presbyter. & lite nō cōt. hoc facere pōt, vt extra vt li. nō cōtest. qm frequenter. & si fuerit conuictus, canonice puniat. Si aūt nō cōuincit, & adhuc mala fama pdurat, admoneat ipsum primo seorsum, postea corā testibus, vt se corrigat: qđ si nō fecerit, tūc demū suspendat eū vsque ad dignā satisfactionē. extra de pur. ca. c. 2. in quo casu intelligo qđ hic dr. numquā enim à principio suspendat eū nisi enormitas delicti vel scandali hoc exposcat. extra ea. inter. & hæc est digna satisfactio, vt purget se adiuncto sibi legitimo numero, vel ad arbitrium sui episcopi, vt hic, & j. ea. omnibus. extra ea. ex tuarū. & eodē deficiente in purgatione puniat: & puniat eū tanquam conuictum vel confessum, extra de accu. cum P. extra de simo. insinuatum. & de pur. cano. cum P. & ibi de hoc.

f ¶ *Arbitrium.*] hic no. cōpurgatores arbitrio episcopi sumēdos.

Beneficio q priuari nō debet, nisi secūdum ordinē iuris.

4 Al. oorum.

Infamatus suspendi debet pro crimine.

famola.

get, si antea deprehensus fuerit in furto, aut periurio, aut falso testimonio, ad iuramentum non admittatur, sed (sicut qui ingenuus non est) feruenti aqua, vel candenti ferro se expurget.

¶ *Burchardus etiam citat ex concilio Triburiensi c. 10. & in Triburiensi illo, quod extat impressum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.*

Item Hincmarus Rhemorum episcopus.

¶ De eodem. C. XVI.

Iuo p. 6. c. 420. † al. defecerint 2. Cor. 6.

SI mala fama de presbytero exierit, & accusatores, ac testes legales defuerint †, ne, contra Apostolum, infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur ministerium nostrum, ne ve securiores presbyteri existentes licentius in peccatum prolabantur; secundum decreta [a] maiorum cũ denominatis sibi vicinis presbyteris, quos scimus se nolle [a] peierare, sacramento famam suam purget.

¶ *In concilio Rhemensi Trosleiano 9. c. refertur synodus ab Hincmaro Rhemorum archiepiscopo habita, in qua habetur hoc caput.*

a ¶ Secundũ decreta.] *In synodo legitur*, secundum decretum Gregorij iunioris sit iusiurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyter in sacramento purgationis suę eum testem, quem habebit & iudicem.

Item Innocentius Aquileiensi patriarchæ, & Mantuano episcopo.

¶ De eodem. C. XVII.

† al. vna † al. Paio † al farina † al. quarta manu

QVoties frater noster Tridentinus episcopus in nostra præsentia de simonia sit impetitus, prudentiam vestram latere non credimus: cuius causa tandem in nostra præsentia ventilata producti sunt aduersus eum accusatores viua † voce, & scripto asserentes, quòd ecclesiam sancti Petri de Pado †, presbytero Paulo dederit pro quattuor modijs frumenti †, quos ab eiusdem ecclesiæ laicis acceperit. Verum quoniam nec accusatores, nec testes secundum formam canonum, & sanctorum Patrum statuta in causa ipsa procedere potuerunt, communi fratrum nostrorum concilio iudicamus, vt tertia manu sui ordinis, & quattuor † abbatum, & religiosorum sacerdotum, de supradicta simonia in vestra præsentia se debeat expurgare. Porro purgationis tenor erit huiusmodi. Idem episcopus super sancta Euangelia primum iurabit, quòd pro ecclesia sancti Petri de Pado presbytero Paulo danda, neque ipse per se, neque per submissam personam, neque alius pro eo, se sciente, pretium receperit. Deinde vero purgatores super sancta Dei Euangelia iurabunt, quòd sicut ipsi credunt, verum iurauit. Nos itaque causæ huius seriem cõmittentes prudentiæ vestræ, mandamus vobis, vt congruo loco in vnum conuenire curetis, & ita causam ipsam iuxta præsentium tenorem præstante Domino restauretis: quatenus, & omnis decetero huius quęstionis scrupulus auferatur, & vtrique parti sua iustitia conseruetur. Si quis vero de vobis, certa præpediente causa, interesse non poterit, vosque adesse poteritis, idem iudicium terminate. Quòd si prædictus frater noster A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate nostra prædictum officiũ & Tridentinam ecclesiam restituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationem beatæ Mariæ Virginis adimplere iubemus.

¶ *Caput hoc extat in decret. tit. de purg. canon. & tribuitur Innocentio tertio. Sed visum est ibi esse mendum, cum iij. sit positum pro ij. Nam collector Decretalium solet in Pontificibus hunc ordinem obseruare, vt eos qui antecesserunt prius citet. Ita, cum ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri, ac Lucij tertij. qui præcesserunt Innocentium iij. non videtur huic posse tribui: quamquam habeatur etiam eidem adscriptum inter opera ipsius post sermones, & in concilijs, quæ in quattuor tomos sunt diuisa, tomo tertio. A plerisque autem manuscriptis Gratiani codicibus, etiam ijs, in quibus paleæ esse solent, totum illud caput abest. A versiculo autem.* Nos itaque. *vsque ad finem abest ab omnibus.*

In præmissis auctoritatibus subintelligitur, si reus se purgare, [b] voluerit, vt sacri canones modum, non necessitatem purgandi accusato imponant: sicut apparet ex fine capituli Sixti Papæ [c], & auctoritate Leonis [d], qui data purgatione ait de se ipso.

Burc. l. 1. c. 198. Iuo p. 5. c. 313. Pann. l. 5. c. 4.

¶ De Leone qualiter se purgauit. C XVIII.

AVditum est, fratres charissimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex sanctæ Romanæ ecclesiæ purifico me in conspectu vestro coram Deo, & angelis eius: quia istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi obiiciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iussi [e]. Hoc autem faciens non legem præscribo ceteris, qua id facere cogantur [f].

¶ *Caput hoc est Leonis tertij. Tota vero historia falsæ accusationis & purgationis ipsius refertur in vetustis Pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antoninus p. 2. hist. tit. 14. c. 1. §. 8. de qua etiam re meminit Marianus Scotus, & Aymoinus lib. 4. c. 90. Apud Burchardum & Iuonem plenius est hoc caput, atque hoc visa sunt notatu digna.* Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. a nemine iudicatus, neq; coactus, sed spõtanea mea volũtate, purifico me in conspectu vestro corã Deo & Angelis eius, qui conscientiã meã nouit, & beato Petro principe Apostolorũ, in cuius conspectu consistimus, q̃a istas criminosas, & sceleratas res, quas illi mihi obijciunt nec ꝑpetraui, nec ꝑpetrari iussi. Testis est mihi Deus, in cuius iudiciũ venturi sumus, & in cuius cõspectu cõsistimus. Et hoc pp suspiciones malas tollendas mea spõtanea voluntate facio, non quasi in canonibus inuentũ sit, aut quasi ego hanc cõsuetudinẽ, aut decretũ in sancta ecclesia successoribus meis, nec non & fratribus, & coepis nostris imponã, sed vt melius à vobis abscindatis rebelles cogitationes.

SI mala. CASVS. Idem dicitur in hoc cap quod in præcedentibus, eo addito, quòd compurgatores debent esse tales, de quibus non sit suspicio quòd velint peierare.

a ¶ *Se nolle.*] bonæ opinionis, & qui vitam eius nouerint & mores, vt extra ea. cap. cũ dilectus, sed non fiet rigide examinatio testium, extra ea. cap. cõstitutus. immo frater potest purgare fratrem. extra de præsump cap. litteras. 10.

IN PRAEMISSIS. Hoc allegando dicit Gratianus ꝓpter duo cap. scilicet Sixti & Leonis.

b ¶ *Se purgare.*] falsum dicit allegando.

ADDITIO. Dic vt j. ea. c. vlti.

c ¶ *Sixti Papæ.*] s. eo. mandastis. 10.

d ¶ *Et Leonis.*] hoc est in seq. c. 10.

AVditum. CASVS. Leo Papa de quibusdam criminibus infamatus se coram multis purgauit, non statuendo ius vt successores sui ad hoc cogantur.

e ¶ *Iussi.*] nec consilium dedi, nec defensionem præstiti, nec sciente me factum est. vt extra de purg. cano. quoties. 50. dist. si quis viduam. addunt quidam, nec volui: vt s. 1. q. 4. quia præsulatus. quod valde durum videtur. Sed nunquid hic iurabo, quia cum sciui prohibere potui, & non prohibui. & hoc quòd non habeam ratum quod factũ est, cum etiam in maleficijs ratihabitio mandato æquiparetur. ff. de vi & vi arm. l. 3. §. cũ procur. & extra de restit. spol. cum ad sedem. in fin. s. ea. q. 1. notum. in fi.

Purgans se, quid debeat asserere.

1 Dicit Io. de Fant. hoc non credo, cum consciẽtiam suã nõ teneatur quis purgare, nisi vbi inuenitur expressũ, vt in casu illius legis C. de his qui ad ecclesiam confu. præsenti. cum fi. Archid.

f ¶ *Cogantur.*] quia ab æmulis hæc infamia processerat. Vel dic cetera Apostolicis.

ECCE. CAPV. q. Infert ex supra dictis duobus c. q purgatio voluntaria est, & non necessaria. Sed statum dicit contrarium per alia cap. & ad hoc inducit seq cap.
a ¶ *Necessitatem*]extra de elec. innotuit.
b ¶ *Datur.*] allegando dicit.
c ¶ *In decreto.*] Leonis. ī.c prox. & seq. Ioan.

quia erant boni & iusti, immo non admittuntur licet sint boni si tamen leues fuerint. Nam leues sunt qui ex facili credunt quæ probari non possunt. 11.q.3.in cunctis. & est expressum extra eo. cum in iuuentute. alias solus [qui esset bonus sufficeret. extra de adult. significasti. Ioan.

Leues qui di cantur.

IVRA

Ecce qualiter summus Pontifex semet ipsum purgat, nec tamen ceteris necessitatem purgandi præscribit. Vnde datur [b] *intelligi, quòd satisfactio purgationis in voluntate consistit accusati, non in arbitrio iudicis. Sed cum in Ilerdensi concilio presbyter iubeatur suspendi vsque ad dignam satisfactionem, cum etiam decreto* [c] *Leonis in arbitrio ponatur episcopi, quota manu sacerdos purgare se debeat, patet quòd ad purgationem cogendus est, nec in sua voluntate, sed in arbitrio iudicis consistit.*

ī.ead presbyter si a plebe. c. sequenti.

Vnde Leo Papa scribens ad Carolum Regem ait.

§ Qualiter sacerdotes se purgare debeant. C. XIX.

capitul. 5. c. 34. Iuo p. 6. c. 419. Pann. l. 5. c. 3.

OMnibus vobis visu aut auditu [d] notum esse nō dubitamus, quòd sæpissime, suadente antiquo hoste, sacerdotibus crimina diuersa obijciantur. Sed qualiter † ex eis ab his rationabilis examinatio, & satisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ Domni genitoris vestri † Pipini, siue priscis temporibus a sanctis patribus, & reliquis bonæ deuotionis hominibus sæpissime ventilatum fuerit; nos tamen pleniter, & ad liquidum definitum reperire minime quiuimus. Nostris quippe temporibus id ipsum, a sanctis episcopis, & reliquis sacerdotibus, & ceteris ecclesiasticæ dignitatis ministris vestris † in regnis, seu in alijs Deo degentibus, nobisque vnà cum eis agentibus sæpissime propter multas & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuersis partibus venerunt, ventilatum est. Sed qualiter consultu Domni & patris nostri Leonis Apostolici, ceterorumque Romanæ ecclesiæ episcoporum, & reliquorum sacerdotum, siue orientalium, & græcorum patriarcharum, & multorum sanctorum episcoporum, & sacerdotum, nec non & nostrorum [e] episcoporum, omniumq; ceterorum sacerdotum, ac leuitarum auctoritate, & consensu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum consiliariorum nostrorum consultu definitum est, vos † omnes vtriusque ordinis ministros scire volumus. Statutum est namque ratione, & necessitate, ac auctoritate prædicta consultu omnium, vt quotiescumque cuiquam sacerdoti crimen imponitur, si ipse accusator talis fuerit, vt recipi debeat (quia quales ad accusationem sacerdotum admitti debeant, in canonibus [e] pleniter expressum est) si autem, vt dictum est, ille accusator, qui canonice est recipiendus, eum eum legitimo numero veterum & bonorum testium approbare in conspectu episcoporum poterit, tunc canonice dijudicetur: & si culpabilis inuentus fuerit, canonice damnetur. Si vero eum suprascripto prætextu approbare ipse accusator minime poterit, & hoc canonice definiatur. Ipse ergo sacerdos, si suspiciosus, aut [f] incredibilis suo episcopo †, aut reliquis suis consacerdotibus [g], siue bonis [h] & iustis de suo populo, vel de sua plebe hominibus fuerit; ne in crimine, aut in prædicta suspicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel septē bonis, ac vicinis sacerdotibus, exēplo Leonis Papę, (qui duodecim [a] episcopos in sua purgatione habuit; vel eo amplius, si suo episcopo visum fuerit, aut necesse propter tumultum populi inesse prospexerit, & cum alijs bonis & iustis hominibus se sacramento coram populo super quattuor Euāgelia dato purgatum ecclesiæ reddat. Si quis autem scire desiderat, quales testes ad accusationem sacerdotum recipi debeant, & quidquid † de accusatore faciendum sit, pleniter in canonibus reperire poterit.

† al. quomodo qualiter
† al. nostri]cap.
† al. nostris] cap.
† vobis omnibus] capit.
† Cōcor. rex. in l. sacrilegij. ff. de arg. & extraord. eo. & in l. Cicero. ff. de pœ
† al. quid

¶ *Apud collectores caput hoc ita refertur, quasi acceptum sit ex aliqua decretali epistola Leonis ad Carolum. Verum ex lib. quinto capitularium, (vbi hoc ipsum est caput 34.) atque ex ipsa etiam orationis forma satis constat editum fuisse hoc capitulare nomine Caroli Magni, ipso Leone tertio consulto, & cum consilio multorum episcoporum. Quod tamen pius princeps, quia sibi iurisdictionem in presbyteros arrogasse videbatur, libro septimo capitularium, c. 281. emendauit, ita scribens.* Omnibus vobis, tam præsentibus, quam & futuris scire cupimus, quia de cōsultu sedis Apostolicæ, & omnium nostrorum episcoporū, ac reliquorū sacerdotum, atque maxime cūctorum fidelium nostrorum de criminatorum purgatione sacerdotum causam tractauimus, eamque cum testibus (sicut in anteriori capitulari nostro continetur) fieri decreuimus: quoniam nesciebamus eandem causam, a beato Gregorio Papa esse dehortam. Nam cum Vvormaciæ generalem conuentum habuissemus, allata est nobis, a Riculfo Magontiacensi metropolitano epistola beati Gregorij Papæ, in qua inter cetera continebātur hæc: [De presbytero vero, vel quolibet sacerdote, a populo accusato, si certi non fuerint testes, qui crimini illato approbent veritatem, iusiurandum erit in medio, & illum testem proferat

OMnibus vobis.] CASVS. Leo tertius interrogatus fuit a Carolo Rege, & suis subditis, qualiter sit procedendum, si crimen sacerdoti obijciatur. Et respondet Leo, & dicit, quòd ista quæstio fuit sæpius ventilata a temporibus multis: nondum tñ fuit ad plenum definita. verumtamen post reclamationes multas, habito consilio multorū episcoporum, & aliorum prælatorum, & sacerdotum, & aliorū multorum; statuit & definiuit, quòd si legitimo apparuerit accusator, & probauerit crimen, puniatur accusatus: & si non probauerit, puniatur accusator de calumnia. tamen si sacerdos accusatus remanserit infamatus, indicatur ei purgatio cum iij. v. vel vij. manu sacerdotum, vel cū pluribus se expurget, si episcopo videbitur. quales autem testes in accusationibus recipiātur, est in canonibus diffinitum.
d ¶ *Auditu.*] aliquid ergo scitur auditu. 22. q. 5. hoc videtur.
e ¶ *In canonibus.*] ī. e. q. 7. testes. & c. ipsi.
f ¶ *Aut.*] pro & [1]. Nō enim sufficit, quòd soli episcopo sit suspectus. arg. contra, extra de offi. iud. or. ex parte. & 30. distinct. cap. vlt. & sic [2] non obst. 6. q. 2. placuit. credo tamen quòd si est accusatus, & episcopo est suspectus, quòd potest eum cogere ad purgationem: secus si non est accusatus secundum Lau. [3] per illud 6. q. 2. placuit. immo inuenio q pp calumniosam accusationem cogitur q se purgare, vt extra de accus. veniens. & arg. ff. ne q s euoc qui in ius voc. est. l. penult. §. 1.
g ¶ *Consacerdotibus.*] vel etiam abbatibus. extra eod. cum in iuuentute.
h ¶ *Bonis.*] 11. q. 3. in cunctis. hic patet quomodo intelligatur illud verbum a plebe. ī. ead. presbyter.

[1] Gl. est sumi. in auth. sed nouo iure. C de episc. & cle. in l. 3. C. de oblc. pat. præstan.
[2] Istud sic respicit prin. gl. non contra præcedentia.
[3] Aliàs, secūdum leges. Accusator calumniosus cogit se purgare.

IVRAMENTO. Hæc est tertia pars quæst. in qua quæritur si parentes debent se purgare igne vel aqua filios non oppressisse? Respon. quod nõ: & hoc probat per c. seq. Io. de Fan.

Casus. In hoc §. isto dicitur, quod vulgaris probatio indici nõ debet. & hoc probatur per sequens cap.

luerit, dum tamen fuerit in culpa licet leuissima. ff. ad leg. Aquil. sed & si quemcumque. §. a & l. in lege. quod non est in leg. Corne. de sicar. ff. de sic. in l. culpa autem est. quòd à diligente poterit præuideri, & non est præuisum. ff. ad leg. Aquil. l. si putator. tenetur etiam quantum ad Deum, vt hic, & 50. distin. clerico. & 34. q. 2. in lectum. non tamen punitur ratione homicidii, sed ratione negligentiæ, vt 15. q. 1. inebriauerunt. minor etiam iniungitur pœna siue pænitentia ab ecclesia pro negligentia, vt 50. dist. cos. & c. si quis voluntate. & 15. quæstio. 1. si quis non iratus.

proferat de innocẽtiæ suæ puritate, cui nuda, & aperta sunt omnia: sicque maneat in proprio gradu.] Ista vero oĩa, quia vires nostras excedũt, in iudicio cpõrum iuxta canonicam sanctionem definienda relinquimus, vt hæc, quæ orta fuerint, ita definire satagant, vt nec sm̃ sæculum iustam reprehensionem, nec penes Dominum (quod absit) damnationem, sed æternæ beatitudinis, ipso auxiliante, qui omnia infucata præstat, præmia consequantur.

a Nostrorum episcoporum.] *In vulgatis legebatur*, nostrorum Romanorum episcoporũ, *sed vox*, Romanorum, *abest non modo à capitulari, sed etiam à vetustioribus Gratiani codicibus, & ab Iuone. Pannormia autem habet*, nostrorum episcoporum, omniumque Romanorum sacerdotum.]

β Qui duodecim.] *Hæc vsque ad vers.* habuit, *sunt etiam apud cæteros collectores; sed non in capitulari.*

Iuramento vero, candentis ferri, vel feruentis aquæ purgatio non est adijcienda. Vnde Stephanus quintus Humberto † episcopo Moguntino.

† al. Lamberto

Candentis ferri, & feruentis aquæ iudicium in ecclesia fieri prohibetur. C. XX.

Iuo p. 10. c. 27.

CONsuluisti de infantibus, qui in vno lecto dormientes cum parentibus mortui reperiuntur, vtrum ferro candente, aut aqua feruente, seu alio quolibet examine parentes se purificare debeant, eos non oppressisse. Monendi sunt namque, & protestandi parentes; ne tam tenellos secum in vno lecto collocent: ne negligentia qualibet proueniente suffocentur, vel opprimantur: vnde ipsi homicidij [a] rei inueniãtur. Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione cõfessionẽ extorqueri à quolibet sacri non censent canones: & quod sanctorum Patrum documento sancitum non est, superstitiosa [b] adinuentione nõ est præsumẽdum. Spõtanea enim confessione, vel testium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, cõmissa sunt regimini nostro iudicare. Occulta vero, & incognita illi sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum. Hi autem qui probantur, vel confitentur talis reatus se noxios; tua eos castiget moderatio: quia, si ille, qui conceptum in vtero per abortum [c] deleuerit, homicida est; quanto magis, qui vnius saltem diei puerulum peremerit, homicidam se esse excusare nequibit?

3. Reg. 8.

Hoc autem [d] vtrum ad omnia genera purgationis, an ad hæc duo tantum, quæ hic prohibita esse videntur, pertineat, non immerito dubitatur propter sacrificiũ zelotypiæ; & illud Gregorij [Si vir [e], qui frigidæ naturæ esse dicitur, per verum iudicium probare potuerit vxorem suam nũquam se cognouisse, separetur ab ea.]

33. q. 2. c. 1. & 2.

C. XXI.

† al. Numeri

Num. 5.

IN libro namque Numerorũ † legitur Dominum præcepisse Moysi, vt loqueretur filijs Israel, & diceret eis. [Vir, cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & id maritus deprehendere nequiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia nõ est inuenta in stupro; si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ, vel polluta est, vel falsa suspicione appetitur, adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ: non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificiũ zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulterium. offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino, assumetque aquã sanctam in vase fictili; & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; steterit mu-

b Superstitiosa] vtili enim & necessaria vti licet, vt 33. quæstio. 2. quos Deus. de consec. distin. 2. liquido. 18. q. 1. sic enim. in princip. titu. Et est argu. aliquid inhibitum, eo quod nõ est concessum. 40. dist. si Papa. & ff. de colleg. illic. l. 3. §. 1. arg. extra de vo. & vo. redemp. ex multa. Contra extra de senten. excom. nuper. §. ea. c. monomachiam. & vbi canon non excipit, nec nos, vt 5. distin. 12. omnia. 55. dist. si euangelica. & 31. q. 1. quòd si dormierit. C. de here. uel act. uend. l. ulti. ff. de public. act. de pretio. ff. de aleat. l. prima. §. quod autem. ff. de ritu nup. palam. in no. extra de deci. ad audientiam. 22. quæst. 5. hoc uidetur argum. contra, 27. quæst. 2. lex diuinæ. Io. Sol. omnia concessa intelliguntur de iure communi, nisi prohibitum certis casibus inueniantur, ut innuit c. lex diuinæ. & extra de senten. excom. nuper. §. & ff. de testib. l. quæsitum. C. de testib. l. sancimus.

† Magistri tñ aliquando exponunt qđ non est expositum 32. d. relatum. De quo habetur 31. q. 2. §. ex his. extra de postula. c. 1.

Concessa intelligunt quæ prohibita non sunt.

c Per abortum.] & hoc si puerperium est formatum, ut 32. q. 2. Moses. & c. quod uero. sed licet secundum legem Mosaicam non sit homicidium: tamen punitur lege Cornelia de sicar. ff. ad leg. Corn. de sicar. si mulierem. & etiam leg. Aquil. ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si mulier. tamen qui opprimunt infantes, puniuntur pænitentia trium annorum. extra de his qui fil. occi. de infantibus 2. Item qui procurat uenena sterilitatis, dicitur homicida, ut extra de homicid. si aliquis. ubi de hoc.

COnsuluisti. Casus. Quidam paruulos filios suos secum collocabant in lecto: quibus dormientibus filii eorum inuenti sunt mortui. Quærebatur vtrũ iudicio cãdentis ferri, vel aquæ feruentis se expurgare deberent filios non oppressisse? rñdet Stephanus, & dicit, quod talis examinatio nõ approbatur in canone. sed monendi sunt parentes, vt filios suos secum non habeant in lecto: sed cum occultum sit eos filios oppressisse, puniri non debent nisi de hoc conuincantur, vel fuerint sponte confessi: & tunc puniãtur, quia sunt homicidæ, cum homicida dicatur etiam qui conceptum in vtero deleuerit per abortum.

a Homicidij.] qui hominem occidit, si animum occidendi non habuit, non tenetur l. Cornelia de sicar. vt ff. ad legem Cornel. de sicar. l. 1. §. diuus. tenetur tamen lege Aquilia. licet etiam nocere no

HOC AVTEM. Dicitur in hoc §. quod dubitari potest, utrum purgatio ferri candentis, & aquæ feruentis sint tantum interdicta, & in aliis concessa. & merito dubitatur, quia aliqua mulier probat se uirginem per uerum iudicium, id est, per aspectum corporis. Similiter in ueteri testamento probatur utrum mulier commisisset adulterium per quasdam aquas amarissimas, & statum respondet Gratianus in sequenti §.

d Hoc autem.] hic §. legitur.

e Si vir.] 33. q. 1. c. quod autem. Io.

a Adde ad hoc & ad fin. gl. B. a. & gl. § l. necare. ff. de lib. agno. & l. 1. § quis. § abortionis. ff. de pœ.

SED QVALIBET. Hac est quarta pars qōnis, in qua quaeritur vtrū monomachia, vel alia vulgaris purgatio sit cōcessa: & respondet φ non. & hoc probat per duas auctoritates sanctorum patrum. Ioan. de Fant.

Casus. Dicit φ qualibet talis purgatio prohibetur, cum Stephanus dicat, Confessione, &c.

gans vero probabili iudicio se expurget, id est, candenti ferro, vel aqua feruenti. Et ita facit ad propositum Grat.

d ¶ *Inculpati.*] id est, infamati. Non enim possunt duo accusari simul de crimine. C. de adulte. l. cos. simile ff. de inof. testa. nam & §. 3. filius.

ber in conspectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: Ipse autem tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta congessit, adiurabitque eam, & dicet: si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro; non nocebunt te aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congessi. Si autem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro; his maledictionibus subiacebis: det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in populo suo: putrescere faciat tuū femur, & tumens vterus tuus dirumpatur: ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuū, & vtero tumescente putrescat femur tuū. Et respondebit mulier, amen, amen. Scribetque sacerdos ista maledicta in libello, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congessit, & dabit ei bibere quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino, imponetque illud super altare: ita duntaxat, vt prius pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare, & sic potū det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur, eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Maritus[a] vero absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam. Quòd si polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.

4 *Sed qualibet huiusmodi purgatio videtur esse inhibita, cum in præmissa auctoritate Stephani Papæ dicitur [spontanea confessione, &c.]*

¶ *Capiti huic in vulgatis erat præpositum nomen Palea: sed in omnibus, quæ collata sunt, manuscriptis habetur sine vllo nomine paleæ, & quidem coniunctum cum præcedenti capite. At certe versiculus,* Sed qualibet, *videtur indicare locum hunc Numerorum ab ipso Gratiano recitatū fuisse.*

a ¶ Maritus vero.] *Hæc vsque ad vers.* quod si, *sunt hîc transposita ex extremo eiusdem quinti capitis Numerorum.*

Item ex decretis Nicolai Papæ.

¶ In nouo testamento monomachia non recipitur. C. XXII.

MOnomachiam[a] vero in lege non assumimus †, quam præceptū fuisse non reperimus: quia licet quosdā inijsse legerimus, sicut sanctum Dauid, & Goliam sacra prodit historia, nusquam tamē, vt pro lege teneatur, alicubi diuina sanxit auctoritas: cum hoc, & huiusmodi sectantes, Deum solummodo tentare[b] videantur. Burc. l. 9. c. 51. Iuo p. 8. c. 187. 1. Reg. 17.

† *in lege assumimus, quod præceptum reperimus*] ori.

¶ *Epistola scripta Carolo Regi patruo Lotharij, (ex qua caput hoc est acceptum) extat Romæ in codice sępe citato monasterij Dominicanorum. In qua inter alia refertur, Lotharium, cum scire vellet an Theuperga, siue Thietberga (vt vocat Rhegino) ipsius vxor adulterium patrasset, voluisse duos homines monomachiam committere: ita vt, si ille, qui partes Theupergæ tueretur, caderet, ipsa plane adulterij conuicta pronunciaretur. Hocque valde reprehendit Nicolaus, docens hanc non esse legitimam rationem probandi crimina (quamuis in Longobardicis constitutionibus, & in Capitularibus habeatur) sed potius nihil aliud esse, quàm Deum tentare. Addit vero denegatam fuisse à Lothario Theupergæ iustam purgationem, his verbis,* sed de adulterio illa coram missis nostri præsentia purgare se voluit, sed ipse non annuit. *Totam hanc historiam describit Rhegino lib. 2. Chronicorum. Ex his vero ostenditur rubricam huius capitis apud Gratianum nimis esse generalem; quippe cum Nicolaus hoc tantum velit demonstrare, non esse vtendum monomachia ad purgationem.*

5 *Contra in concilio Vuormaciensi, c. 15.*

¶ Si furta in monasterio fiunt, iudicio monachi se expurgent. C. XXIII.

SÆpe[c] contingit, vt in monasterijs furta perpetrentur, & qui hæc cōmittant, ignorentur. Idcirco statuimus, vt quando ipsi fratres de talibus se expurgare debuerint †, Missa ab abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse abbas præceperit, præsentibus fratribus: & sic expleta[a] Missa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini sit mihi ad probationem hodie. Burc. l. 11. c. 66.

† *al. debeant*

a ¶ Sic expleta.] *In hoc capite addita sunt nonnulla verba ex concilio, quæ à collectoribus videbantur omissa. Sed hoc loco satis visum est, varietatem indicare. Nam in concilio ipso sic legitur,* & sic in vltima Missæ celebratione, pro expurgatione sua corpus & sanguinē Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant.

Item in Salegustadiensi concilio, c. 7.

¶ Quicumque de adulterio accusatur, probabili indicio se expurget. C. XXIIII.

INterrogatū est, si duo de adulterio inculpati[d] fuerint, & vnus profi- Burc. in fine operis. Iuo p. 15. c. 173.

MOnomachiam.] Casus. Singulare certamē īter duos prohibetur: quia tales videntur Deū tentare. nec est trahendum ad consequētiam quod fecit Dauid cū Golia, cū instinctu spiritus sancti fuerit factum.

a ¶ *Monomachiam.*] illos etiam lex Romana cōdemnat, vt C. de gladiato. l. vna lib. 11. Eucharistia ergo nō est danda talibus, cū peccent mortaliter. de con sec. dist. 2. §. sed si non. Dicit q̄dā, φ defendēs pōt rumere; q̄a cuilibet licitū est defendere se. Sed nōne Dauid peccauit? No: q̄a instinctu spiritus sancti fecit vt Sāson, & alij. 23. q. 5. si non licet. & ext. de diuort. gaudemus. Et est hic. ar. φ nō est arguēdum ab exemplis. 26. q. 2. non illaum. & c. nō exemplo. 14. q. 5. dixit. 22. q. 2. si quis per vetus. ī. de consec. dist. 2. liquido. extra de elec. licet. C. de senten. & interlocu. om. iud. nemo.

b ¶ *Tentare.*] 23. q. 8. si nulla vrget. & 22. q. 2. quærimus cur.

Eucharistia gladiatorib[o] nō est danda.

Immo & ille peccat, quo niam[*] *omissa legitima se defendendi ratione ad prohibitam se cō fert. conc. Trid. sess. 25. c. 19.*

CONTRA IN CONCILIO. Hic allegat in cōtrariū eius quod pmittitur, & intēdit probare p quattuor ca. seq. φ vulgaris purgatio possit fieri, & potest dici, φ hic incipit quinta pars. Arch.

SÆpe contingit.] Casus. Hec alia quattuor cap. probat Gratianus posse adhuc fieri purgationē vulgarē. Dicitur hic, φ si furtū fit in monasterio, abbas debet Missam celebrare: & i fine corp[9] Christi singulis dare, dicēs: Corpus Dn̄i Iesu Christi sit tibi hodie ad probationem.

c ¶ *Sæpe.*] huic c. est derogatum: quia suspectis non est danda Eucharistia, vt: ī. de consecr. dist. 2. tribus. extra de purg. can. cum dilectis.

† Ad hoc cō cor. Io. de F. dicens, φ ibi c. non tenet.

INterrogatum.] Casus. Si duo adulterium commiserunt, scilicet masculus & femina, & vnus confitetur, & alter negat, cōfitenti pnia imponatur: ne-

Idē tenēt Cyn. Alexā. de Imola, & moder. in l. si duo. col. 2. ff. de iureiur. Cōfessio vnius an alteri noceat.

a ¶ *Profitetur.*] Notandum, quod victoria vnius prodest alteri: sed condemnatio non nocet. ff. de adul. denuntiasse. extra de adul. significasti. ff. de inof. testa. posthumus. §. si quis ex his. ff. si seruus vēd. loca. §. cōpecit. Item arg. quod confessio vnius non nocet alteri. 15. q. 3. nemini. Arg. contra. 59. dist. ordinatos. & 81. dist. tātis. Et est verū quod

tetur[a], & alter negat; quid inde agendum sit. Decretum est, à sancto concilio, vt ille, qui negauerit, probabili se iudicio expurget; & qui professus fuerit, dignam pœnitentiam agat.

Item in eodem, c. 14.

¶ Cum plures de adulterio accusantur, & vnus ceteros purgare voluerit, omnes rei habeantur, si ipse in iudicio ceciderit. C. XXV.

Borch. ibidem. Iuo p. 15. c. 180. † al. deciderit

STatuit quoque sancta synodus, vt si duo[b] de adulterio accusati fuerint, & ambo negauerint, & orant sibi concedi, vt alter illorum[c] vtrosque diuino purget iudicio; si vnus in hoc ceciderit †, ambo rei habeantur.

Item in concilio Vuormaciensi, c. 10.

¶ Pro singulis Missa celebretur, qui de aliquo crimine accusantur. C. XXVI.

Burc. l. 2. c. 199. Iuo p. 6. c. 272. † al. reddere

SI episcopo, aut presbytero causa criminalis, hoc est homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit; pro singulis Missam celebrare[a] debet, & communicare, & de singulis sibi imputatis innocentem se ostendere †. Quod si non fecerit, quinquennio[d] à liminibus ecclesiæ extraneus habeatur.

a ¶ Celebrare.] *In concilio, & apud Burchardū, & Iuonem sequitur:* & secretā publice dicere.

Illud vero, quod Sixtus, & Leo in fine suæ purgationis addiderunt; ex eorum exemplo intelligendum est: exemplo enim suæ satisfactionis noluerunt ceteris præscribere legem purgandi.

QVÆSTIO IIII.

Io. 8. Deuteron. 17.

QVod vero quarto loco quærebatur, an duorum[e] testimonio episcopus sit condemnandus, multorum auctoritate probatur. Sicut enim in Euangelio Ioannis legitur, ait Christus ad Iudæos: [In lege vestra scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium verum est.] Hinc consequenter contra eos argumentatur dicens: [Si duorum hominum testimonium verum est, quare testimonium meum & patris[f] non accipitis?] Item Paulus in epistola ad Corinthios [In ore duorum, vel trium[g] stabit omne verbum.] Item in epistola ad Hebræos [Quis præuaricans legem Moysi duobus, vel tribus testibus conuictus, sine miseratione lapidabitur †] Item ex concilio Bracharensi 2. cap. 8. †

2. Cor. 13. Hebr. 10. † Et capitul. 3. c. 240. † al. lapidabatur

¶ Quot testibus quisque clericorum conuinci debeat. C. I.

Burc. l. 2. c. 212. Iuo p. 6. c. 276. Pan. l. 4. c. 97. † al. maculā fornicationis

PLacuit, vt si quis aliquē clericorū in accusatione † fornicationis impetit, secundum præceptum Pauli apostoli duo, vel tria[h] testimonia requirantur ab illo. Quòd si non potuerit datis testimonijs approbare quod dixit, excommunicationem[i] accusati accusator accipiat.

quòd non nocet alij quantum ad condemnationem: nocet tamen quantum ad præsumptionem, vt extra de adul. significasti, &c. a.

STatuit.] CASVS. Si duo de adulterio accusantur, & negauerint ambo: si vnus de voluntate alterius alterum purgat, si in probatione vulgari ceciderit, ambo puniantur.

b ¶ *Duo.*] Arg. contra. C. de adult. reos. Sed dic quod non agitur hic criminaliter, sed ad pœnitentiam, vel ad thori separationem 3.

c ¶ *Alter alterum*] velut procurator 4. 63. dist. tibi Domino. Sed si directe ageretur, cum sit causa criminalis, non posset vnus alterum constituere procuratorem, vt 3. q. 9. absens. Nisi velis dicere, quòd in causa criminali vnus socius auditur & pro se & pro alijs, vt est arg. 3. q. 6. hæc quippe. & extra de dolo & contuma. cum dilecti. in princ. 5

SI episcopo.] CASVS. Si episcopo vel presbytero crimina imponantur, pro singulis Missam celebret, & pro singulis se innocentem reddat. sed ista capitula sunt abrogata: prout faciunt ad propositum Gratiani.

d ¶ *Quinquennio.*] Hodie deponitur qui in purgatione deficit, vt extra de simon. de hoc. vbi habes quid fieri debeat cum volens purgare se, nequit.

ILLVD VERO.] Dictum est supra, in c. omnibus. & cap. presbyter. quòd clerici compelluntur ad purgationem: sed illa duo c. mandastis. & auditum. contradicunt ei: ideo magister hoc determinat.

QVod vero.] Hæc quæstio diuiditur in duas partes: in quarum prima quæritur, an ad condēnationem alicuius sufficiant duo legitimi testes: & respondetur quod sic. Secunda ibi, *Ex premissis.* Ioa. de Fant.

CASVS. In hac quarta quæstione quæritur, an duo testes sufficiant ad condemnationē episcopi. Et probat Gratianus quod sic, auctoritate Domini, & duabus auctoritatibus Pauli.

e ¶ *Duorum.*] Semper duo sufficiunt. 4. q. 3. §. itē in criminali. versic. vbi numerus. nisi in casibus spālibus. Sed in illo casu vnus sufficit, vt extra de testi. cogen. peruenit. & vbi nulli fit præiudicium. de cōse. dist. 4. placuit de infantibus. & in causa denuntiationis, extra de testib. in oī. & in alio casu extra de procur. ex insinuatione. & vbi agitur ad impediendū matrimoniū. extra de spō. præterea. Itē quantum ad præsumptionē faciēdā. 8. q. 3. talia. ff. de dote prælega. Theopōpus. Item plures duobus requirūtur. 3. ca. nullā. & c. præsul. Tres requirūtur in depositione pecuniæ. in auth. de fide instr. §. si quis igit. coll. 6. Itē quinque requiruntur cū contractus excedit libra auri ī ciuitate. C. si cer. pet. auth. sed nouo. & in codicillis & in donatione causa mortis similiter quinque, vt C. de dona. causa mor. l. vlt. quādoque xv. vt C. de prox. sac. scri. vnicuique. lib. 12.

Testis quandoque vnus sufficit: quandoque plures duobus requiruntur.

f ¶ *Et patris.*] Pater potest esse testis in causa filij in testamento: vt ff. de testa. l. qui testamento. aliàs non, vt 4. q. 3. dicto c. si teste §. testes quos. hic autem illi mentiri non poterant. Vel dic testimonium meum, & patris mei, idest, de patre meo & me dictum: scilicet testimonium prophetarum.

g ¶ *Vel trium.*] vt cōprehendant actorem pro vno teste. extra de testib. in omni. Illa tamē loquitur in causa denūtiationis. Vel ideo dicit, triū, quia quandoque secundū canones plures quàm duo requirūtur: sed nūquā pauciores: vt extra de testi. licet. Vnde in testamētis bene requirunt vij. C. q. test. tace. pos. hac cōsultissima. nisi in ijs quæ ecclesiæ relinquūtur 6. vt extra de testa. cum esses. &c. relatum. Io. Quod dicit Io. de testamentis, non credo verum. Vnde dico cum T. decre. illas, cum esses. & relatum. in quolibet testamento loqui B.

6 In ijs quæ pietatis causa relinquuntur minus solennitas sufficit, sicut & inter liberos C. de test. hac consultissima. §. ex imperfecto. Arch.

PLacuit.] CASVS. Dicitur quod si aliquis accusat aliquem de fornicatione, potest probare crimen duobus vel tribus testibus: & si non probauerit, punietur pœna talionis. Patet sequens §.

h ¶ *Tria.*] 5. dist. 48. quoniam multa.

i ¶ *Excommunicationem.*] idest damnationem.

a De hoc no. 3. q. 6. c. hæc quippe. extra de pœ. dilecto. in fi. & de simo. dilecto. a. Archid.

3 Istā gl. dicit Bar. Gog. in l. reos. C. de adulte. ad hoc q adulter. & adultera pūt in eodem libello accusari, qui agit ad thori separationem.

4 Idē no. hic H. q. dicit quod hoc pōt esse ī purgatiōe. p. fecit vulgari: sed si directe, &c. vt sequitur in glo.

5 Vbide hoc. & 3. q. 6. fi quā in gl. regulare est. in fi.

EX PRAEMISSIS. Hæc est secunda pars quæstionis, in qua probat contrarium eius quod præmissum est: & hoc probat duabus auctoritatibus: sed non sunt contra: quia loquuntur specialiter de clericis Romanæ ecclesiæ. Io. de Fant.

P Ræsul.] CASVS. Dicitur hic quot testes sufficiant ad condemnationem episcopi, Cardinalis, presbyteri, & aliorum clericorum Romanæ ecclesiæ. In fine dicitur quod testes sine infamia debent esse.

corum fuit statutum de omnibus clericis, qua cessante cessabit constitutio. Sed verius est, quòd propter malitiam hæreticorum vel malorum hominum statutum fuit de clericis Romanæ ecclesiæ, quibus hoc priuilegium datum fuit, quod non cessat causa cessante: & hoc innuit B.

Ex præmissis itaque colligitur, quòd duorum, vel trium testimonio episcopus conuinci, & damnari potest. Porro Siluester Papa in generali synodo residens e contra dixit.

In Epilogo côcilij Romani c. 3.

¶ Quot testibus episcopus, vel presbyter, vel reliqui clerici sunt conuincendi. C. II.

PRæsul [a] non damnabitur nisi cum † lxxij. testibus: nec præsul [a] summus à quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est [Non est discipulus super magistrum.] Presbyter autem Cardinalis † nisi cum xliiij. † testibus non damnabitur: diaconus vero Cardinalis vrbis Romæ, nisi cũ xxvij. testibus † non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorcista, lector, ostiarius, non nisi septem testibus non condemnabitur. Testes [b] autem, & accusatores sine aliqua sint infamia.

In capitul. Hadriani c. 72. In côc. Magunt. 2. c. 12. cap. l. 1. c. 139. Pann. lib. 4. c. 91. Poly. l. 5. tit. 1. Deusdedit p. 3.

† al. in Matt. 10. c. Luc. 6. † abest ab or. † al. lxxiiij. † al. xxxvi. testibus.

a ¶ Nec præsul summus.] *Ex concilio Romano sub Siluestro, & ceteris locis indicatis (excepta Panormia) addita sunt hæc vsq; ad ver.* presbyter. *Ac mirandũ est de auctore glossæ, qui putauit Pontificem Maximum minore numero testium posse condemnari, quàm diaconum Cardinalem, atque ostiarium: cum tamen ipse Pontifex à generali saltem præsulis nomine minime esset excludendus.*

Item Leo quartus in epistola episcopis Britanniæ.

¶ Episcopi non nisi lxxij. testibus condemnandi sunt. C. III.

NVllam damnationem [c] episcoporum vmquam esse censemus, nisi aut ante legitimum numerum episcoporum [d] (qui fit per duodecim episcopos) aut certe probata sententia per lxxii. testes idoneos, qui tales sint, qui & accusare possint. ¶ Et prius ad sacra Christi quattuor Euangelia sacramenta præstent, quòd nihil falsum [e] depromant: sicut [a] nobis beatus Siluester tradidit, & Romana sancta videtur tenere ecclesia. ¶ Et, si inter eos, quos damnandos esse dixerint homines, fuerit episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ sedis episcopi petierit audiri, nullus super illum definitiuam præsumat dare sententiam: sed omnino eum audiri decernimus.

Iuo p. 5. c. 116.

Zepherin' ep. 1

a ¶ Sicut nobis.] *Hinc vsque ad dictionem,* ecclesia *non leguntur in epistola Leonis manuscriptæ: habentur tamen apud Iuonem.*

Sed hoc vel speciali priuilegio de clericis Romanæ ecclesiæ intelligitur, vel propter improbitatem quorumdam; qui cum non sint spectata vita, & scientia, in accusationem ministrorum Dei repente prosiliunt. Quorum vero vita adeo laudabilis est, vt omnibus imitanda appareat, de quorum assertione, nulla dubitatio nasci poterit, eorum testimonio duorum, vel triũ testium quilibet iure conuinci & damnari poterit.

QVÆSTIO VI.

SEquitur sexta quæstio, qua quæritur, quo remedio causa vitiata subleuetur: &, si remedium illud sit dandum ei, qui causa dilationis vocem appellationis exhibuerit. Causa vero vitiata remedio appellationis subleuari poterit.

Vnde Fabianus Papa ait ad Hilarium episcopum, epist. 3. cap. 3.

Et in decretis Siari tertij c. 3.

a Præsul.] idest Cardinalis episcopus. Sed numquid contra Papam duplicabuntur testes? non, immo duo sufficiunt. & in hoc est deterioris conditionis: quia ipse sine comparatione aliorum creatus est maior: & ideo sine spe veniæ condemnandus est vt diabolus. de pæ. dist. 2. principium.

Vide, quæ di cuntur in notatio. ad [hoc] supra.

b ¶ Testes.] extra de testi. personas. & cap. super eo.

N Vllam.] CASVS. Si episcopus Cardinalis de crimine accusatur, duodecim episcopi debent de causa cognoscere: nec potest conuinci nisi lxxij. testibus. In secunda parte dicitur qualiter testes iurare debent, & quid. In tertia parte dicit, quòd si appellauerit ad Papam, audiri debet: nec alius debet de causa cognoscere. Secunda pars incipit ibi, *Et prius*. Tertia pars ibi, *Et si inter*.

c ¶ Nullam damnationem.] episcoporum. Sed hoc non videtur posse stare: quia nullus potest iudicare clericos Romanæ ecclesiæ nisi solus Papa. Item quia episcopi episcopum deponere non possunt, vt 3 quæst. 6. quamuis. Respondeo quòd loquitur in eo casu quando Papa cõmittit alijs causam suorum clericorum, ne ipse suspectus habeatur, vel ne fauore pro eis, vel odio contra eos iudicaret. ff. de iurisdic. omnium iud. l. prætor.

Epi eẽm deponere non possunt.

c Nullam damnationem.] infra 3. quæstio. 6. accusatus. & cap. quamuis.

d ¶ Episcoporum.] 3. 5. q. 4. duodecim.

e ¶ Falsum.] Quinque capitula iurabunt testes: scilicet vt dicant veritatem, vt 3. quæst. 9. hortamur. & quòd testentur pro vtraque parte veritatem, vt 14. quæst. 5. non sane. quòd non admisceant falsitatem, vt hic. quòd nec amore, nec odio, nec proprio commodo testentur, vt extra de testi. quoties. Item quinto requiritur, quòd dicant quidquid de re ipsa nouerint, siue fuerint interrogati, siue non, vt extra de accu. cum dilectus [1], quod non credo, nisi hoc liqueat ex forma iuramenti, vt infra.

SED HOC. Modo dicit quare de tot testibus fuit statutum: propter scilicet priuilegium clericorum Romanæ ecclesiæ. & hæc solutio est vera. vel propter malitiam hæreticorum

Testes quinq. capitula iurare debent.

[1] De hoc &c not. extra de testi. fraternitatis. in glo. vlt. vbi addit Ho. aliud casum: scilicet quòd neuter prima nifesta bit dicta sua antequã sint publicata. ar. 4. q. 3. itẽ q falso. Arch.

S Equitur.] Hæc quæstio diuiditur in octo partes: in quarum prima probat per nouem auctoritates sanctorum patrum, quòd quandocumque quis grauatus fuerit, poterit appellare: & eius appellatio tenebit. Secunda ibi, *Cum ergo*. Tertia ibi, *Qui vero*. Quarta ibi, *Post datam*. Quinta ibi, *Non solent*. Sexta ibi, *Notandum*. Septima ibi, *Si vero*. Octaua ibi, *Diffinitiua*. Ioan. de Fantu.

CASVS. Hic intitulatur sexta quæstio, in qua quæritur quo remedio causa vitiata subleuetur: de quo non fecit in themate mentionem; & si remedium dandum sit ei qui causa dilationis appellat: de quo fecit in themate mentionem. Causa autem vitiata remedio appellationis subleuatur; & hoc probat per sequens cap.

Cod. Theod. l. 2. tit. de appellatio inter. le. 15. Ansl. l. 2. c. 13. & l. 3. c. 88. Lib. 7. ca. c. 333. Burc. l. 1. c. 148. Pann. l. 4. c. 12. Sixtus ibidem. Poly. l. 1. tit. 7. Ansl. l. 2. c. 12.

¶ Causæ vitiatæ remedium appellationis subueniat. C. I.

LIceat appellatori vitiatā causam remedio appellationis [a] subleuare.

[*Idem paulo ante.*]

¶ De eodem. PALEA. C. II.

APpellantem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare custodia.

Item Anacletus Papa, epist. 1. in fine.

¶ De eodem. C. III.

OMnis [b] oppressus libere [c] sacerdotum [d] (si voluerit) appellet iudicium, & à nullo prohibeatur: sed ab his fulciatur, & liberetur. Si autem difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem [e] sedem referantur. Et si illic facile discerni † non poterunt, aut iuste terminari, vbi fuerit summorum congregata congregatio [a], (quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet) iuste, & Deo placite coram patriarcha [f], aut primate ecclesiastica [β] negotia, & coram patritio sæcularia [g] iudicentur negotia in commune [h] ‡.

[Margin: ‡ al. decernā. † al. communi.]

α ¶ Congregatio.] *In vulgatis sequebatur,* sub metropolitano: *quæ sublata sunt, quia in nullo manuscripto neque in originali habentur, & in sequentibus verbis exponitur, coram quibus sit habendum concilium.*

β ¶ ecclesiastica negotia.] *In epistola legitur,* primate ecclesiastico, & coram patritio sæcularia, &c.

Item Sixtus Papa epist. 2. omnibus rectoribus ecclesiæ scribit dicens.

¶ Quisquis pulsatus fuerit, Apostolicam sedem appellet. C. IIII.

Iuo p. 5. c. 3. Ansl. l. 2. c. 8.

SI quis vestrum pulsatus fuerit in aliqua aduersitate, licenter hanc sanctam, & Apostolicam [i] sedem appellet, & ad eam, qua-

a L*iceat.* ¶ *Appellationis.*] Appellatio est prouocatio iniquæ sententiæ querelam continens. ff. de mino. pr. § effecti. ff. & in his q extra iudiciū aguntur, appellat, vt in electione, vt extra de appel. constitutus. Quis appellet, dicetur ī. ea. non solēt. & hoc in ciuili causa. In criminali autem quilibet etiā inuito reo appellat. ff. de app. non tione. nisi appellans suspectus sit, vel depopulator, vt infra ead. quoties. 2. In causa criminali reus custoditur: vel dabit fideiussorem, si est suspectus. C. de ap. eos. ver. super his. Iudicis officium est libellos dimissorios dare. infra ead. post appellationem. Iudex autem ad quem appellatur: si appellatur à sententia, secundum priores allegationes vel infirmabit, vel confirmabit sententiam, vt ifra ea. §. diffinitiua. in fi. potest tamen nouas allegationes audire. C. de appel. eos. § 1. ff. de app. lete quæsitum. in fi. extra de fide instru. cum Ioannes. Quando autem non est necesse appellare, habes infra ea. §. diffinitiua. Inhibetur autē appellatio, qa à principe nō appellatur. 9. q. 3. cuncta. nec à præfecto prætorio. C. de of. prætec. præto. l. 1. nec à senatu, vt ff. à quibus ap. nō licet. l. 1. nec ab arbitro. C. de arbi. l. 1. nec appellat officiatus. infra ea. §. diffinitiua. ver. nulli. Item propter sceleris magnitudinem non appellatur. C. quorum app. nō reci. l. 2. & extra de appel. cum sit Romana. Item in momentanea possessione, vt infra e. §. diffinitiua [3] ver. de possessione. secundum leges. sed per canones sic. extra de testi. significauerunt. & de testi. spol. cum ad sedē. Itē in re quæ non capit dilationem. ff. de app. re. l. vlt. & extra de rapt. in non tantum. & in causa liberali, vt ff. de libe. causa. l. 1. & 4.

[Margin: Appellatio multis casibus nō admittitur.]

[Margin: 3 Melius diceret. §. sunt et quorū. ver. de pos. vbi de hoc.]

[Margin: Appellās à delegato ad quē appellare debet.]

AD QVEM SIT APPELLANDVM. Appellatur autem à minori ad maiorem, & gradatim, vt ī. ea. anteriorum. C. de appel. præcipimus. excepto Papa, ad quem omnibus prætermissis appellatur, vt ī. ea. c. 3. 4. & 5. Et hoc verum est in iudicibus ordinarijs. In delegatis autem distinguitur, si ipsi alijs causam commiserint, si tota iurisdictio est delegata, appellatur ad primū delegantem. extra de offi. delega. super quæstionū. § porro. ff. quis & à quo appel. l. 1. sed si non tota causa est delegata, tunc appellatur ad delegantem secundum, vt C. qui pro sua iurisdic. l. 1. ff. quis & à quo appel. l. fi. & extra de offi. deleg. super quæstionum.

QVOMODO SIT APPELLANDVM. Iudice sedente pro tribunali potest viua voce appellari: sed extra iudiciū in libello tantum appellabitur [1], vt ī. ea. §. iudicibus. ver. litigatoribus. ff. de appel. a sententia. § vlti.

[Margin: 1 Dicas q̄ siue appellet̄ in iudicio siue extra: debet obseruari q̄d dicitur extra li. 6. de app. cordi. quę est Innoc. iiij. & hoc cū à iudice appellatur ad Papam: & hoc ibi intelligit. Ho.]

QVANDO APPELLANDVM SIT. Secundum leges appellatur tantum post diffinitiuam sententiam: nisi in casibus nota. ī. ead. non ita. extra de appel. super eo [2]. Secundū canones & ante litē cōtest. & post, vt extra de ap. cū sit Romana. ī. ea. nō ita. licet hoc sit correctū per constitutionem nouā, extra eo. vt debitus. vbi dicit̄ q̄ causa appellationis debet assignari. Item s̄m canones appellatur quoties superior iudex inuenitur, vt ī. ea. omnes. secundum leges bis tantum, vt infra ea. post secundam. Io. hoc pro certo teneas, quòd ante sententiam potest appellari quoties pars grauatur, & allegatur causa, vt extra eo. vt debitus. Sed post diffinitiuā sententiam tantum bis, vt dicunt leges præallegatæ: nec assignatur tunc causa: sed dicit, appello ab iniqua sententia. Sententia tamen in causa matrimonij non transit in rem iudicatā, vt extra de sent. & re iud. lator. & c. consanguinei. B.

INTRA QVOD TEMPVS SIT APPELLANDVM. Item appellatur vsque ad decem dies continuos, vt infra ead. anteriorum.

[Margin: Appellatiōi a tēpus pōt iudex moderari.]

INTRA QVOD TEMPVS DEBET APPELLATIO PROSEQVI. Appellanti dat̄ annus vel bienniū, vt infra ead. si quis appellat. Tamen iudex potest moderari tempus recissius. extra eo. cum sit Romana. & c. reprehensibilis. Item appellatione pendente nihil innouandum est, vt infra ead. §. appellatione. nisi ... litteris. Arg. contra extra de appel. qua fronte. in fi. Ibi appellatio non retardat sententiam, nisi ad tempus. Item à sententia maioris partis capituli, extra de his quæ fiunt à maio. parte cap. c. 1. Item contumax non appellat, vt 24. q. 3. de illicita. infra ea. §. sunt etiam quorum. C. de iud. properandum. §. sin autem. Item ab executore non appellatur. infra ea. §. diffinitiua. ver. ab executore.

OMnis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quòd si aliquis grauetur, a minori prælato ad sacerdotem, idest epm debet appellare: & si ibi propter aliquam difficultatem negotium non poterit terminari, metropolitanum appellet: & si ibi negotium non fuerit terminatum, vel grauabitur: ad concilium recurrat, in quo patriarcha vel primas præsidet, & in quo causæ maiores ecclesiasticæ tractari debent: & coram patritio sæculari iudice sæculares.

b ¶ *Omnis.*] Pone casum quòd appellatur a subdito episcopi [3] ad epm: deinde ad metropolitanū, deinde ad conciliū metropolitani.

[Margin: 3 Idest, à minori prælato: nō tamē officiali epi, quo casu & cōsuetudo contra hoc nō valet. extra li. 6. de cōsue. nō putamus. Ar.]

c ¶ *Libere.*] idest, siue ante sententiam, siue post.

d ¶ *Sacerdotum.*] Ergo a sæculari iudice ad Papam potest appellari: quod verum est vacante imperio, vt extra de foro compet. licet. alias non, vt extra de appel. si duobus.

e ¶ *Ad maiorem.*] ī. 17. dist. multis. §. 1.

f ¶ *Coram patriarcha.*] quæ vna dignitas est, vt 99. dist. prouinciæ.

g ¶ *Secularia.*] scilicet cum ambo sint laici: quia prælati nō debēt tractare sæcularia iudicia. 11. q. 1. te quidem. Vel dic quòd cū laicus iudex non vult facere iustitiā, tunc appellatur ad ecclesiasticum vt ipsum corrigat: & si noluerit facere iustitiam, potest ipsum excommunicare, vt 23. q. 5. administratores. Vel dic quòd cum iudex sæcularis suspectus est, potest adiri iudex ecclesiasticus [4], vt in auth vt diffe. iud. §. si vero. coll. 9. vel etiam si decesserit, vt ibi dicitur. Vel si habeatur querela contra ipsum, vt in ead. coll. §. vlt. sic extra de foro compe. ex transmissa. & extra eod. licet.

[Margin: Appellatur à iudice sæculari ad ecclesiasticum.]

[Margin: 4 Su. q. cū eo cognosceret: & hoc est q̄d hic dicit litera in fine. in eòe. secundū Io. de Fant.]

h ¶ *In commune.*] idest, publice.

SI quis vestrum.] CASVS. Ex his quinque c. colligitur q̄ appellari potest ad Papam omnibus medijs prætermissis. Dicitur ergo hic, quòd si aliquis aliqua aduersitate pulsatur, ad sedē Apostolicam quasi ad caput appellet.

i ¶ *Apostolicam.*] Ex hoc & seq. c. patet, q̄ ad Papam alijs prætermissis appellatur: sed in alijs locus est, vt infra ead. decreta. & q. 7. metro-

[Margin: Appellat̄ ad Papā omisso medio.]

ſi ad caput, ſuffugium habeat, ne ipſe innocens damnetur, aut eccleſia ſua detrimentum patiatur.

Item Grato [a], *epiſtola prima.*

a ¶ Grato.] *Sic eſt reſtitutum ex pleriſque vetuſtis (nam in vulgatis erat,* Item Gregorius) *quamquam in tomis conciliorum hęc epiſtola tribuatur Sixto ſecundo: illa vero, ex qua caput antecedens, Sixto primo.*

¶ In grauioribus cauſis pulſati Apoſtolicam ſedem appellent. C. V.

OMnes epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, vel criminantur cauſis, quoties [a] neceſſe fuerit, libere Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eam, quaſi ad matrem confugiant.

Iulius Papa ep. 2. ad orientales c. 2. Burch. l. 1. c. 144. Iuo p. 5. c. 557. Pann. l. 4. c. 124. Anſ. l. 2. c. 12. Poly. l. 5. tit. 7.

Item Marcellus Papa, epiſt. 1. ad epiſcopos Antiochenæ prouinciæ.

¶ Ab omnibus appelletur ad Romanam eccleſiam. C. VI.

i AD Romanam eccleſiam omnes epiſcopi, qui voluerint [b], vel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput ſuffugere, eamque appellare debent, vt inde accipiant tuitionem, atque [β] conſecrationem [c]. Quod omnibus minime conuenit denegare epiſcopis: ſed abſque vlla cuſtodia [d], aut excommunicatione [e], vel damnatione, vel expoliatione libere ire concedatur.

Anſ. l. 2. c. 7. Pan. l. 4. c. 125.

β ¶ Atque conſecrationem.] *In originali eſt,* vt inde accipiant tuitionem, & liberationem vnde acceperunt informationem, atque conſecrationem. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Victor ad Theophilum Alexandrinum, epiſt. 1. c. 3

Qui à proprio metropolitano ſe grauari putauerit, maiorem ſedem appellet. C. VII.

SI quis putauerit ſe à proprio metropolitano grauari, apud patriarcham, vel [f] primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ iudicetur ſedem.

Iulius ibi. c. 4. In cap. Hadriani c. 6. Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 144. Pann. l. 4. c. 126. Iuo p. 5. c. 257.

Item Zepherinus vrbis Romæ epiſcopus, epiſt. 1.

¶ Ad Romanam eccleſiam, quaſi ad matrem appelletur ab omnibus. C. VIII.

ij AD Romanam eccleſiam ab omnibus, maxime tamen ab oppreſſis appellandum eſt, & concurrendum quaſi ad matrem [g], vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releuentur: quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuum.

Anſ. l. 2. c. 6.

Item Iulius Papa in decretis, ſiue in reſcripto ad orientales, c. 22.

metropolitanum. & 9. q. 3. conqueſtus. & 17. diſt. multis. & 18. diſ. de concilijs. Cum ergo hoc ſit priuilegium Papæ, ergo ad legatũ non appellatur omiſſo epõ, vt 11. q. 1. peruenit. Sed contra extra de off. lega. cũ non ignoretis. Sed dicas ꝙ ille non fuit tãtũ legat⁹, ſed metropolitanus. Et ſi ille legat⁹ nõ habuiſſet illud priuilegiũ, inutile fuiſſet officiũ legationis: ſed ille ꝙ ſimplex legat⁹ eſt, nõ habet illud priuilegiũ, niſi ei ſpecialiter ſit datũ. Io. Quidq̃d dicat Io. omnibus pretermiſsis curritur ad legatum, vt dicit illa decre. & quod facit legat⁹, Papa facere videtur. 94. diſt. c. 1. & ff. de admini. tut. ita autem. §. geſſiſſe. B.

OMnes.] CASVS. Dicitur hic quòd quoties epiſcopi criminaliter accuſantur, ad ſedem Apoſtolicã quaſi ad matrẽ recurrant, cum eſt neceſſe.

a ¶ Quoties.] Dum tamen nõ vltra ſecundã vicẽ: ne lites in infinitum extendantur. non enim licet tertio appellare ſuper eodẽ capitulo, vt ꝭ. ead. ſi quis in quacũque. ſic exponit hæc dictio, quoties. ff. de leg. 3. fideicõmiſſa. §. ſi qs decẽ. ff. de eden. veluti. in fi. ſimile quoties habes extra de ele. querelã. in parte deciſa. ſecundum H. exponitur quoties ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt. Alij dicunt quòd licet etiã ter appellare ſecundum canones, vt ꝭ. 31. q. 2. Lotharius. & ea. omnis. ſed M. dicit quòd licet a grauamine quandocũq; appellare: ſed bis poſt ſententiam tantũ: & exponit, quoties, id eſt, in omni grauamine: ſed non niſi bis a ſentẽtia, vt ꝭ. ea. ſi quis in quacumq; & extra de app. directe. G. dicit quòd in illo capitulo, omnis. tertio fuit relatum: & hoc non fuit per appellationem, ſed per conſultationem, vt ſ. diſt. 18. c. 1. & extra eo. ſua nobis.

Appellare ter quo non licet

AD Romanam eccleſiam.] CASVS. Dicitur quòd omnes epiſcopi qui volunt, vel quibus neceſſe eſt, libere ſedem Apoſtolicam appellant abſque excommunicatione vel impedimento aliquo damnationis, vel ſpoliationis, vel cuſtodiæ.

b ¶ Qui voluerint.] Ergo fruſtratoria admittitur, vt extra eod. conſuluit. ergo audiendus eſt qui cauſa dilationis appellat, vt extra de ap. cum ſit Romana. & c. perſonas. ſed contra, ius eũ punit, vt C. de ap. à proconſulibus. & C. quorũ ap. non reci. ab executore. in fi. vbi in 50. libris auri ponitur fruſtratorie appellans. ergo ius non debet eã admittere, vt 23. q. 4. qui peccat. immo non debet per eã negotium impedire. extra eod. paſtoralis. Reſpon. dubia fruſtratoria eſt admittenda: ſicut occultus peccator ad Euchariſtiã. de conſ. diſ. 2. nõ prohibeat. Hodie autẽ ipſo iure eſt inhibita appellatio ante ſententiam, niſi tam euidẽs cauſa proponatur, quæ ſi probata eſſet, debeat appellatio legitima reputari, vt extra eo. vt debitus. Sed cũ hodie ipſo iure ſit inhibita appellatio, quid prodeſt ſcribere remota appellatione? Reſpond. ſi appellatio remouetur in litteris, tunc intelligitur remota etiam poſt ſententiam. Alias etiam rationes aſſignaui ſuper illa conſtitutione, vt debitus. ſed ſi non apponitur in litteris, tantum ante ſententiam eſt remota. Io. Ego credo ꝙ nihil prodeſt remotio appellationis niſi ad remouendã fruſtratoriam appellationem, vt dicit decre. expreſſe extra de ap. ex parte B. Hoc ſcias ꝙ niſi iudici euidenter pateat appellationem te

¹ Su. & ſi ere mouetur qđ de iure cõi eſt re motũ. Sed cõtra hoc eſt C. de Theſa. l. 1. & ff. ad municip. l. 1. & ideo plus placet qđ dixit ſ. In. d'F3. nã ſi hęc clauſula nihil operaret. quare dec. extra eo. inquiſitioni. fundat ſuper e. ideo his eie ctis, dic vt ple. no. Ho. l ſũ. e. ti. §. quomodo decr. vt d' bitus. ver. abſ q; rationabili, &c. Arch.

gatos[a] nostro † ex latere missos iuxta patrum decreta suas exercere, atque diffinire actiones[b]: nullusque illum ante hæc iudicet, aut iudicare præsumat. Sed si quid (quod absit) graue, intolerandumque ei obiectum fuerit; nostra erit expectanda censura, vt nihil prius de eo, qui ad sinum sanctæ ecclesiæ Romanæ confugit, & eius implorat auxilium, decernatur; quàm ab eiusdem ecclesiæ auctoritate fuerit præceptum: quæ vices suas ita alijs impertiuit ecclesiis, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. *& infra.* ¶ Si autem (quod non arbitramur) à quoquam secus præsumptum fuerit; ab officio cleri submotus[c], auctoritatis † Apostolicæ reus ab omnibus iudicetur: ne lupi, qui sub specie ouium subintrauerunt, bestiali sæuitia quosque audeant lacerare: & quod sibi fieri nolunt, alijs inferre præsumant.

† al. missos

† al. iniuriarum reus

a ¶ Vt honoretur.] *Hinc vsque ad ver.* auctoritas. *addita sunt ex ipsa epistola, quæ extat in bibliotheca Dominicana, & videtur esse Gregorij quarti, ex qua etiam sumptum est caput,* Nulli fas. *distinct.* 19. *& apud Iuonem vtrumque caput simul habetur. Istius autem Aldrici (vt ex catalogo episcoporum ecclesiæ Cenomanensis colligitur) mentio est in concilio apud Sanctum Medardum, quod paulo post Gregorium quartum habitum fuit. Itaque defensio ipsi à Gregorio præstita profuit.*

Item cum Vigilius Papa in epistola ad Eutherium, cap. vlt. dicat.

¶ Iudicia appellantium ab eis sunt audienda, ad quos appellatur. C. XII.

QVi se scit[d] alijs esse præpositum, non moleste ferat aliquem esse sibi prælatum. Ipsa namque ecclesia, quæ prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas, vt in partem sint vocatæ solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium Apostolicam sedem episcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negotia causarum eidem sanctæ sedi reseruata esse liquet; præsertim cum in his omnibus eius semper sit expectandum consultum: cuius tramiti si quis obuiare tentauerit sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud eamdem sanctam sedem nouerit redditurū.

Ans. l. 2. c. 10. Poly. l. 1. tit. 14.

¶ *Restitutum est caput hoc Vigilio antiquorum exemplarium auctoritate. Antea vero tribuebatur Iulio, in cuius etiam epistola prima habetur prior pars huius capitis vsque ad ver.* ipsa namque. *(quemadmodum & apud Leonem epist. 84 quod refertur 3. dist. 23. c. quamquam. & in c. sequenti, qui sunt) & etiam sententia ceterarum partium.*

Item cum Nicolaus Papa in Hincmarum Rhemensem archiepiscopum inuehatur, qui Rhotādum episcopum appellantem Apostolicā sedem damnare ausus est, ita dicens.

† al. Rothaldum

In appendice bibliothecæ sanctorū patrum.

¶ De Rhemensi archiepiscopo, qui appellantem Romanam sedem iudicare est ausus. C. XIII.

ARguta sapientia tua, vtinam in bono accepta, fomitem iudicij, & materiā depositionis aduersus Rhotandum assumpsit, & ab itinere Apostolicæ sedis remouit †, & continuatim[e] Apostolicam sedem appellantem damnauit, & carcerali[f] custodiæ mancipauit. *& infra.* ¶ Priuilegia tamen Apostolicæ sedis vos obliuioni tradere nullatenus debuistis; quibus venerandi canones iudicia totius ecclesiæ ad hanc deferri iubent. *& infra.* ¶ Hæc quippe nos in Rhotando idcirco noueritis operatos, vt priuilegia sedis Apostolicæ, quæ male à vobis violata videbantur, & à nobis tot impensis laboribus, vestra resistente contumacia, recuperari non poterant; auctoritate Apostolica, & cana patrum deliberatione pristino tandem genio, & proprio decorarentur honore[g].

Ans. l. 2. c. 67.

† al. reuocauit] orig.

Ans. l. 2. c. 85.

β ¶ Cana.] *Cum antea legeretur,* canonica, *emendatum sic est ex epistola ipsa, quæ habetur manuscripta & nuper est impressa in appendice bibliotheca: & in libro Ennodij pro Symmacho legitur,* cana miracula, *& canum genium. iuxta illud Virgilij.*

Cana fides, & Vesta, Remo cum fratre Quirinus, Iura dabant.

Item Leo Papa ad Anastasium Thessalonicensem episcopum, epist. 2 al. 84.

¶ Quisque

Qvi scit.] Ita facit hoc capitulũ ad propositum, quia sicut episcopus vel alius prælatus ecclesiæ vult deferri appellationibus ad ipsum factis; sic & ipse tenet deferre appellationibus factis ad sedem Apostolicam. & est simile bonum C. de nf. p̃fec. vrb. l. 1. vbi dicitur, quòd est societas muneris, quòd magistratus gradum superioris agnoscat.

b Exigit.] simile 3. q. 6. c. 1. & 2. & 74. dist. quorumdam. & dist. 9. neque. in fi. ff. de adul. si vxor. §. iudex. Io.

PATEAT. CASVS. Ab illo cap. decreto. est suspensiua cõstructio vsque ad hunc §. Ex supradictis ergo infert, quòd appellari potest etiam frustratorie: si tamen frustratorie appellauerit a iudice appellationis, punietur. Postea dicit quod apppellari potest, quoties grauamen infertur. & ad hoc inducit capitula sequen.

c Condemnabitur.] si appellatio alicuius fuerit pronunciata frustratoria, tunc si prior iudex a quo est appellatum, non admisit appellationem in criminali negotio, lite perdita notatus abscedat. C. de appellat. a proconsulibus. sed si prior iudex admisit appellationem, pro arbitrio iudicis punietur, vt C. eo. l. eos. §. ne temere. Sed si in ciuili negotio per calumniam appellat, punitur in quinquaginta libris argenti. C. quorum appel. non reci. ab executore. l. fi. Si sine calumnia, non punitur nisi in expensis. extra de appel. sæpe. extra de eo qui mittitur in pos. causa rei seru. cum venissent.

Appellans p calumniam ad quid puniat.

Item remittitur ad eum a quo appellauit. extra eod. cum in ecclesia. Dicunt tamen quidam, quòd nisi euidens sit aliquem calumniose appellasse, non debet puniri in expensis. Arg. optimum. ff. de leg. 1. qui solidum. §. etiam. alioquin quilibet metu expensarum relinqueret ius suum indefensum, vt ff. de petitio. here. l. Iud. tunc autem præsumitur nõ fieri calumniose, cum iuratum est de calumnia, vt 2. q. 7 sancimus. sed hoc non credo, immo semper in causa appellationis condemno victum, vt j. ea omnino. & in constitutio. noua Inno. de app. vt debitus. & ff. de appellat. negotiorum. in princi. & j. eadem q. 2. in primis. Ioan.

Hãc sententiã sequitur Go qđ dic vt plene not. p Bal. Inno & Ho extra de do. & contu. in fi. Arch.

¶ Quisque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus desiderat. C. XIIII.

Matt. xi.

QVi scit [a] se quibusdam esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit [b], etiam ipse dependat: & sicut non vult grauis oneris sarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pondus imponere. Discipuli enim sumus humilis, & mitis magistri dicentis [Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.]

Patet ergo, quòd nulli appellanti sunt induciæ denegandæ. Ceterum, si causa frustratoriæ dilationis appellauerit, à iudice, ad quem prouocatum fuerit, condemnabitur [c]. Tempus vero appellationis est ante datam, vel post datam sententiam. Quoties enim quis se grauari senserit, libere potest appellare.

Et Victor epi. 1. & Iul. 7. ea. c. si q̃s putauerit. 1. 8. c. 7.

Vnde Sixtus Papa II. epist. 1. ad Gratum episcopum ait.

¶ Qui grauatur a proprio metropolitano, primatem, aut vniuersalis ecclesiæ sedem appellet. C. XV.

Polyc. l. 1. tit. 6. Ans. l. 2. c. 9. & 11. Pann. l. 4. c. 126.

SI quis putauerit se a proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceseos, aut penes vniuersalis Apostolicæ ecclesiæ Papam iudicetur.

Item Felix secundus ad episcopos in Alexandrina synodo congregatos, cap. 19.

¶ Romanam sedem appellet, qui iudicem suspectum habet. C. XVI.

Ans. l. 2. c. 60.

QVoties episcopi se a suis comprouincialibus, vel a metropolitano putauerint [d] prægrauari, aut eos suspectos habuerint; mox Romanam appellent [e] sedem, ad quam eos absque vlla detentione, aut suarum rerum ablatione libere liceat ire: & dum prædictam Romanam matrem appellauerint ecclesiam, aut ab ea se audiri [f] poposcerint, nullus eos aut excommunicare [g], aut eorum sedes surripere, aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani Pontificis, auctoritate finiatur. Quòd si aliter a quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit.

Item Iulius Papa in rescripto ad episcopos orientales, c. 30.

¶ De eodem. PALEA. C. XVII.

j. ead. c. ideo.

IDeo huic sanctæ sedi præfata priuilegia specialiter concessa sunt, vt ab ea omnes auxilium oppressi, & iniuste damnati restitutionem sumant.

¶ *Est summa quadam capitis recitati supra ead. c. ideo. & habetur in vetustis exemplaribus, in quibus Paleæ esse non solent.*

Oppressi, & se prægrauari putãtes intelliguntur ante datam sententiam: iniuste damnati, post datam sententiam.

QVotiens.] CASVS. Si episcopus grauatur a synodo, vel metropolitano, vel eos suspectos habuit, sedem Apostolicam appellet, & non excommunicetur, nec res auferantur, vel vis fiat ei donec negotium per sedem Apostolicam terminetur. Casus sequentis capituli per se patet.

d Putauerint.] licet non grauentur, & sufficit quod putent hoc, & sufficit probare probabilem causam appellandi. extra de ap. bonæ, in fi. & ff. eo. appellanti. nisi sit remota appellatio: tunc enim requiritur quòd sit probabilis, & quòd sit talis, qua probata legitima sit appellatio, vt extra eo. vt debitus. Ioã. Ego credo indistincte quòd hodie debet esse causa probabilis & legitima, vt extra eod. vt debitus. quod intelligo ante sententiam. B.

e Appellent.] Nota quòd potest a iudice suspecto recedi per appellationem [h], vel etiã per recusationem, vt hic, & extra eo. postremo. & j. cap. proxi. & extra vt lit. non contest. accedens 1. & quid quid sit post recusationem, æque cassatur sicut here: post appellationem, vt extra de eo qui mit. in pos. cum sicut. in fi. Refert tamen cum dicitur, recuso iudicem vt suspectum, quo casu loquitur decre. extra de ap. secundo requiris. Vel si sic dicatur, habeo iudicem suspectum. quo casu non cogitur coram arbitro probare causam suspicionis: quia potest iudicem declinare per appellationem, vt dictum est.

Iudex su'pectus dupliciter deseritur.

[h] Dicit Inno. Nos concedimus. q̃ à iudice delegato vel ordinario possit appellari ex ea causa quia suspectus est, cum tunc habeat certum mediũ recusat onis 3. q. 5. q̃a suspecti. Arcid.

f Audiri.] Nota nihil interesse vtrum dicat, quis, quòd velit causam suam audiri a Papa, vel expresse ad ipsum appellauerit, sicut nec refert an appellet quis facto, vel verbo. extra eo. cap. dilecti. in parte decisa.

g Excommunicare.] potest tamen de facto ad cautelam petere absolutionem, vt extra eo. ad præsentiam. si vero appellatio non tenet, tunc potest talis excommunicari post appellationem: arg. extra eod. quæsitum. Ioan.

OPPRESSI. CASVS. Oppressi dicuntur prægrauati, ante sententiam, iniuste damnati post sententiam. Et ad hoc inducit seq. cap.

Ee Nonita

Appellare an te sententiã vtrum liceat.

N On ita.] Casvs. Aliud est in negotijs secularibus q̃ in ecclesiasticis, quia in secularibus non appellatur ante sententiam: in ecclesiasticis vero quandocumque grauatur, potest appellari. contumaces sunt puniendi secundum maius & minus: tamen grauatus semper poterit appellare: & hoc probat per tres auctoritates sanctorum patrum. Io. de Fant.

Casvs. Dicitur hic qualiter puniri debet contumax, & ad hoc inducit sequens cap.

a Non ita.] ſm leges ante diffinitiuam sententiam nõ appellatur, vt C. de iud. apertissimi. & j. ea. non solent. tñ clericus ante diffinitiuam sententiam appellat, vt C. de episc. aud. l. 1. & cum actorũ vel pnuntiationis editio negaẽ. C. vt lite pẽd. l. 2. & cũ ab iniuria appellaẽ, vt de mino. aut p̃tor. §. permittitur. Idẽ dico vbi appellaẽ a grauamine manifesto, vt C. de ap. si quis prouocationem. Item vbicũque iudex aliquid facit ꝯ legem negando dilationem, vel qd simile, vt. j. ea. non solent. Hodie autem ſm ius canonicũ nõ appellaẽ ante sententiam, nisi euidẽs fuerit causa grauaminis, vt in consult. Inno. vt debitus. & sic vr̃ idẽ iuris ſm leges, & etiam ſm canones, quod falsum est, vt dicunt doctores legum. & j. ea. non solent.

b Non licet.] Alia est ratio negotiorũ ecclesiasticorum, alia secularium, vt j. de consec. dist. 3. celebritatem. 10. dist. leges. 33. q. 2. admonere. arg. ꝯ. 11. q. 1. quicũque litem. sed hoc non tenet, vt extra de fo. cõpe. proposuisti. Quidã tñ dicunt, q̃ vbicumq̃ tam ſm leges q̃ secundum canones potest fieri appellatio a manifesto grauamine. Alij dicunt q̃ ante sententiã ſm leges non appellaẽ, nisi in casibus in iure expressis.

Quis-

Vnde Eutychianus vrbis Romanæ episcopus scribit episcopis per Siciliam, epistola 2. c. 1.

¶Ante exitum causæ per appellationem recedere licet. C. XVIII.

Ansl. 3. c. 73. Polyc. l. 5. tit. 1. Iuo. p. 6. c. 336. Pann. l. 4. c. 100.

N On ita[a] in ecclesiasticis agendum est negotijs, sicut in secularibus. Nam in secularibus legibus, postquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet[b] ei ante peractam causam recedere. In ecclesiasticis vero, dicta causa[c], recedere licet, si necesse fuerit, aut si se prægrauari viderit.

2 *Qui vero ex contumacia iudicibus obtemperare noluerit, communione priuetur.*

Vnde in concilio Mileuitano, c. 24.

¶Excommunicetur, qui iudicibus suis obtemperare non vult. C. XIX.

Pann. l. 4. c. 132.

Q Visquis[d] probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ sedis episcopo fuerit probatum[e], det litteras, vt nullus ei communicet episcoporum, donec obtemperet.

Item, quòd post datam sententiam appellari posit, Fabianus Papa testatur dicens Hilario episcopo, epist. 3. c. 2.

Cod. Theo. l. 11. tit. 30. in interpr. l. 20. Ansl. l. 2. c. 11. Burc. l. 1. c. 148. Iuo p. 5. c. 261. Pan. l. 4. c. 112.

¶Non denegetur appellatio ei, quem in supplicium sententia destinauit. C. XX.

L Iceat etiam in criminalibus[f] causis appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem supplicio† sententia destinarit.

† in supplicium

Quod paulo ante idem affirmat eodem cap.

¶Ante datam sententiam licet alicui appellare. C. XXI.

Iuo p. 5. c. 248. Ansl. ibidem. Burch. ibidem. Pan. l. 4. c. 110.

S I quis iudicem aduersum sibi senserit, vocem appellationis exhibeat.

4 *Post datam verò sententiam, qui appellare voluerit, intra quinque dies[g] appellet, & intra eosdem, à quo prouocauit, litteras dimissorias acci-*

Appellatiõis causa vtrũ sit assignanda.

c Dicta causa.] id est, assignata causa appellationis, sed nõ oportet ibi pbari, sed corã iudice ad quẽ appellat, vt C. de ap. eo. & j. ea. q. in fi. nisi in casu. C. de preci. Imper. offe. anthen. quæ supplicatio. & extra de his quæ fi. a maio. parte c. cũ in cunctis. nec prius est audiendus appellans a iudice ad quẽ appellauit, quàm constet ipsum appellasse ab aliquo grauamine. Aliter em̃ remittendus est ad eũ, a quo appellauit, vt extra de appel. cũ in ecclesia. Videtur ergo q̃ quilibet teneẽ assignare causam appellãdi, vt hic, & extra de appel. cõstitutus 2. & ff. ne ap. appellãn. sicut in suspecto iudice causa est assignanda, licet alibi pbanda sit. sed q̃ nõ sit assignanda, pbaẽ: q̃a frustratoria appellatio ſm hęc iura est admittenda. Item nõ vr̃ esse necessariũ q̃ allegeẽ causa, q̃a põt ab ea recedi. ff. eo. scio quæsitũ. in fi. extra eo. ti. constitutus. Item quòd non sit necesse causam assignare, pbaẽ extra vt lit. non cõtest. accedẽs 2. Et dicit lex, q̃ cũ corã iudice appellaẽ, sufficit dicere, appello, vt ff. de app. l. 2. Dicas ergo, q̃ sem p appellans teneẽ assignare causã, vt extra eo. vt debit[h] tñ si causam nõ assignat, & postea ꝯ iudicem appellationis pbat iustã fuisse causam appellãdi, bene cassabiẽ qđ factum est, vt extra vt lit. nõ contest. accedens 1. Et ita prior iudex bñ facit non deferẽdo appellationi, cũ causa appellationis non sit expressa. Secundus similiter bñ excusat qđ factum est, cũ iusta causa subfuerit appellandi. Alij exponũt dictã cãm. i. lit. non contest. quia ante litẽ contestatã nõ est appellandũ, vt extra de ap. reprehensibilis. nisi fiat apertum grauamen, vt extra eo. consuluit 1. & c. cum sit Romana. Io. Hodie ante sententiam qui vult iudicem recusare, semper proponat causam, vt extra eo. vt debitus. & offerre debet proponens se velle eã pbare corã arbitris si iudex petit, alioquin eius appellatio non valet, vt extra de ap. interposita. Si vero non recuset iudicẽ, sed aliam causam pponat, alleget talem, quæ pbata sit legitima. & eã coram iudice offerat se probaturum si iudex petit. B.

[h] Hoc meliꝰ habeẽ eo. ti. cũ speciali. vbi Inn. not. q̃ sufficit ei q̃ recusat, cãs recusationis legitimas pponere. Arc.

QVI VERO. Hæc est tertia pars quæstio. in qua dicitur, q̃

Q Visquis.] Casvs. Si aliquis pcepto vel sententiæ iudicis parere nõ vult, significet hoc superiori, & ille excõicabit eũ, & faciet euitari donec pareatur sententiæ vel precepto.

d Quisquis.] Istud c. intelligunt qdã de delegatis iudicibus, quorum sententiam epũs loci teneẽ mandare executioni, vt extra de of. deleg. significasti. Alij intelligunt de iudicibus datis ab ipso epõ, q̃ suam sententiã non possunt mandare executioni: q̃a tantũ delegati a principe possunt mandare suas sententias executioni. ff. de re iud. a diuo. sed hoc nõ est verũ, q̃a subdelegati hoc possunt. vt extra de of. deleg. ex litteris. & extra de sen. & re iud. cum Bertholdus. Io. Fere omnes dicunt, q̃ subdelegatus non põt sententiam mandare executioni per legem ff. de re iud a diuo. & si excõicare possit, vt extra de of. deleg. ex litteris. quia iubere cauere, & in possessionem mittere, magis est imperij q̃ iurisdictionis, vt ff. de iurisd. om. iud. iubere. B. Sed q̃ potest mittere in pos. causa rei seruandæ habetur extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. c. 3.

Delegati inferiorũ suas sentẽtias exequi non possunt.

e Probatum] ergo q̃ dicit aliquem contumacẽ, hoc pbabit[i], sicut q̃ dolũ obijcit. arg. 3. q. 1. c. 1. & c. nemo. extra de restitut. spol. audita. Arg. contra ff. de re iud. contumacia. & 65. dist. c. vlti.

[i] Scilicet p testes, vel instrumẽta, vel citationes. q̃ in scriptis redigẽda sunt extra de probat. quoniã. Bernar.

f L Iceat etiam in criminalibus.] Immo potius in criminali quàm in ciuili, vt ff de appel. non tantum. & j. ead. non solent. & §. est autem quando. ver. nullus.

S I quis.] POST DATAM. Hæc est quarta pars quæst. in qua quæritur intra quod tempus sit appellandum, & dicas q̃ intra decem dies. j. ea. anteriorũ. Probat tñ magister in legibus Theodosianis, q̃ intra triduum sit appellandum. Sed illæ leges sunt correctæ per prædictam l. anteriorum. Io. de Fant.

Casvs. Dicit in hoc §. q̃ intra quinque dies appellari debet, & intra eosdem litteras dimissorias accipere, & iter arripere ad iudicẽ appellationis. Et ad hoc inducit leges abrogatas.

g Intra quinque dies.] olim statuti fuerunt duo dies. j. ead. biduum

duum. postea Theodosius dedit quinque, deinde Iustinianus decem, vt. ead. anteriorum.
a *Vnde in Theodosianis legibus.*] qui has leges allegat, falsarius est, vt C. de vete. iur. enuc. l. 2. §. hæc igitur omnia. & C. de nouo. cod. confirman. in fine.
P*ro-*

iter fuerit necessarium, dabitur ei.
b *Quo iter.*] vt semper viginti milliaria pro die computentur: & vt ff. si quis cau. l. 1. & si quid superent, hoc etiam pro die computetur, vt ff. de verb. sig. l. 3.
A*b eo.*] Dicitur hic, quòd litteræ dimissoriæ porrigi debent iudici ad quem appellatur, intra quinque dies, & intra eosdem peti & accipi: & si hoc appellans non fecerit, cadit à causa: & verba ista, scilicet *Ista iam*, vsque ibi, *Qui intra*, &c. non sunt de lege, sed Gratiani, vel alterius. *Superius*, id est, in codice Theodosiano. & hoc similiter est abrogatum.
c *Intra quinque.*] hodie xxx. vt infra ead. q. in §. 5. pen.
d *Statuta.*] sic & hoc hodie non tenet, vt C. eo. quoniam.

De hôc not. extra de ele. cú inter vniuersas. & de rescri. nó nulli. in glo. núquid, &c.

piat, & intra eosdem, ad quem appellauit, iter arripiat.

Vnde in Theodosianis [a] *legibus sic statutum inuenitur.*

[a] Theodosianis.] *Hoc & quatuor sequentia capita, quæ citantur ex legibus Theodosianis, habentur lib. 5. sententiarum Iulij Pauli cum interpretatione. Ex quo apparet Gratiani suo tempore has sententias coniunctas fuisse cum codice Theodosiano, seu breuiario Alarici. Alaricus autem in præfatione profitetur se volumen illud non ex solo Theodosiano codice, sed ex varijs libris collegisse, & in legum collectione, atque interpretatione episcoporum præcipue opera vsum fuisse.*

In sététijs Iulij Pauli cú iterpt. Aniani lib. 5. tit. 33. c. 1.
Iuo p. 5. c. 281.
Pann. l. 4. c. 127.
al. prouocare

¶ Post latam sententiam intra quod tempus quisque appellare debeat. C. XXII.

PRopter superfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis, vel reuocandis sententijs liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & pœnæ constitutæ sunt; vt quicumque apud iudicem, qui causam eius audiuit, appellare, & ad alium iudicem appellare [b] voluerit, intra quinque dies appellet, & his ipsis quinq; diebus ad iudicem, ad quem prouocauerit, sine aliqua dissimulatione perueniat: & ipse dies, quo accepit litteras, in his quinque diebus specialiter computetur. Quòd si longius iter sit, exceptis his quinque diebus, spatium dierum, quo iter [b] agi possit, computetur.

C. XXIII.

ff. si quis cau. l. 1.

HAbita dinumeratione xx. millium diurnorum per singulos dies, computetur.

¶ *Caput hoc abest à vetustioribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Iuone, & Panormia. In vno autem Gratiani valde emendato est in margine superioris capitis tamquam glossa quædam.*

Item ibidem tit. 34.

¶ A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimissoriæ litteræ dirigantur. C. XXIIII.

Iuo p. 5. c. 282.
Pann. l. 4. c. 128.
† al. quorum
al. faciendo
Sunt verba interpretis.

AB eo, quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, dimissoriæ litteræ dirigantur, quæ vulgo apostoli appellantur, quarum † postulatio, & acceptio intra quinque [c] dies ex officio finienda est. [Ista iam superius sub titulo de cautionibus, & pœnis appellationum interpretata sunt.] Qui intra statuta [d] tẽpora dimissorias non postulauerit, vel acceperit, vel reddiderit; præscriptione ab agẽdo submouetur, & pœnam appellationis ferre cogitur.

Item ibidem tit. 35. c. 2.

¶ De his, qui causa dilationis appellant. C. XXV.

Ex interpretatione.
Iuo p. 1. c. 283.
Pann. l. 4. c. 129.
antea legebatur, *abijciat*, vel *obijciatur*.

QVicumque [e] nõ confidentia iustæ causæ, sed causa afferendæ moræ, ne contra eum sententia proferatur, appellauerit, vel si de facto suo confessus, ne addicatur [a], appellare voluerit; huiusmodi appellationes non recipiuntur.

Item ibidem tit. 36. c. 1.

¶ Cum possessor appellat, dum euentus causæ dubius est, possessionis fructus sequestreatur. C. XXVI.

Ex interptatiõe.
Iuo p. 5. c. 284.
Pann. l. 4. c. 130.

Ex Paulo ibidẽ.

QVoties post auditã causam iudici possessor appellat; fructus possessionis, de qua agitur, dum secundæ audientiæ euentus dubius est, merito sequestrantur [f]. Nam si petitor appellauerit, hoc ab eo postulari non potest: quia non potest sequestrari, quod non habet. Si propter prædia vrbana, vel mancipia appelletur, pensiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam, si de naui agatur, deponi solent.

Item ibidem tit. 37. c. 1.

¶ Iniuste appellans omnino puniendus est. C. XXVII.

Iuo p. 5. c. 285.
Pann. l. 4. c. 131.
Ex Paulo.

OMnino [a] puniẽdus est, vt quoties iniusta appellatio pronũtiatur,

Ca*sus.* Q*uicumque.*] Non auditur frustratorie appellans, vel qui in iure confessus fuit contra se.
e *Quicumque.*] quod obtinet in ciuili, vt confessus non audiatur appellans: in criminali aliud, vt infra eadem, sunt quorum, nisi alia probatio iudicem instruat. ff. de quæstio. l. prima §. diuus. secundo. Ioan.

[a] Sub. nisi vellet probare errorẽ. nã tunc auditur extra de confit. c. vlt. & not. extra de ver. si. ex parte. Arch.

Concor. l. 2. cũ gl. & ibi Bar. C. quorũ app. nõ recip. & l. creditor. §. iussus. ff. de appel.

Q*uoties post auditam causam.*] Dicitur hic, quòd si possessor rei immobilis confessus fuit, & condemnatus fuit ad restitutionem rei; si appellauerit, causa pendente fructus suot sequestrandi: quod in petitione fieri non posset, cum nihil possideat. Sed si propter prædia vrbana, id est, domus vel mancipia, vel iumenta fuerit appellatum, pensiones, mercedes & vecturæ debent sequestrari: quod intelligi debet. & si propter nauem naulum fuerit acquisitum, quod datur nautis propter aliqua in naue ferenda.
f *Sequestrantur.*] hoc non tenet hodie, vt infra 16. quæst. 4. volumus. infra ead. appellatione pendente. & extra de sequest. ad hoc. Vel tenet in casu qui est ff. de ap. Imperatores, scilicet quando possessor dilapidat fructus, vt ibi dicitur. hoc expresse patet de sequest. c. pen.

Casus. P*ropter.*] Si quis dixerit appellãdum, intra quinque dies appellet, & intra eosdem litteras accipiat dimissorias, & ad iudicem ad quem appellauit perueniat: & si maius spatium ad

& §. Vel dic, quod si appellatur ab executore, quod tũc sequestrantur fructus, sed nõ res ipsa, vt C. quorũ app. nõ recip. ab executore.
O*mnino.*] Si aliquem iniuste appellasse pronuntiatum

Appellatio ab executore facit fructus sequestrari.

tiatum fuerit, aduersario condemnabitur in expensis, non tantum in simplum, sed in quadruplum.

a ¶ *Sumptus.*] secundum canones punitur in expensis, vt hic, & extra eo. reprehensibilis. secundum leges punitur in ciuili causa. ff. su. libris argenti. C. quorum appel. non reci. ab executore. in criminali infamis est, & litē perdit, vt C. de app. à proconsulibus. nisi primus iudex admisisset appellationem, quia tunc arbitrio iudicis punietur. C. de ap. eos. §. nec temere.

b ¶ *Quadruplos.*] hodie simplos, vt C. de fruc. & li. expen. non ignorat. & l. terminato. Vel forte duplos, vt. j. q. 4. libellum. Dic vt extra de dolo, finem.

& etiam a tempore quo potest agere. J. ead. biduum. § palam verfic. si aduersus. extra de appella. ex ratione. H. tamen dicit hoc tempus esse continuum: sed postea dicit restituendum eum qui agere non potuit,

AD HOC SANCIMVS. Casus. Aliquis ad principem

Appellantis in esse punitio.

sumptus a, quos dum sequeretur aduersarius, impendit, reddere cogatur non simplos, sed quadruplos b.

a ¶ Omnino puniendus.] *In sententijs Pauli legitur*, omnimodo probandum est, &c. *Sed quia est sensum capituli, & de huiusmodi punitione multa sunt à doctoribus adnotata, non est mutatum. Tantummodo ductus orationis est emendatus, addita particula, vt.*

Præmissis auctoritatibus intra quinque dies post datam sententiam cuique appellare permittitur. Quod postea Iustinianus in constitutionibus suis corrigens intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit, dicens.

Imperat. Iustinianus Augustus.

Nouella 23. apud Iulianum antecessorem.

¶ Intra decem dies remedium appellationis conceditur. C. XXVIII.

PRÆMISSIS. Casus. Repetit supradicta Gratian. vt corrigat, & ad hoc inducit sequens authenticum, anteriorum legum.

Anteriorum. Casus. In lege veteri cauebatur, vt qui propriam causam per se agit, intra biduum appellet: qui vero per procuratorem, intra tertiā diem. Sed quidam legū ignari propter hoc decipiebantur putantes sibi licere semper posse intra triduum appellare, & sic à causa cadebant. quare hoc corrigit Imperator, & statuit, q cuilibet liceat appellare à sententia intra decem dies in quacumque causa, & a quocumque iudice, excepto præfectu prætorio.

c ¶ *Anteriorum.*] in Authen. de appel. & intra quę tempora debeat appella. coll. 4. in princip.

d ¶ *Dierum.*] sed numquid ille dies in quo appellatur, computabitur inter illos decem dies? Non videtur: quia dies illa in qua promissio aliqua fit, nō cōputatur cū illo tempore, nisi excipiatur, vt ff. si quis caut. l. 1. sed contra. dies in quo fit diuortiū, computatur inter sexaginta dies, qui dantur accusatori a tempore diuortij, vt ff. de adulte. pater. §. 1. Item licet dicat intra decē dies, tñ decimus dies cōprehenditur intra illud tēpus, vt ff. de successi. edi. l. 1. §. quod dicimus. & ff. de verbo. sig. si quis sic dixerit. immo idē videretur, si diceret ante decē dies, q adhuc in decimo die posset appellare, vt ff. de ver. ob. l. eum qui. qui ita. & facit ad hoc §. ead. propter. Respon. q si tantū superest de die, q potest deliberare condemnatus, tunc illa dies cōputatur pro vnu die. Io. Egu credo q semper computetur, & ita seruatur de facto. B.

e ¶ *A recitatione.*] numquid hoc tempus vtile est, sicut fuit tempus bidui? quod videtur, aliter enim videretur esse diminutū beneficium antiqui iuris, maxime cum lex noua nihil exprimat. de hoc ergo veteri iuri standum est. C. de appella. præcipimus. in fin. & quod non mutatur, quare stare prohibetur, vt C. de testa. sancimus. quare ergo dicit hic, a recitatione sententiæ, cum secundum legem antiquam a tempore sententiæ cōputentur, hi decē dies, vt j. ea. biduum? Dic ergo, q quantū ad sui initiū vtile est: sed continuū quantum ad sui progressum: quia tempus hoc cōputabitur a tempore scientiæ, vt C. quomodo & qn iudex ab eo. & ff. de ædili. edic. cum sex. & j. ea. c. biduum. Cum enim illi decē dies dētur ad deliberandū, an velint stare sententiæ, vel nō: qualiter posset ignorans deliberare? Currit ergo hoc tempus a tempore scientiæ.

Appellatiōis dies cōputatur in decendio, qđ datur ad appellandum.

Appellatiōis tēpus an sit vtile an continuum.

Sic & no. extra de app. super eo. §. vl. & de except. pia. in gl. sic dicit. Arch.

Nteriorum c legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hæc circa appellationes facientes, & in præsenti ad huiusmodi beneficium peruenire duximus esse necessariū. Antiquitate etenim cautum erat, vt si quis per se litem exercuerit, & fuerit condemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: sin autem per procuratorem causa ventilata sit, & in triduū proximum eam extendi. Ex rerum autem experientia inuenimus hoc fatis esse damnosum: Plures enim homines ignaros legum subtilitatis, & putantes in triduum esse prouocationes porrigendas, in promptum periculum incidisse, & biduo transacto causas perdidisse. Vnde necessarium duximus huiusmodi rei cōpetenter mederi: Et sancimus omnes appellationes, siue per se, siue per procuratores, seu per defensores, vel curatores, & tutores ventilentur, posse intra decē dierum d spatium à recitatione e sententiæ enumerandum, iudicibus ab his, quorum interest, offerri, siue magni, siue minores sunt, excepta videlicet sublimissima prætoriana præfectura, vt liceat homini intra id spatium plenissime deliberare, siue appellandum ei sit, siue quiescendum; ne timore instante opus appellatoriū frequentetur, sed sit omnibus inspectionis copia; quæ & indiscussos hominū calores potest refrænare. ¶ Ad hæc sancimus, si quando lis f speratur inferri in nostrum consistorium, si forte contigerit Imperatoriam maiestatem occupatam publicis causis ex mundanis prouisionibus, non posse conuocare patres, quatenus causa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium g est litigantium, si culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ est auctoritatis, vt nolentem principem possit ad conuocandos patres, ceterosque proceres coarctare! Sed si quid h tale euenerit, causa intacta permaneat; donec Imperator i sua sponte motus, & conuocari pro-

pem appellauit: sed propter occupationes principis nō potuit causam prosequi intra tempus concessum appellantibus a lege. dicitur hic, q nō cadit a causa propter hoc: sed causa tractabitur cum placuerit Imperatori. Nullus enim potest compellere principem, vt de causa cognoscat, vel vt partes conuocet aut proceres.

f ¶ *Lis.*] extra eo. ex ratione.

g ¶ *Vitium est.*] ar. quod per me non stat, mihi non est imputandum. 43. dist. Ephesus. C. de condi. insert. l. vlti.

h ¶ *Sed si quid.*] vnde sic non potest terminus præfigi, vt dic tali sit appellans reuersurus, vt extra de app. ex insinuatione.

i ¶ *Imperator.*] idem est si alius iudex impediatur ad quē appellatur in Auth. vt sponsa. larg. §. hoc quoque. coll. 9. hoc verum est in causa appellationis: in principali enim causa secus est: quia ibi perit lis triennio. C. de iud. properandū. Itē quod dixi est, verū si ipse appellās impediatur, per causam necessariā: puta per vim fluminis, vel simile. extra de app. ex ratione. si autem alter impediret eū, hoc ei noceret: sed posset agere cōtra impedientem. ff. de dolo. l. arbitrio. §. si dolo. Sed si ille non esset soluēdo, tūc ei lis restituit. ff. de eo per quem factū erit, ex hoc edicto. argu. & extra de in integ. restit. ex literis. ibi enim non datur actio contra decipientē, sed restituitur contra sententiam. sed hoc fuit quia impediens non poterat soluere quod petebatur. Io. Hodie secundum canones non perit instantia iudicij, si propter impedimentum causa intra trienniū terminari non potuit, vt extra de iud. venerabilis. B.

Appellanti impedito quomodo succurratur.

Scilicet per principē, vel per iudicē, & sic intelligatur ista decre. ex ratione, & probatur eo. ti. ex insinuatione secundū Io. de Fā.

ILLVD ETIAM. Casvs. Iudicum quidam maximi sunt,& dicuntur illustres: quidam minores,& appellantur clarissimi: quidam medij, & spectabiles nuncupantur. Appellabant homines aliter quam antiquitus seruabatur. Nam pro minimis causis ad maximos iudices appellabāt,ita vt totius litis æstimatio vix ad

1.C.de appel.iubemus.& l.in offerendis.in Auth.de sanc. episco. §.si quis vero.coll.9.

f ¶Sacri cognitoris.] id est, principis.

ILLO VIDELICET. Casvs. Statuitur hic, vt a minori iudice ad maiorem appelletur. vnde a spectabilibus ad spectabiles non est appellandum in quacumque quantitate: sed ad illustrissimam præfecturam, qui simul cum quæstore cognoscant l ita tamen quòd a ducibus, vel a spectabilibus qui priuati sunt, id est, sine administratione, ad spectabiles non appelletur: licet habeant administrationem, & videantur maiores non habentibus, sed vbi delegatur causa præsidialis alij minori iudici non spectabili, ad spectabilem appelletur. Vbi vero causa a principe delegatur illustri vel spectabili qui habet ducatum, vel spectabili qui est sub ducatu, & si non est dux, in regiam vrbem ad competentem iudicem appelletur. Sic mihi Bart. videtur casus ponendus sine præiudicio hominis prudentioris, & prudens lector, si ei videbitur, casum in melius reformabit.

i Dicit L. quod ista lex corrigitur per aut. de defen.ciu. de hoc etiam no.ex. de appellationib. Arch.

† Concor. l. semper.ff. de iur.immu. & l.testamenta C.de testam.

ceres iussetit, & litem inferri patiatur, & omnia secundum morem procedere. ¶ Illud etiam in tertio capitulo disponendum est, quod antiquitas bene statuit, nouitas autem neglexit. Cum enim veneranda vetustatis auctoritas † ita magistratus digesserit, vt alij maiores, alij medij, alij minores sint, & appellationes a minoribus iudicibus non solum ad maximos iudices remitterentur, sed ad spectabilium iudicum tribunal, quatenus & ipsi sacro auditorio adhibito litem exercerent, nouitas autem hoc dereliquerit; euenit, vt super minimis causis a maximi nostri iudices inquietentur, & homines propter minimas causas magnis fatigentur dispendijs, vt forsitan totius litis æstimatio ad sumptus b iudiciales non sufficeret. Ideoque sancimus, si quando ex Aegyptiaco tractu, vel adiūcta ei vtraque Lybia prouocatio speratur vsque ad decem c librarum auri d quantitatem; non in hanc regiam vrbem eam venire, sed ad præfectum Augustalem, qui audiat, & causam dirimat vice sacri cognitoris, nulla ei penitus post diffinitiuam e sententiam appellatione porrigenda. Similique modo quoties in Asiana diœcesi, vel Pontica tale aliquid emerserit vsque ad prædictam quantitatem decem librarum auri; appellationes ad viros spectabiles, comites forte, vel proconsules, vel prætores, vel moderatores, quibus specialiter easdem lites peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad similitudinem præfecti Augustalis, vice sacri cognitoris f intercedant, & causas sine spe quidem appellationis, Dei tamen, & legum timore perferant decidendas: Orientalem autem tractum causas appellatione suspensas, & vsque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virum spectabilem comitem orientis mittere, simili modo audientiam, & finem eis impositurum: Illo videlicet obseruando, vt viri spectabiles duces, vel alij spectabiles iudices non ad alios eadem spectabilitate decoratos iudices suas transmittant appellationes in litibus, quantæcumque sint quantitatis (cum non oporteat ad compares iudices appellationes referri, sed à minori iudicio in maius tribunal ascendere): sed ad Illustrissimam præfecturam illorum appellationes, cuiuscumque sint quantitatis (vt dictum est) dirigantur, quæ g vnà cum h viro excelso pro tempore quæstore eas dirimat, vtroque h officio subministrante i, id est tam ex sacris scrinijs more solito, quàm præfectorio. Ita tamen a hæc sancimus, vt nec à ducibus, vel alijs spectabilibus iudicibus (quibus forte, & si priuati l sint, imperialis maiestas causas iniunxerit) appellatio ad memoratos spectabiles iudices currat, ne causa non gradatim m procedere, sed perperam videatur: sed à præsidibus n quidem prouinciarum, & iudicibus à nobis datis o si non sint spectabiles iudices, intra memoratam quantitatem referetur p. Si autem vel illustres sint dati à nobis iudices, (quibus apices dignitatum super spectabilitatem sunt) vel duces, qui omnimodo spectabilitate sunt decorati, vel hi, qui à principe delegati sunt, spectabilem habeant dignitatem; eorum appellationes sub quacumque q quantitate in hanc regiam vrbem ad competentes r antiquo more iudices referuntur: omnibus alijs, quæ in appellationibus s statuta sunt, vel ab antiqua prosapia, vel ab auctoritate anteriorum con-

¶ qui] orig.

g ¶Quæ vnà cū.] scilicet præfectura illustrissima.

h ¶Vtroque.] scilicet prætoris & quæstoris. quæstor enim qui præest scrinijs imperatoris, audiuit causas appellationis.

i ¶Subministrante.] id est, cognoscente.

a ¶Ita tamen.] sensus est, non est appellandum a iudicibus qui sunt illustres, ad spectabiles qui sunt minores; nec a spectabilibus ad alios spectabiles, cum sint pares: sed a præsidibus, qui sunt minores, appellandum est ad spectabiles.

Appellare nō licet à maiori ad minorē.

ad sumptus iudiciales sufficeret. ideo statuitur hic, vt in Aegypto & in vtraque Lybia vsque ad decem libras auri non appelletur ad vrbem regiam, sed ad præfectum augustalē, qui cognoscat de causa, appellatione remota. In Asia vero & Ponto vsque ad prædictā quantitatem appelletur ad spectabiles, qui de causa cognoscant sine appellationis remedio. In oriente vero vsque ad prædictam quantitatem appelletur ad comitem orientis, virum scilicet spectabilem.

a ¶Causis.] quod fieri non debet, vt in Auth. vt omnes obed. iud. §.hoc considerantes.coll.5.

b ¶Ad sumptus.] id est, ad victualia, quæ dantur iudicibus, vt extra de vi.& honest.cle.cum ab omni.

c ¶Ad decem librarum.] no.x.lib.auri minimum quid dici.

d ¶Auri.] hic vocat minimam summam vsque ad x lib.auri: alibi vsque ad xx. marcas: alibi vsque ad duos aureos. ff. de dolo. si oleum. alibi quinquaginta solid. C.de defen.ciui.l.1.

e ¶Post diffinitiuam sententiam.] not. casus in quibus secundo non audiē appellans. C.de epis.aud.Auth.si quis litigantiū. C.de assess. vol. l.

Appellans secūdo, multis in casibus nō auditur.

l ¶Priuati.] quando delegatur eis causa: sed pendente iudicio fiunt spectabiles, vt C.de appell. præcipimus. in fin. & sic non semper consideratur principium accepti iudicij. sic 3.q.7.§.tria.in fin. sic ff.de pig.act.l.si rem.§.fin.arg. contra extra de prob. c. post cessionem. de elect. dudum.

Iudicij principiū nō semper consideratur.

m ¶Non gradatim.] C.de appel.præcipimus.

n ¶Sed a præsidibus.] qui sunt clarissimi & minores.

o ¶Datis.] non tamen delegatis.

p ¶Referetur.] appellatio ad iudices spectabiles.

q ¶Sub quacumque.] hoc verum est cum appellatur a spectabilibus: sed si a clarissimis, tunc non appellatur ad vrbem, nisi sit supra decem lib.auri, vt §.

r ¶Ad competentes.] per hoc not. appellationem ad alium fieri quàm ad delegantem, contra id ff. quis & a quo appella. l. secunda. & extra de offic. deleg. super quæstionum. sic infra ead. placuit, ut presbyteri.

s ¶Quæ in appellationibus.] id est, ad principem, vt C.de excus.tu to. quinquaginta. ff. quando ap. sic. l. 1. §. si quis.

Difficile dupliciter sumitur.

Absenti verò subuenitur.

† al. quidem

In principio eiusdem legis primæ.

† al. scripserit

non prouocauit, difficile[a] est, vt hic audiatur[b]. ¶ Siquem † in insulam deportandum[c] adnotauerit[d] præses prouinciæ, & Imperatori[γ] scripserit, vt deportetur, videamus, quando sit prouocandum, vtrum cum Imperator rescripserit † vt deportetur, an cum ei scribitur. Et putem tunc esse appellandum, cum recipi eum præses iubet sententia[δ] prolata, Imperatori scribendum, vt deportetur. Ceterum verendum est, ne sero sit, vt tunc prouocetur, cum Imperator insulam ei assignauerit. Comprobata enim sententia præsidis, tunc solet insulam assignare. ¶ Rursus illud verendum est, si mendacijs apud principem onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi uiam prouocandi. Quid ergo est? Recte dicetur humanitate suggerente, vt & hoc, & illo tempore non frustra prouocaretur: quia non aduersus principem, sed aduersus[e] iudicis calliditatem prouocauit. *& infra.* ¶ Illud quoque videamus, si cum Imperatori[f] scriberetur, exemplum litterarum litigatori editum sit, neque is appellauerit, & postea contra eum rescriptum sit, an appellare a litteris pridem sibi editis possit[ε]? quia, qui tunc[g] non appellauit, vera esse, quæ scripta sunt, consensisse videtur: nec est audiendus, si dicat euentum sacri rescripti se sustinuisse.

L. vlt. cod. tit.

α ¶ Vt cum quis.] *Hinc vsque ad ver.* non admittitur, *non sunt in Pandectis: sed quia superius in eadem lege sententia ipsorum exprimitur, non sunt expuncta, sed descripta aliis characteribus.*

β ¶ Vt ei libellos daret.] *verba hæc non sunt in Pandectis, sed ob glossam non sunt inducta.*

γ ¶ Imperatori scripserit.] *Sic est emendatum ex Pandectis. Antea legebatur,* Imperator rescripserit.

δ ¶ Sententia prolata.] *Hæc vsque ad vers.* Ceterum, *sunt addita ex Pandectis.*

ε ¶ Possit?] *In vulgatis codicibus sequebatur,* certe non potest: *quæ neque in vetustis, neque in Pandectis habentur.*

Item Vlpianus lib. 49. in tit. de recipiendis appellationibus, vel non, le. prima.

C. XXX.

NOn solent audiri appellantes, nisi hi, quorum interest,[h] vel quibus mandatum est, vel qui negotium alienum gerunt, quod mox[i] ratum[k] habetur. Sed etsi mater[α] cum filij rem sententia versam animaduerteret, prouocauerit[l], pietati dans, dicen-

a ¶ *Difficile.*] id est, nonnam alibi ponitur hæc dictio, difficile, pro vix. 47. dist. quantumlibet.

b ¶ *Audiatur.*] No. cum aliquis est absens post lit. contest. aut abest ex iusta causa, aut ex iniusta. Ex iusta tripliciter pót abesse, quia aut abest ex causa necessaria & probabili, aut ex causa necessaria tantú, aut ex probabili tantú. Si abest ex causa necessaria & probabili, vt ex causa reipubli. tunc si est legitime defensus restituitur ad appellandú[1], vt ff. de in integ. resti. l. vlt. si vero nullo modo est defensus vel fuit minus legitime ad totam causam restituit, vt C. ex quib. cau. maio. l. 1. & C. de proc. quia. Si abest ex causa probabili tantum, vt ex causa peregrinationis vel studiorum, tunc si est legitime defensus, ad nihilum restituit: & ita loquitur hæc lex. ff. ex quib. cau. maio. l. necnon. Si autem non est legitime defensus, tunc si constituit procuratorem, vel potuit constituere, ad nihilú restituit, nisi ille procurator quem reliquerat, mortuus sit, vel forte soluêdo non sit, vt ff. ex quib. cau. maio. sed & si. § 1. decre. tñ dicit indistincte retractandú quod factú est, si probat iusta causa absentiæ. vt extra de sent. & re iudi. cú Bertoldus. nec distinguit an potuerit constituere procuratoré, an non, vel an absuerit, ex probabili causa, an non. & est arg. ad hoc C. quomodo & qñ iudex. l. ab eo. ibi enim vr quod non sit opus restitutione, sed quod de iure communi possit appellare, si abest ex causa necessaria tñ, vt cum quis sit deportatus pp suum delictum, túc si potuit constituere procuratoré, non subuenit ei, vt ff. de mino. Papinianus ait. sed si abest ex iniusta causa, nunquam audit appellans, nec subuenit ei, quia contumax non audit appellans, vt 24. q. 3. de illicita. & l. e. §. iuste quoniam. nisi veniat iudice adhuc sedente pro tribunali, vt ff. de in integ. resti. diuus. sed si est absens ante lit. contesta. tunc vel excommunicatur, vel fit missio in poss. vt distinguitur extra vt lit. non contest. tuz. & c. quoniam frequenter.

[1] Sed nõ ad totá causam. & ita intelligitur. ff. ex qb. cau. ma. is q. vbi dicit in integrum. aliàs esset cõtra ff. eo. sed & si. §. vi. Ar.

SI QVEM IN INSVLAM. CASVS. Si præses iussit aliquem deportandum, rescripsit Imperatori, & Imperator rescripsit vt deportetur, quæritur quó appellandum sit: & certe dr quod vtroque tempore appellandum est, scilicet cum præses præcipit eú recipi inter condemnatos, & cum rescribit Imperatori, nec appellat aduersus principem, sed aduersus calliditatem iudicis: quia forte eum mendacijs apud principem onerauit. sed si cum Imperatori scriberetur, ostensum fuit exemplum litterarum litiganti: si tunc non appellauit, consensisse videtur, nec postea auditur appellans.

c ¶ *Deportandum.*] præses enim deportare nó potest, vt ff. de lega. 3. l. 1. §. deportatus. Sed relegare potest. ff. de inst. rup. test. l. si qs. §. eius qui. & §. seq. & ff. de interdict. & releg. l. relegatorum.

d ¶ *Adnotauerit.*] i. iudicauerit. Arg. quod metropolitanus potest cognoscere de causa criminali episcopi, & talem ferre sententiam, iudico te esse deponêdum, sicut hic præses iudicat deportandum.

Metropolitanus de causa criminali episcopi cognoscere potest.

e ¶ *Aduersus*] Ergo quod appellat a grauamine, iuste appellat, licet remota sit appellatio in rescripto: quia non aduersus litteras principis, sed aduersus malitiam iudicis appellat. sic extra de of. iud. deleg. cap. sane. in fi. ff. de cust. reo. l. diuus. C. de rela. l. 2.

Appellans à grauamine, iuste appellat.

ILLVD QVOQVE. Hæc est vltima lex istius tit.

f ¶ *Imperatori.*] consulendo ipsum, vel referédo. H. & túc litigatoribus edi debet consultatio, vt C. de relat. l. 2. extra de ap. ut nuntiati.

g ¶ *Qui tunc.*] Hic manifeste videtur, quòd si quis non appellat a suspecto iudice cum recipit litteras iudicis, vel si quis no protestatur causa suspicionis vel appellationis, quòd postea non posit appellare vel recusare, vt arg. extra de ten. & re iud. quod ad consultationem. & extra. de of. deleg. gratum. sed contra petitis inducijs a iudice potest ipsum recusare etiam allegata causa absentiæ coram eo, vt extra vt lit. non conte accedens. immo & post præstitam cautionem standi iuri potest appellare, vt extra de eo qui mit. in pos. cum venisset. & 3. q. 3. §. offeratur. & non videtur consensisse in iudicem, qui postulat sibi edi genus actionis. ff. de indi. non vr. & post receptas litteras iudicis, quas remittit Papæ, possem iudicem recusare, vt extra de of. delegat. cum olim 2. item arg. extra de rest. spol. ex conquestione. Dic quòd semper potest a grauamine appellari, vt extra de appel. vt debitus.

Appellare aut iudicé recusare, non semp licet.

NOn solent.] Hæc est quinta pars quæstionis, in qua ponit sex casus diuersos. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicitur hic, quod pót appellare is ad quem negotium pertinet, vel verus eius procurator, vel negotiorũ gestor. Similiter mater pro filio potest appellare: nec tunc intercedere videtur, licet ab initio eum defendere non posset.

h ¶ *Interest.*] sic extra de of. deleg. super eo. ff. de inof. testa. si suspecta. immo etiam si non interest, dummodo qualecumque timetur præiudicium fieri, vt ff. eo. a sententia. in princ. & extra de senten. & re iud. cum super.

i ¶ *Mox*] id est, intra decem dies, quia ratum debeo habere quod meo nomine factum est, cum adhuc agere possim. ff. rem rat. hab. l. penul. Vel dicit, mox, id est, modico temporis spatio, quod magis intellectu quam locutione exprimi potest, vt ff. de sol. ratũ. ff. rem rat. habe. quo enim.

k ¶ *Ratum.*] sed nonne si aliquis appellat pro altero, ille cogit habere ratá appellationem, cum negotium eius vtiliter sit gestũ, vt ff. de neg. gest. Pomponius? Arg. contra quod tantum in criminibus appellatur inuito condemnato, vt ff. de appel. non tantum.

Appellationé pro me factá an tenear ratificare.

l ¶ *Prouocauerit*] pro filio condennato vel pro consanguineo etiã possunt appellare aliqui, vt extra de reg. iur. cum in contemplatione. in parte decisa. melius de reg. cum sumus. in parte decisa.

Appellat cõiũctus pro coniuncto.

dum est & hanc audiri debere, & si litem[a] præparandam curare maluerit, intercedere non videtur, licet ab initio[b] defendere nō potest, ¶ *Scæuola libro quarto regularum*. Ante sententiam appellari potest, si quæstionem[c] in ciuili negotio habendam iudex interlocutus sit, vel in criminali, si contra leges[d] hoc faciat. ¶ *Macer libro primo de appellationibus lege quarta*. Eius, qui[e] ideo causam agere frustratur, quòd dicit se libellum Principi dedisse, & sacrum rescriptum expectare, audiri desiderium prohibetur: & si ob eam causam prouocauerit; appellatio eius recipi sacris constitutionibus vetatur. lege. 2. ibidem.

a ¶ Mater.] *Antea breuius legebatur*, sed & si mater ex pietate prouocauerit, dicendum, &c. *Multa vero alia in hoc, & sequenti capitulo ex ipsis Pandectis sunt emendata.*

Itē Martianus lib. 2. de appellationib. tit. de libellis dimissorijs, l. vnica. lib. 49. dig. tit. 6.

¶ De dimissorijs libellis. C. XXXI.

POst appellationem[f] interpositam litteræ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue principem, siue quem alium: quas literas dimissorias, siue apostolos appellant. Sensus autem litterarum talis est; appellasse, puta, Lucium Titium a sententia illius, quæ inter illos dicta est. Sufficit autem petijsse intra tempus[g] dimissorias instanter[h], & sæpius; vt & si non accipiat, id ipsum contestetur. Nam instantiam repetentis † dimissorias, constitutiones desiderant. Æquum est igitur, si per eum steterit[i], qui debebat dare litteras, quominus det; ne hoc accipienti ‡ noceat. ¶ *Vlpianus libro quarto de appellationibus, titulo nihil innouari appellatione interposita, lege vnica*. Appellatione[k] interposita[l], siue ea recepta fuerit, siue non, medio[m] tempore nihil[n] nouari oportet.] & *infra*. ¶ Si quis[o] ex pluribus facinoribus condēnatus, propter quædā[p] appellauit, propter quædā nō, vtrū differenda pœna eius sit, an nō, quæritur. Et si quidē grauiora[q] sunt crimina, ob quæ appellatio interposita est, leuius autē id, propter quod non appellauit, recipienda est omnino appellatio, & differenda pœna. Si vero grauiorem sententiam meruit ex ea specie, ex qua non est appellatum; omnimodo pœna imponenda est.

† al. petentis

eod. l. 49. tit. 7.

‡ Adde q̄ accipiens capit hic i. accipere volens. hm. l. 1. & ff. de mi. & in l. si creditores. ff. de pact.

a ¶ *Litem*.] appellationis: quia si ab initio defenderet, oporteret eam satisdare: quia in aliena re nemo idoneus est defensor, sine satisdatione. ff. de procu. qui proprio. sed hoc est virile officium. C. de procu. alienam.

b ¶ *Ab initio*.] pro filio non potest mater agere, vel ipsum defendere, quia hoc est virile officium. C. de procu. alienā. potest tñ postulare pro parentibus valetudine detentis. ff. de proc. feminas. sed aliena negotia pōt mulier gerere extra iudicium. ff. de neg. ge. l. 3. §. 1. Si tñ vis recipere mulierem intercedentem pro aliquo, facias ea renuntiare auxilio Velleiani, vt C. quādo mulier tutoris officio fungi. l. vltima.

Mater pro filio agere nō pōt.

Cautela ad obligandas mulieres.

ANTE SENTENTIAM Hic ponit tres casus. in duobus appellatio conceditur, qui satis sunt faciles, & in tertio prohibetur.

c ¶ *Si quæstionem*.] In criminibus tantum fit quæstio, vt 5. q. 5. illi. ff. de quæ. l. 1. in prin. sed in pecuniarijs causis non facile, nisi cum aliter veritas nō potest liquere. ff. de quæstio. Diuus pius. liberi etiā torquentur si facto intersfuerint, ff. eo. vnius. §. testes. al. ās. non. C. de quæst. decuriones.

Quæstio in q̄bus causis fit.

d ¶ *Si contra leges*.] id est, si vult torquere aliquem nulla præsumptione præcedente: qd̄ non licet, vt extra de re iur. cum in contemplatione.

e ¶ *Eius qui*.] Hoc intelligunt omnes cū nūtium misit. Sed aliud est si per se in propria persona & ante citationem iter arripuit, vt extra de ap. meminimus. & c. suggestum. Sed contra hanc distinctionem est arg. extra de of. dele. cum causa. vbi differtur causa propter missionē nuntij. & est hodie expressum in decr. de appel. ad hoc. sic non obstat eo. tit. vt debitus honor. illud enim intelligitur quando hoc tantum dicit, & non probat & ibi dicitur, quòd primo conuenit qui primo litteras dedit iudici. hodie statur decre. vt debitus.

POst appellationem.] CASVS. Dicitur q̄ iudex a quo appellat, debet dare litteras dimissorias appellanti ad eum ad quem appellauit, continentes qualiter appellauit. & si appellans instanter petat, licet iudex ei non dederit, non nocebit ei.

f ¶ *Post appellationem*.] similiter si appellationē nō recipit dabit litteras appellāti, vt eas det superior, in quibus significabit ei quare appellationem non recipit, vt ff. de appel. reci. vel non. sciendum.

g ¶ *Tempus*.] xxx. dierum, vt j. ea. §. vlt. in fin. & si intra id tempus non petierit, vr̄ renunciare appellationi, vt s. ea. ab eo. §. illa. & C. eo. quoniam. nec iudex ad quem appellauit, eum audiet; iudex tñ etiam non petenti tenetur offerre apostolos, vt C. eod. eos. in fine.

Apostolos nō petens intra tēpus 30. dierum videtur renuntiare appellationi.

h ¶ *Instanter*.] supra. 100. dist. prisca.

i ¶ *Per eum steterit*.] Ergo si per ipsum stet, hoc ei nocebit, vt iudex superior ipsum non audiat: sine apostolis. hoc autem hodie in paucis locis seruatur, tamen Inno. iiij. hoc idem statuit.

k ¶ *Appellatione*.] planus est iste casus, nec eget expositione.

Sequestratio fit in aliquibus casibus.

l ¶ *Interposita*.] ita quòd teneat.

m ¶ *Medio*.] dum tamen sit recipienda.

n ¶ *Nihil*.] nisi cum appellatur ab executione, tunc sine sit mobilis res, siue immobilis, fructus sequestrantur, C. quorum ap. non re. ab executore. Item in alio casu cū dilapidat fructus. ff. eo. Imperato res. extra de sequestra. po. c. vlt. & cum appellans est in notorio crimine. extra eo. cum si Romana. vel est inuasor ecclesiæ. j. ea. §. sunt etiam. Item si heres conuictus de legato vel fidei commisso præstando appellat, tunc non deferetur appellationi, cauebit tamen de eo restituendo. ff. vt legatorum, vel fideicom. nomine caueatur. l.

Sub. & res de qua agit, si sit mobilis amouetur à possessore secundum In. qui ita no. extra de appel. nonne.

iustam, vt extra de ap. cum in ecclesia. Cum ergo appellationi quādoque non deferatur, patet quòd differt a nuntiatione noui operis, quia post illam, siue ipsa sit iusta siue iniusta, nihil est innouandum, vt extra de noui operis nunt. cap. cum ex iniuncto iudex ergo a quo appellatur, si non recipit, superiori mādabit opinionem suam & causam, quare non recipit appellationem, vt ff. de appel. re. sciendum. Ioan.

Appellatio & nuntiatio noui operis, differunt.

SI QVIS EX PLVRIBVS. CASVS. Si quis de pluribus criminibus fuerit condemnatus, si propter grauiora appellauerit, non est mandanda sententia tunc executioni: si propter leuiora, est mandanda executioni.

o ¶ *Si quis*.] Hanc legem intelligunt quidam, q̄ crimina sunt connexa, vt ff. de mi. etiam si. sed hoc falsum est, q̄a nō potest q̄s simul accusari de criminibus pluribus descendentibus ex eodē facto. C. de accu. q̄ de crimine. Verum est ab vno, secus si a diuersis, item si ex diuersis factis, posset etiam ab vno. j. q. 8. §. libellorū. sed intellige quando minor pœna præiudicat maiori. Vel dic quòd si maior pœna includit in se minorem, vt depositio priuationem officij, deferetur etiam pœna in minori. nam satis est si punitur in maiori pœna: arg. ad hoc 23. q. 5. relegentes.

Accusari q̄s nō pōt simul de pluribus criminibus.

p ¶ *Quædam*.] Sententia ergo pro parte tenet, pro parte non, vt ff. de mino etiam si. §. ea causa. C. de transact. si ex falsis. extra de præb. dilectus. extra de testa. Raynuus. & c. Raynaldus. sed sententia arbitri non pōt pro parte tenere, & pro parte non. ff. de arb. diem quidam habent qualem pro lege § sed. & si licet contrarium inueniatur extra de arbi. cum tempore. Hoc tamen scias, q̄ iterum pluralitas non facit plures sententias, licet secus sic quandoque in stipulationibus ff. de verborum oblig. quod dicitur. & l. scire. & ff. familiæ ercis. in hoc iudicio. ff. ad exhi. Celsus §. item. Celsus. Ioan. Probabiliter potest dici, quòd tot sunt sententiæ, quot sunt articuli expressi. arg. ff. de verb. obli. l. scire. B.

Sententia potest pro parte tenere, & pro parte non.

q ¶ *Grauiora*.] quid si sunt æqualia? idem credo. Et sic patet hic, q̄ magis dignum trahit ad se minus dignum. sim. extra de conse. eccle. vel alt. quod in dubijs.

FORMA

FORMA. CASVS. Ponit hic magister qualiter formari debeant libelli appellationũ, dicens: Ego N. sanctæ Bononien. &c. Postea dicit, ꝙ huiusmodi libelli fieri debent in scriptis.
a ¶ *Mcxli.*] dicit Hugo, ꝙ hic est falsa littera: quia non sunt tot anni, ꝙ liber iste compositus fuit; fuit enim editus docente Iacobo Bo- Bononiensi in legibus, & Alexãdro in theologia, qui fuit postea Papa Alex. tertius, & fuit anno domini Mcl. vt ex chronicis patet.

co. l. 2. sed si appellat sine iudice, tũc scribet quis, & à quo, & contra quem appellet, & à qua sententia. ff. eo. l. 1. in fi. Idem videtur si à grauamine appellat immo sufficit si dicat, appello. extra e. cordi.
CAtholicum.] CASVS. Dicitur, ꝙ si catholicus condemnatus ad iudicem alterius fidei appellauerit, debet excommunicari.

Forma Apostolorum hæc est. Ego ille sanctæ Bononiensis ecclesiæ episcopus te presbyterum Rolandum capellanum sancti Apollinaris ad Apostolicam sedem, quam appellasti, ab obseruatione mei iudicij his apostolis dimitto. Forma vero appellantis ante sententiam hæc est. Ego Adelinus sanctæ Rheginæ ecclesiæ minister (licet indignus) sentiẽs me prægrauari à Domino Gualterio sanctæ Rauennatis ecclesiæ archiepiscopo, Romanam sedem appello, & apostolos peto. ¶ Si vero post datam sententiam appellare voluerit; hic erit ei modus appellandi. Ego A. sanctæ Rheginæ ecclesiæ minister (licet indignus) contra sententiam Domini G. S. Rau. ecclesiæ archiepiscopi iniuste in me latam pridie Kal. Maij, Anno Domini incarnationis Mcxli.[a] [a] *indictione quarta, Romanam sedem appello, & apostolos peto. ¶ Si autem vnus*[b], *vel duo pro pluribus appellare voluerint; sic appellabunt. Ego P. & G. syndici*[c] *canonicorum S. B. E. sententes nos prægrauari, vel contra sententiam, &c. Romanam sedem appellamus, & apostolos postulamus. Et huiusmodi appellationes in scriptis*[d] *fieri debent.*

a ¶ Mcxli] *In vulgatis erat.* Mclai. *qui numerus, vt recte in glossa dicitur, constare non potest. Quod hinc etiam confirmatur, quia quarta indictio, de qua hic est mentio, non conuenit cum anno illo. In manuscriptis autem cum varia sit lectio, hæc visa est melior, quę notarum tantum transpositione restitui potuit, & quarta indictio cum hoc anno concurrit.*

Ad iudicium autem alterius fidei, catholico appellare non licet. Vnde in concilio Carthaginensi quarto, c. 7.

¶ Excommunicetur catholicus, qui committit causam suam iudicio alterius fidei. C. XXXII.

CAtholicus, qui causam suam siue iustam, siue iniustam ad iudiciũ alterius fidei iudicis [e] prouocat, excommunicetur [f].

6 *Notandum vero est, quòd quidam iudices sunt, à quibus appellari non oportet. Vnde in concilio Mileuitano, c. 24. legitur.* — Et i Afric. c. 89.

¶ A quibus iudicibus prouocari non licet. C. XXXIII.

In epist. Nic. 1. Iuo p. 6. c. 365. Pann. l. 4. c. 132.

AIudicibus [g], quos communis consensus [h] elegerit, non liceat prouocare.

Quod de arbitris intelligendum est. Iudicum enim alij sunt ordinarij, alij arbitrarij. Ordinarij vero sunt, qui ab Apostolico, vt ecclesiastici; vel ab Imperatore, vt potestates sæculares, legitimam potestatem accipiunt. Arbitrarij sunt, qui nullam potestatem[i] *habentes, cum consensu litigantium in iudices eliguntur, in quos compromittitur, vt eorum sententiæ stetur. Ho-*

e ¶ *Fidei iudicis.*] infidelibus enim sunt interdicta officia publica. C. de Iudæ. l. vlti. 17. q. 4. constitute.
f ¶ *Excommunicetur.*] nisi sit sub rege infideli, vt Paulus, qui appellauit ad Cæsarem. 23. q. 1. paratus. 10. distin. si in adiutorium. 11. q. 3. Iulianus.
NOTANDVM. Hæc est sexta pars quæstionis, in qua probat, ꝙ ab arbitris non est appellandum: & licet verum dicat, tamen superficialiter inducit canones, quia loquuntur in iudiciis ordinariis electis à partibus ex causa, excepto c. seq. quod intelligitur in arbitro, secundum Io. de Fant. CASVS. Modo dicit Gratianus à quibus appellari non licet. Et hoc probat per sequens c. cuius casus facilis est, & intelligitur de arbitris, vt dicit sequens §.
g AIudicibus.] si cõsensisti in iudicem aliquem, propter iniquitatẽ personæ nõ potes appellare, vt hic, & extra de off. deleg. insuper quæstionum. sed ab iniqua sententia potes appellare: quia licet reprobare dicta, sed non personam, vt 4. q. 3. si quis testibus. vnde appellatur si vocauerit litigatores ad inhonestũ locum. ff. de arb. si cum dies. §. si arbiter. vel ad periculosum locũ. extra de appel. ex parte 1. Dicas ergo, ꝙ nisi remota sit appellatio, bene appellatur a iudicibus de communi consensu electis: nisi sint electi, vt arbitri, vt ff. de appel ex consensu. vel etiam si sunt arbitri tales, qui electi sunt ex necessitate: quia à talibus appellatur, vt C. de iudi. l. vl. Item scias, ꝙ duo sunt genera arbitrorum. quidam sunt arbitratores, qui cõponunt inter partes, & talium arbitrium si est iniquum, est reducẽdum ad arbitrium boni viri, vt ff. pro socio. si societatem. Sed arbitrium illorum qui eliguntur sub pœna, licet sit iniquum, tamen tenet. ff. eo diem. §. stari. sed á superiori potest retractari, vt extra de arbi. non sine. Item si per dolum sententiam tulerunt, licet nõ retractetur per appellationem, tamen per exceptionem retractatur. ff. eo. ti. non distinguemus §. cum quidam.
h ¶ *Communis consensus.*] secus in causa criminali, vbi consensus rei sufficit. 15. q. 1. cap. 3.
QVOD DE ARBITRIS. CASVS. Not. ꝙ iudicũ alij sunt ordinarii, vt potestas dati à principe, vel a lege. Alij arbitrarij, in quos compromittitur, nullã tñ habẽt potestatẽ. sed ittorum arbitrorum alij sunt ordinarij & arbitrarij, vt potestas qui legitimam potestatem habentes, ad arbitrandum eliguntur. Alij arbitrarij tãtum. Ab his qui sunt ordinarij & arbitrarij appellari licet ratione ordinariæ potestatis, & iurisdictionis. Et ad hoc inducit cap. seq.
i ¶ *Potestatem.*] eius rei de qua est ordinarius iudex, potest amicabiliter componere, vt 23. q. 8. si quis membrorum. in Auth. collatio. 9. vt dif. iud. §. si vero. 5. q. 2. si primates. sed non potest in se recipere

Appellare à iudice cõtter electo in lei tum fit. Arbitrorum, duo sunt genera.

Decretũ fuit editũ anno Mcl.
Appellatio plurium.
Procuratores possunt esse plures.

b ¶ *Si autem vnus.*] si plures condemnati sunt, & volunt appellare, libellus appellationis omnium nomina continebit: sed si vnus est ex pluribus condemnatus, si vnum in libello non expressit, illi nõ nocebit, vt ff. eo. scio quæsitum.
c ¶ *Syndici.*] possunt ergo esse duo syndici, vel procuratores, vt hic, & extra de test. insuper. & extra de do. & cont. cũ dilecti. & extra de sen. & re iud. cum 1. & A. melior tamen erit cõditio occupantis, vt ff. de procur. pluribus, arg. tñ contra. ff. de admini. tut. decreto. in fi. & ff. de procura. si quis cum. Tu dicas, ꝙ bene possunt esse plures procuratores, sed tñ vnus aget causam; quia si ambo agerent, forte quod vnus concederet, alter negaret. immo & si plures sunt qui agũt, omnes debẽt cõstituere vnũ procuratorẽ, ne causa spargatur in plures aduersarios, vt ff. familiæ ercis. si familiæ. ff. de ædil. edic. quod si nolit. §. si plures. Melius potes distinguere: quia si plures sunt rei qui cõueniuntur, omnes tenentur dare vnũ procuratorem, ne causa spargatur in plures aduersarios. sed si plures sunt illi qui conueniunt aliquem, nõ habet necesse dare vnũ procuratorem. sic distinguit lex ff. iud. sol. iam tamen. §. vlti. Io. H. tamen dixit, ꝙ plures procuratores possunt simul agere, sicut notauit in distinctionibus suis. B.
d ¶ *In scriptis.*] si corã iudice appellat, sufficit si dicat, appello. ff.

Extra de procur. non iniuste. vbi d' hoc. & ibi nota. Gof. ꝙ ille dicitur occupare qui pri' ad litis cõtestationé peruenit. ff. de leg. 2. si plurib'. Archid.
Appellãs absente iudice, quid debet facere.

cipere arbitrium secundum unam lecturam, vt 3. quæst. 7. §. tria. circa finem. Ioan.

non debet remitti ad eum a quo appellauit. Et hoc probatur sequenti cap.

rum alij sunt ordinarij & arbitrarij, alij arbitrarij tãtum. Ordinarij[a] & arbitrarij sunt, qui legitimam potestatem habentes, ab eis eliguntur ad arbitrandum, qui non sunt sua ditioni suppositi. Ab his, etsi vt arbitrarij† sedeant, & non vt ordinarij, priuilegio tamen ordinariæ dignitatis grauatus aliquis appellare valebit[b].

Vnde in concilio Carthaginensi 3. c. 10.

¶ A iudicibus, qui eliguntur communi consensu, prouocare licet. C. XXXIIII.

SAne, si ex consensu partium iudices electi fuerint, etiam à pauciore numero, quàm constitutum est, liceat[a c] prouocari.

a ¶ Liceat.] *Hunc canonem citat Gratianus (quod ipsemet aperte profitetur) vt ostendat ab huiusmodi iudicibus licere appellari. Verum in concilio Carthaginensi tam impresso, quàm manuscripto cum varijs exemplaribus collato, & vnico codice canonum etiam impresso, ac manuscripto, & græco, quod cum ipso concordat, & Africano, vbi hoc repetitur, & apud Iuonem legitur, nõ liceat. Et quæ in ipso canone antecedunt, & referuntur* J. ead. c. hoc etiam, *ostendunt omnino cum negatione legendum esse.*

Item ex concilio Mileuitano, c. 22.

¶ Qui de episcoporum iudiciis queruntur, à vicinis episcopis audiantur, vel ab alijs ex consensu eorum adhibitis. C. XXXV.

PLacuit, vt presbyteri, diaconi, vel ceteri inferiores clerici in causis, quas habuerint, si de iudicijs episcoporum suorũ questi fuerint[d], vicini[e] episcopi eos audiant, & inter eos quidquid est, finiant, adhibiti ab eis ex consensu[f] episcoporum suorum. Quòd si & ab eis prouocãdum putauerint, non prouocent, nisi ad Africana concilia[g], vel ad primates prouinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, à nullo intra Africam in communione suscipiatur.

Nisi forte[β] Romanam sedem appellauerint. Is autem qui appellauerit, ad eum, a quo appellauit, remitti non debet.

Vnde in Sardicensi concilio, c. 7.

β ¶ Nisi forte.] *Hæc in antiquis codicibus scribuntur tamquam Gratiani verba. Et ad hanc sententiam demonstrandam affert sequens caput ex concilio Sardicensi.*

¶ De eodem. C. XXXVI.

SI quis episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint cõgregati episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum deiecerint; si appellauerit, qui deiectus fuerit, & cõfugerit ad beatissimum Romanæ ecclesiæ episcopum, & voluerit se[α] audiri, si iustum putauerit, vt[β] reuocetur[h], vel renouetur examen, scribere episcopis dignetur his, qui in finitima[i], & propinqua[k] prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnia requirant, & iuxta fidẽ veritatis definiant. Quòd[γ] si is, qui rogat causam suã iterũ audiri, deprecatione sua mouerit episcopũ Romanum, vt de latere suo presbyterum mittat, ...

a ¶ Ordinarij.] secundum canones credo, quod & ordinarius & delegatus possit esse arbiter. Quòd possit ordinarius, est extra de arbi. cum tempore. & extra de electio. causam. Quòd est delegatus, extra de præsumpt. litteras. extra de arbit. cum olim. extra de præben. nisi. Et licet non possit appellari à sententia arbitri, supplicari tamen potest: extra de arb. non fine.

b ¶ Valebit.] hoc falsum est: quia à compromissario numquam appellatur, siue alias sit iudex, siue non. C. de arbi. l. 1. & nisi exprimatur, quod eligitur vt arbiter, tenebit eius sententia, vt iudicis. C. de iurisd. omnium iud. l. 1. & appellatur, vt ff. qui satisd. cogan. l. arbitrio. Ioan.

Sane.] CASVS. Tres iudices erant electi a partibus; duo eorum tertio absente pronunciant, & forte contradicente. dicitur, quod ab illis duobus appellari potest. Vel pone, quod duo pronuntiabant de mãdato tertij. & casus est quasi idem.

c ¶ Liceat.] licet sit remota appellatio: tamen quia tertius deest, qui posset alios reuocare, potest appellari. extra de eo qui mit. in possessio. cum sicut. in parte decisa. Vel intellige quando vnus delegauit alijs vices suas. Tunc enim appellatur. extra de off. delegati. super quæstionum.

Placuit.] CASVS. Quidam clerici cõuenti coram episcopis suis, iusta de causa recusabant eos. Dicitur, quod vicini episcopi electi à partibus de cõsensu suorum episcoporum cognoscant de causa, a quibus non appellatur, nisi ad Africana concilia, vel primates. si ad cõcilia transmarina appellauerint, excommunicentur. sed dicit Gratianus, hoc verum est, nisi ad sedem Apostolicam appellauerint, vt in sequenti § dicitur.

d ¶ Fuerint.] recusando eos, & intra triduum alios eligendo. 3. q. 3. §. offeratur.

e ¶ Vicini.] forte non erat metropolitanus, & ideo prouinciales episcopi supplent defectum metropolitani.

f ¶ Consensu.] maxime. Vel ideo dicit, quia sine licentia eius non potest clericus renuntiare foro. extra de foro compet. si diligenti. sed de licentia episcopi potest adire iudicem ecclesiasticum, vt extra de foro compet. significasti. vel ideo dicit ex consensu, quia episcopus delegabit ei causam: tamen ille non cogitur eam recipere: quia par in parem non habet potestatem vel imperium. & est simile 6. q. 4. si quis episcopus.

g ¶ Concilia.] casus vbi non appellatur ad delegantem, hoc ideo fit, quia est suspectus. & est simile J. ead. anteriorum. in fine.

HIS AVTEM. CASVS Dicit Gratia. quòd appellator non debet remitti ad eum a quo appellauit. Et hoc probatur sequenti cap.

Si quis episcopus.] CASVS. Aliquis episcopus dãnatus fuit ab episcopis suæ prouinciæ: appellatum fuit ab eis ad Romanum pontif. Et certe dicitur hic, quod si Papa receperit appellationem suã, & æquam reputauerit, vt causa reuocetur vel renouetur, committat causam episcopis vicinæ prouinciæ, qui cognoscãt de causa cũ aliquo legato Domini Papæ, si ei placuerit aliquem destinare: alioquin soli episcopi procedent in causa.

h ¶ Vt reuocetur.] alia est ergo causa appellationis quàm principalis, vt 6. q. 4. Osius.

i ¶ In finitima.] non ergo remittitur causa ad eum a quo appellatum est, nisi partes hoc petant, vt extra de ap. accepta. &c. interposita. §. 1. nisi velit ei deferri a quo appellauit, vt reuocet, non vt cognoscat, vt extra de sen. exc. per tuas. & extra de matri. contracto contra interdictum ecclesiæ, litteræ. & quando frustratoria est appellatio, vt extra de appel. cum in ecclesia.

k ¶ Et propinqua.] vt non sit vltra duas dietas, vt extra de rescri. nonnullis. hic J. 3. q. 6. neminem. extra de off. deleg. prudentiam. §. sexta. & extra de app. c. vlt.

γ ¶ Audi-

Ordinarij & delegatus possunt esse arbitri.

Idẽ Spec. in tit. de arb. §. i. ver. arbitrator. & no. Bal. & Sal. in l. 1. C. de arb. & ff. de le. 2. l. cum quidã. in fecũ. & ibi per Im. & Bal. in l. si seruus plurium. §. fi. de le. 1. & Pe. de Anch. in cle. sæpe. de ver. si. per Pan. de Cæ. in l. nam & post ea. §. si minus. de iniurijs.

Sub. immo bñ dicit Gra. quia nisi, &c. secundum L.

Sub. maxime cũ appellatio fit tempore perituro. non debet expectare cõ iudicem. arg. ff. de admini. tuto. tutor q. §. 1. fin L.

Suffraganei qñq; supplẽt defectum archiepiscopi.

† al. arbitri

& Afric. c. 89.

Iuo p. 6. c. 363. Ans. l. 3. c. 123.

& Afric. c. 92.

11. q. 3. presbyteri.

Nicol. in epist. ad Michaelem, q̃ incipit [Proposueramus] & in epist. ad epos apud Cõuiciñũ congregatos. Iuo p. 5. c. 18. cõc. Afri. c. [illegible].

Appellatiõis causa nõ est ad iudicem à quo, remittenda.

¶ Id est, pars. extra de app. Interposita. §. 1. nisi pars appellata peteret, quod appellãs instructus, & cũ suis munimẽtis ad sedẽ Apostolicã accederet, vel lib. 6. c. si cordi. secundum Inno.

a ¶ *Auctoritatem*] Et sic videtur quòd epi vicinæ prouinciæ ordinario iure cognoscãt.ar. §.c.proximo. & sic ordinarius & delegatus simul poterũt cognoscere de causa. Quid ergo iuris est si illi dissentiant in sententia? Dic vt j.e.§.si plures.extra de sent.& re iudi.c.si. Iste §.diuiditur in duas partes. In prima di- mitur pro solo iudice, nisi hoc legitimis constiterit documentis, vt extra de proba. quoniam contra falsam.

e ¶ *Vel iniquo.*] Si iudex per suã imprudentiam iudicauerit male, punitur quatũ iudici videtur æquũ.ff.de var. & extraor. cog.l.vlt. sed si per imprudentiam assessoris,tũc assessor tantũ punitur,vt ff. quod quisque iur. l. 2.

Iudicis male iudicantis pœna.

tere suo presbyteros mittat, erit in potestate eius, & quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum episcopis iudicent, vt etiam habeant auctoritatem [a] personæ illius, à quo destinati sunt; erit in eius arbitrio. Si vero crediderit sufficere episcopos [d], vt negotio terminum imponant, faciat quod sapientissimo consilio suo iudicauerit.

α ¶ Se andiri.] *Græce est*, καὶ βουληθείη αὐτοῦ ἀκροᾶσθαι. *id est*, si Romanus episcopus voluerit ipsum audire.

β ¶ Reuocetur, vel.] *Hæc absunt à concilio tam impresso, quàm manuscripto cum varijs exemplaribus collato, & legitur tantummodo* renouetur; *quemadmodum Græce est*, ἀνανεωσάσθω, *& sic refertur à Nicolao, & Iuone, sed ob glossam non sunt inducta.*

γ ¶ Quod si is, qui rogat.] *Græce est*, εἰ δὲ τις ἀξιοῖ καὶ πάλιν αὐτοῦ τὸ πρᾶγμα ἀκουσθῆναι. *id est*, Si quis autem postulet, & rursus negotium suum audiri, *vt sit secunda appellatio, quæ etiam significatur in capite*, Gaudentius. *quod apud Græcos proxime antecedit huic capiti.*

δ ¶ Episcopos.] *Sequebatur in codicibus Gratiani, etiam in manuscriptis quemadmodum & apud Iuonem* comprouinciales; *quæ vox non est in concilio, neque apud Nicolaum. Græce legitur* ἐκ ἀπόφασιν τοῦ ἐπισκόπου. *id est*, & ipsius episcopi sententiam. *Balsamon tamen videtur legisse* τῶν ἐπισκόπων, *& primũ interpretatur de episcopis prouincialibus, deinde de alijs.*

1 Sed si iudex per dolum,vel per gratiam, vel odiũ,vel pro pecunia male iudicauerit, punitur in veram litis æstimationem: & etiã infamis fit. C.de pœna iudi. qui ma.iud.l.2.& instit. de obli. quæ ex quasi delic. nal.§.2. Si autẽ iudex non vult iudicare, facit litem suã, vt 3.q.1.dicit Dominus.dic vt ibi dixi.

1 Adde per Doc. de hac materia in l. argentarius. §. ñ. cum gl. ff. d'edẽ. & q no.in c 5. de re iud. lib. 6.

QVAERITVR. CASVS. Mouet hic Grat.q. an iudex a quo appellatur, possit esse testis in causa propter quam est appellatum ab eo:& probat q non, sequenti cap.

Arbitrarij [b] *tantum sunt, qui nullam legitimam potestatem acceperunt, à quibus appellari non licet; quia eis imputandum est, quòd sibi tales elegerunt. Si vero sententia eorum, à quibus appellatur, soluta fuerit* [a], *nihil eis oberit; nisi forte vel inimicitia, vel pecunia deprauati iniustam probentur tulisse sententiam.*

Vnde in concilio Carthaginensi 3.c.10.legitur.

a ¶ Fuerit.] *Sequebatur in vulgatis*, per eum, ad quem appellatum est: *quæ sunt expuncta, quia in vetustis codicibus non habentur.*

¶ Cum per appellationem sententia soluitur, non debet obesse ei, qui non inique animo iudicauit. C. XXXVII.

Ino p. 6.c.361. Pann.l.4.c.133.

7 HOc etiam placuit, vt à quibuscumque iudicibus ecclesiasticis ad alios iudices ecclesiasticos, vbi est maior auctoritas, fuerit prouocatum; non eis obsit [c], quorum fuerit soluta sententia, si conuinci [d] non potuerint, vel iniquo † [e] animo iudicasse, vel aliqua cupiditate, aut gratia deprauati.

† *inimico*] vera lectio.

Quæritur autem de eo, à quo appellatur, an sit euocandus in testimonium apud eum, ad quem appellatur, super negotio, cuius cognitionem suscepit. De hoc ita statutum est in concilio Carthaginensi, 5.c.1.

Et in Afric.c.26

¶ Clericus non deuocetur in testimonium illius causæ, cuius primum cognitionem suscepit. C. XXXVIII.

Ino p.6.c. 130.

† *al.Statuendũ*] orig.

STatutum † est, vt qui forte in ecclesia quamlibet causam iure Apostolico [f] ecclesijs imposito agere voluerit, & fortasse decisio [g] clericorum [h] vni parti displicuerit [i]; non liceat clericum in iudicium ad testimonium deuocari eum, qui præses [k] † vel cognitor [l]

† *al.cognitor, vel præsens*] orig.

CASVS. ¶ *Statutum.*] SAppellatum fuit à sententia iudicis: alter litigatorum coram iudice appellationis volebat ducere in testimonium iudicem, a quo appellatũ est: similiter assessorem vel aduocatum, quæritur vtrum possit? Rñdet q nõ. In fi. dicitur, q clericus ad testimoniũ cõpelli non potest.

f ¶ *Apostolico.*] idest, canonico.

g ¶ *Decisio*] idest, sententia.

h ¶ *Clericorum.*] idest, iudicum.

i ¶ *Displicuerit.*] & ideo appellauerit.

k ¶ *Præses.*] idest, præsidium ferens,i. aduocatus, vel assessor. præses enim dicitur defensor. 32.q.4.nemo.

l ¶ *Cognitor*] instrumento tamen iudicis creditur super his quæ acta sunt coram eo: & etiam dicto suo creditur, vt extra. de restit. spol.olim.in fi.& c. cũ ad sedẽ. & extra de sententen.& re iud. cũ super. & ca.sicut.& extra de eo qui mit.in pos.c. 0.& de testi. cũ a nobis. C.de contrahen. stipul. optimam.C. de fal. si quis decurio. Arg. contra.C.de reli.l.1.C.de arbi. ne in arbitris.ff.de custo.re. diuus. l.ea.biduum.in fi.extra de cõdi.appo.per tuas.extra de accus.cum dilecti. in fin. Creditur tamen iudici cum alijs adminiculis. extra de testi.cum à nobis.

2 4.q.3.testes. extra, l. 6.de test. c. Romana. & est Inn.iiij. Iudicis instrumento & dicto creditur.

dicitur, arbitrarij tantum sunt qui non habent potestatem, à quibus non appellatur: & imputet sibi qui tales elegit. Secundo dicitur, quòd si sententia iudicum à quibus appellatur, fuerit retractata, non obest eis nisi conuincantur iniustam tulisse sententiam inimicitia vel gratia deprauati:& hoc probat per sequens cap.

b ¶ *Arbitrarij.*] Hæc verba habes. ff.de arbi.l.diem.§.stari.nisi cõtra ius sit quod profertur j.ea.§ est autem quando.

HOc etiam.] Hæc est 7. pars q. in qua ponit a. diuersos casus in 2.cap. lo.de Fant. CASVS. Dubitabatur vtrũ iudices puniri debeant,quorũ sententia per appellationem fuit retractata? & statuitur in concilio quòd propter hoc puniri non debent, nisi conuicti fuerint odio vel gratia vel pecunia sententiam protulisse.

c ¶ *Obsit.*] nisi quantum ad hoc quòd in alijs causis possint suspecti recusari.extra de ap ad hæc.& c. proposuit.

d ¶ *Si conuinci.*] Argumentum, quòd contra aliquem ex officio suo facientem aliquid non sit malum præsumendum nisi conuincatur. 11.q.3.absit.& c.si episcopus forte.9.q. 2. Lugdunẽsis.extra de renuncia. in præsentia.de sen.& re iudi.sicut.Hodie non præsu-

Præsumit̃ p illo qui aliquid facit ex officio.

l ¶ *Vel cognitor*] Prohibetur ergo ne iudex, vel aduocatus, vel assessor fiat testis in causa illa: iudex enim offensus & suspectus est appellanti, vt extra ead. proposuit. item quia iudex semper vellet tueri suam sententiam: & ita non esset ex vtraque parte, quod est officium testis,vt 14.q.5.non sane. instruere tamẽ potest eum qui cognoscit de appellatione, vt 18.dist.c.1.licet sit arg.contra. ff. de iud.cum qui.Nec etiam assessor potest esse testis: quia ipse libellis & sententijs & cognitionibus præest. ff.de asses.l.1.licet sit arg. q possit.ff. quod metus cau.l.metum.§. sed quod prætor. in fi. item aduocatus, executor negotij non potest esse testis, vt ff.de testi.l. vlt.& 4.q.3.testes quos. circa mediu.sicut nec aduocatus iudex potest efficinetiũ aduocationis sug memor.&c.C.de assesso.nemo. lo.

Iudex aduocatus assessor & executor non possunt esse testes in causa appellationis.

1 Adde pro hoc tex.in l. d'ierre §.ijdẽ decreuerunt. & ibi Bart.& gl. ff. de iure fis.no. inn.& moder. in c. 2.de arbi.

Quidam

Quidam dixerunt, quòd in principali negotio non admittuntur hæ personæ: sed super his quæ acta sunt in causa, sic. extra de accusa. cum dilecti. hoc tenet Hug. Alij vero contra. B.

a ¶ *Ad testimonium.*] Regulare est, quòd in ciuilibus negotijs cogi potest quilibet testificari. c 1. q. 3. quisquis metu. C. de testi. si quando. sed clerici nō coguntur ad testimoniū: sicut nec ad alia officia publica, vt 16. q. 1. generaliter. quia clerici non de facili debent iurare. 2. q. 5. si quis pſbyter. Sed si aliter veritas non pōt manifestari: tunc per epm possunt cogi clerici ad testificandum. c 4. q. 2. quamquam. Item & si gratia, odio, amore vel timore se subtrahunt. extra de testi. cog. c. 1. & c. dilectorum.

b ¶ *Pulsetur.*] idest, cogatur.

potest recusare propter nouam causam superuenientem, vt extra de ofn. delega. insinuante.

g ¶ *Super eisdem.*] ī. ea. omnes. in prin.

h ¶ *Arbitro.*] idest, iudice delegato 2. Vel intellige de arbitro coram quo probanda est causa recusationis.

fuit, & nulla ad testimonium ᵃ dicendum ecclesiastici † cuiuslibet persona pulsetur ᵇ.

Ab eis quoque, ad quos prouocatum fuerit (sicut in Africano concilio, c. 63 legitur) vlterius prouocare non licet.

¶ Non liceat prouocari ab his, ad quos prouocatum fuerit. C. XXXIX.

SI autem ᶜ prouocatum fuerit, eligat qui prouocauerit, iudices, & cum eo & ille, contra quem prouocauerit; vt ab ipsis ᵈ deinceps nulli liceat prouocare.

Post secundam prouocationem intelligendum est: tertio enim in vna eademque ᵉ causa super eisdem capitulis prouocare non licet. Vnde in 7. libro Codicis, titulo, ne liceat in vna eademque causa tertio prouocare, lege vnica Imperator Iustinianus scribit. ¶[Si quis in quacumque lite iterum prouocauerit, non liceat ei tertio in eadem ᶠ lite super eisdem ᵍ capitulis prouocatione vti, vel sententias excellentissimorum præfectorum prætorio retractare; licentia danda litigatoribus, arbitro ʰ dato, ipsius audientiam qui eum ⁱ dedit, ante litis contestationem ᵏ inuocare ˡ, & huiusmodi petitione minime prouocationis vim obtinente.]¶ Cum autem in causa capitali, vel status interpellatum fuerit; non per procuratores, sed per seipsos appellantes causam suam agere oportet.

Vnde Hadrianus Papa ait in capitulis à se collectis, c. 44.

¶ Appellationem in causa capitali, vel status interpositam, per procuratorem exequi non licet. C. XL.

SI quando in causa capitali ᵐ; vel causa status ⁿ interpellatū fuerit, non per exploratores ᵒ †; sed per seipsos est agendum.

AB EIS. Casvs. Modo probat Gratianus quod non licet tertio super eodem negotio appellare.

SI autem.] Casvs. Quæsitū fuit vtrū ei qui bis appellauit super eodē articulo, liceat in per illo, tertio appellare. Et respondet quòd non: sed eligantur iudices de consensu partium, à quibus non prouocet. Et quod ita intelligi debeat c. probat Gra. §. sequenti. qui per se patet. & l. sequen.

c ¶ *Si autem.*] pone casum ī. ea. à iudicibus.

d ¶ *Vt ab ipsis.*] Si hæc dictio, vt, ponitur cōsecutiue, vt Gra. vult, tunc intelligas prout dixi ī. ea. à iudicibus. sed si ponit modaliter, nihil est hic iuris: quia taliter bene possunt eligi iudices, vt non liceat prouocari, vt C. de tempo. appel. l. vltima.

e ¶ *Eademque.*] Arg. contra aduocatos: quia eadem causa dicitur appellationis cum principali. sic ī. c. si episcopus. & 16. dist. habeo. Arg. contra. 6. q. 4. Osius. Sol. eadem est causa, idest negotium: sed non est idem iudicium: quia alij sunt iudices. Ioan. & pronunciat appellationem iustam vel iniustam, vt ī. ead. §. vlt. sed in priori causa pronuntiatur de ipso principali. & hoc notaui in quæstionibus meis. B.

SI QVIS. Casvs. Tria dicuntur in hac lege. Primū est, q̄ in vna causa & super eodem articulo nō licet tertio prouocare. Secundum est, quòd sententia præfecti prætorio retractari nō potest. Tertiū est, quòd si in causa in qua secundo appellatū est, datus fuit iudex delegatus: licet ab eo appellari non possit, recusari tamen potest ante lit. contest. & implorari audientia delegantis.

f ¶ *Tertio in eadem.*] Ergo qui bis appellauit, non auditur tertio appellans. hoc ideo, quia præsumitur quòd toties iuste condemnatus sit, & non grauetur. vnde idem potest dici secundum canones. extra de ap. sua nobis. Sed quid est quod dicit hic, aliquis potest recusari, non tamen appellari, ab eo: cum tamen a suspecto iudice possit appellari vt extra vt lit. non contest. accedens 2. ī. ead. quoniam. Item secundum decre. vbicumque inhibetur appellatio, & recusatio, vt extra ea. super eo 2. & c. consuluit. Sed dic q̄ inhibetur simplex & vaga recusatio vbicumque inhibetur appellatio: tamen expresso non potest inhiberi remedium recusationis, vt C. de senten. & interlo. om. iudi. l. vlt. Potest dici q̄ tertio appellatur nō a sententia, sed à suspecto iudice. Sed qualiter potest hæc lex stare: quia si ille qui appellauit, impetrauit iudices: ipse nō potest eos recusare, vt dixi ī. ea. à iudicibus. si aduersarius eos impetrat, aut ante terminū appellationis, aut post terminū: si ante terminū, tūc litteræ nō valent, vt extra de ap. oblatæ. & c. sæpe. sed si post terminū, stultus est impetrans si vtitur litteris illis, cū sententia iam teneat, vt ī. ea. ei qui. Dicas & intelligas quando aduersarius impetrat litteras: & ante terminum appellationis, non ante terminum datum ab homine: sed ante terminum appellationis datum a lege: quod facere potest, vt infra ead. appellatore. Vel intellige quando idē qui appellauit, impetrauit iudicem illum: quia cū

i ¶ *Qui eum dedit.*] Per hoc patet, quòd cum delegatus recusatur, & recusatio sit probata, statim euanescunt litteræ, & remittitur negotium ad delegantem. sed si ordinarius recusatur, tunc tenet illud quod est in illa constitutione speciali. extra ead. ad hęc c. & ī. 11. q. 1. peruenit. Ioan.

k ¶ *Litis contestationem.*] quia est dilatoria exceptio, vt 3. q. 6. §. exceptio. sic 3. q. 5. quòd suspecti. de hoc dicemus ī. 3. q. 3. §. oftocatur. Et sic patet quòd in causa appellationis est lis contestanda. extra de testa. Raynaldus. ergo & libellus est porrigendus: tamen aliter fit de consuetudine. Ioan. Certe immo de consuetudine porrigitur libellus talis: Peto sententiam confirmari vel infirmari latam inter me & talem. B.

l ¶ *Inuocare.*] & illum recusare.

CVM AVTEM. Casvs. Dicit Gratianus quòd causa status vel criminalis si appellatum fuerit, non agitur per procuratorem. Et hoc probatur sequenti ca. cuius casus planus est. H. tamen intellexit idem ante appellationem, vt dicit in summa.

m ¶ *SI quando in causa capitali.*] ī. 5. q. 3. in criminalibus.

n ¶ *Status.*] In causa status non constituitur procurator, nisi ille qui constituit, sit in possessione libertatis, vt 54. dist. frequens. & C. de asser. tol. l. 1. in prin.

o ¶ *Per exploratores.*] i. procuratores. sed in causa appellationis in his casibus admittitur procurator etiam in causa criminali, & in causa status, vt ff. de appel. non tantum. & ff. de libe. cau. l. 1. vbi filius pro patre, & econuerso, potest appellare, etiam ipsis inuitis: quia interest filiorum parentes habere liberos, & econuerso, vt ibi.

o ¶ *Per exploratores.*] Regulare est, quòd per procuratorem non agitur de crimine: sed fallit de crimine iniuriarum, vt 3. q. 9. §. nisi. Item quis se excusare potest de crimine conuentus & accusatus per procuratorem. 5. q. 3. reos. Item excipere. extra de accusa. veniens. & c. super his. Item in leuibus criminibus. ff. de accus. leuia. Item si crimen non excedit pœnam relegationis, vt ff. an per alium causæ appellationis exerceri possint. l. 1. Item si agatur ad pecuniariam pœnam, licet infametur reus, vt in eadem lege. Item in crimine suspecti. ff. de procu. non solum. §. vlti. Item vbi quis alium vult accusare de ingratitudine. ff. de procura. sed & hæ. §. 1. Item in actione populari interuenit procurator ad defendendum, sed non ad agendum, vt ff. de popul. act. qui populari. Itē secundum quosdam per nuntium potest agi in causa criminali, vt

Marginal notes:

Qui Su. dato casu in quo secūdo appellatū est, secundum B.

† al. ecclesiastici cuiuslibet ordinis

Tit. 70.

In Cod. Theod. in lib. 5. sententiarū Pauli, tit. 35. c. 1. in interpretatione. capit. l. 7. c. 357. Ans. l. 3. c. 88.

† *procuratores*] vera lectio.

Vt, dupliciter ponitur.

Appellatiōis causa est eadem cū principali.

† Q. venerea io. ē. & sespli, q̄ quæsituū in cā appellationis. vbi dicit q̄ scā appellationis iterū est iurādū. extra de ap. interposita. Ar.

Recusari pōt qs, s ō tñ ab eo appellari.

Libellus est in causa appellationis porrigēdus.

De hoc no. ff. de accu. l. vlti.

Procurator ī causis criminalibus interuenit quinque.

vt extra de rest.spol.litteras. Item cum causa non est pure criminalis, vt extra de procu tu&. Item per socium litis agitur in causa criminali, vt 3.q.6.hæc quippe.& extra de do.& contu.cum dilectis in princip.& 2.q.5.statuit.

TEMPVS. Casus. Modo ostendit, q annus vel biennium datur a l prosequendā appellationem. & hoc probatur l.sequenti.

ap.l.nemo.& l.vl.circa mediū:& i auth.de ap circa mediū. coll.8. Hoc aūt scias, q terminū statutū ab homine nō pōt: altera pars pręuenire, vt extra eo.sępe.sed terminum leg.item pōt præuenire, cū modicum superest de tēpore, vt hic dicitur, & extra eo.oblatæ. Secundū legē antiquā poterat & debebat elapsa medietate termini legalis, victor se exhibere iudici appellationis, vt C.de tem.ap.nemo, sed tamen (vt patet ex illa decre. oblatæ.) quęque ante terminū pōt altera pars psequi causam appellationis, dū tamen altera pars non præueniat diligentiam alterius.arg.16.q.3.placuit 2. & extra de ap. vt debitus.

C.de tēp. & repar. appellat. Authen et qui, lib.7.tit.63.

Tempus autem exequendæ appellationis annus est a, vel si iusta causa intercesserit, biennium.

Vnde in Authenticis constit.11.collatione 5. legitur.

¶ De eodem. C. XXI.

EI, qui appellat, impertitur annus, intra quem, secundum se, communiter cum aduersario litem exequatur; aut, si iusta causa intercesserit, alius b annus indulgeatur: quo transacto, lite non completa, rata manet c sententia. ¶ Appellatore cessante, cum vnus mensis d superest ex biennio, licet victori ingredi, vt reus quæratur: quo siue inuento e, siue non, suas afferat allegationes, & vel confirmetur, vel rescindatur sententia, omni casu f absente expensis ‡ condemnando secundum tempora fatalium dierum. Neutro vero concurrente post secundum fatalem permaneat sententia rata. *Constitutione secunda in collatione quarta.* ¶ Sed lis, quæ iperatur in consistorium principis inferri, absque damno moræ manet intacta, donec ipse faciat eam introduci, & a proceribus secundum morem dirimi.

al. in expensis

‡ ead. anteriorū C.eod.tit. Aut. sed & lis, l.a.

Si vero is, qui appellauit, pænitentia ductus g ab appellatione desistere voluerit, non prohibetur: sicut in 7.lib.Codicis, tit. de appellationibus lib.28.Impp. Archadius, & Honorius statuisse leguntur. ¶ *Si* ¹ *quis libellos appellatorios ingesserit; sciat se habere licentiam arbitrium commutandi h, & suos libellos recuperandi: ne iustæ pænitudinis humanitas amputetur.* ¶ *Est autem, quando appellationem interponi non est necesse. In eodem namque libro, & eodem titulo le.27. ijdem Impp. decreuerunt.* ¶ *Nominationes vero libellis, vel edictis facta citra concilium † publicum i non valent, de quibus nec appellare a necesse est, si solennitas deest.*

al. consilium

¹ Lib.3.Cod de sent. & interloc. ea le.3.

Diffinitiua l *† quoque sententia, quæ condemnationem, vel absolu-*

e ¶ *Inuento.*] Hic patet q etiam in causa ap. partes sunt citādæ, si tamen altera pars non venerit, iudex ea absente potest procedere, vt hic dicitur: quia priuilegium eius est qui de ap.cognoscit, q possit vna parte absente litē audire, vt C.de temp. ap.l.vlt.§. pe. Si tamen absens probat iustam causam absentiæ, bene retractatur qđ factum est, vt extra de sen. & re iud. cū Bertholdus.

Citandæ sūt partes in appellationis causa.

Ad idē extra de appel. p tuas & no. eo.ti. sæpe.in glo. istud no. &c.

f ¶ *Omni casu.*] idest, siue vincat, siue vincatur, vt extra de ap. reprehensibilis.& c. sępe. & C.de iud. properandum. §. si autem. & 3. quæst. 3.libellum.

SED LIS. Casus istius legis habetur ī.ea.c.anteriorum.§ ad hoc.

EI *qui appellat.*] Casus. Quæsitum fuit intra quod tempus debeat quis appellationem suam prosequi. Et certe respondetur quod intra annum, & iusta causa interueniente dabitur ei biennium. Sed si intra hoc tempus suam appellationem non fuerit prosecutus solus vel cum aduersario, rata manet sententia.

a ¶ *Annus.*] Idē beneficium dāt antiquæ decre. vt extra de appellatio. ex ratione.& c.cum sit Romana. Similiter nouæ extra eo.constitutus hoc idē tempus iudex pōt arctare.extra eod. reprehensibilis.& c.cum sit Romana.licet sit ar.cōtra ff de re iud.l.4.§.si quis. vbi dicitur quod iudex beneficium legis non potest diminuere.

ADDITIO. De hoc dic vt not.in prædictis cap cū sit Romana.

b ¶ *Annus.*] Si appellatur ad alium quā ad principem, tunc videntur sex menses dandi. Item si appellatur à delegato qui non recipit appellationem, dantur tres menses. C.eod si appellationē.sed si à delegato principis, tunc nouem menses C.de temp appel.l.2.§. quod si secundum. si à pedaneis iudicibus, tunc duo menses. in authen.de iud.§. audiant ergo collā 6.

Appellāti dāt vna sola tēporā spacē ad prosequendum.

c ¶ *Manet.*] quia fingitur non prouocasse, vt C. de temp. app. l.vlt.circa fi.fuit tamen extincta sententia per appellationem, vt ff. ad Turpil.l.1 in fin.sed ante sententiam appellans si non prosequatur appellationē, stabit iudicio eius à quo appellauit.extra eo.personas nec post auditur appellans, vt extra eo.reprehensibilis. & c. consuluit. & c.personas. Io. nisi iterum grauetur, vt extra eo. vt debitus.& c.directe. B.

APPELLATORE. Casus. Dicitur in hac lege, quòd si appellator non prosequatur intra biennium, victor in vltimo mense debet adire iudicē: & requisito reo, siue inueniatur siue nō, procedatur in causa, absente omnino in expensis condemnando. Si vero neuter adierit iudicem intra biennium, rata manet sententia.

d ¶ *Vnus mensis.*] Hic habes q victor pōt præuenire legalem terminum appellationis per mensem, vt C. de temp.appel.l.vlt.§.in his autē casibus.sed victa pars potest quattuor diebus pūenire, vt ea.l.§.pced. Et no.q triplex est terminus appellationis. quādoq; statuitur terminus ad iter arripiēdū, vt extra de sen & re iud cū ex causa.extra de ap.pertuenit.quāque statuitur terminus ad præsentandū se iudici appellationis, vt extra eo.cū sit.& c.significauit. tertius terminus est qui statuitur à lege, scilicet annus vel biennium: & intra illū debet esse finita causa appellationis, vt hic, & C. de tem.

Appellationis terminus est triplex.

Obtinuit in curia quod in suo tabernaculo minus est p. sis, à iudice, si etiam iudice ad quē appellauit constitutus non vult agere, non cogitur. Archid.

SI VERO. Casus. Modo ostendit Grat. q quilibet pōt suæ appellationi renunciare, etiā si libellos appellatorios receperit, & hoc probat lex sequens, quę satis plana est: & per te casū formabis.

g ¶ *Pænitentia.*] ff. de dona. qui saxum.ff.de repu.si pænituit. ff. locati.l.si in lege.§.penul.ff.de in ius voc. quamuis.ff.de mino. quod si minor.§ Scæuola.

g ¶ *Pænitentia ductus.*] Intellige si pænitet cum adhuc nihil interest aduersarij.ff.de cond.ob cau.si pecuniam potest tamen iterum appellare, extra de ap.directe.

h ¶ *Commutandi.*] Sic extra de ap.c.directe.quod tamen verum est re adhuc integra: quia si aduersarius iam recessisset, non posset istē mutare consilium in iniuriam alterius ff de reg.iur.nemo.

Si in alio nouo articulo grauetur. & ita loquitur ista dec. secundū Vin Tā. & Go. quis Lau. ibi not. q non erat decre.

EST AVTEM. Casus. Supra dictum est, q licite quis appellat. Nunc ostendit in quibus casibus non exigitur appellatio.

NOMINATIONES. Casus. Aliquis nominatur ad aliquam dignitatem præter publicum concilium dicitur hic q talis nominatio non valet, nec ab ea necesse est appellare.

i ¶ *Publicum.*] Et cleri & populi, vt 24. dist.episcopus. etiam absentibus ad xij.dietas vocatis, vt extra de elect.cum inter. si sine periculo possunt vocari, vt extra de elec.quod sicut. Hodie qui nō potest interesse, hoc iurabit, & sic potest cōmittere vices suas alicui de eccl.sia sua, vt extra de elect.quia propter. De hac materia notatur 7.q.1.factus est, & vocabunē qui sunt in prouincia, vt extra eo.cosā. Hodie statur consuetudini. extra de elect.in Genes. Item patet hic q licet omnes canonici elegerint aliquem seorsum non conuocato concilio, quòd electio non valet. 63.dist.c.1.

Intellige si à capitulo iuramentū requiratur: aliās non est necesse, prout ibi omnes nn.

a ¶ *Appellare.*] Appellatio tamen tuetur electionem minus bene factam, vt extra de elect.considerauimus.

DIFFINITIVA. Hæc est 8. pars, in qua ponit xx. casus diuersos. Ioan. de Fan.

Casus. Dicit hic, q sentētia quæ absolutionē vel cōdēnationē nō cōtinet, nulla est ipso iure. Idē dicit de sentētia lata cōtra solitū ordinē iudiciorū. Idē dicitur de sentētia lata contra sententiam à qua nō fuit appellatum: nec in his casibus appellatio necessaria est.

l ¶ *Diffinitiua.*] Diffinitiua sententia est, quæ finem imponit negotio ff.de arb.qualem.& 11.q.3.summopere.alia omnis est interlocutoria sufficit tamen proferre verba, quæ habent vim condemnationis vel absolutionis, vt extra de ver.si.in his.& ff.de arb.quid tamen.

Sententia est duplex.

mea. §. si arbiter. Item si continet condemnationem, sed tamen incertam, nõ valet, vt si iudex præcipiat solui debitum, vt C. de sent. quæ sine certa quantitate profertur. per totum. quandoque etiam tenet sententia, licet non contineat condemnationem vel absolutionem, vt in sententia sub conditione lata, vt j. ea. biduum,

Stat testamentum, libertas, coniugium, dos. Si sunt æquales qui producuntur vtrinque. Et hæc quæ supra dixi, vera sunt, quando omnes iudices sunt præsentes. si autem quis abest, & non per contumaciã sententia aliorum nulla est, vt hic, & ff. de arb. itẽ si. §. vlt. & l. seq. & extra de of. deleg. quamuis. & c. causam. Io. & ponit hodie dec. totam hanc distinctionem de sent. & re iud. c. vlt. B.

tionem non continet, pro nullo habetur. *Item sententio citra solitum ordinem iudiciorum à præside prolata, auctoritatem res iudicata non obtinet.* *Item si sententia lata fuerit contra res prius iudicatas; à quibus prouocatum non est; sententia auctoritatem non obtinebit, & ideo appellare non est necesse.* *Item si sententia contra ius scriptum feratur; veluti dum defunctus, & minor xiiij. annis fuisse, & testamentum iure fecisse dicitur, nullas vires obtinet; nec contro eam est necessarium auxilium prouocationis.* *Si vero contra ius litigatoris sententia dicatur, veluti dum minor xiiij. annis, annum xiiij. impleuisse, ac per hoc testamentum iure fecisse pronuntiatur; ad prouocationis remedium oportet confugere.* *Item si plures iudices dati sunt, & vnus tantum ex eis pronunciasse proponitur; non videtur appellandi necessitas fuisse, cum sententia firmitatem iure non obtineat.* *Item cum certa ratione, & fine iudices mulctare possunt; si aliter cõtra statutum legis modum mulctam irrogauerint; quod contra ius gestum videtur, firmitatem non tenet, & sine appellatione potest rescindi.* *Venales quoque sententias, quæ in mercedem à corruptis iudicibus proferuntur, etiam citra interposita prouocationis auxilium infirmas esse decretum est.* *Item si propter infirmitatem ætatis ad honorem, ad quem nominatus es, inhabilem te esse probaueris, prætermisso appellatione, iniqua nominatio remouebitur.* *Sunt etiam, quorum appellationes non recipiuntur. Non enim potest recipi eius appellatio, qui per contumaciam absens, cum ad agendam causam vocatus esset, negotio prius summatim perscrutato, condemnandus est.* *Nullus etiam homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiam proprio vitium, scelusque confessus † audiatur appellans] & hoc in notorijs: In occultis autem. [Si testibus productis, instrumen-*

Leg. prolata. C. de sen.

Le. 1. C. quã prouocare non est necesse.

Le. 2. si cũ ibidẽ

Ead. le. §. qđ si.

Le. 4. ibidem.

Le. 5.

Le. 7.

patet.

Le. 1. c. quorum appel. non recipia.

Le. obseruare. eod.

§. sicut. ead. le.

a *Citra solitum ordinem.*] scilicet generalem. nam si primum sententiarum fuerat de proprietate quàm de possessione: licet hoc fieri non debuerit, tamẽ nisi appelletur, sententia tenet. C. de ap. l. 1. T.

b *Iudicatas.*] nisi sint causa matrimoniali. 35. q. 9. §. quia ergo. Et in crimine falsi. C. de fal. l. querela. Et vbi negatur iudicatũ. ff. quæ sententiæ sine ap. re. l. 1. in prin. Et cũ dolo omisit exceptionẽ quæ cõpetebat ex prima sententia, vt extra de sen. & re iu. inter. quę huic legi videtur contraria. sed dec. intelligo cũ aliquis ex certa sciẽtia & ex dolo omisit exceptionem, volens decipere aduersarium. arg. ff. ad Vell. si decipiẽti. hæc autem lex loquitur cum ex ignorantia omisit exceptionẽ rei iudicatæ: vel etiã si ex certa scientia omisit. sed ideo omisit, quia non poterat eam tunc temporis probare. hoc enim non præiudicat, vt j. e. q. 7. plerumque. Itẽ fallit ff. de iureiur. admonendi. vbi retractatur prior sentẽtia propter periuriũ. Io. Ego intelligo decr. inter. cum prima sententia non valebat, vt ibi dicitur; quod poterat esse ex multis causis. H.

ITEM SI SENTENTIA. CASVS. Dicitur hic, quod si sententia lata fuerit contra ius scriptũ, nulla est ipso iure, nec ab ea necesse est appellari: veluti si pronunctietur defunctum fuisse minorem xiiij. an. & rite testamentum fecisse. Si autem fertur sententia contra ius litigatoris, tũc est appellatio necessaria: veluti si pronuntietur minorẽ xiiij. an. annum impleuisse. & rite testamẽtũ fecisse.

c *Contra ius.*] nisi iudex æstimet leges illas non iuuare causam, vt ff. de re iud. cũ prolatis. M. Sed hoc est falsum: quia error iudicis non debet excusare sententiam, vt ff. quæ sententiæ sine appellat. re. l. 1. in prin. & illa lex, cum prolatis, loquitur quando contra ius litigatoris sententiatum fuerit. Et sic patet quod sententia lata contra ius litigatoris quantum ad litigatores transit in rem iudicatam, vt hic, & extra de sen. & re iud. cum inter. in fi.

ITEM SI PLVRES. CASVS. Si plures iudices dati sunt, & vnus tantum pronuntiauerit, nulla est sententia ipso iure: nec exigitur appellatio ipso iure. Item si iudex punit aliquem vltra modum sibi à lege præfixum, pœnam maiorem quam debeat irrogando, talis sententia non valet: nec ab eo appellari oportet.

d *Iudices.*] Siue iudices sint ordinarij, siue delegati, siue arbitri, & oẽs sint præsentes: quicquid maior pars statuit, illud tenet, vt 65. dist. c. 1. & 2. & ff. de re iud. duo ex tribus. & ff. de arbitris. itẽ si. §. vl. & l. diem. § si plures. nisi in solo casu quem habes extra de rescri. pastoralis. Sed si impari numero dissentiãt, tũc si sint arbitri, neutra sententiarum tenet, vt ff. de arb. diem. §. si plures. & tũc iudex ordinarius coget arbitros aliquam personam eligere, cuius auctoritati stetur, vt ff. de arb. itẽ si. §. principaliter. In delegatis autem iudicibus tenet vtriusque sententia, sed suspenditur quousque altera cõfirmet à superiore. ff. de re iud. duo iudices. nisi velis dicere aliud esse in delegatis à principe, vt C. de ap. in offerendis vbi dicit quod si dissentiunt, eligant tertiũ. In ordinarijs vero si dissentiant in pari numero, tenet sentẽtia pro reo lata, nisi in causa liberali, vt extra de prob. ex litteris. ff. de re iud inter pares. similiter tenet sententia lata pro testamẽto. ff. de inof. testa. si pars. Tertius casus pro matrimonio, vt 33. q. 1. si quis acceperit. & extra de præsump. illud. Quartus in dote, extra de sentẽtia & re iud. c. fi. vnde versus.

e *Item cum certa.*] Quidam enim iudices possunt punire vsque ad duos aureos: quidam plus, vt C. de mo. mul. illustres. & l. seq. & tamen propter inopiam condemnati potest iudex sententiam moderari, vt ff. de of. præsi. illicitas. §. pen. & 13. q. 5. cap. 1. & C. eod. eos. in fi. Sed numquid vsque ad modum legitimum valet? non. arg. ff. fa. ercis. in hoc iudicio. arg. contra. C. de do. sancimus. & extra de præben. dilectus. 2. & c. nisi. & 12. q. 2. si quos.

VENALES. CASVS. Venales sententiæ, quæ à corruptis iudicibus proferuntur, nullæ sunt ipso iure. Similiter si aliquis nominatus est ad honorẽ decurionatus, qui esse non poterat propter infirmitatẽ ætatis, puta quia minor erat xv. annis, vel forte minus grãdæuus: citra appellationẽ si probauerit se inhabilẽ, excusatur.

f *Venales.*] Sed si arbiter tulit sententiam per gratiam, tenet: sed datur doli exceptio. C. de arb. l. 3. ff. ad Treb. seruo. §. cum prætor. sed si corrupte tulerit, nulla est sententia, vt hic. & C. si ex fal. all. l. vlt.

SVNT ETIAM QVORVM. CASVS. Modo ostenditur, qui nõ admittuntur ad appellandum: & enumerantur hic vij. personæ, quæ appellare non possunt: scilicet contumax: homicida: veneficus: maleficus: adulter: raptor publicus fur: similiter conuictus testibus, & confessus suũ scelus non auditur appellans. Si autẽ conuictus sit, & non confessus, vel confessus metu tormentorum, auditur appellans. Et sunt hæc omnia C. quorum ap. non reci. l. 2. hæc autem verba. & hoc in notorijs. in occultis autẽ, sunt verba Gratiani: postea quæ sequuntur, verba legis.

g *Per contumaciam.*] sic j. 24. q. 3. de illicita. nisi ueniant iudice sedente pro tribunali ff. de in integ. rest. diuus. Item bene audietur appellatio contumacis qui præsens est, ut ff. de appellatio. creditor §. missus.

h *Summatim.*] idest, semiplene inquiret iudex de negotio cum aduersarius abest. non enim statim absente aduersario mittet præsentem in possessionem: sed faciet ipsum iurare quòd credebat se iuste litigare: & sic intelligitur quod est extra ut lite non conte. quoniam frequenter. in fi.

NVLLI. Verba legis. C. quorum appel. non rec. l. 2.

i *Veneficorum.*] idem est in alijs, ut extra de spon. ex litteris. 2.

k *Et hoc in notorijs.*] Illud de suo ponit Gratianus, & male in notorijs enim non est opus testibus. supra eadem quæst. 1. de mani-

Sola contra res prius iudicatas quandoque valet.

Et bene secundũ Vin. & Ho. prout ibi not. nã deceptis & nõ decipientibus, &c. extra de rerũ permu. c. po. Arc.

Sententia cõtra ius litigatoris lata valet.

Iudices plures si in sententia discordẽt, quid iuris?

Non est in hoc vis, vt patet j. eo quod leg. & not. extra de re iud. c. fin. Sed quod sit in hoc vis videtur in eo quod no. j. 65. di. c. 1. in gl. fin. Archi.

† Cõcor. l. cõstitutiões. & ibi Bar. ff. de ap. & in l. ere ditor. §. iussus. eo. ne.

No. tñ quod si iudex minus iudicat quàm sit lege statutum: illud quod ẽ minus põt declarare. ff. de iuri. diuisi. quia pœnæ pro secutio nõ iudicis, sed legis auctoritati reseruatur. j. ea. q. 1. §. notandũ. ver. & quamuis, &c. Arch.

Missio in possessionẽ non est statim facienda.

Notorius nõ cõuincitur testibus: nec appellare põt.

manifesta. nec in notorijs appellari potest, vt extra eod. cum sit. & ca. peruenit. Si ergo hæc duo, conuictio & confessio concurrunt, non auditur appellans; quia sola confessio in criminali non nocet, nec etiam in ciuili secundum quosdam quin possit appellari. ff. de confes. cum fideicommissum. sed contra, supra, ead. qui- enim supersedebit executioni, vt extra de crimine falsi, super eo. & C. si ex falsis instru. indicati. & de tali executore loquitur lex C. de executione rei iud. si vt proponis. & extra de sententia & re iud. de cetero. Quandoque dicitur executor, qui habet mistam executionem: & talis potest recusari propter suspicionē. extra de offi. dele. super quæstionum. §. si vero. de tali loquitur 25. q. 2. & si non cognitio. & talis executor audiet & admittet exceptiones rationabiles, quantumcumque absolute ei scribatur, vt extra de of. dele. ex parte. & extra de æta. & qua. c. eam te. & extra de rescriptis, cum adeo. Itē licet. mistus sit executor, non potest appellari à grauamine vel iniuria, vt C. de ap. si q. Item videtur quod differēda sit executio si incontinenti volo probare sententiam iniustam, vt extra de test. veniēs 2. & ff. de iud. si prętor. De hac materia plene inuenies 25. q. 2. & si non cognitio.

tis prolatis, alijsque argumentis præstitis sententia contra eum lata sit, & ipse, qui condemnatus est, aut minime voce sua confessus sit, aut formidine[a] tormentorum territus contra se aliquid dixerit, prouocandi licentia ei non denegatur.

Le. 3.

¶ Nulli quoque officialium[b] à sententia proprij iudicis prouocatio tribuatur; nisi in eo tantum negotio, quod ciuili ratione super patrimonio forte apud proprium iudicem inchoauerit.

Le. 4.

¶ Quoties etiam fiscalis[c] calculi[d] satisfactio postulatur, aut tributum exposcitur, aut publici[e], vel etiam priuati[f] debiti euidentis, &[g] conuicti redhibitio flagitatur; appellatione exclusa necessario in contumacem vigor iudiciarius exercetur.

Le. 5.

¶ Ab executione sententiæ appellari non potest[h], nisi forte executor sententiæ modū iudicationis excedat.

Le. 6.

¶ Si quis etiam ausus fuerit prouocare, ne voluntas defuncti[i] testamento scripta referetur, vel ne ij, quos scriptos patuerit[k] heredes, in possessionem[l] mittantur, & is, cuius de ea re notio erit, appellationem receperit; & iudex, qui tam ignauam[m] conniuentiam adhibuerit, & litigator, qui tam importune appellauerit, viginti libris argenti mulctentur.

[s] Ar. ad hoc 61. dis. nullus inuitis. circa fi. Io. de Fan.

Le. un. C. si de momen. pos.

¶ De possessione etiam, & eius momento[n], si causa dicatur (qua sententia interlocutoria appellatur) quamuis prouocatio interposita fuerit; tamen lata sententia sortiatur effectum[o].

Le. 1. C. si unus ex plurib. appel.

¶ Quandoque vnam, & eamdem plures simul reportant condemnationem; nec diuersitas factorum separationem accipit: quo casu[p] si omnes appellauerint, & vno ex his agente, eorum appellatio iusta pronuntiata fuerit; emolumentum victoriæ etiam ad alios[q] pertinebit.

Le. 2. eo. tit.

Si autem vnus tantum appellauit, eiusque appellatio iusta pronuntiata est; ei quoque prodest, qui non appellauit.

Ibidem.

Quòd si ætatis[r] auxilio vnus contra sententiam restitutionem impetrauerit; maiori, qui suo iure non appellauit, hoc rescriptum non prodest.

Le. si appellatio nem in fin. eod.

Iudicibus autem non solum suscipiendæ appellationis necessitas videtur imposita; verum etiam xxx. dierum spatia ex die sententiæ definita sunt, intra quæ, gesta[s] vnà quicumque.

i ¶ *Defuncti.*] ar. § extra de ap. qua fronte. in parte decisa. sed ibi delictum erat liquidū: vnde ibi valebat appellatio ne corpus sepeliretur ante satisfactionē.

k ¶ *Patuerit.*] Nota, quod dicit, patuerit: ex hoc ē ar. quod satis est pro illo quod intentauit possessoriū, quod aliquā præsumptionē pro se habeat, licet non perfecte probet.

l ¶ *Possessionē.*] quia ibi non auditur appellans, vel aliqua exceptio, nisi prius fiat missio in possessionem, vt C. de edic. diui Hadria. tol. l. 2.

a ¶ *Formidine tormentorum territus.*] ī. 15. q. 6. c. 1.

NVLLI. CASVS. Officialis præsidis prouinciæ vel alterius præsidentis in administratione vel officio suo deliquit: de quo postea cōuictus & cōdemnatus à proprio iudice volebat appellare. Quæritur an possit? & certe dicitur quod non potest. si tamen condemnatus esset in causa ciuili super patrimonio suo, bene admittitur ad appellandum.

b ¶ *Officialium.*] vt executori, vel tabellioni quando delinquunt circa suam administrationem: quia præsumitur, quod iudicem offenderint: & quia non præsumitur quod iudex iniuste cōtra eum aliquid faciat. Item quia non potest abesse a curia.

QVOTIES. CASVS. Ponunt hic quatuor casus, in quibus nō appellat, scilicet cū nō computationis postulatur à procuratore fisci: vel cū petit tributū: aut cū debitum publicū, idest, fisci: vel priuatū, idest, Cæsaris, de quo aliquis est, vnde [illegible] conuictus, flagitat.

c ¶ *Quoties etiam fiscalis.*] idest, quoties ab aliquo ratio administrationis requiritur: & intellige quando [illegible] tributū: alioquin secus, vt C. de ap. quoniā nonnulli. Patet ergo quod in tributis nō appellat: ergo nec in decimis: cū decimæ sint tributa egentium animarū, vt 16. q. 1. decimæ. & est expressum extra de [illegible] in fi.

Appellari nō potest in tributis & decimis.

d ¶ *Calculi.*] idest, computationis.

e ¶ *Publici.*] idest fisci.

f ¶ *Priuati.*] idest, de proprio patrimonio Imperatoris: quod respectu fiscalium priuatum dicitur.

g ¶ *Et.*] pro, idest.

AB EXECVTORE. CASVS. Iudex mādat officiali suo vel alij vt mādetur sentētia executiōi. Quęrit vtrū à tali executore sit appellandū? Et certe dicitur quod nō, nisi modū in exequendo excedat. Similiter si aliquis appellat ne testamētū aperiatur, vel ne heredes scripti mittantur in possessione, nō auditur: & appellator & iudex qui recipit talē appellationem, puniuntur in xx. libris argenti.

h ¶ *Non potest.*] Distingue tamen: quia aut executor habet merā executionem, aut mistam. Si meram, non appellatur ab eo nisi mandati fines excedat, vt hic dicitur: & si suspectus est, nō appellat ab eo, vt extra de appel. nouit. nisi obijciatur crimen falsi corā eo: tūc

Executor an possit recusari, & ab eo appellari.

m ¶ *Ignauam.*] nota iudicē puniri, quod recipit friuolas appellatiōes.

Appellatiōes friuolas recipiens punit.

DE POSSESSIONE. CASVS. Si pronuntiatū fuit de aliquo mittendo in possessionem causa restitutionis, vel alia de causa, appellari non debet: & si fuerit appellatum, nihilominus mandabitur sententia executioni.

n ¶ *Momento.*] idest, de momentanea possessione. momentaneā possessionem vocat illam quæ restituitur ei qui spoliatus est, & vocatur momentanea, quia apta est per momentum durare, si aduersarius in momento probet de proprietate. Io.

Possessio momentanea.

o ¶ *Effectum.*] secundū canones tamen appellatur à momētaneæ possessionis sententia, vt extra de resti. significauerūt. vbi ab interlocutoria intra x. dies est appellandū, extra de elec. cū dilectus. extra de appel. super eo 2. & extra de resti. spo. ex conquestione.

QVANDOQVE. CASVS. Dicit in hac lege, quod si plures super eadem re vna sententia condemnentur, & omnes appellauerint: vno tantum illorum prosequente appellationem & obtinēte, prodest omnibus. Idē est si vnus illorū tantum prosequitur appellationem, & obtinet. Nam si appellatio iusta pronuntietur, victoria vnius prodest omnibus. Si autem aliquis illorū qui est minor xxv. annis, fuerit restitutus ratione minoris ætatis: hoc nō prodest maiori qui non appellauit, & qui cū minore simul fuerat condēnatus.

p ¶ *Quo casu.*] vt in duobus reis debendi.

q ¶ *Ad alios pertinebit.*] vt ī. e. q. 5. statuit. & c. interrogatum.

r ¶ *Ætatis.*] nisi sint connexa. ff. de minoribus, etiam. & l. tutor. & ff. quemadmodum seruitus amit. si communem.

IVDICIBVS. CASVS. Dicitur hic quod officium est iudicis ordinarij appellationem recipere, & intra xxx. dies a tempore sententiæ computandos gesta causæ litigatoribus præbere vnà cū relatione. Idem dicitur in iudice delegato. Et dicitur relatio ipsi apostoli quibus iudex eximit appellantē à sua iurisdictione: vel responsiones vtriusque partis. Dicitur etiā quod si litigator statim post sententiam voluerit appellare, hoc potest facere viua voce, & sine scriptis: & hoc tam in ciuili negotio quam in criminali.

s ¶ *Gesta.*] idest, allegationes. C. de rela. l. 2.

a ¶ Rela.

a ¶ *Relatione.*] idest, responsionibus partium.
b ¶ *Praestari.*] etiam non appetentibus. C. de ap eos. in fi. §. 1.
AB EO. CASVS. Dicitur hic, quod à iudice appellationis nō debet remitti causa ad iudicem à quo fuerit appellatum: cū iudex appellationis pronuntiare debeat appellationem esse iustā vel iniustam, qd vix faceret iudex à quo appellatur.
c ¶ *Pronunciare.*] Etiā ex prioribus instrumētis, vel etiam ex nouis, vt C. de tempo. ap. per hanc. C. de ap. eos. §. t. nouas enim causas appellationis potest audire iudex, vt extra de app. constitutis. 10 fio. ff. de app. scio 10 fi.
c ¶ *Pronunciare.*] Pone ergo quòd alicui sit commissa causa ap. iudex ille pronontiat appellationem iniustam; numquid incipiet de nouo cognoscere do pricipali negotio? & hęc lex videtur velle quod non, sed quòd possit, est arg. extra de testa. Raynutius. in fi. & C. de te cre. generaliter. §. fio autem. in fi. & in authen. de san. epi. §. si quis contra aliquem. coll. 9. & extra de app. v: debitus. in fi.

Iudex appellationis an possit de principali cognoscere.

eum relatione[a] litigatoribus conuenit praestari[b]. ¶ Similiter arbiter appellationem suscipere, & relationem dare compellitur, si delegatus fuerit. — L. e. litigator. eod.

¶ Litigatoribus vero copia est etiam non scriptis libellis illico voce appellare, cum res iudicata poposcerit, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus causis. ¶ Ab eo autem, qui de appellatione cognoscit, non potest fieri recursus ad iudicem, à quo fuerit prouocatum. Quapropter remittendi litigatores ad prouincias remotam sibi occasionem, atque exclusam penitus intelligant, cum super omni causa interpositam prouocationem vel iniustam tantū liceat pronūtiare[c], vel iustam. ¶ Hæc omnia in vij. lib. Codicis inuenies à tit. de appellationibus vsque ad tit. ne liceat in vna eademque causa. — L. hos, qui. eod.

a ¶ Si quis libellos.] *Hinc vsque ad finem huius capitis varias leges Codicis Gratianus refert, quarum non retulit eadem omnino verba, sed quę ad quæstionem suam facere iudicauit.*

QVÆSTIO VII.

Vòd vero[d] laici in accusatione episcoporum non sint audiendi, Euaristus Papa testatur dicens † episcopis per Aegyptum, epist. 2.

† Adde q. si cōtra iubabi lē accusatorē nō opponē, valenudicitū, l. hos accusa. re. §. lege Iul. & ibi Bar. & l. si placet. ff. de accu.

¶ Laici in episcoporum accusationem non sunt recipiendi. C. I.

NOn est à plebe, aut vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus episcopus, licet sit inordinatus: quia pro meritis[e] subditorum disponitur à Deo vita rectorum. *& infra.* ¶ Ideo ista dico, quia insidiator bona sæpissime solet conuertere in malum, & in electis ponit maculam. — Aos. l. 3. c. 11. Iuo p. 5. c. 140. Pann. l. 4. c. 37.

Item Siluester Papa in epilogo concilij Romani.

¶ Laicus clericum non accuset. C. II.

NVllus laicus audeat clerico[f] crimen inferre. — Burc. l. 1. c. 151. Ans. l. 3 c. 24. Iuo p. 5. c. 264.

Item Marcellinus Papa ad episcopos orientales, epist. 2.

¶ De eodem. C. III.

LAico non licet quemlibet clericum accusare. — 11. q. 1. clericū §. nec laico.

Item Iulius Papa in decretis, c. 36.

¶ Anathematizatus sacerdotes accusare non potest. C. IIII.

IN sancta Nicæna synodo statutū est, vt nemo anathematizatus †[g] in nostra suscipiatur accusatione: nec illi qui nos in sua nolunt recipere querela, vel accusatione: cum nos super illos[h] sciamus à Domino constitutos, non illos super nos: & sicut maior non potest à minore iudicari, ita nec obligari †[i], quia rarū est omne, quod magnū[k] est. Por- — † al. anathema — † al. colligari

d ¶ *Quod vero.*] Hæc q. diuiditur in 7. partes. In prima parte probat per auct. sanctorum patrū, quòd laici clericos accusare non possunt: & quia sunt minores: & quia ad eundem ordinem promoueri non possunt: & quia eos nō recipiunt in sua accusatione: & (quod est validus) quia oppido eis sunt infesti. Secunda ibi, *His auctoritatibus.* Tertia ibi, *Hanc oppositionem.* Quarta ibi, *De his.* Quinta ibi, *Item paruentes.* Sexta ibi, *Item cum Balaam.* Septima ibi, *Item aliud.* Ioannes de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur, an laici sint admittendi ad accusationem episcoporum, vel clerici inferiores, vel monachi: & allegat G. pro vtraque parte. & primo quòd non admittantur: & postea quòd admittantur, opi. plures faciendo, & inferendo solutiones. Quid autem iuris sit de hoc, in summa huius quæstionis inuenitur.

d ¶ *Quod vero.*] Secundum Baz. laici si sunt bonæ famæ, admittuntur ad accusationem clericorum. arg. j. c. clericos aut laicos. & G. dicit idem. Alij dicunt, quòd laicus proprium prælatum propter delictum accusare potest: quia sua interest habere prælatum bonum, vt dixi 23. dist. illud. Communior est opinio quòd non possit nisi suam iniuriam prosequatur, vt 4. q. 6. omnib. extra de testi. de cetero. 3. ea. q. 1. prohibentur. nisi in crimine hæresis. j. ea. sacerdotes. & c. oues. & in simonia. extra de si. tanta. & in crimine læsæ maiestatis. 15. q. 3. sane. C. de epis. & cle. si quemquam. & in crimine sacrilegij secundum quosdam. 17. q. 4. §. qui autem. & in crimine dilapidationis, vt 12. q. 2. non liceat. vt dixi 16. q. 1. constitutum. In his autem omnibus ita demum admittuntur, si bono zelo denuntient crimina. extra de simo. licet Hely. in fi. & si accusatus fuerit vitæ suspectæ. 3. ea. q. 1. in primis. quia si accusatus est suspectæ vitæ, admittuntur laici malæ vitæ. si autem bonæ vitæ, tunc tantum laici bonæ vitæ. extra de simo. per tuas. Clerici vero contra clericos admittuntur, nisi sint criminosi vel irregulares, vt j. ead. præsumunt. & c. lator. & cap. ipsi Apostoli. tales tamē qui sint eiusdem ordinis cum eis vel inferioris, vt j. eadem ipsi Apostoli. & cap. testes. similiter monachi audiuntur. extra de accusa. ex parte. & cap. olim. & hæc vera sunt de solenni accusatione. Sed in denuntiatione criminis (vt dicunt quidam) omnes admittuntur. arg. 24. q. 1. quisquis. & quia cuilibet dictū est hoc, Si peccauerit in te, & c. 2. 2 q. 3. hoc videtur. 24. q. 3. tam sacerdos. Arg. contra 35. q. 6. episcopus in synodo. & extra de accusatum oporteat. Quid iuris sit de hoc, not. supra eadem q. 1 si peccauerit.

Laici an possint clericos accusare.

Clerici clericos accusare possunt.

NOn est.] CASVS. Quærebatur hic, an laici possint accusare episcopum suum male & inordinate viuentem. Et respondetur quod non, duabus rationibus. Vna est, quia pro meritis subditorū quandoque dantur mali prælati: & quia diabolus quandoque infamat bonos, & bona conuertit in malum.
e ¶ *Pro meritis.*] j. 8. q. 1. audacter. & 6. q. 1. ex merito.
f ¶ *Nullus laicus.*] ¶ *Clerico.*] Vel moniali. extra de accusatio. dilectiminimus 1.
IN sancta.] CASVS. Quærebatur à Iulio Papa, vtrum excommunicati vel laici possunt clericum accusare. Et respondet quod non admittuntur excommunicati nec laici: & hoc probat pluribus rationibus. Vna, quia non recipiunt clericos in suam accusationem: & quia clerici sunt ipsis maiores: & quia portant onera omnium: & funguntur vice Apostolorum.
g ¶ *Anathematizatus.*] j. 3. q. 4. nullus. hoc proprie est, vel idest, separatus à conuersatione clericorum: quia laicus. infra, eadem laici & 24. q. 3. certum. & 6. q. 1. illi qui. & c. omnes.
h ¶ *Super illos.*] 3. dist. 10. certum. & c. suscipitis.
i ¶ *Ita nec obligari.*] idest, accusari. 21. dist. inferior.
k ¶ *Quod magnum.*] 3. dist. 93. legimus. lo.

Ista dec. lo. quis de laico inimico s & sic nō patitur cōtra fungitur ar. à contrario p batur cōtra- rnū, vt ibi no.

Laicos.

Laicos.] Casus. Dicitur hic q laici non admittuntur ad accusationem clericorum quatuor rationibus, qa non sunt eiusdem conuersationis cum clericis, & quia sunt clericis inimici, & quia nolunt imitari grauitatem eorum: quia nolunt accipere clericos in suam accusationem. ricus interesse non potest, vt 3 t.q vlti his ã quibus. sed si non irrogat pœnam sanguinis, bene potest. Alij dicunt q i nullo crimine clericus pōt accusare laicū. arg. 11. q 1. nullus qa non pōt i crimine testari contra ipsum. 11 q 1 testimonium, & hic fallit regula, quæ est 4. q. 6. omnibus. agat ergo clericus ciuiliter de crimine.

Lai-

tamus onera omnium, qui grauantur: quinimo hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur, quatenus eius fulti auxilio ab omnibus nunc, & in perpetuum tueamur aduersis.

Item Eusebius ad episcopos Galliæ epist. 1.

¶ De eodem. C. V.

Clem. 1. epist. 1 LAicos [a] non accusare episcopos [b] hactenus obseruatum, & constitutum est: quia eiusdem non sunt conuersationis, & oppido eis quidam infesti existunt, quippe cum vita eorum, & conuersatio debeat esse secreta, & à laicorum actibus remota, nec ab eis impeti debeant, qui eorum castitatem, & grauitatem nolunt imitari, maxime cum nec hi eos in suis volunt recipere accusationibus.

Item Fabianus Papa ad episcopos Orientales, epist. 2.

¶ Nec clerici in accusatione laicorum, nec laici in accusatione clericorum sunt suscipiendi. C. VI.

Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. c. 310. Pann. l. 4. c. 61. SIcut sacerdotes, vel reliqui clerici a sæcularium laicorum excluduntur accusatione; ita illi ab istorum sunt excludendi, & alienandi criminatione: & sicut isti ab illis, ita illi ab istis non recipiantur: quoniā sicut Domini sacerdotum segregata debet esse conuersatio ab eorum cōuersatione, ita & litigatio [c]: quia seruū Domini nō oportet litigare. 2. Tim. 2.

Item ex concilio Maguntino.

¶ De eodem. C. VII.

Burc. l. 16. c. 9. † al. plebesanos DEcretum est, vt presbyteri suos plebeios † & accusare, & attestimoniare possint. Si autem neglexerint, sui gradus periculo subiacebunt.

¶ *Caput hoc abest à plerisque antiquis exemplaribus Gratiani, neque hic recte collocatur: sed extat apud Burchardum, qui pro voce,* plebeios, *habet,* plebesanos.

Item Clemens ad Iacobum epistola prima.

¶ Laici clericos accusare non debent. C. VIII.

SAcerdotes, & reliqui ecclesiæ ministri, omnesque plebes episcopos suos diligere debent, & eorum præceptis obedire, etiam si ipsi aliter (quod absit) agant [d], nisi in fide errauerint.

¶ *In hoc, & sequenti capite non referuntur ipsa prorsus verba sancti Clementis.*

Item ad eundem epistola secunda.

¶ De eodem. C. IX.

Gen. 9. QValis condemnatio eis immineat, qui in patres peccant, scriptura diuina ostendit: Si enim Cham [e], quia non operuit pudenda patris, maledictus est; multo ampliori [f] condemnatione digni sunt, qui patribus legatione Dei fungentibus contumeliam inferunt.

Personæ inferiorum ordinum in superiorum accusationem recipiendæ non sunt.

capit. l. 1. c. 139. in conc. Maguntino sub Arnulpho, c. 12. *Vnde Siluester Papa in epilogo concilij Romani.*

¶ Minores non debent accusare maiores. C. X.

Polyc. l. 5. tit. 1. Burch. l. 1. c. 151. Iuo p. 5. c. 264. CLericus [g] aduersus exorcistam, exorcista aduersus acolythum, acolythus aduersus subdiaconum, subdiaconus aduersus diaconum, diaconus aduersus presbyterum, presbyter aduersus episcopum accusationem dare, aut [a] testimonium ferre non valet.

a ¶ Aut testimonium ferre.] *Hæc non sunt in originali, neque in a ys locis indicatis, ac totus etiā ordo in enumeratione est immutatus: ita enim in concilio, & apud cæteros.* Fecit hos gradus in gremio synodi, vt non presbyter aduersus episcopum, &c.

b ¶ Non accusasse episcopus.] In hoc c. assignā tur tres rationes, quare laici non admittuntur ꝓ clericos. quarta assignat 2. q. 1. c. 2 qu ꝯta est, qa magnū est q clerici accusent ab eis, vnde debet esse ratum, vt ī ca prox. c. loan.

Vt Hu. & L. qui ita no. 3. c. 1. dicentes idem esse vbi etiā prosequitur propriā iniuriā prosequēdo: nec potest pelli eo prætextu q nō præuenerit aduersarium, vt arg. istius c. hoc allega. omnibus. h.

Sicut.] Casus. Sicut clerici remouētur ab accusatione laicorū, ita & laici remoueri debent ab accusatione clericorū: quia sicut discreti & separati sunt laici a conuersatione clericorū: sic etiam debēt esse clerici diuisi ab accusatione laicorū.

c ¶ Litigare.] extra de synod. c. vlt.

Sacerdotes.] Casus. In hoc c. dī q quilibet inferior prælato suo obedire debet, etiam si male viuit nisi erret ī fide.

d ¶ Agant.] si prælati sunt hæretici vel excōicati, vel non seruant canones, vel simoniaci, vel notorij fornicatores, tunc potest recedi ab eis ante sententiam. 19 dist. nulli. 6. q. vlti. sane. 32. dist. nullus. in alio crimine ante sententiam non est recedendum ab eis 8. q. 4 nonne. & 13. q. 6. cap. vlti. Ioann. hoc corrigit ꝓ parte, extra de temp. ordina. c. ho. B

Prælati criminosi ante sententiā derelinqui possunt.

Qualis cōdemnatio] Casus. Dicitur q quilibet obedire debet suo prælato, nec ei detrahere, & hoc probatur exemplo Cham, qui maledictus fuit, quia non operuit pudenda patris sui. sed multo fortius essent maledicti qui patribus suis spiritualibus detrahunt, & contumelias inferunt.

e ¶ Cha.] 24. q. 3. sed q.

f ¶ Ampliori.] Arg. q in eodem genere delicti plus peccamus ergo patres spirituales 3 q̄ carnales, vt 30. q. 3. 1. Iectacium.

s Ista gl. reputat singul. per docto. ad hoc q a suo episcopo nō seruante canones potest recedi vt an excommunicato.

Peccam⁹ pl⁹ erga patres spirituales q̄ carnales.

3 Dicit L. patres spirituales dicunt sacerdotes. 6. q. 1. ver. hi q̄ dē. alias est c. per se.

PERSONAE. Casus. Ostensum est ī q laici non admittuntur ad accusationē clericorū. modo ostendit q clerici inferioris ordinis no ad mittunē ad accusationem superioris, vsque ad §. his auctoritatibus.

a ¶ Laicos.] Certum est q laicus prosequens propriam iniuriā admittitur ad accusationem clerici coram clerico iudice, vt extra de test. de cætero. Numquid ergo & econuerso clericus admittitur ad accusationem laici coram laico iudice, si prosequatur suam iniuriā? Dicunt quidam q non, nā vbi crimen irrogat pœnam sanguinis, cle-

Clericus laicum accusare nō potest.

Clericus.] Casus. Quærebat a Siluestro vtrū minores clerici irregulares vel infames possunt accusare superiores, & certe rñ det q non, nec contra eos testificari possunt. Alia c plana sunt.

g ¶ Clericus.] hoc c. non tenet. Vel loquitur de his qui propter irregularita-

gularitatem non possunt ad altiora promoueri, vt bigami, & corpore vitiati. aliàs esset côtra omnem rationem, vt J.ea.lator. sic dic clericus, scilicet psalmista & ostiarius.

a Aiorum.] Hoc cap. similiter non tenet.

b Impetatur.] criminose, si de clericis intelligas.

c Sententia Chā, &c.

Prodūt.] tales deponuntur 45. dist. accusatores.

d Cen.] id est, sicut.

e Oves. Eam.] criminose, si de clericis intelligas, dic, hoc cum prelatus eorū est bonæ opinionis.

f Oris.] id est, locutionis.

g Gladio.] id est, lingua.

h Reprehendenda.] id est, reprehensibilia. J. ead. nos. si. ne sit côtra. J. 81. dist. nolite. J. 6. q. 1. oues.

cipit ibi, Et paulò post. Tertia incipit ibi, Hæ & alia.

k Suspicionibus.] Suspecti ab accusatione & testimonio repelluntur. J. ea. testes. 3. q. 5. accusatoribus.

l Sacerdotes.] id est, simoniacos.

m Aut praua vita.] Arg. q. nec etiā in excepto crimine laicus pur vitæ

Laicus etiā l exceptus criminibus nō ad mittitā ꝑ clericum.

Item Zepherinus Papa ad episcopos Siciliæ, epist. 1.

¶ De eodem. C. XI.

Maiorum a quispiam minorum accusationibus non impetatur b. — Iuo. p. 5. c. 245.

In originali, quemadmodum, & apud Iuonem est, nec summorum quispiam minorum accusationibus impetatur, aut dispereat.

Item Anacletus Papa, epistola 3. — Isidor. l. 3. sent. c. 39.

¶ De eodem. C. XII.

Sententia Cham filij Noe damnātur, qui suorum doctorum, vel præpositorum culpam produnt c, ceu d Cham, qui Patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit. — J. ea. c. plerūq. Ans. l. 3. c. 37. Deusdedit p. 3. Iuo. p. 5. c. 239. Gen. 9.

Item Eusebius Papa ad episcopos Alexandr. epist. 2. — Et in 5. Synodo sub Symmacho & Greg. past. p. 3. c. 5.

¶ Oues pastorem suum (nisi à fide exorbitauerit) non possunt accusare. C. XIII.

Oues, quæ pastori suo comissæ sunt, eum e nec reprehendere (nisi à recta fide exorbitauerit) debent, nec vllatenus accusare possunt †: quia facta pastorum oris f gladio g ferienda non sunt, quamquam rectè † reprehendenda h videantur. — Poly. l. 5. tit. 1. Ans. l. 3. c. 44. Burc. l. 1. c. 139. Iuo p. 5. c. 258. Pann. l. 4. c. 39. † al. recte.

† Côcor. x. in l. quēquā. & ibi doc. & bo. glos. C. de epi. & cle.

His auctoritatibus probatur, quòd subditi, siue sint laici, siue clerici, prælatos suos accusare non possunt. Vèrum de criminosis, & de infamibus hoc intelligendum est, qui vitam suorum prælatorum parati sunt reprehendere, non imitari: quod ex verbis Anacleti datur intelligi, qui ait.

¶ Quare laici in accusatione episcoporum non audiantur. C. XIIII.

Laici in accusatione episcoporum audiendi non sunt; quia oppido eis, quidam infesti sunt: & indignum est, vt ab eis accusentur, qui eorum grauitatem nolunt imitari i.

Apud Anacletum, ex quo citatur, non extat. Eadem tamen ferè verba habentur in epistola Eusebij. supra eadem c. laicos.

Idem Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Sacerdotes non nisi à viris idoneis & probatis accusari possunt. C. XV.

Accusatio quoque eorum, super qua nos consulere voluistis, nō nisi ab idoneis, & probarissimis viris, qui & suspicionibus k, & sceleribus carent, fieri debet: quia Dominus sacri sui corporis tractatores à vilibus & reprobis, ac nō idoneis personis infamari noluit, nec calumniari permisit: sed ipse proprio flagello peccantes sacerdotes l a templo eiecit. Vnde liquet, quòd summi sacerdotes, idest episcopi a Deo sunt iudicandi, nō ab humanis, aut prauæ vitæ m hominibus lacerandi; sed potius ab omnibus fidelibus portandi: ipso Domino exemplum dante, quando per se ipsum, & non per alium vendentes, & ementes eiecit de templo. *& paulo post.* Nullus enim (vt reor) inuenitur inter nos, qui velit suum seruum n ab alio, quàm a se iudicari. Quòd si præsumptum fuerit, aut multa ipse indignatione irascitur, aut potius vltionem quærit super eum. *& infra.* Vnde & Dominus per prophetam inquit [Qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.] *& paulo post.* Si detractores quorumcumque grauiter iudicantur, & in perditionis laqueum cadunt; multo magis laceratores, & detractores, — Deusdedit p. 4. Ans. l. 3. c. 31. Iuo. p. 5. c. 238. Pann. l. 4. c. 58. Io. 2. Zach. 2.

HIS AVCTORITATIBVS Hęc est 2. pars q. in qua vult probare, q laici si boni sunt, accusant clericos: sed huiusmodi allegatio superficialis est, quia aliter canones intelligūtur. hoc tñ probare nititur per 12. auctorita. Ioan. de Fant.

Modo concludit G. ex supradictis q subditi laici vel clerici non accusant suos prælatos: sed dicit G. q hoc intelligendum est de infamibus & criminosis, q parati sunt reprehendere suos prælatos: & hoc probat p sequentia.

i Aici. Nolūt imitari.] Propter hoc verbum inducit Grat. hoc c. Sed hic vacat ar. a ꝯrio secundum H. & Lau. vnde subaudi, maxime. Hic videas quod no. 81. dist. presbyter. in glos. cum capitur, & c. Archi.

Accusatio.] Quæsitum fuit ab Anacleto vtrū si epi possint accusari a malis hominibus & sceleratis. Et certe rñdet q non, sed a bonis & fide dignis, vel fidelibus sunt potius supportandi, & hoc ꝓbat exēplo Dñi qui per seipsum ementes & vendentes eiecit de templo. Et exemplo etiā dñi secularis fortiter indignantis cum videt seruum suū ab aliquo alio iudicari: & hoc in prima parte. In secunda parte, dicitur, q si detractores quorumcumque grauiter puniuntur, multo fortius detractatores famulorum Dei. In tertia parte dicitur, q Apostoli, & eorum successores talia considerantes statuerunt, ne facile quis attentet accusare vel lacerare prælatos, & si quis eos accusare vel conuenire voluerit, primo eos charitatiue admoneat: quod si non fecerit, excommunicetur. Secunda pars in-

vitæ est admittendus ꝯ clericū, qđ verum est, nisi prius clericus fuerit malæ famæ vel opinionis, vt 2. e. q. 1. in primis. in fi. & extra de simo. licet Hely &c. per tuas. vt dictum est supra in summa.

n Seruum suum.] Dñs est iudex i causa serui sui, vt hic, & hoc de consuetudine: aliàs falsum est, vt extra de fo. comp. cum côtingat.

Columna

a Columnæ.] sic & prohibet lex columnas cuiuslibet domus tolli. vt ff. de leg. 2. l. cætera. C. de ædi. priua. l. 2.

b Sed si quis.] Hæc para vsq; ad finē loquitur de causis ciuilibus vel criminalibus ciuiliter propositis. nā hoc c. de laicis loquitur. vnde nō pōt intelligi de criminalibus causis: q̄a in illis nō auditur laicus [illegible] hoc cap. in causa ciuili tantum, & de honestate.

f Actores.] Ac[illegible] constituitur à non domino, & auctoritate iudicis, & ad præsentes lites tātum. insti. de cura. §. vlt. ff. quod cuiusque vniuer. nem eorum. §. actor. & hoc ideo quia actor cum decreto fit: & decretum non extenditur ad futura. ff. de vsuris. l. 1. Sed procurator semper a vero Domino cōstituitur, & ab initio. & ad vnam litē, & ad plures, & ad p̄sentes, & ad futuras. ff. eo. l. 3. & C. de proc. neque. Syndicus ab vniuersitate & ad vnam, & ad plures causas cōstituitur præsentes, & futuras, & de auctoritate episcopi. C. de episc. & cler. omnes qui. §. & hoc nihilominus. Canon tamen omnes administratores ecclesiæ vocat procuratores. 11. q. 3. Saluator. secundū canones placuit & ante lit. cōte. & post procuratores cōstituit, vt extra de iura. calum. c. cū causam.

Actor, & procurator, & syndicus, differunt.

vadant] orig.

atque accusatores memoratorum Dei famulorum, atque persecutores damnantur; & in barathrum (nisi se correxerint, & per eorum satisfactionem condignam egerint pænitentiam) indubitanter cadūt [f], & vindicibus flammis exuruntur. & infra. ¶ Hæc & alia periculosa cōsiderantes Apostoli statuerunt, ne facile commouerentur, aut lacerarentur, uel accusarentur columnæ [a] sanctæ Dei ecclesiæ, quæ Apostoli, & successores eorum non immerito dicuntur. Sed si quis [b] aduersus eos, uel ecclesias eorum commotus fuerit, aut causas habuerit, prius [c] ad eos recurrat charitatis studio, vt familiari colloquio commoniti ea sanent, quæ sananda sunt; & charitatiue emendent, quæ iuste emendāda agnouerint. Si autem aliqui eos, priusquā hoc egerint, lacerare, accusare, aut infestare præsumpserint, excommunicentur, & minime absoluantur, antequam per satisfactionem [d] (vt iam dictum est) condignam egerint pænitentiam: quoniam iniuria [e] eorum ad Christum pertinet, cuius legatione funguntur.

In ca. Hadriani c. 2. & l. 6. capitul. c. 287. Pann. l. 5. c. 34.

Item Alexander epist. 1. c. 3.

¶ Communione priuetur, qui publice ? aduersus episcopum conquestus, priusquam familiariter cum conuenerit. C. XVI.

al. primati. Refertur multis verbis omissis. Ans. l. 3. c. 85. Burc. l. 1. c. 132. & 144. Iuo p. 5. c. 242. Pann. l. 4. c. 35.

SI quis erga episcopum, uel actores [f] ecclesiæ quamlibet querelam iustam se habere crediderit, non prius primates, aut alios iudices adeat, quàm ipsos, à quibus se læsum æstimat, conueniat familiariter, & non semel, sed sæpissime [g], ut ab eis, aut suam iustitiam accipiat, aut iustam excusationem. & infra. ¶ Si autem secus egerit, ab ipsis & ab alijs communione priuetur [h], tamquam Apostolorum, Patrum que aliorum contemptor.

g Sæpissime.] id est, ter. 16. q. 7. omnes decimæ.

h Priuetur.] hic videtur, q̄ episcopus possit aliquem pro propria iniuria excommunicare, & punire, vt 45. dist. & qui emendat. & 23. q. 4. Guilisarius. contra est 23. q. 4. inter querelas. & q. 5. de occidendis. vbi videtur, q̄ iudex pro sua iniuria nō debet reū occidere cuius iudex est. Distingue quia si iniuria tāgit specialiter prælatum, non potest excommunicare aliquem pro tali iniuria: si tangit ecclesiam potest [3]. Nam episcopus potest esse iudex in causa suæ ecclesiæ [4], sicut procurator fisci est iudex in causa fisci, vt C. vbi causæ fiscales. l. 1. sic Imperator est iudex in causa fiscali [5]. ff. de his quæ in testa. delen. l. proxime. & tamen res fisci, Imperatoris dicitur. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. hoc interdictum.

Item Euaristus Papa episcopis per Ægyptum, epist. 2.

¶ Nisi opinione discussa, non audiantur accusatores episcoporum. C. XVII.

Pann. l. 4. c. 59.

SI qui sunt uituperatores [i], aut accusatores episcoporum [k], uel reliquorum sacerdotum, non oportet eos à iudicibus ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiatur æstimationis suspicio, uel opinio, qua intentione [l], qua fide, qua temeritate, qua uita, qua cōscientia [m], quoue merito, si pro Deo, aut pro uana gloria, aut inimicitia, uel odio, aut cupiditate [n] ista præsumpserint necne.

Item Calixtus Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2.

¶ Maiores natu non accusent, nisi qui sint rectæ fidei, & conuersationis. C. XVIII.

Steph. 1. epist. 2. c. 10. Cō. Car. 4. c. 96. Burc. l. 1. c. 171. Pann. l. 4. c. 57. Iuo p. 5. c. 189.

QVærendum est [o] in iudicio, cuius sit conuersationis, & fidei

cus contra clericum, etiam si præmoneret eum. hoc ideo dico, q̄a non concedo, q̄ in accusatione sit præmittenda admonitio, vt extra de simonia, licet. & c. per tuas. & de accusa. qualiter. sed denunciationem semper præcedere debet canonica monitio, vt per eadē iura probatur. Nec obstat, extra de accusa. si quis episcopus. quia illa in denuntiatione loquitur. De hoc notatur 12. q. 2. indigne. Tamen vbi denuntiat̄ crimen simoniæ, nō est necessaria admonitio [1]; quia de illo nō potest quis pænitere retento ordine, vt 1. q. 1. si q̄s neque. & q. 7. requiritis. licet sit arg. contra. 1. q. vlti. patet. & extra de simo. licet. cui hodie statur scilicet, quia moneatur, vt dimittat beneficium, quo retento non posset pænitere. Vel dicas speciale esse in ecclesia, vt semper primo admoneatur q̄ proponatur querela contra eam, siue ciuiliter, siue alio modo agatur.

Admonitio præcedat denūtiationem.

1 Idē dicas in crimine hæresis, & læsæ maiestatis secūdum L.

c Prius.] ī. 23. q. 5. ad finem.

d Per satisfactionem.] quod videtur esse speciale in eo qui offendit ecclesiam, vt prius satisfaciat, quàm absoluatur, vt extra de verborum significa. ex parte. aliàs sufficit q̄ iuret, vt extra de senten. excom. per tuas.

e Iniuria.] vnde nec clericus potest remittere iniuriam factam ecclesiæ, vt 23. q. 4. si is qui. so.

Cleric. iniuriā ecclesiæ factā remittere nō potest.

SI quis.] CASVS. Si quis contra episcopum vel actores ecclesiæ querelam habuerit, non vadat ad iudicē, nisi prius episcopum vel œconomos ecclesiæ sæpissime commoneat, vt ab eis iustitiam consequatur, & ei satisfaciant: q̄ si contra fecerit, commu[nione priuetur.]

SI qui sunt vituperatores.] CASVS. Quæsitū fuit ab Euaristo, vtrum clerici indistincte sint admittendi ad accusationem episcoporum & aliorum clericorū. Et respondet q̄ nō, sed prius examinari debent accusatores vtrū sint bonæ famæ, vel nō, & qua intentione veniant ad accusandū: vtrum pro Deo, vel vana vel mani gloria, vel odio vel inimicitia, vel etiam cupiditate fiat ab eis accusatio. Idem fere dicitur in sequenti capitulo: eo tamen addito, q̄ ignoti & viles non recipiuntur ad accusationem.

i Vituperatores.] id est, cōuitiatores: qui depositi curiæ tradentur. 11. q. 1. si q̄s sacerdotum. nisi fecerint ex calore iracundiæ, vt ī. ea. q. 3. si quis iratus. Ioannes. Hoc hodie [6] falsum est, q̄ tradantur curiæ sæculari, nisi esset post excommunicationem contumax. extra de iud. c. cum non ab homine. fallit in casu speciali, de crim. fal. c. ad falsariorū. vbi depositus statim traditur curiæ sæculari. B.

Cleric. depositus nō stē est curiæ sæculari tradendus.

k Episcoporum.] hæc duo capitula loquuntur de suspectis vel ignotis, & de his qui suam iniuriam non prosequuntur.

l Qua intentione.] an faciat animo nocendi, vt 23. q. 5. p̄dest.

m Conscientia.] si sit conscius criminis.

n Aut cupiditate.] pecuniæ. ī. ea. q. 1. prohibentur.

o Quærendum est.] Hic dicitur idē quod in p̄cedenti capitulo. Et dic quærendum est, scilicet à iudice, etiam si aduersa-

Testis est de sua cōuersatione examinandus.

Ff iiii tius

is, qui accusat [a], & is qui accusatur; quoniã hi, qui non sunt rectæ conuersationis, ac fidei, & quorum vita est accusabilis, & quorum fides, vita, & libertas nescitur [b], non permittuntur maiores [c] natu accusare. Neque viles personæ in eorum recipiantur accusatione.

Item Sixtus Papa ij. ad episcopos Hispaniæ, epist. 2.

¶ Absque duobus, vel tribus testibus non recipiantur episcoporum accusationes. C. XIX.

ij ACcusatio episcoporũ non est facile [d] recipienda, dicente Domino [Non suscipies vocem mendacij] Et Apostolus inquit aduersus presbyterum inscriptionem non recipiendam absque duobus, vel tribus idoneis testibus. Si hæc de presbyteris, vel ceteris fidelibus sunt præcauenda, quanto magis de episcopis?

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. 8.

¶ Pro sola conuentione episcopi non submoueatur aliquis à communione. C. XX.

SI quis ab episcopo suo, vel de ecclesia, vel de proprio iure aliquid crediderit repetendum; si nihil conuicij [e], aut criminationis obiecerit, eum pro sola conuentione à communione ecclesiæ non liceat submoueri.

Item Euaristus Papa, epist. 2.

¶ Quare subditi prælatos suos reprehendere non possunt. C. XXI.

SVnt nonnulli, qui præpositos suos peruerse reprehendunt, si vel parum ipsis molesti extiterint.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd illi ab accusatione remouẽtur, qui non affectione charitatis, sed prauitate sua actionis vitam eorum diffamare, & reprehendere quærunt. ¶ *Quòd verò præmissis auctoritatibus criminosi prohibeantur ab accusatione prælatorum, testatur Augustinus in lib. Soliloquiorum* [f] *ita dicens.*

¶ Non omnes subditi, sed criminosi tantum prohibentur accusare prælatos. C. XXII.

PRæsumunt prælati nõ debere se reprehendi, vel accusari [g], pro eo, quòd canones non eos passim constituunt accusandos. Quod tamen negatur solis criminosis [h], cum de reprehendendo [i] veritas ipsa constituat [Si male locutus sum, testimonium [k] perhibe de malo, &c.]

Opponitur [l] *huic distinctioni. Ipsi sacri canones distinguunt, in quo casu pastores sint accusandi à subditis dicentes* [*Oues pastores suos non accu-*

Mutatus est verborum ordo.

Exo. 23.
1. Tim. 5.

Ioan. 18.

J. c. oues.

rius non quærat. ff. de postu. l. quos prohib[...] & 30. q. 5. iudicãtem. & j. ea. alieni, & ar. C. de quæstionibus, [...] loquitur hoc c. & præcedens de ignotis, vel de notis & susp[...] quia tales personæ integri status esse debent. ff. de testi. quæsitum. Sed obiicio tibi, si iudex quærat de conuersatione huius testis, oportet quod quærat ab alijs. Similiter oportet, quod quærat de cõuersatione illorũ de quibus quæritur de conuersatione istius. & sic in infinitũ procedet iudex: quod reprobatur extra de rescri. cum in multis. lib. 6. Si autem iudex ab ipso teste quærat, an sit fur vel homicida, stulta esset quæstio, cum nemo illud fateretur, de se? Respondeo, si est ignotus, bene potest ab eo quærere an sit liber, vel seruus. Ab alijs autem notis inter quos est conuersatus, quæret de fama istius. Potest etiam iudex in genere quærere sic dicendo ei, es tu talis, vt possis esse testis? vt ff. de quæs. l. 9. qui quæstionem.

a ¶ *Accusat.*] in accusationibus ergo nõ præsumitur quis dignus nisi hoc probetur, j. ea. criminationes. Sic in oblatione Eucharistiæ, vt de conse. dist. 2. tribus gradibus. Et in ordinibus 24. dist. quando. & in eleemosyna. 42. dist. quiescamus. Item excõmunicatus quis creditur propter periculum vitandum potius, quàm nõ vt extra de sen. exc. per tuas. & c. cũ desideres. §. secũdæ quæstioni. sic in impetratione veniæ ætatis tenetur impetrãs probare instituta morũ suorum, & testimoniũ vitæ honestioris, & animi probitatem, id est, se esse idoneum, vt C. de his qui ve. æta. impe. l. 2. alias circa notos potius præsumitur quis dignus, quàm indignus, vt extra de præsumptio. dudum.

b ¶ *Nescitur.*] per hoc patet cap. hoc loqui de ignotis.

c ¶ *Maiores.*] id est clericos.

A *Ccusatio.*] CASVS. Quæsitum est a Sixto Papa qualiter recipienda sit accusatio episcoporum? Et respondet dicens, quod non est facile recipienda sine discussione accusatorum. Et hoc probatur auctoritate Domini dicentis non esse accipiendam vocem mendacij. Et auctoritate Pauli, qui dixit aduersus presbyterum inscriptionem non esse faciendam sine duobus vel tribus testibus. multo minus ergo contra episcopum.

d ¶ *Facile.*] id est, absque inquisitione.

ADDITIO scilicet accusatorum & testium. Hu. & Lau. & dic, inquisitione, scilicet quæ habetur supra c. proxi. secundum Ioan. de Fant.

S *I quis.*] CASVS. Quidam conuenit episcopum vel œconomum ecclesiæ in causa pecuniaria. quæsitum fuit vtrum propter hoc a communione ecclesiæ sit remouendus? Et respondetur, quod non, si nil conuicij vel criminationis obiecit.

e ¶ *Conuicij.*] non tamen ex hoc sequitur, quod propter conuicium ipsum possit excommunicare, vt 23. q. 4. inter querelas. vel hic nõ fuit tantum episcopi causa, sed ecclesiæ, vel propter hoc remouẽdus est a communione a metropolitano, sed non ab episcopo. Vel dic, si conuicium redundat tantum in personam episcopi: quia dicit, tu es filius rustici, tunc non potest. sed si dixit eum simoniacũ quia hoc redundat in ecclesiam, bene potest.

S *Vnt nonnulli.*] EX HIS OMNIBVS. Infert Grat. ex supradictis, quod illi remouentur ab accusatione, qui mala intẽtione veniunt ad accusandum, & non ex charitate, & quod criminosi similiter remouentur. Et hoc probat per sequens cap.

f ¶ *In libro soliloquiorum*] id est psalmorum, id est solius spiritus sancti eloquium: quia solo instinctu spiritus sancti ibi locutus est: de quo habetur de pœn. dist. 2. quærendum.

P *Ræsumunt prælati.*] CASVS. Quidam prælati dicebant se nullo modo esse accusandos, eo quod canones statuerunt eos non esse passim accusandos. Sed Aug. dicit hoc esse intelligẽdum de criminosis. Et hoc probat exemplo Domini esse verum, qui cum accusaretur, dixit: Si male locutus sum, testimoniũ perhibe de malo.

g ¶ *Vel accusari.*] arg. laicos posse accusare clericos. j. ea. clericos. & 24. dist. illud. & C. de offi. rec. prouin. iustissimos. sed corrigitur talium opinio extra de testi. decetero.

h ¶ *Criminosis.*] scilicet clericis.

i ¶ *Reprehendendo.*] supple, sed non debent præsumere. cum de se, &c.

k ¶ *Testimonium.*] cum debeat exemplificare de accusatione, exẽplificat de testimonio: quod ideo facit, quia quod admittitur ad vnũ, admittitur & ad reliquum. 4. q. 3. testes. 1o.

OPPONITVR. CASVS. Dictum est s. in §. ex his omnibus. & c. præsumunt. quod subditi criminosi suos prælatos accusare non possunt. Et sic videtur, quod illi qui non sunt criminosi, bene possunt accusare. Sed opponit huic dist. illud c. oues. &c. vbi dicitur, quod non admittũtur subditi, nisi à fide exorbitauerint prælati: & ita innuitur, quod ex eo solo casu admittantur subditi. Sed Gratianus soluit dicens, quod illud c. intelligitur tantũ de criminosis, & criminosi & infames, & serui contra quemlibet admittuntur in hæresi. Et hoc probat per sequentia.

l ¶ *Opponitur.*] dixerat in illo §. his auctoritatibus 3, quod subditi criminosi, siue clerici fuerint siue laici, non admittantur ad accusationem prælatorum. vnde colligitur à contrario sensu, quod alij admit-

Soliloquiorum est psalmus.

An aliter teneat respon. [...], vid. Gul. de Sus. in l. testiũ. C. de test. & p Bal. [...] quod obseruatur in vlt. col. C. de iura. calu. & aliquid per Bar. l. fi. cir[...] ea med. ff. de his q vt ind. sed pro communi opinio ne optime facit quod no. gl. in l. qui in [...] vers. acquisiti. ff. de iure iur.

Scilicet per aliquas litteras authenticarũ psonarũ quæ pro eis testimoniũ ferant, vel testimonium populi, vt legi. & no. in illo c. criminationes, secundum Inn. quod ita not. extra de accu. cum P. Arch.

Episcopus excõicat pp cõuicium sibi factum.

Vel dic, Dñ[...] sicut est §. ex his omnibus. & ca. Præsumunt. quod subditi criminosi, &c. secundũ B. Brix.

mittantur. Huic distinctio obijcit, & postea secundum suam opinionem soluit: quæ talis est, q laici non criminosi possunt accusare clericos; quod falsum est, vt extra de testi. decetero. nisi suã, vel suorum iniuriam prosequantur, & tunc non admittuntur ad testimonium.

gratia indignos à [illegible]ione remouet. ff. de postu. l. 1. in princ. & repellit militem, [illegible] aduersarius velit eum admittere. ff. de proc. filiusfamilias. §. m[illegible] & quos prætor prohibet, in totum & omnino prohibet, etiam si aduersarius consentiat, vt ff. de postu. quos prohibet. immo vbi aduersario non competit exceptio, iudex ex officio suo excipiet, vt extra de appel. constitutis. & ff. de per. her. l. vlt. Sed contra. nonne sic videtur iudicare secundum conscientiã? & scis quia nihil ea ingenio suo & domesticæ voluntatis motu facere debat, vt ⁊. c. pe. & 3. q. 7. iudicet? Respondeo iudicat in hoc casu ex his quæ percipit in exercitio causæ, q̃ ante eum agitur. nam cũ coram se videt infamem admitti, potest ipsum repellere: sicut cũ scit tẽpora appellationis elapsa esse, supplet de facto. C. de appel. l. a. in fi. sic tẽp. 28. di. priusquã. l. de facto quod constat iudici tãquã iudici. extra de postu. bonæ.

Adde ad hoc id quod leg. & no. extra de excep. c. exceptionẽ & li. 6. eo. tit. c. pia. Arch.

HVIC

sent, nec reprehendant, nisi à fide exorbitauerint.] *Ecce in quo casu sunt accusandi à subditis; in alijs autem minime.*

Huic oppositioni respondetur sic. Distinctio illa canonum de criminosis, & infamibus intelligitur: Omes enim criminosi, & infames pastorem suum accusare, vel reprehendere non possunt, nisi à fide exorbitaueris. Ceterum si à fide exorbitauerit, tanta est labes illius criminis, quòd ad eius accusationem, & serui aduersus dominum, & quilibet criminosi, & infames aduersus quemlibet admittuntur.

Vnde Dionysius Papa ad Seuerum episcopum epist. 2.

¶ Infames & hæretici, homines bonæ famæ accusare non possunt. C. XXIII.

¶ *In multis vetustis exemplaribus rubrica huius capitis sic habet*, Infames accusare possunt hæreticos. *in alijs vero nonullis*, Infames non possunt accusare catholicos.

J. 3. q. 4. c. alieni.] in decretis Iulij. c. 15. Ans. l. 3. c. 65. Poly. l. 5. tit. 1.

ALieni erroris a socium, vel à sui voluntarie propositi tramite recedentem b, aut sacris Patrum regulis, & constitutionibus non obediẽtem c suscipere non possumus d, nec debemus; nec impetere recte credentes, vel sanctorum Patrum sanctionibus obtemperãtes permittimus: quia infames omnes esse censemus, qui suam aut Christianam præuaricantur legem †, aut Apostolicam, vel regularem libenter postponunt auctoritatem.

† Côco. tex. in auth. gaza ros. C. de hæ. & j. ea. causa & q. c. beati.

Item ex concilio Toletano quarto, c. 63.

¶ Christianos accusare, vel in eos testificari non possunt, qui fidem acceptam deseruerunt. C. XXIIII.

NOn potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidus. Iudæi ergo, qui dudum Christiani effecti sunt, & nunc Christi fidem præuaricati e sunt, ad testimonium dicendum admitti non debent, quamuis esse se Christianos annuntient: quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita & in testimonio humano dubij habentur. Infirmari f ergo oportet eorum testimonium, qui in fide falsi docẽtur; nec eis est credendum, qui veritatis à se fidem abiecerunt.

Iuo p. 23. c. 96.

Item Caius Papa Felici episcopo.

¶ Hæretici, Iudæi, vel pagani Christianos accusare non possunt. C. XXV.

Ans. l. 3. c. 46. Pann. l. 4. c. 63.

PAgani, vel hæretici, siue Iudæi non possunt Christianos accusare g, aut vocem h eis infamationis i inferre.

¶ *Verba epistolæ sunt*, Primo quidem scias paganos, & hæreticos non posse Christianos accusare, &c.

In hoc capite decernitur, vt hæretici non impetant recte credentes. Vnde è contra intelligitur, quòd hæretici ab hæreticis impeti possunt.

N *On potest.*] Casus. Quidam Iudæi facti sunt Christiani, & postea iterum præuaricati sunt in fide. quærebat vtrũ essent admittẽdi ad testimonium contra catholicos? Et respondetur quòd non, licet Christianos esse se fateantur: quia sicut in fide suspecti sunt, ita in testimonio, nec potest apud bonos homines esse fidelis qui Deo extitit infidelis.

e *Præuaricati.*] ergo si non sunt præuaricati, videtur q sunt admittendi, non obstante præcedenti delicto, sicut & alius qui fuerit in mortali, vt 3. q. 1. diffinimus. quod quidã negant, cũ nec ad ordines admittatur q quandoque fuit criminosus, vt 25. distin. primum. & 6. q. 1. qui crimen. & ff. de ritu nup. palam. vbi dicitur, turpitudo licet intermittatur, non tamen deletur. sic ff. de fur. qui ea mente. Io. Quid iuris sit de hoc, dicitur extra de testi. testimonium. vbi corrigitur hoc. Ber.

Ad hoc 3. q. 5. pcpetu. vbi de hoc.

HVIC OPPOSITIONI. Hæc est 3. pars huius q. in qua probatur, q mali non possunt accusare prælatos suos, vel illi qui ad eamdem gradum peruenire non possunt: & hoc probat per 6. cap. Ioan. de Fan.

A *Lieni erroris.*] Casus. Dicitur in c. isto, q hæretici apostatæ, & schismatici nõ admittuntur ad accusandum (vt Dionysius dixit) q̃ recte credentes, & cõstitutionibus obtẽperãtes. Et inducitur hoc c. a c̃rio sensu, vt apparebit in §. seq. Et dr hic apostata qui recedit a proposito regulari vel clericali, vel a fide.

a *Alieni erroris.*] ex tribus locis istius c. argumentatur Gratianus a contrario sensu in sequenti §.

b *Recedentem.*] id est, apostatam.

c *Non obedientem*] id est, schismaticum, vt 19. distin. nulli. & 25. q. 2. violatores.

d *Non possumus.*] argu. q iudex potest infamem repellere, licet reus ipsum recipiat, vt 45. dist. licet. 30. q. 5. iudicantem. C. de q̃st. seruus. in prin. 4. q. 3. parentes. Item arg. q iudex examinabit accusatores sicut ordinandos, vt eos repellat. 24. dist. qñ. & Greg. præcipit Ioanni, vt inquirat de persona accusatoris. ⁊. e. q. 1. in primis. sic 23. dist. illud. & ⁊. e. criminationes. & præter suæ dignitatis tuenda

Iudex parte non petente mul'a potest facere.

†Sed cõtra ⁊. e. q. his ita §. ver. tũdẽ. in fin. ibi dictum. Arch.

f *Infirmari.*] ⁊. 19. dist. c. si. vel aliter arg. quòd non valet dictũ testis, si postea detegitur eius infamia.

g P *Agani.*] *Accusare.*] nisi suã iniuriã prosequantur, vt 4. q. 6. omnibus. sed hæretici nõ: q a excõicati sunt. extra de hær. vergentis. & c. excommunicamus. Sed nunquid isti, scilicet pagani & Iudæi audiuntur in exceptis criminibus? Dic q non. secundũ H. sic. sed q Iudæi possunt, videtur extra de Iudæ. c. Iudei. sed decr. expresse contradicit, quæ dicit, q testis debet esse fidelis, vt extra de testib. licet t. & ea ratione, quia sunt in peccato mortali, & sic non sunt audiendi, extra de testi. super eo.

h *Aut voce.*] oportet tñ clericos habere testimoniũ bonũ ab his qui foris sunt. ⁊. 8. q. 1. licet. de consec. dist. 5. iubemus.

i *Infamationis.*] vt se expurgare debeant.

IN HOC CAP. Dictũ est supra in c. alieni. q hæreticus non accusat catholicũ: apostata nõ accusat illũ, qui non est apostata, nec schismaticus põt accusare illũ, q nõ est schismaticus. Cõcludit ergo Gratianus a c̃rio sensu, q hæretici admittuntur contra hæreticos, schismatici cõtra schismaticos, apostatæ cõtra

Pagani & Iudæi ẽt in exceptis criminibus nõ sũt audiendi.

Idẽ tenet hic Io. de Fã. ad idẽ extra eo ti. testimoniũ. ff. eo tit. q̃ui. Se 1 cõtra hoc facit qđ le. & dixi i. eo. §. huic oppositioni. Arch.

tra apostatas, quia æqualitas fidei & conuer[illegible]is est seruāda inter accusantem & accusatum. Et hoc innuit [illegible]s capitulum, & al legando dicit, quod sufficit, quod aliquis sit bonu[illegible] hoc, vt possit accusare. Item hæreticus non admittitur, cum sit excōmunicatus, vt ī. 51.q.3. cum excommunicato.

a ¶ *Aequalitas.*] falsum dicit. sufficit enim quod accusator sit bonæ famæ, licet accusatus sit melioris, vt ī. ea. lator. Itē ī aliis falsum dicit, quia nec infamis infamē, nec criminosus criminosū accusat, vt 6.q.1. quod crimē, nisi prius eū tolerauit sciens eum talem. extra de accusatio. nulli. Sed pōt dici hoc esse speciale in episcopo, vt non possit remouere ab accusatione illos quos prius tolerauit. Item fallit in arenario, qui potest accusare arenariū, vt C. de inof. test. in arenam. Item fallit in casibus, in quibus socius criminis non repellit socium, quos habes notatos. 4.q.3. liberi. & C. de testib. qm. alias quilibet cuiuscumque conditionis, & quātumcumque criminosus viles & criminosos ab accusatione, vel testimonio repellit. vnde et socius a sua accusatione repellit socios viles, & criminosos. ff. de accu. hos accusare. §. si seruus. & 3.q.4.c. pen. quod falsum est i exceptis criminibus, vt ī. io princ. quæstionis notaui.

Infamis infamē regulariter accusare non potest.

Dic vt le. & no. extra d accu.c.i.Ar.

Item à tramite sui propositi voluntarie recedentes non possunt impetere seruantes limitem suæ professionis. Ex hoc datur intelligi, quòd recedentes à suo proposito, similiter recedentes criminari possunt. Item non obedientes sanctionibus sanctorum Patrum, non possunt accusare obtemperantes sacris constitutionibus. In quo similiter intelligitur, quòd inobedientibus inobedientes accusare licet. Vnde generaliter colligitur, quòd in accusatione æqualitas[a] *fidei, & conuersationis inter accusantem & accusatum semper consideranda est, vt is qui accusat, vel par, vel superior inueniatur. Item nouellarum constitutionum, nouella 45. in fine.* Apud Iulianū antecess. 156.

¶ Hæreticus hæreticum accusare, & contra eum testificari potest. C. XXVI.

SI hæreticus[b] contra hæreticum[c] litiget, liceat cuiuis eorum hæreticum testem adducere. Sin autem orthodoxus contra hæreticum litiget; pro orthodoxo quidem etiam hæretici testimonium valeat: cōtra orthodoxum autem solius orthodoxi testimonium valeat. ¶ Orthodoxis autē litigātibus ad testimoniū nulli hæretico pateat aditus. Iuo p.16.c.131. Pann.l.5.c.28.

Sed quæritur[d], *si flagitiosissimus Catholicus possit conuenire hæreticū de alio crimine, quàm de hæresi? Huic quæstioni ita respōdetur. In quo hæreticus inferior est, videlicet in regula fidei, in eo à malo catholico accusari potest. In quo autem superior fuerit, videlicet in cōuersatione vitæ, in eo à flagitiosissimo conueniri non potest.* ¶ *Item quod dicitur, pastores*[e] *pro suis actibus magis sunt tolerādi, quàm corripiendi, dupliciter intelligitur, vel quia à criminosis tolerandi sunt, & non corrigendi: vnde ibi subinfertur, quia sæpe pro meritis subditorum deprauatur vita rectorum. Quorum ergo merito (Deo permittente) vita rectorū deprauatur, ab eis potius sunt tolerandi, quàm corrigendi. Vel quia sunt quidam, qui sæpe deseruntur publicis documentis, & crimen, quod intendunt, probare non valent.* ī.c. nō est à plebe. & c. accusatio 1.

De quibus in homilia de pænitentia, c. 12. Augustinus ait. L.50. homil. ho. 50. c. 12. Beda 1.Cor.5.

Quæ publicis documentis probari non possunt, toleranda sunt. C. XXVII.

PLerumque[a] boni viri propterea sufferunt aliorum peccata, & tacent[f]; quia sæpe deseruntur publicis documentis, quibus ea, quæ ipsi sciunt, iudicibus[g] probare non possunt.

a ¶ Plerumque.] *In aliquot vetustis codicibus legitur*, plerique, *quemadmodum & apud Bedam, & in originali, cuius tamen non ipsa prorsus verba hic referuntur.*

4 *De his*[h] *etiam illud Anacleti*[i] *intelligitur* [*sententia Cham filij Noe* ī. ea. c. sentētia.

S I hæreticus.] Casus. In hoc capitulo tria dicuntur. Dicitur enim quod si hæreticus, litiget contra hæreticum, inter se admittitur testis hæreticus: sed si orthodoxus contra hæreticū litiget, testimonium hæretici pro orthodoxo valet. sed si inter se litigēt orthodoxi, testis hæreticus non admittitur.

b ¶ *Si hæreticus.*] Hæc authētica est falsa: quia nusquā hæreticus admittitur ad accusandū. vt ī. 4.q.1.c.5. forte loquitur de minoribus hæreticis, qui nō peccant in præcipuis articulis fidei, qui nō admittuntur in iudiciis, i. de his quæ acta sunt corā iudice: sed in aliis contractibus propter inopiā probationū admittuntur, nō tamen sine tormentis, vt 4.q.3.§. in criminali. ver. si res. & C. de hære. l. vlt. Io. Sed certe secundum canones non admittitur hæreticus, cū sit excōicatus, & debeat statim occidi. extra de hæret. excommunicamus. & c. pe. B.

hæretic⁹ nūquā accusat.

c ¶ *Contra hæreticum.*] arg. aliquid admitti pro aliquo quod non admittitur contra se. ff. 37. dist. c. si quid veri. arg. contra 4. q. 3. si quis testibus. Secundum est regulare, primum casuale propter odium hæresis.

SED QVAERITVR. Casus. Dictum est ī. in §. opponitur. in fi. quod quilibet criminosus pōt hæreticū accusare. modo incidentem quæstionem mouet, an pessimus catholicus possit accusare hæreticū de alio crimine, quàm de hæresi? Hanc quæstionem soluit Gra. dicens, quod in quo hæreticus est inferior, s. in hæresi, pōt à flagitiosissimo catholico accusari. In quo aūt hæreticus est superior, scilicet in conuersatione vitæ, non potest accusari a flagitiosissimo catholico. Postea dicit, quod illud quod dicitur in 1.c. huius quæstionis, & c. accusatio. & aliis multis. cap. s. quod pastores sunt potius tolerandi quàm corripiendi a subditis, intelligitur de criminosis, vel etiā de bonis qui crimina probare non possunt, & ad hoc inducit seq. cap.

d ¶ *Sed quæritur.*] hanc soluit Vrbanus. 15.q.8. scimus. vel aliter respicit illud quod dicitur ī. ea. §. opponitur. & mouet incidentem quæstionem, & diuiditur in duas partes.

e ¶ *Pastores.*] in princ. q. quæ tamen non sunt verba illius cap. sed sensus est eius.

P *Lerumque.*] Casus. Dicit hic Aug. quod boni viri quandoque sciunt occulta peccata aliorum, & tamen tacent: quia probare nō possunt ea iudicibus, vnde non imputatur eis.

f ¶ *Et tacent.*] dicat tamen ei qui potest prodesse, & non obesse. 25. q 5. hoc videtur. sed in publico nō debet dicere, vt 6. q. 1. si omnia. hæc ergo taciturnitas non obstat ei, quod non potest probare. Itē non nocet ei, qui non potest impedire, vt ff. de cōh. emp. l. rē alienā. vel et erubescit loqui, vt ff. de fur. l. pe. Itē nec nocet ei, qui scit suū ius durare. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. sicut. §. nō vī. aliàs semper obstat taciturnitas, vt extra de his quæ fi. a prla. c. 2. & 54. dist. si seruus.

Taciturnitas quandoque nō obstat.

g ¶ *Iudicibus.*] iudici ergo facienda est probatio[a], non aduersario, vt 4. q. 3. §. itē in criminali. versi. sæpe. & C. de cond. ob turp. caus. l. 1. arg. contra 1. q. 1. si quis episcopus.

a Ad idē extra de probat. ex huius. §. 1. ver. quib⁹. & de ele. scriptū. §. verū. ī pun. Arch.

DE HIS. Hæc est iiij. pars huius q. in qua probat, quod subditi secrete & pacifice possunt suos prælatos redarguere, non autem palam, nisi peccassent in publico: & ita omnes auctoritates quas inducit, debent intelligi, & hoc probat per iiij. exempla, & per 2. auctoritates sanctorum patrum. Io. de Fan.

Casus. Qui soli sciūt, tamen accusant, & infamāt, intelligitur (vt dicit Grat.) quod dicitur ī. c. sententia. de Chā, qui pudenda patris nō operuit sed ridēda monstrauit. sed hac auctoritate non prohibentur subditi ab accusatione, sed à proditione: sicut fecit Chā per quem intelliguntur illi qui soli sciunt, alios tamen infamant.

h ¶ *De his.*] qui accusant prælatos de crimine quod nō pñt probare.

i ¶ *Anacleti.*] ī. ea. c. sententia.

ITEM

Gen. 9. *damnantur, qui suorum doctorum, vel præpositorum culpam produnt ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed magis deridenda monstrauit.] Hac enim auctoritate subditi non prohibentur ab accusatione, sed à proditione. Aliud est enim prodere, aliud accusare. Prodit, qui non probanda defert; accusat, qui reo præsente crimen indici offert probaturus quod intendit †. Cham solus vidit pudenda patris, & ideo per eum intelliguntur, qui cum soli sint conscij criminum suorum prælatorum, atque ideo accusare non possunt; vitam tamen eorum infamando alijs ridendam offerunt.* ¶ *Item obijcitur, quòd subditi etiam religiosi prælatos suos accusare non possunt. Legitur enim in Exodo* [a] *, quòd Maria soror Aaron, quæ prima post transitum maris rubri sumpto tympano hymnum cantare meruit, postea murmurans in Moysem, eo quòd Aethiopissam duxerat in vxorem, à Domino lepra percussa est.* ¶ *Item in libro Regum legitur, quòd cū David fugeret à facie Saul, latuit in spelunca, in quam cum Saul diuertisset ad purgandum ventrem, David præcidit oram chlamydis eius; quod se fecisse postea grauiter doluit, & vehementer pœnituit. Saul à Domino erat reprobatus, & ex inuidia David persequebatur, vt eum morti traderet. David erat vir humilis, & mitis Sauli à Domino substitutus per Samuelem vnctus in regem: sed tamen, quia præcidit oram chlamydis Saulis, grauiter fleuit, cum à Saule sola administratione vnctionis superaretur. Vnde datur intelligi, quòd subditi, quamuis religiosi sint, prælatos suos criminosos accusare non possunt. Nam per Saulem, qui ventrem purgabat, prælati intelliguntur, qui malitiam suam corde conceptam in opus producunt.* ¶ *Item legitur in libro Regum, quòd cum arca Domini reduceretur de Gabaa in Hierusalem, bubus recalcitrantibus arca inclinata est: cui dum Oza leuita manum adhiberet, vt eam erigeret, à Domino percussus* [b] *interijt. Per arcam prælati intelliguntur, per Ozam subditi, per inclinationem arcæ casus intelligitur prælatorum, per illum qui manum adhibuit, intelliguntur reprehendentes, vel accusantes vitam doctorum, qui à Domino percussi intereunt.* ¶ *His* [c] *ita respondetur. Verum est per arcam significari prælatos, & per Ozam subditos. Illud vero falsum est, quòd per inclinationem arcæ casus significetur prælatorum.* ¶ *Aliud est enim inclinari, vel descendere, aliud cadere. Legitur enim quòd Saluator noster se inclinauerit, sicut quando digito scribebat in terra; & de montibus frequenter descenderit, in quos ascendebat, vel vt pernoctaret in oratione, vel vt discipulos in monte altiora doceret* [d] *præcepta, vel vt turbas fugiens, ex altitudine montis eas respicere, & libere posset docere. Inclinatio vel descensio humilitatem significat, qua spirituales nonnumquam carnalibus condescendunt, & eorum infirmitati compatiuntur, iuxta illud Apostoli. [Quis infirmatur, & ego non infirmor?]* [e] *Hos etiam significauerunt Angeli, quos Iacob vidit in scala descendentes. De his etiam per Prophetam dicitur, [Inclinauit cælos, & descendit.] Per arcam ergo inclinatam intelliguntur prælati, qui subditorum culpam misericorditer portant, & eorum infirmitati humiliter compatiuntur. Vnde bene dicitur, quòd bubus recalcitrantibus arca inclinata est. Boues quippe recalcitrantes subditos significant suis doctoribus non obedientes; quibus dum prælati compatiuntur, quasi bubus recalcitrantibus arca inclinatur. Leuita qui manum adhibuit, significat illos, qui misericordiæ compassionem in prælatis suis reprehendunt, eosque in seueritatis amaritudinem erigere volunt. Vnde bene Leuita iste Oza dicitur. Oza quippe robustus dicitur. Illi enim robusti dicuntur, qui cum de sua iustitia præsumunt, misericordiam peccantibus negandam putant, & impendentes reprehendunt. Vnde à Domino percussi intereunt; quia iudicium sine misericordia erit illis, qui nolunt facere misericordiam delinquentibus: Cui per Solomonem dicitur [Noli esse nimis iustus, quia est iustus qui perit in iustitia sua.] Sic & illud Moysi intelligitur. Per Moysem enim prælati intelliguntur, per Aethiopissam peccatores designantur. Moyses Aethiopissam vxorem ducit; cum quilibet prædicator peccatorem* [f] *sibi copulat, vt ex eo sobolem bonorum operum Deo gignere valeat. Hanc copulam dum Maria, idest subditi reprehendunt, lepra peccati inficiuntur: Vel per Mariam synagoga intelligitur, quæ in Moy-*

Margin references: Gen. 9. — Exo. 15. — Num. 12. — 1. Reg. 24. — 1. Reg. 16. — Glos. ordinaria 1. Reg. 24. — 2. Reg. 6. — Io. 8. — 2. Cor. 11. — Gen. 28. — Ps. 17. — Iac. 2. — Eccle. 7.

† Cōcor. tex. in l. libellorū ff de acco & de priu. de. bā. l. 1. cum concor.

ITEM OBIIITVR CASVS.

Opponitur adhuc, quòd subditi etiam religiosi prælatos suos accusare non possunt. Et hoc probatur quatuor obiectionibus. Prima est de Maria sorore Aaron, quæ lepra percussa est, quia murmurauit in Moysem, quia duxerat Aethiopissam in vxorem. Secunda obiectio est de David, qui cum fugeret a facie Saulis, & lateret in spelunca, abscidit orā clamydis Saulis purgantis ventrem; De quo idem David seipsum postea reprehendit. Tertia est de Oza, qui cum arca Domini reduceretur de Gabaa in Hierusalem, & bobus recalcitrantibus inclinaretur, manum apposuit. Quarta est, quòd infames efficiuntur qui accusant prælatos suos; & ideo accusare non possunt. Has obiectiones soluit, & dat cuilibet obiectioni suam solutionem Grat. concludendo, quod propter hoc non remouentur subditi ab accusatione prælatorum. Et primo soluit quod dictum est de arca, & innuit quòd per Mariam, David & Ozam, & per eos qui reputabuntur infames, intelliguntur illi, qui bonam fidem & bona facta suorum prælatorum reprehendunt, bonitatem eorum obfuscare volentes. Sed malos prælatos bene possunt accusare: quod probat sequenti capitulo, quia mali prælati non sunt prælati.

a ¶ *In Exodo*] melius in libro Nume. 50. d. §. econtra.

b ¶ *Percussus.*] quia ea nocte no se ab vxoris amplexu abstinuerat.

c ¶ *His ita.*] Incipit respondere his tribus obiectionibus, & primo respondet vltimæ.

d ¶ *Altiora doceret.*] Arg. quòd magister debet docere in alto.

e ¶ *Hos etiam.*] scilicet spirituales prædicatores.

f ¶ *Peccatorem.*] in hoc tamen non peccauit, quia adhuc non erat prohibitum [1], nec hodie est si sub hac conditione ducitur vt fiat fidelis. 28 q. 1. nō oportet. Ioan.

[1] Ar. ad hoc 32 q. 4 obijcitur. &c. dixit. vel dic secundū eius q̄ fecit instinctu Spiritus sancti. 28 15. q. 1. §. hæc ita que lo.

a¶ *Item*]ad hoc similiter tripliciter respondet,& vltimo male:
ADDITIO. Et est hic responsio ad secundam obiectionem. Arc.
b¶ *Per Dauid.*]secunda solutio.
c¶ *Saul.*]tertia responsio.
d¶ *Solus.*]& tamen cum socijs suis.
e¶ *Respondetur.*] quibus dicitur, q subditi non possunt accusare prælatos.

p¶ *Ethnicus.*]id est gentilis.
q¶ *Presbyteros.*]q condẽnauerũt Susanam.J.ea.§.item cũ Balaam.
r¶ *Infatuatum sal.*]id est,stulti prælati, insipidi in prædicando,fatui in delinquendo.
s¶ *Proijciatur.*] id est,deponatur.

sem, idest in Christum murmurauit, quia Aethiopissam, idest ecclesiã de gentibus sibi copulauit, quos lepra perfidia,& erroris sordidos fecit. Non ergo his auctoritatibus subditi prohibentur ab accusatione suorum prælatorum; sed monentur, ne reprehendant misericordem compassionem eorum. Gregorius past: p.3.c.5.

¶ *Item*[a] *per Saulem prælati intelliguntur, & per Dauid*[b] *subditi. Saul*[c] *purgans ventrem eos significat, qui malitiam corde conceptam foras in opus producunt. Sed in præcisione chlamydis nõ*[α] *significatur nisi reprehensio peccati. Per chlamydem enim regni potestas intelligitur. Hanc præcidit, qui prælatum sententia damnationis ferit: quod nulli subditorum licet. Facta enim pastoris, oris gladio, idest sententia damnationis à subditis ferienda non sunt. Hinc est, quòd Hieronymus ait super Marcum de Pontifice, qui scidit vestimenta sua. Scissio vestis scissionem significat sacerdotij, quod in proximo erat scindendum,& auferendum Iudæis. Vel per Dauid significantur, qui nequitiam suorum prælatorum videntes, maiora eorum peccata contemnunt, minima vero & leuia, quasi extremam oram chlamydis præcidentes reprehendere, & lacerare satagunt. Vel quia Saul solus*[d] *diuertit in speluncam, in qua Dauid*[β] *solus latebat.* Nicolaus in epistola 7. ad Michaelem. ¶ *Item super hoc potest intelligi, quod de Cham dictum est, qui solus vidit pudenda patris, quæ non cooperuit, sed ridenda monstrauit. Hac itaque auctoritate non inhibetur subditis accusare prælatos, si accusabiles fuerint. Item probatur, quòd subditi prælatos suos accusare non possunt, etiam si religiosi fuerint. Infames enim sunt eo ipso, quòd suorum doctorum vitam reprehendere conantur. Infames enim fiunt (vt canonum tradit auctoritas) omnes, qui in Patres armantur, & qui doctorum suorum vitam reprehendunt, vel accusant. Nullus autem infamis in accusatione prælatorum est audiendus, nisi forte à fide exorbitauerit, vt supra dictum est. Cum ergo subditi eo ipso, quòd in accusationem prælatorum prosiliunt, infames efficiantur, infamibus autem copia accusandi denegetur; patet, quòd subditi prælatos suos accusare non possunt.* ¶ *His ita respondetur*[e] *: non omnes prælati pro prælatis habentur. Nomen enim non facit episcopum, sed vita.*

§.c.oues. ad.c.14. §.c.sententia

α¶ Non significatur.] *In aliquot vetustis exemplaribus legitur*, non significatur reprehensio peccati: *in alijs vero nonnullis*, significatur reprehensio peccati.
β¶ Dauid solus.] *Primo regnorum,c.24.legitur*. Porro Dauid, & viri eius in interiore parte speluncæ latebant.

Vnde Gregorius Ianuario episcopo scribit lib.7 indict.2.epist.prima.

§ Quem ætas, non vita seniorem facit, grauiter est increpandus. C. XXVIII.

PAulus[f] dicit [Seniorem ne increpaueris.] Sed hæc eius regula[g] in eo† seruanda[h] est, cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum. Vbi autem senior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi districta increpatione feriendus est. Nam scriptum[i] est [Laqueus[k] iuuenum omnes vos,] & rursus Propheta dicit [Maledictus γ puer[l] centum annorum.]

Ioan. diaconus lib.3.num.32. 1.Tim.5. † al.tunc Esa.42. Esa.65.

γ¶ Maledictus puer.] *In codicibus B.Gregorij partim isto fere modo legitur,partim vero,*& peccator centum annorum maledictus est,*quẽadmodũ & apud Ioan.diaconum, & in vulgata,nisi quòd hæc habet non,*est,*sed,* erit. *Septuaginta autem, vt est apud B.Hieronymum, habuerunt,* & q moritur peccator centenarius, maledictus erit.

Item Hieronymus ad Heliodorum, epist. 1. de laude vitæ solitariæ.

¶Dignitas non facit episcopum, sed vita. C. XXIX.

NOn omnes episcopi sunt episcopi[m]. Attendis Petrũ: sed & Iudã considera. Stephanum suspicis: sed & Nicolaũ[n] respice. *& infra.* ¶ Non facit ecclesiastica dignitas Christianũ. Cornelius[o] centurio adhuc ethnicus[p] dono sancti spiritus mũdatur; presbyteros[q] Daniel puer iudicat. *& infra.*¶ Non est facile stare loco Pauli, tenere gradum Petri, iam cum Christo regnantium. *& infra.*¶ Infatuatum sal[r] ad nihilum prodest, nisi vt proijciatur[s] foras, & a porcis[t] conculcetur.

Act.10. Dan.13. §.dist.40.nõ est facile Luc.14.

P¶ *Aulus.*] CASVS. Ianuarius eps die Dominica ante Missã, & etiam post, exarauit messem cuiusdam laici violẽter. de quo reprehendit eũ Papa. Ille autẽ dicebat se nõ esse arguendum. Et hoc pbat auctoritate Pauli,q dicit, Seniorem ne increpaueris. sed Gre. rñdet & dicit hoc esse seruãdum cum seniores boni sunt,sed cũ suo exẽplo iuuenes corrumpũtur, increpandi sunt seniores:& hoc pbat duabus auctoritatibus.
f¶ *Paulus.*]f.in epistola 1.ad Timoth.5.
g¶ *Regula.*] Arg.quòd possumus interpretari & arctare gñralia verba Apostoli ,vt 33.q. quos Deus coniunxit. 32.q.5.hoc videt. & ff. de iur. vo.l. quãuis.& ff.de testi.quæsitum.
h¶ *Obseruanda.*]exempla em prælatorũ & se nũ facilios corrumpũt, & ideo magis sunt puniẽda.vt 11.q.3.præcipue.& 85.dist.tanta.
i¶ *Scriptum.*] scilicet in Esaia.
K¶ *Laqueus.*] scilicet malo exemplo.
l¶ *Puer*.] Canon pter malitiam aliquorum fingit aliquid esse quod nõ est , & conuerso.40.dist. multi sacerdotes.
N¶ *On omnes episcopi.*] CASVS. Heliodorus quæsiuit a Hieronymo,an prælati essent accusandi & eijciendi. Et respondet q boni,vt Petrus & Stephanus non sunt accusandi, sed honorandi: mali vero sunt accusandi & proijciendi sicut sal infatuatum, vt Iudas & Nicolaus , nec prodest ecclesiastica dignitas in hoc. Et hoc probatur exemplo Centurionis & Danielis.
m¶ *Non omnes episcopi sunt episcopi.*] id est, nõ omnes episcopi voce, sunt episcopi re.
n¶ *Nicolaum.*] qui fuit vnus de septem diaconibus quos Apostoli instituerunt,qui fuit reprobus.
o¶ *Cornelius.*]qui primus ex gentibus nomen Iesu Christi est secutus.26.dist.deinde.
t¶ *Et à porcis.*] id est, dæmonibus, qui dominantur malis prælatis quasi pecori suo.24.q.1.§.his auctoritatibus.

1 Arg.§ §.ea. q.cõsulusti. §1.q.1.q si dormierit.
Prælatorum exẽpla mala alios corrumpunt.
Et generaliter quicũqz publice peccat exemplũ peccandi cuilibet tribuit & io totã ecclesiam delinquit.36.q.2. sed illud.fm L.& Hug.
Dic q puerilis ætas durat vsque ad pubertatẽ,vt l.pueri. cum gl. ff.de ver. sig.
4 Et dicũt q iste fuit machomet quẽ colũt pagani Hu.& de hoc habet J. 24. q.3. quidam ver. Nicolaite.secũdum L.qui asserit q iste fuit machomet.
Dæmones malis prælatis dominantur.

Non

NOn omnis.] Casus. Dicitur hic, quod per columbam bonus prælatus intelligitur, qui est audiēdus. Per coruum autē malus prælatus intelligitur, qui est repellendus.

Presbyter malus coruo æquiparatur.

a ¶ Corui.] coruo æquiparatur malus prælatus vel presbyter in nigredine vitiorum, & in raucedine vocis, & in voracitate, scilicet mortuorum oblationū & in fœtore spiritus & in garrulitate, & in furto. 23. q. 4. tres personas. Io. de Fan.

dargutus fuit ab asina quam equitabat. Mali prælati comparantur Balaā, & fontibus sine aqua, & nebulis tenebrosis. Per asinam vero etiam subditi laici intelliguntur.

b ¶ Secuti sunt.] prælati & doctores mali.

c ¶ Balaam.] supple venientis.

Item Augustinus tractatu sexto in c. 1. Ioannis.

¶ Non episcopi nomen, sed vita reuerentiam meretur. C. XXX.

NOn omnis, qui dicit, pax vobiscum, quasi columba est audiēdus. *& infra.* ¶ Corui [a] de morte pascuntur. Hoc columba nō habet: de frugibus terræ viuit, innocens eius victus est.

Et ibi gloss. ord.

Item Beda ad c. 2. epistola secunda Petri.

¶ Docti ab indoctis, clerici a laicis quandoque merito reprehenduntur. C. XXXI.

2. Pet. 2. Num. 22. † al. mutum hominis

SEcuti sunt [b] viam Balaam [c] & Bosor [d], qui mercedem iniquitatis amauit: correptionem vero habuit suæ vesaniæ. Subiugale mutū in hominis † voce loquens prohibuit prophetæ insipientiam.] Plerumq; hæretici tā stulta dogmata, tā execranda proferūt sacramēta, vt etiā hæbetū sensus, & paganorū, & qui ratione diuinæ agnitionis omnimodis carēt, illorū detestetur insaniā, & illorū distorta, & Deo contraria itinera sanius sapiēdo redarguat. Et (quod peius quia frequētius est) nonnumquā multi catholicorū in tātum mercedem amant iniquitatis, vt etiam docti ab indoctis, à laicis clerici merito redarguantur † [e]: qui iure comparantur prophetæ, qui verbis asinæ contra naturam loquentis corripitur; nec tamen à proposito praui itineris retardatur. Quibus etiam aptissime nomē congruit ciuitatis, de qua Balaam venisse perhibetur. Bosor namque carneus, siue in tribulatione [*] interpretatur. Neque enim alia maior † causa luxuriosis existit, verbū veritatis amore pecuniæ, vel desiderio rerum temporalium adulterare; quam quòd carnis se concupiscentiæ mancipauerunt. *& infra.* ¶ Sed & nomen ipsius Balaam, qui vanus populus, siue præcipitans eos interpretatur, talibus conuenit. Qui enim agnitam veritatis viam sponte ipsi deserunt; quid nisi vanus sunt populus? Quid, nisi in præcipitium suos mergunt auditores; quibus non salutaria, quæ corrigāt, sed quæ illos delectant, erronea prædicant? de quibus bene subditur [Hi sunt fontes [f] sine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur.]

† al. lacerentur

Ibidem

† al. magis

* ¶ Tribulatione.] *sequebatur, positus, quæ dictio sublata est, quia neque apud Bedam, neque apud B. Hieronymum in nominum hebraicorum interpretatione habetur.*

d ¶ Et Bosor.] verba sunt Petri vsq; ad verb. plerūque. vbi Beda exponens verba Petri in canonica dicit, quod hæretici à gētibus reprehensi cōparātur Balaā correpto ab asina. cōparantur ēt & mali prælati reprehensi a laicis.

e ¶ Redarguantur.] nō dicit accusentur. vnde non pōt hic sumi ar. quod laici possint accusare clericos, vt. 2. 2. distin. nolite. in fi. contra. Sol. ibi, quod triplex est reprehensio: quod ibi vide.

f ¶ Fontes.] verba Petri.

QVIA. Casus. Cōcludit Gratianus ex supradictis cap. quod mali prælati possunt accusari a subditis, non excusante eos officio vel auctoritate, quia criminaliter peccans alteratur, & capite minuitur: quod probat sequenti cap.

g ¶ Quia.] iterū ex his tribus c. quod mali prælati cū criminaliter peccant, possunt à subditis accusari. & ad hoc inducit cap. sequentia.

h ¶ Alteretur.] id est, in alterius statū commutetur. transit enim de familia Dei ad familiam diaboli. 24. q. 3. si quis non recto.

i ¶ Vt ita dicam.] videtur ēt, quod infamis capite minuatur. ff. de va. & extraor. cogni. cognitionum. §. existimatio.

§. c. non omnes. & c. non omnis.

Quia ergo [g] non omnes episcopi sunt episcopi, presbyteri à Daniele puero indicantur, sal infatuatum à porcis conculcatur, & qui dicit, Pax vobiscum, plerumque non columba, sed coruus reputatur; patet quòd non semper pro officio, atque † auctoritate persona ab accusatione est cessandum: immo contra prauos est agendum, cum omnis persona criminaliter peccans alteretur [h], & (vt ita dicā [i]) legibus capite minor censeatur. Qui enim facit peccatum; seruus est peccati tam in pœna, quàm in culpa.

† al. vel

Ioan. 8.

Vnde Augustinus ait.

¶ Qui susceptum officium non administrat, non est episcopus, sed canis impudicus. C. XXXII.

Burc. l. 1. c. 203. Iuo p. 5. c. 319.

QVi nec regiminis in se rationem habuit, nec sua delicta detersit, nec filiorum crimen [k] correxit; canis impudicus dicendus est magis, quàm episcopus.

¶ *Caput hoc apud B. Augustinum, ex quo citatur, non est inuentum, Burchardus & Iuo citant ex Gregorio, & eadem fere verba ipse quoque Gratianus* §. *dist. 83. subnectit capiti,* Nemo quippe. *quod est Gregorij. Simile quiddam Burchardus l. 1. c. 13. & Iuo p. 5. c. 67. afferunt ex Origene.*

QVi nec.] Casus. Dicit Aug. quod qui nec sua delicta nec filiorum corrigit, non est dicendus eps, sed canis impudicus.

k ¶ Crimen] talis. s. ad accusationē vel ad testimoniū non admittitur, vt 37. dist. legant. §. 6. q. 1. qui crimen.

Quibus ergo Hieronymus [l], Augustinus, Gregorius auferunt nomen columbæ, episcopi, senioris, nonne & priuilegium est auferendum dignitatis, vt possint à subditis reprehendi? Vnde scriptura dissimulans [m] priuilegium praua senectutis, ait [Maledictus] non senior, sed [puer centum annorum] Apparet ergo, quòd hi ex accusatione prælatorum infames fiūt,

§. ea. Paulus.

QVIBVS ERGO. Casus. Concludit Grat. ex supradictis, & dicit, quod cū mali prælati amittunt nomen epi senioris & colūbæ, merito poterūt à subditis accusari & aduocari. Infames ergo sunt qui bonos accusant: qui vero malos, laudabiles fiūt. In fi. §. exponit quod dicitur §. c. maiorū. Et dicit, quod minor ibi intelligitur non dignitate, sed vita. Et hoc clare in seq. c. probatur.

* Quia ipsas oblationes sibi vsurpāt & rapiūt, qui ad hoc prædicāt vt viuant, secundum H.

S ¶ Secuti.] Casus. Beda ponit in hoc c. verba Petri in epistola canonica, & exponit ea intendens probare, quod prælati possunt accusari à suis subditis etiā laicis: quia Balaā malus propheta re-

l ¶ Hieronymus.] scilicet in tribus prox. cap.

m ¶ Dissimulans.] aufertur enim alicui nomen propter suam malitiam. 33. q. 2. admonere. §. 19. dist. secundum. & 2. q. 4. §. item pecc. cato. §. ea. q. 1. scelus.

Nomen aufertur à malitia.

P ...

P *Aulus.*] C A S V S. istius c. planus est. Et inducuntur 5. cap. ad probandum, quod licet aliquis sit in minori dignitate alio, maior tamen est eo vita & sanctitate.
a ¶ *Imparem.*] meritis: non tamen administratione, dist. 80. in illis.
b ¶ *Sciret.*] Ex hoc patet, quod aliquis scit se habere charitatem per reuelationem. Paulus alibi dicit: Scio quod neque mors, neque vita, neque aliquid aliud me poterit separare à charitate Dei. alibi th dicit, Nihil mihi conscius sum, &c. vt §. 4. dist. c. vlt.

si quis vxori. c. tit. non tamen potest eum conuenire de furto, sed actione in factum, vt C. de dolo malo, si superstite. Emancipatus autem potest agere ciuiliter contra patrem, sed venia impetrata, vt C. de in ius voc. l. vl. Sed in criminali causa non auditur contra patrem. 3. ea q. 1. prohibentur. nec pater contra filium nisi iniuriam in ipsum commiserit, vt C. de pa. po. l. 3. Ne

qui eorum vitam reprehendere, & lacerare conantur, qui locum sui regiminis non nomine tantum, sed vita, & moribus tenent. Alij autem potius laudabiles fiunt ex accusatione prælatorum suorum, quàm infames. Item, quod dicitur [Maiorũ quispiam minorum accusationibus non impetatur;] minores intelligendi sunt non dignitate, sed vita.

Vnde Hieronymus ait de Paulo super epistolam ad Galatas.

¶ Maiores & minores non dignitate, sed vita intelligi oportet. C. XXXIII.

PAulus Petrum reprehendit: quod non auderet, nisi se non imparem[a] sciret[b].

¶ *Caput hoc quod citatur in plerisque exemplaribus ex B. Hieronymo & in aliquot ex B. Augustino, in neutrius libris inuentum est: sed in glossa ordinaria ad ea verba ipsius epistolæ ad Galatas,* In faciem eius restiti: *additur hæc interlinearis explanatio*, quod non auderet, nisi se non imparem sentiret. *Et in commentarijs B. Ambrosii in illum eundem locum hæc leguntur.* Nam quis eorum auderet Petro primo Apostolo, cui claues regni cælorum Dominus dedit, resistere, nisi alius talis, qui fiducia electionis suæ sciens se non imparem, constanter improbaret, quod ille sine consilio fecerat?

Hoc non de officio[c] ecclesiasticæ dignitatis, sed de puritate vitæ, & sanctitate conuersationis intelligitur: solus enim Petrus inter Apostolos primatum gerebat.

Hinc Augustinus ait ad Hieronymum epist. 19. prope finem.

¶ Non episcopi nomen, sed vita maiorem facit. C. XXXIIII.

QVamquam secundum honorum vocabula[d], quæ iam ecclesiæ vsus obtinuit, episcopatus maior presbyterio sit; tamen Augustinus[e] in multis rebus Hieronymo minor est.

Idem lib. 2. de baptismo contra Donatistas, c. 1.

¶ Episcopi licet pares sint meritis, gradu tamen differunt dignitatis. C. XXXV.

PVto, quòd sine vlla sui cõtumelia Cyprianus episcopus Petro Apostolo comparatur, quantum attinet ad martyrij coronam. Ceterũ magis vereri debeo, ne in Petrum cõtumeliosus existam[f]. Quis enim nescit illum Apostolatus principatum cuilibet[g] episcopatui præferendum? Sed etsi distat cathedrarum gratia, vna tamen est martyrum gloria. *Item infra.* ¶ Cum Petrus a Paulo posteriore corrigitur, & pacis atque vnitatis vinculo custodito† ad martyrium promouetur†[h]; quanto[i] facilius, & fortius, quod per vniuersæ ecclesiæ statuta firmatũ est; vel vnius episcopi auctoritati, vel vnius prouinciæ concilio præferendum est?

Idem tractatu 30. in Ioannem, in fine.

¶ Non in honore, sed in veritate filius æquatur, vel præponitur patri. C. XXXVI.

QVeritur[k] pater de malo filio, aut queritur filius de duro patre: Seruamus honorificẽtiam, quæ debetur patri à filio, quæ deficit a filio. Nõ æquamus[l] filium patri in honore, sed præponimus, si bonam causam habet: filium[m] æquamus patri in veritate: & sic tribuimus honorem debitum, vt non perdat æqualitas† meritum.

Item Ambrosius sermone 66. de natali Petri & Pauli.

¶ Aequales fuerunt meritis (licet gradu differentes) Petrus & Paulus. C. XXXVII.

BEati Petrus & Paulus eminent inter vniuersos Apostolos, & peculiari quadã prærogatiua præcellunt: verũ inter ipsos, quis cui præ-

A D D I T I O. ista concor. respicit litterã, non imparẽ, secundũ Laud. Ad idem 21. q. 4. sicut excellentiam.
c ¶ *Hoc non de officio*] quod non possit esse impar Paulus Petro.
Q *Vamquam*] C A S V S. Aug. hic cõmendat Hiero. & dicit quod quãuis Aug. sit episcop. & Hieronymus presbyter, tñ Hierony. est maior Augustino vita & sanctitate.
d ¶ *Secundum vocabula*] quia eps est nomẽ dignitatis, presbyter nomen ætatis. 93. distin. legimus.
e ¶ *Augustinus.*] Aug. forte hoc credebat. nõ enim licuit ei mentiri pro humilitate. 22. q. 2. cũ humilitatis. & cũ Hieronymus fuit presby. et Cardinalis, patet quod quilibet episcopus est maior quam presbytero Cardinalis.
P *Vto.*] C A S V S. Probatur in capitulo isto, quod cõcilia vniuersalia præferuntur propter dignitatem statutis vnius epi, vel prouincialis concilii: quia licet Cyprianus & Paulus sint in martyrio Petro æquales: tamẽ Petrus maior est dignitate, & statuta eius sunt magis seruanda quam aliorũ. licet n. vna sit martyrii corona, tamen in cathedris est differentia.
f ¶ *Existam.*] sic dicã Cyprianum in omnibus æqualem.
g ¶ *Cuilibet.*] 3. 21. distin. in nouo. 3. 24. q. 1. loquitur contra.
A D D I T I O. Dic quod ratione ordinis Petrus fuit par aliis Apostolis & ceteris epis, sed rõe administrationis fuit maior.
h ¶ *Promouetur.*] ita vt in hoc videantur ipsi esse pares, & etiam statuta eorum.
i ¶ *Quanto, &c.*] & est hic argu. quod potius statur ei quod à pluribus, quam quod a paucioribus dicitur. & 19. dist. in canonicis.
Q *Veritur.*] C A S V S. Dicitur hic, quod licet pater corã iudice cõqueratur de filio, & econuerso, filius est patri præferẽdus in veritate, in honore tñ pater est filio præferendus, & sic honor debitus patri seruatur, vt æquitas non perdat meritum.
k ¶ *Queritur.*] secundũ canones ergo filius cõqueritur de patre: tam in ciuili quãm in criminali negotio: sed secundum leges non nisi ciuili, etiam in causa ciuili, vt ff. de in ius. l. nulla & ff. de furt.

l ¶ *Non æquamus.*] sic Celsus corrigit dicta patris sui. ff. de condi. cau. da. l. dedi. §. si quis quasi statuliber. Item arg. quod aliquis potest esse maior & minor altero diuerso respectu. 3. ea. quamquam. 25. dist. perlectis.
m ¶ *Præponimus filium.*] arg. quod veritas a quocumque prolata amplectenda est. Et est etiam arg. contra testimonium honorabiliũ personarum. simile dist. 9. ego.
B *Eati.*] C A S V S. Probat Ambro. in hoc cap. Petrum & Paulum fuisse æquales in passione, & fidei deuotione; quia eodẽ die, eodem loco, & sub eodẽ persecutore susceperunt martyrii coronã, vt vbi erat caput superstitionis, vigeret caput sanctitatis.

Pauli charitas magna fuit.

Eps maior est presbytero Cardinali.

1 Ista gl. reprobatur à doctoribus sin. ad hoc quod dicit epm maiorẽ presbytero Cardinali secundum dignitatis respectu ordinis episcopalis. vnde epi dicuntur summi sacerdotes vt c 1. post me. de sac. vnc. & æquiparantur illustrib. seu spectabili prætorio, vt in gl. in l. episcopali C. de epis. aud. & non habent maiorem dignitatem Cardinales quam epi sed habent maius officium vt in quib. Bal. in l. 3 § 6 qons. in 2 col. ff. de ap. facit tex in c. si abbate. de ele. lib. 6. & no. p Ab. in c ecclesia ve. stra. Lederius er. de elec. in pe & vlt. col.

Filius patrẽ conuenire potest.

2 De hoc et no 23 q 4 si ecclesia § gl. melius ibi vide.

§. ea. c. maiorũ.

Gal. 2.

Iuo p. 5. c. 24.

† al. custodito

† al. promouetur

† al. æquitas

a Cũ ex sequẽtia pseceutionis virtus vtriq claruerit in vtroque. Hug.

a ¶ *Pro virtute.*] scilicet vt parem virtutem & constantiam contra persecutionem in passione habuisse videantur.

ITEM PAENITENTES. Hæc est 5. pars huius quæst. in qua dicit, quid sit in hac quæstione tenendũ: & dicit q tales qui sacerdotes esse non possunt, nec eos accusare, nec in eos testificari possunt, nisi criminaliter agitur. Si enim ciuiliter agitur: aut crimen est occultum quod obijcitur testi, aut manifestum. si occultum, præsumo eum inde egisse pænitentiam: quia occultum in meliorem partem interpretamur. extra de sortilegijs. cap. ex tuarum. & extra de reg. iuris. estote. Si autem manifestum, probabit se egisse pœnitentiam per sacerdotem: quod facere potest, vt extra de simo. nemo. 50. dist. in capite. 2. q. 1. si peccauerit. in fi. nisi tale sit crimen, quod etiam post pænitentiam irroget infamiam, vt cum aliquis cõuictus est de periurio, vt 3. q. 7. §. porro. Si autem criminaliter agitur: siue sit occultum, siue manifestum: siue inde egerit pænitentiam, siue non, repello eum, vt 6. q. 1. qui crimen. Vel distingue sicut notaui supra illo cap. qui crimen. Ioan. & extra de test. testimonium. vbi distinguitur breuiter. B. circa hanc materiã cõsueuit quæri: si quis vinum nõ potest bibere, an possit promoueri? cum ipsum ministrantem oporteat communicare. de consec. dist. 2. episcopus Deo. & dist. 2. peracta? Dic quòd nõ. Nec etiã accusare potest, ille qui casu mẽbrum amisit. 55. dist. c. vlt. tamen inferiorem vel parem potest accusare: quia potest remanere in executione illius ordinis. dist. 55. præcepta. nam qui est intra xxx. annos, potest accusare sacerdotes. Itẽ clericus bigamus non potest accusare clericum coniugatũ qui viduam & virginẽ habuit vxorem: quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali 32. dist. si quis vero. Hug. dicit quòd sacerdos depositus alium potest accusare. Sed hoc nõ placet nam ex quo est de crimine cõdemnatus, statim est delictum eius notorium. extra de co habi. cler. vestra. Item nec ille admittitur ad accusationem, cui crimẽ est in modum exceptionis probatũ, per quod est repulsus a testimonio, licet non sit infamis. arg. extr. de elec. super eod. & 2. q. 1. prohibẽtur. grauata est tamen eius opinio sicut illius q ancillã oppressit. C. de adul. & si stibdine. Nam inhonestũ est tales ad ordines admitti, vt dicit lex de his q supponũtur fustibus ab ędilib[g], licet nõ sint infames. ff. de decurio cos. nisi sit necessitas. ff. d mune. & hono. l. vt gradatim. & hoc ideo, q a opinio eius in nullo vacillabit, vt 33. dist. laici. & no 3. eadq. 1. in primis. in fi. Ioan. & probatur hodie tota hæc distinctio in decreta. de testibus, cap. testimonium. Quid iuris sit de ordinando, notaui supra 25. dist. primum. B.

f Vide quod not. 3. q. 7. § fine in fi.

Sacerdos nõ efficiatur q vinum bibere non potest.

g Hic add quod no. 3. e. in sũma ver tales.

Accusare nõ põt de crimine conuictus in modũ exceptionis.

g Idest, à custodibus ędiũ ab Icẽdio de nocte. ff. de of. præfe. vi. l. 1. & 2.

ponatur, incertum est. Puto enim illos æquales esse meritis, qui æquales sunt passione; & simili eos fidei deuotione vixisse, quos simul videmus ad martyrij gloriam peruenisse. ¶ Non enim sine causa factum putemus, quòd vna die, vno in loco vnius tyranni tolerauere sententiam. Vna die passi sunt, vt ad Christum pariter peruenirent; vno in loco, ne alteri Roma deesset; sub vno persecutore, vt æqualis crudelitas vtrumque constringeret. Dies ergo pro merito, locus pro gloria, persecutor decretus est pro virtute[a]. Et in quo tandem loco ijdem martyrium pertulerunt? in Vrbe Roma; quæ principatum, & caput obtinet nationum: scilicet vt vbi caput superstitionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis; & vbi gentilium principes habitabant, illic ecclesiarum principes morarentur.

¶ *Sermo vnde hoc caput sumptum est, inter sermones B. Ambrosij est 66. inter sermones B. Augustini de sanctis, vigesimus septimus, & apud Maximum Taurinensem, quintus in festo eodem, qui num 54. est.*

§ *Item pænitentes*[b], *bigami sacerdotes accusare non possunt. Vnde generaliter colligitur, quòd quicumque sacerdotes non sunt, vel esse sacerdotes non possunt, in sacerdotes accusationem, vel testificationem proferre non possunt.*

Vnde Fabianus ait epistola secunda ad episcopos Orientales.

¶ Qui sacerdotes esse non possunt, sacerdotes accusare non valent. C. XXXVIII.

Ans. l. 3. c. 47. Poly. l. 5. tit. 1. Mutata est verborum series.

IPsi Apostoli, & eorum successores olim statuerunt, vt sacerdotes Domini non accusent, nec in eos testificentur, qui sui ordinis non sunt, nec esse[c] possunt.

Item Damasus Papa ad Stephanum archiepiscopum, epist. 3. c. 5.

¶ Sacerdotes accusare, vel in eos testificari non valent, qui ad sacerdotium prohibentur eligi. C. XXXIX.

Poly. ibidem. Bu. c. l. 1. c. 172. Iuo p. 5. c. 290. Pano l. 4. c. 126. Ans l. 3. c. 41. §. ea. sacerdotes

Q Vòd vero.] Casvs. Hæc eſt quæſtio quarta, qua quæritur an infames vel non legitime coniuncti poſſint admitti ad accuſationem epiſcoporum, & etiam aliorum. Sed quòd remoueri debeant, multorum auctoritatibus probatur.

b ¶ *Quòd vero.*] maxime: nam etiam poſt admittuntur, vt ſ. ...

f ¶ *Sub infamiæ.*] j. 27. q. 1. ſi quis rapuerit. C. de rap. vir. l. vna. ſi. j. 33. quæſt. 2. quicumque.

Additio. Ad idem infra ea. q. vlt. ſi quis. ſecundum Hu.

f ¶ *Sub infamia.*] Qualiter ſit hoc intelligendum, dixi ſ. 2. q. 3. §. hinc colligitur 2. j. 4. q. 1. §. diffinimus. Item patet hoc quòd ſecundũ canones ipſum factum infamat. j. ea. q. 5. conſtituimus.

Conſs

Conspiratores.] Casvs. Dicitur hic, quod conspiratores & anathematizati non possunt aliquem accusare.
a ¶ Conspiratores.] 11.q.1. conspirationum. & c. coniurationum. nec ad denunciationem admittuntur. extra de accus. cum oporteat. & de simo. licet.

gus potest religiosum vel Christianum accusare, vel contra eũ testificari, quamuis Christianus ille sit vilis vel seruilis persona.
m ¶ Humilis.] ergo videtur, quod si infamis vult agere ciuiliter, quod nõ audiatur, sed intellige vel pro, idest, vel loquitur de excõicato.
n ¶ Seruilisque.] ergo loquitur de criminali causa: quia seruus in causa

Idem in eadem epistola.

¶ Qui non sunt recipiendi in accusatione. C. V.

Conspiratores [a] in nullius accusatione sunt recipiendi, nec eorum vel anathematizatorum vox vllum nocere, vel accusare † potest. — Iuo p. 6.c. 346. — † *al. ledere*

Item Stephanus Papa, epist. 2.

¶ De eodem. C. VI.

Nullus anathematizatorum † suscipiatur, nec à quoquam credantur [b], quæ ab eis dicuntur, vel conscribuntur. Eos † dico anathematizatos esse, quos episcopi suis scriptis [c] anathematizauerunt; aut eorum [d] statuta anathematizant [e]. — Pann. l. 4. c. 71. — † *al. anathema*] orig. — † *al. eos quoque dico*] orig.

Item Fabianus Papa, epist. 1. ad ecclesiæ ministros.

Anathematizati, fideles accusare non possunt. C. VII.

Omnes, quos sanctorum patrum statuta tam præteritis, quàm futuris temporibus anathematizant, submouemus †, & ab omni accusatione fidelium alienamus. — Ansl. 1.3.c.16. Poly. l. 1. tit. 1.

Item Stephanus Papa, epist. 2. c. 8.

¶ Clericus, qui episcopum accusauerit, infamis efficitur. C. VIII.

Clericus vero, qui episcopum suum accusauerit [f], aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus; quia infamis effectus est, & à gradu debet recedere, ac curiæ tradi [g] seruiturus.

Item Alexander Papa, epist. 1. c. 1.

¶ Infames, & exules fiant, qui episcopos persequuntur. C. IX.

Hi qui [h] episcopos suos [a] persequuntur, & amouere nituntur iniuste contra Apostolicam auctoritatem, etsi à morte prohibentur, dicente Domino [Nolo mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat;] perpetua tamen notantur infamia, & exilio [i] digni iudicantur finitimo: de quibus a temporibus Apostolorum, & infra ista tenemus, atque decreta habemus, quibus eorum accusandi episcopos, vel testificandi in eos uocem obstruimus, quos non humanis, sed diuinis actibus mortuos esse scimus. — Ansl. l. 3. c. 79. — Ezech. 33.

a ¶ Suos.] *Vox ista abest a plerisque manuscriptis & originali; sed ob glossam non est sublata.*

Item Zepherinus Papa, epist. 1. ad episcopos Sicilien.

¶ Detractores, & inimicorum auctores episcopos non accusent. C. X.

Detractores [k] (qui diuina auctoritate eradicandi sunt) & auctores † inimicorum [l] ab episcopali submouemus accusatione, vel testimonio. — Ansl. l. 3. c. 35. Iuo p. 5. c. 245. — † *al. assertores*

Item Eutychianus Papa primus, epist. 2. ad episcopos Siciliæ.

¶ Infamis, vel sacrilegus religiosum Christianum accusare non potest. C. XI.

Nulli vmquam infami, atque sacrilego de quocumque negotio liceat aduersus religiosum Christianum, (quamuis humilis [m], seruilisque [n] persona sit) testimonium dicere, nec de qualibet re, actione, vel inscriptione Christianum impetere. — Ansl. l. 3. c. 25. Burc. l. 16. c. 11. Iuo p. 6. c. 333. Pann. l. 4. c. 92.

Notandum vero quòd aliud sit excommunicatio, & aliud anathematizatio. Vnde Ioannes Papa VIII. scribit cuidam episcopo.

¶ Aliud est excommunicatio, aliud anathematizatio. C. XII.

Engeltrudam vxorem Bosonis noueris non solũ excõmunicatione, — 11. q. 3. nemo episcoporum. Iuo p. 14. c. 51.

Nullus.] Casvs. Anathematizatus nõ recipitur in accusationem. Et dicitur anathematizatus quẽ episcopus suis litteris anathematizat: vel qui incidit in canonem latæ sententiæ. Casus seq. c. planus est.
b ¶ Credantur.] argu. contra, 23. quæst. 8. vt pridem.
c ¶ Scriptis.] idest, per scripta nunciant vitandos. & sic aliquis potest absentem excõicare per scripturam, vt ĩ. 2. q. 5. quanto. & arg. ff. de testa. seruus.
d ¶ Aut eorum.] sic de sent. excom. nuper.
e ¶ Anathematizant.] vbi est canon latæ sententiæ.

Clericus.] Casvs. Quæsitum fuit an clericus, qui suum episcopum per calumniã accusauit, vel insidiator ei extitit, repellatur ab accusatione? Et dicitur quod sic: quia infamis effectus est: & depositus tradi debet curiæ seruiturus.
f ¶ Accusauerit.] calumniose, ne sit contra, supra, 2. q. 7. quapropter.
g ¶ Curiæ tradi.] non statim, sed tunc cum est incorrigibilis, vt extra de iudic. cum nõ ab homine. 11. q. 1. si quis sacerdotum.

Hi qui] Casvs. Dicitur hic, quòd qui suos episcopos iniuste persequuntur, & per calumniam à suis sedibus remouere conãtur, nõ possunt suos epos accusare, vel in eos testificari: quia infames sunt, & exilio digni iudicãtur, licet à morte prohibeant, dicente Dño: Nolo mortẽ peccatoris, &c. Hoc autẽ verbũ, *quos non humanis*, &c. 2. 2. q. 7. fuit expositum in c. placuit eorum.
h ¶ Hi qui.] & si à morte corporali.
i ¶ Et exilio.] Ergo iudex ecclesiasticus potest in exilium mittere, vt 50. dist. accedens, 63. dist. in synodo. ĩ. prox. q. c. 3. in fi. vel ponitur exilium pro carcere monasterij, vt 2. q. 1. in primis.

Detractores.] Casvs. Dicitur hic quòd illi qui detrahunt alijs, & qui inter alios discordias ponunt, remouendi sunt ab accusatione & testimonio episcoporum.
k ¶ Detractores.] ĩ. 6. q. 1. deteriores.
l ¶ Inimicorum.] idest, inimicitiarum.

Nulli.] Casvs. Dicitur hic, quod nullus infamis vel sacrilegus potest religiosum vel Christianum accusare, ... ciuili se defendere non potest, sed in criminali potest, vt ff. de accusatio. seruos. & l. eos. §. seruus.

Notandum vero. Casvs. Supra in c. conspiratores. & c. nullus. & c. sequenti facta fuit mentio de anathemate. ideo Gra. ponit hic hunc §. vt assignet differentiam inter excommunicationem & anathema. & ad hoc inducit sequens cap.

Engeltrudam.] Casvs. Ad suggestionem Engeltrudæ vxoris Bosonis Lotharius dimisit Thebergã & superduxit Engeltrudam.

Excõicari potest absens per scripturam.

Ex toto, ita quod per ecclesiã iam non potest corrigi secundũ Hug. de hoc no. extra de iud. ad fi. in gl. vl.

Iudex ecclesiæ potest in exilium mittere.

Quod falsum est, vt 4. q. 6. omnibus.

† Ex isto tex. potest inferri constitutiones ad præsentia trahi. cõ cor. tex. in l. sancimus. C. de sacrosan. eccl. tex. est fin. l. c. aquæ. de cõse. ecc. vel altaris.

lam, propter quod Io. Papa remouit eā non solum à fraterna societate, idest, à communione sacramentorū, quæ minor excōicatio dicitur: sed etiam à corpore Christi, idest, à communione fidelium, quæ anathema, idest, maior excommunicatio dicitur.

a ¶ *Anathemate.*] anathema est maior excommunicatio. 11. q. 3. nemo

§ necesse. arg. contra. C. de q. l. 3. Item domestici sunt, qui sunt in eiusdem potestate, vt insti. de test. §. in testibus. Itē propter quos. C. de emend. ser. l. 1. Hoc etiā notandū, q amicus non pot esse testis, vt j. pro. causa. q. 3. §. item testium fides. nec cui imperari pot ratione patriæ vel dominicæ ptātis, vt 4. q. 3. §. itē in criminali. Itē inimicus capitalis numquā admittitur. sed si est inimicus[e] alia de causa, admittitur. sed tēpore disputationis aliquan̄ß, an sit ei credēdum. in authen. de testi. §. si vero odiosus. coll. 7. Itē cōsanguinei oēs secundum Alanum pñt admitti, si tales appareāt q veritatē gr̄æ præponāt 4. q. 3. §. cos testes. Sed hoc non credo verum; cū etiam iudex ppter hoc possit recusari. extra de ap. postremo. extra de offic. iud. dele. causam quæ. Sed in causa matrimonij admittuntur consanguinei. 35. q. 6. c. 1. & 2. & ar. ff. de pb. etiam matris. extra q mat. accus. pos. videtur: quod verū est vbi agitur de cōsanguinitate probāda, vel īprobāda. aliàs repellerētur quasi suspecti, vt extra de testi. super eo. Ioā. Sed certe male dixit Ioā. qm̄ parentes bñ admittuntur sup fœdere m̄rimonij, vt i illa decre. super eo. & in decre. videtur in fi. & ita seruat de facto B.

Anathema.

† Cum isto tex. iūcta sua gl. cōcor. Al. de Imo. in l. q iurisdictio ni. vt si. sedo fall. ... om. iu. per l. g̃n etiā. de arbitr. Pro declaratione tamen huius c. dic q in criminali nō potest esse iudex pater in causa filiorū & aliorū deg... bus hic si opponatur etiā absq; aliqua excusatiōe facta ione suspiciōis allegāde pbatur per tex. in l. 1. lex Corne. in ... de iniu. Sed in ciuili cā pōt esse iudex etiā vel dimati[e] dūmodo nō recusetur ptea. in l. in priuatis. ff. de iud. sed de hoc vide plene in l. a peetissimi. & ibi docto. maxime Salı. C. de iudi.

quæ à fraterna societate separat, sed etiam anathemate[a], quod ab ipso Christi corpore (quod est ecclesia) recidit, crebro percussam esse.

¶ *Epistola hæc Ioannis VIII. non est inuenta. Verum Nicolaus primus in concilio a se Romæ habito, de Metensi synodo penitus abolenda, vltimo narrat hanc Engeltrudam bis à se fuisse anathemate percussam. Cuius mulieris flagitia, ob quæ iustissime hanc pœnam tulit, refert Regino libro secundo chronicorum. Potuit autem tempore Ioannis octaui viuere hæc fœmina; quoniam Hadrianus secundus, qui inter Nicolaum primum, & Io. VIII interfuit, quintum sui Pontificatus annum non impleuit.*

2 *Vnde datur intelligi, quòd anathematizati intelligendi sunt non simpliciter à fraterna societate, sed etiam à corpore Christi (quòd est ecclesia) omnino separati.*

QVÆSTIO V.

Q Vòd vero[b] testes de domo accusatorum producendi non sunt, & quòd vox inimicorum non sit audienda, multorum auctoritatibus probatur.

Ait enim Calixtus Papa, epi. 2. ad episcopos Galliæ.

¶ Consanguinei, & familiares aduersus extraneos testimonium non dicant. C. I.

† *accusatoris*] or. Ans. l. 3. c. 55. Poly. l. 5. tit. 1. Burc. l. 1. c. 171. Iuo p. 5. c. 289. Pann. l. 4. c. 85.

CONsanguinei † accusatoris † aduersus extraneos testimonium non dicant, nec familiares[c], vel de domo prodeuntes[d]; sed si voluerint, & inuicem consenserint, inter se parentes[e] tantummodo testificentur, & non in alios.

Item Anacletus Papa, epist. 3. c. 5.

Ambrosius Syagrio, epi. 64. Ans. l. 3. c. 13. Burc. l. 1. c. 152. Iuo p. 5. c. 239. Pann. l. 4. c. 84.

¶ Nuper inimici, accusatores, vel testes esse non possunt, C. II.

ACcusatores, & testes esse non possunt, qui ante hesternum[f] diem

nemo eporū. Et est hic differentia inter maiorē & minorē excōicationē; vt 11. q. 3. audi. 5. q. 2. plerum. 17. q. 4. q̄ sigs. Est etiā hic arg. q sæpius quis potest excōicari. 11. q. 3. c. excellentissimus. & c. omnis. 12. q. 2. de viro. 87. dist. eos qui. extra de postu. præla. ad hæc, in parte decisa. & cōfirmatus potest amplius cōfirmari. 11. q. 3. qd̄ prædecessor. & qui in sordibus est, sordescat adhuc, vt 47. dist. c. pe. sed contra 24. q. 1. c. 1. itē nihil ad nos de his quæ foris sunt. 2. q. 1. multi. & vltra excōmunicationē ecclesia nō potest quid facere. extra de iud. cum non ab homine. Item qui mortuus est, interfici nō pōt, sed anathema est æterna mortis dānatio. 11. q. 3. nemo episcoporū. Itē qui est extra ecclesiā, non potest esse magis extra, vt 11. q. 3 omnis. Item ar. contra ff. de verb. oblig. qui bis. Item Meldendus dixit: qui semel est excommunicatus, nō potest amplius excommunicari: sed denūtiari potest excommunicatus, & sic intelligit omnia iura, vbi quis sæpius videtur excōicari. Sed obijcitur ei q secundū hoc excommunicatus erit melioris conditionis quam non excommunicatus. Instat in Iudæo: quia licet Iudæus non possit excōicari, non tamē est melioris cōditionis quam Christianus. Ego credo q excommunicatio duos habet effectus: vnū eijciendi extra ecclesiā: & alium detinendi extra. Et licet excōmunicatio nō possit consequi primū effectum in excōmunicato, tamē cōsequitur secūdū. Item numquid tot erūt absolutiones, quot fuerunt excōicationes? & videtur q vna absolutione omnes excōmunicationes tollātur, vt ar. ff. de acceptil. pluribus. & l. si ex pluribus. vel quod saltem vltima cōfirmet omnes præcedētes, vt ff. commu. præd. est receptū.

VNDE. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, q anathematizati intelliguntur in superioribus c. non solum qui excommunicati sunt minori excommunicatione, sed etiam maiori.

QVod vero.] In hac quæstione probatur, q inimici, consanguinei, criminosi, grauiter, serui, liberti, familiares nō possunt esse testes, nec accusatores, nec iudices: & hoc pbatur p 14. auctorita. Io. de Fau. & nō diuidit. CASVS. Hic intitulat quintę quęstio, qua quærit an testes de domo accusatorū, & inimici sint audiendi. Et probat per sequentia c. q non, nisi in causa matrimoniali, vt 35. q. 6. c. 1.

b ¶ *Quod vero.*] Domestici sunt libertus, colonus, adscriptitius. C. de his qui ad eccle. cōfug. l. vlt. § sane. item mercenarius ff. de pœ. respiciēdū §. iuuētē. omnes qui sunt de familia alicuius, siue sint liberi siue non, domestici intelliguntur. ff. de ædil. edic. ædiles. §. familiæ. Large tamē dicuntur familiares omnes qui habitāt cū aliquo: vt extra de test. in litteris. extra de offi. deleg. insinuante. vnde cū vxor dicatur de familia, vt ff. ad Sylla. l. 1. si vir domestica est. & argu. C. de re mil. quicunque, lib. 12. & vxor dicitur domestica. 47. dist.

r De his excōicat. ōibus, s. maiori & minori, plene not. extra de sen. excō. quē & 11. q. 3. si inimicus. Archi. Excōicat[e] excōicari pōt.

a Idem tenet gl. opn. & ibi Cy. & Pe. in l. 1. C. qñ tu. vel cur. & gl. in l. aut dā nū. §. seruos. ff. de pœ. Excōicatiōis duo sunt effectus.

3 Adde no. p Bart. in l. ne pupillo. §. si pluribus. ff. d oper. nouæ nūc. Bal. in l. fi. C. de nup.

4 Vbi d̄ hoc. Vide qd̄ dixi 54. di. q ex sa cultio. sa psi.

C Onsanguinei.] CASVS. Dicitur in hoc c. q consanguinei accusatorum, vel familiares eorum, vel de domo sua prodeuntes contra extraneos testificari non possunt; si tamen partes consenserint, consanguinei inter se testificentur, & non in alios.

c ¶ *Nec familiares.*] ff. de verb. sig. pronunciatio. §. 1. & l. seq. & ff. de fur. si libertas. extra de test. in litteris.

d ¶ *Prodeuntes.*] tempore iudicij: quia ex hoc suspectus esset iudex. ff. ad leg. iul. de ambi. l. 1. in fin. similiter qui prodijt de domo iudicis, non potest esse testis alterius, vt 4. q. 4. c. vlt.

e ¶ *Parentes.*] j. 4. q. 3. §. parentes. contra. Sed illud intellige de remotis parentibus: illud de vicinis. Vel illud de collateralibus, illud de descendentibus vel ascendentibus[6]. cōtra collateralē enim nō cogitur quis testificari vsque ad quartum gradum, vt 4. q. 3. §. lege Iulia & hoc intelligunt quidā in criminalibus causis tantū. Sed in ciuilibus (vt d. cont.) licite admittitur contra fratrem frater, & pro ipso: quia nulla lege est prohibitū, & edictū de testibus est prohibitoriū, vt ff. de testi. l. 1. Item quia in priuatis iudicijs filius pot habere patrē iudicē, vt j. ea. q. 7. §. cognitores. & ff. de iud. l. in priuatis. Io. ego hoc non credo: quia propter consanguinitatē aliquis recusatur, vt extra de app. postremo. potest tamē dici, q collaterales admittantur post tertiū gradum, ea ratione: quia vsque ad gradum illū non coguntur inter se dicere testimonium. Dñs Hug. dicebat, q filius potest habere patrem iudicem, nisi recusetur: quia recusari potest, vt d. c. postremo. B. Sed quid si testis est consanguineus illius pro quo inducitur, & illius contra quē inducitur? Satis videtur quod tunc par affectionis causa suspicionē fraudis excludit. ff. de ri. nup. non solū. §. 1. Vel videtur q in ciuili causa admittuntur consanguinei siue ppinqui siue remoti in testimoniū: licet nō possint esse iudices. minor enim causa repellit iudicē quam testē, vt dicitur j ea. accusatores. hoc ideo, quia facilius haberentur mille iudices quam vnus testis. ad hoc facit extra de appel. postremo.

A Ccusatores.] CASVS. Quæsitum fuit ab Anacleto, vtrum illi qui ante hesternum diem vel nudiustertius fuerunt inimici, sint in testimoniū admittendi? Et respondetur q non: nec lædere valant vlciscique: quare quærendi sunt testes modesti, & non suspecti. Et dicit ante hesternum diem generaliter pro præterito tempore ponitur: nudiustertius pro die tertia, idest, nunc est tertia dies.

f ¶ *Hesternum.*] arg. q repellitur accusator & testis æque per præteritas sicut per præsentes inimicitias, sic 6. q. 1. qui crimen. & hoc in memoriam prioris offensæ, vt ff. de decurio. l. vlt. ff. de quæstionibus. l. vnius. §. tertius. Et est hic argu. ex recentia temporis aliquid præsumendum esse, vt 32. q. 1. si quis viuente. 50. dist. si qua

fœmi-

5 Ad hoc facit quod no. §. 29. di. c. 2.

Testificari contra collaterales nemo cogitur.

6 H. exponit hic parentes, idest, consanguineos: nā secundū eū hic vulgariter loquitur cap.

Inimicitiæ repellūt ab accusando & testificando.

fœmina. Sed numquid qualibet inimicitiæ repellant. Videtur quod tantũ criminales & capitales, vt extra de simo. per tuas. i fine [1]. & ioſti. de excu. tu. §. inimicitiæ. & ff. de arb. licet nã non quilibet amic[2] repellitur, ſed solũ ille qui maxima familiaritate coniunctus eſt. ff. de verbo ſign. l. ne. §. amicos. Itẽ lex dicit, quod propter leues inimicitias non extinguitur legatum, ſed propter graues, vt ff. de adimen. leg. l. 3. in fi. E contra videtur, quòd inimicitiæ non ſolum capitales, ſed etiam aliæ repellant: quia ab accuſatione repellitur quis propter ciuilem cõtrouerſiam. extra de reſtitut. ſpol. itẽ cum quis. occ etiam tales inimici admittuntur ad purgandum, vt extra de purgatio. cano. cum in iuuentute. in fi. Tu dicas, quod ſemper inimicus repellitur, niſi ſint leues & modicæ inimicitiæ ar. extra de ſimo. licet Hely. & hoc relinquitur inquiſitiõi iudicis quales inimicitiæ repellãt, vt in authent. de teſtib. §. ſi vero dicatur. coll. 8. & 4. quæſtio. 3. §. ſi quis teſtibus. De tali inimico dicit lex, quod non ſemper repellitur quis propter inimicitias: ſed iudex æſtimabit an ei credi debeat, vel nõ. ff. de quæſtionibus. l. 1. §. quæſtionem. in fi. Et eſt ſimile ff. de excuſatio. tuto. propter litem. l. oão.

[1] vbi de hoc & extra deac cu. cum opor teat. & extra vt li. non cõ. teſt. accedẽs. in gl. ſed nõ. ne. Arch.

A *Ccuſatoribus*.] Casus. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſynodus prohibuit vt accuſatoribus inimicis, vel qui cũ inimicis morantur, vel de domo inimici prodeuntibus, uel ſuſpectis nõ credatur uolentibus accuſare: & ſi quis prohibita infringere tẽtauerit, ſi eſt clericus, deponatur: ſi monachus uel laicus, excõmunicetur. In ſecunda parte dicitur, quod qui põtificib[9] illatas ſecretas uel manifeſtas inſidias ad eccleſiaſticam notitiã pertulerit, puniendo & cõdemnandos, quę huiuſmodi ſententia cõplectitur, potiatur honore. Illi uero qui aduerſus eos moliuntur, & deponantur, & rebus ablatis perpetuo tradantur exilio.

c *Litigantes.*] id eſt, litigioſos: qui ſecundum Apoſtolum non promouentur 46. diſt. §. 1.

D *E accuſationibus.*] Casus. Epiſcopi Galliarum quæſiuerunt ab Euſebio Papa qui accuſatores non admittuntur contra clericos. Qui reſpondit dicens quòd illi non admittuntur à tempore Apoſtolorum in ciuitate Romana, quos leges ſæculi non admittunt: nec nos eos admittimus, veſtigia patrum ſequentes: dicit Euſebius: nec iudices tales recipiant.

aut nudiuſtertius inimici fuerunt; ne irati nocere cupiant, vel læſi ſe vlciſci uelint. Inoffenſus igitur accuſatorum & teſtium affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus.

Item Symmachus Papa in quinta ſynodo Romana ſub ipſo habita.

¶ De eodem. C. III.

ACcuſatoribus vero inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui eum inimicis [a] immorantur, aut ſuſpecti ſunt, non credatur; ne irati nocere cupiant, ne læſi vlciſci ſe velint. *& infra.* [b] Si quis hæc, quæ hodie in hac ſancta ſynodo prohibita ſunt, infringere præſumpſerit, aut voluntarie tranſgredi tentauerit; ſi clericus eſt, gradu proprio penitus careat: ſi vero monachus, aut laicus fuerit, communione priuetur: & ſi non emendauerit vitium, anathemate feriatur. Secretas vero inſidias, vel manifeſtas pontificibus à quibuſcumque illatas, vel ea, quæ huius ſanctæ ſynodi ſententia complectitur, ſi quis ad eccleſiæ pertulerit notitiam; potiatur honore: & hi, qui aduerſa eis moliuntur (ſicut à ſanctis patribus dudum ſtatutum eſt, & hodie ſynodali, & Apoſtolica auctoritate firmatur) penitus abijciantur, & exilio (ſuis omnibus ſublatis) perpetuo tradantur.

Item Pontianus ſancta & vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus, epiſt. 2. omnibus Chriſtianis.

¶ Qui non poſſunt eſſe accuſatores, vel teſtes. C. IIII.

SVſpectos, aut inimicos, aut facile litigantes [c], & eos, qui non ſunt bonæ conuerſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectã non tenent, & docent fidem, accuſatores eſſe, & teſtes, & anteceſſores noſtri Apoſtoli [a] prohibuerunt; & nos eorum auctoritate ſubmouemus, atque futuris temporibus excludimus. 3. q. 7. c. quærendum. Poly. ibidem. Anſ. l. 3. c. 16.

a *Apoſtoli.*] *Sic eſt emendatum ex Vaticanis codicibus. Antea enim legebatur* Apoſtolici. *originale autem impreſſum ſic habet,* & anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt auctoritate, & nos ſubmouemus, atque futuris, &c.

Item Euſebius epiſcopis Galliarum, epiſt. 1.

¶ Ab accuſationibus clericorum repellantur, quos leges ſæculi non admittunt. C. V.

DE accuſationibus clericorum, ſuper quibus mandaſtis, ſcitote à tempore Apoſtolorum in hac ſancta Vrbe ſeruatum eſſe, accuſatores, & accuſationes, quas exterarum [d] conſuetudinum leges non aſciſcunt, à clericorum accuſatione ſubmotas. *& infra.* [e] Idcirco, & nos ſequentes patrum veſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei, quaſcumque ad accuſationem perſonas leges publicæ [e] non admittunt, his impugnandi alterum, & nos licentiam ſubmouemus, & nullæ accuſationes à iudicibus audiãtur eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibẽtur. Anſ. l. 3. c. 26. 3. q. 1. nos ſequẽtes.

Item Pelagius Papa II. epiſcopis Italiæ.

¶ Alienigenæ, & quos diuinæ voces mortuos appellant, epiſcopos accuſare non poſſunt. C. VI.

CAnonica ſanctorum patrum ſtatuta (ne columnæ ſanctæ eccleſiæ vacillent) ſequentes, ac roborantes, omnes infames, cunctoſque ſuſpectos, vel inimicos, & eos, qui non ſunt eorum gentis, uel quorũ fi- Anſ. l. 3. c. 59.

a *Inimicis.*] C. de inoff. teſta. liberi. ubi filius exheredare poteſt matrem, ſi copulauerit amicitias cum ſuis inimicis, ut extra de accuſa. cum oporteat. extra de appel. ea inſinuatione.

b *Pertulerit.*] admonitione præmiſſa ſi in modum denuntiationis agitur: talias eſſet proditor criminis: 2. quæſt. 1. ſi peccauerit. ſi autem in modum accuſationis, non eſt neceſſaria admonitio. extra de ſimo. licet Hely. Et habes hic, quòd remuneratur accuſator. ſic 79. diſt. ſi quis Papa.

Filius matrẽ quandoque poteſt exheredare. Admonitio quandoque eſt neceſſaria: quandoque non. Cõcor. tex. in l. 1. & 3. & per totum ti. ff. & C. d ac.

S *Vſpectos.*] Casus. Hic enumerantur ſeptem genera perſonarum quas Apoſtoli & Papa ſtatuerunt eſſe remouẽdas ab accuſatione [b] & teſtimonio deferendo. quia teſtes eſſe non poſſunt.

d *Exterarum*] id eſt, Romanorum. Sed quare vocat eos exteros, cum eccleſia eos approbet, vt 10. diſt. per totum? Reſpondeo: quia Gallicis loquitur, qui leges illas non tenent. Sic 1. q. 2. cum deuotiſſimam. vbi Papa Reginæ Francorum Lombardam non Romanam legem inducit. Alia littera, exterarum conſuetudinem.

e *Publicæ*] id eſt, ſæculares.

C *Anonica*] Casus. Hic enumerantur viij. genera hominũ, qui omnino remouentur ab accuſatione epiſcoporũ, infames &c. ita quod iſta tria, fides, vita, & libertas, pro vno genere ponãt.

[f] Sub. quod præ ceteris de publicis iudicijs tractãt ſecundum Ha. & Leo.

a *Genti*

Su. profess. f. quorū vita & libertas nescit, nec fides secundū Hu. & Lau.

a ¶ *Gentes vel eorum fides.*]de ignotis .loquit, qui non promouentur. 24. dist. quando. 98 dist per totū. alias iniquū esset qđ hic di, ꝙ Theutonicus non posset testificari contra Gallicum.

b ¶ *Mortuos.*]in peccatis, vt 2. q. 7. placuit. §o.

A ¶ *Accusationes.*] CASVS. Dicitur hic, ꝙ lex diuina repellit om-

e ¶ *Superiores*] id est, clericos.

A ¶ *Ccusatores.*] CASVS. Dicit hic, ꝙ omnes remouet Stephan⁹ ab accusatione, quos leges sęculi repellunt, & Apostolici ꝓhibuerunt. & hoc in prima parte. In sa parte, quæ incipit ibi, *Nullus.* dicitur ꝙ nullus alienigena sit eporum accusator vel iudex: & hoc probat auctoritate veteris test. Item nullus seruus, nullus libertus, & nulla suspecta vel infamis persona accuset nostros.

f ¶ *Vt iudices.*]à dictis ergo malorum possumus argumentari. 37. dist. si quid veri.

g ¶ *Aut libertus.*] qui non potest ordinari, nisi pleno iure sit emancipatus. 54. dist. quicūq; ergo nec testari nec accusare, vt 2. q. 7. ipsi Apostoli. & c. testes.

des [a], vita, & libertas nescitur, & qui non sunt bonæ conuersationis, vel quorum vita est accusabilis, ab omni accusatione episcoporum funditus submouemus. Similiter & omnes, quos diuinæ leges mortuos [b] appellant, submouendos esse ab eadem accusatione, & publicæ pœnitentiæ submittendos iudicamus.

In capitulis Hadriani cap. 21. Concor. Damasus epist. ad Stephanum.

Item ex synodo Romana habita sub Hadriano Papa.

¶ *Caput hoc, &c. Nominem. infra ead q 6. quæ citantur ex synodo Romana, extant in capitulis Hadriani. ea autem expressius etiam appellantur synodi nomine, infra. 3. q. 3. in principio.*

¶ A clericis repelluntur accusationes, quas leges sæculi non asciscunt. C. VII.

Ansl. 3. c. 20. †ea] orig.

ACcusationes, & accusatores, atque eorum †negotia [c], quæ sæculares non asciscunt leges, diuina, ac synodica funditus [d] a clericis repelli auctoritate censemus: quia indignum est superiores [e] pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati despiciunt.

Conc. Telesphori ep. vnica c. 4. Iulius in rescr. ad orient. c. 5.

Item Stephanus Romanæ ecclesiæ episcopus omnibus episcopis, epist. 2. de accusationibus sacerdotum, c. 3.

¶ Nec seruus, nec libertus, nec infamis episcopos accusare præsumant. C. VIII.

Polyc. ibidem Ansl. 3. c. 18. Iuo p. 5. c. 257. & p. 6. c. 327. Gen. 19.

† Adde ꝙ natus in extraneo territorio ꝓprie dicit alienigena. l. 1. C. de emanc. libe.

ii ACcusatores, & accusationes, quas sæculi leges nō recipiunt, & antecessores nostri prohibuerūt, & nos submouemus. Nullus enim alienigena †, aut accusator fiat eorum, aut iudex. Vnde & de Loth scriptum est [Ingressus es vt aduena, numquid vt iudices [f]] Accusator autem nostrorū †nullus sit seruus, aut libertus [g], nullaque suspecta persona, aut infamis.

†vestrorum] or.

Et in capitul. Hadriani. c. 67.

Item Eusebius Papa, epist. 3. ad episcopos Thusciæ.

¶ Infames, qui ad sortilegos, & diuinos concurrunt, nec accusatores, nec testes esse possunt. C. IX.

Polyc. ibidem Ansl. 3. c. 19.

COnstituimus iterum, firmantes cana patrum statuta, cum omnibus, qui nobiscum sunt episcopis, sicut dudum decretum reperimus, vt homicidæ, malefici [h], fures, sacrilegi, raptores, adulteri, incesti, venefici, suspecti, criminosi, domestici, periuri, & qui raptum fecerunt, vel falsum [i] testimoniū dixerunt, seu qui ad sortilegos †, diuinosque concurrerunt, similesque [k] eorum nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium sint admittendi, quia infames [l] sunt; & iuste repellendi, quia funesta est vox eorum.

† al. sacrilegos. 2. q. 8. quisquis

Item Iulius Papa in rescripto ad orientales, c. 33.

¶ Suspecti, aut gratiosi ad accusationem non admittantur. C. X.

Polyc. ibidem Ansl. 3. c. 21.

SImiliter in iam præfixa synodo est decretum, ne suspecti, aut infames, aut criminosi, aut gratiosi [m] vel calumniatores, vel affines [o], aut scelerati, aut facile litigantes suscipiantur accusatores; sed tales, qui omni careant suspicione.

Item Felix Papa II. epist. 1. c. 14.

¶ Qui inimicitijs studet, vel facile litigat, nec accusator, nec testis esse potest. C. XI.

Ansl. 3. c. 62. †infidus] orig.

NVllus seruus, nullus libertus, nullus infidelis †, nullus criminibus irretitus, nullus calūniator, nullus qui inimicitijs studet, nullus qui frequenter litigat, & ad accusandum, vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes, quos ad accusanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur episcopos accusare.

C ¶ *Onstituimus.*] CASVS. In hoc cap. enumerant xv. genera hominum, q ab accusatione vel testimonio repelluntur, qa infames sunt, & vox eorum est funesta in talibus. Seq. c. patet, i quo enumerāt viij. genera hominū, q ab accusatione vel testimonio repelluntur.

h ¶ *Malefici.*] qui faciunt ne viri possint cognoscere vxores suas, vel q volunt futura scire. & hoc est crimē publicū. C. de paga. & sa. & temp. eo. l. 2. & vlti.

Malefici qui sunt.

i ¶ *Vel falsum.*] extra de ord. cog cū dilectus §. Sed ibi non fuit lata sententia ꝯ testem [n] sed contra reū. si vero contra testem, secus esset. contra testem enim pōt ferri, vt C. de test. nullum. in fi.

n Quod no. 5 q. 6. c. presbyteri.

k ¶ *Similesq.*] alij adducuntur ꝟ. 6. q. 1 §. quicumque. & c. infames.

l ¶ *Quia infames.*] hæc nō referas ad omnia supradicta, qa suspecti & domestici nō sunt infames. Et ita est ar. ꝙ verbū sequēs in priuilegijs nō referē ad omnia supradicta. ff. de consec. dist. 1. cū omne [p] ff. de in rem verso. l. si pro parte §. idē. ff de le. 1. l. talis scriptura. §. vlt. & l. si seru⁹ plurū. §. vlt. Ar. contra extra de do. cum dilecti.

p Ver. quamquam, vbi de hoc.

ADDITIO. Dic vt legit & nota. extra de appel. ſo regetis. & c. inquisitioni. Archid.

m ¶ *Similiter.* ¶ *Aut gratiosi.*] idest, adulatores. 46. dist. clericus si.

m ¶ *Aut gratiosi.*] vt ꝟ. ea accusatores. C. de transact. præses.

omnes accusationes & accusatores, & eorum negotia, id est, testimonia, quæ sęculares leges nō admittunt, & generaliter omnes laici repelluntur, cum sint inferiores, & a clericis nolunt accusari.

c ¶ *Negotia.*] id est, testimonia.

d ¶ *Funditus.*] Regulariter contra clericos non admittuntur laici. ꝟ. 2. q. 7. laicos. & c. sicut.

o ¶ *Vel affines.*] ꝟ. ea. q. 9. abstens. simile ff. de iniur. l. lex Cornelia. in prin. tamen inter se bene admittentur affines: quia affinis potest accusare affinem. C. de abol. l. vlt.

N ¶ *Vllus.*] CASVS. In hoc c. enumerantur ix. genera personarum, quæ ab accusatione episcoporum repelluntur.

Accusatores.] Casvs. Quæsitum fuit à Calixto, vtrũ possint accusare vel testificari suspecti, vel familiares, vel de domo prodeuntes: vel verum cõsanguinei eius ad testimonium admittantur. Et respondet quòd non: quia propinquitatis, vel familiaritatis, vel donationis affectio veritatem impedire solet. Et carnalis amor & timor & auaritia sensus hominum consueuit hebetare.

vel suspectis, probatur duabus rationibus. vna est in princ. c. altera in fin. Item duobus exemplis. scilicet Chalcedonẽsis synodi, & Io. Chrysostomi, & tribus auctoritatibus Constantinopo. synodi, & Gelasij, Papæ, & Iustiniani Imperatoris.

e ¶ Exemplis.] a quibus licet argumentari. 10. dist. de quibus. C. de ædi

Item Calixtus Papa, epist. 2. ad episcopos Galliæ.

¶ Familiares, suspecti, de domo prodeuntes non recipiantur in accusatione. C. XII.

iij Accusatores vel testes suspecti non recipiãtur, nec familiares, vel de domo prodeuntes, nec etiã consanguinei accusatoris aduersus extraneos testimonium dicant: quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis [a] affectio veritatem impedire solet. Amor carnalis, & timor [b], atque auaritia plerumque sensus hæbetant humanos, & peruertunt opiniones, vt quæstum pietatem putent, & pecuniam, quasi mercedem prudentiæ.

Poly. ibidem Ansl. l. 3. c. 57. Burc. l. 1. c. 171. Iuo. p. 5. c. 289. §. ead. cõsanguinei.

1. Tim. 6.

Item Pelagius † Papa secundus, epist. 1. c. 4.

† Antea legebatur, *Gelasius* Proclus ad Domnũ in act. 14. conc. Chal. Ansl. l. 3. c. 6.

¶ Qui inimici, vel suspecti sunt, & qui odio quoslibet insequuntur, ab accusatione remoueantur. C. XIII.

Omnes, qui aduersus patres armantur [c], vt patrum inuasores, & mactatores, infames esse censemus. *& infra.* ¶ Horum ergo vitiorum auctores vel patratores, non sunt in accusatione pontificum recipiendi, sed penitus repellendi: quoniam iubent canonica decreta patrum, vt accusatio, vel testimonium eorum, qui odio quoslibet persequũtur, vel qui inimici, aut suspecti habẽtur, nullo modo recipiãtur.

[*Item Paschalis Papa* .]

extra, de accus. c. nulli.

¶ De eodem. PALEA. C. XIIII.

Nulli episcoporum ab accusatione sua repellere liceat, quos [a], antequam ab eis impeteretur, a sua communi familiaritate neglexerit separare.

¶ *In vno peruetusto exemplari Gratiani, à quo pleræque Paleæ absunt, caput hoc habetur, non hic, sed supra, 2. q. post. c. Beati Petrus & Paulus. vbi etiam citatur ex Paschale 11.*

a ¶ Quos antequam.] *In eodem codice legitur,* quos & antequam ab eis impeterentur, a sua communi familiaritate neglexerunt separare. *In alijs vero nonnullis, in quibus hoc Palea habetur hoc loco, legitur* quos, antequam ab eis se impetendos cognoscerent, à sua, &c. *In decretalibus autem non multo secus* antequam se ab eis impetendum cognosceret, à sua, &c.

Quòd vero inimici ab accusatione prohibeantur, inde est, quia eorum calliditate, innocentia frequenter opprimi solet. Sed cum Athanasius † sua cathedra reddi præcipitur, quia de inimicitia sui Patriarcha conquestus est, patet quòd etsi manifesta crimina alicuius sint, non tamen condemnandus est accusatione inimici †.

† al. Anastasius

† Cõcor. text. in l. qui accusare. licet gl. videat dissentire cum ibi. no. per Doct. C. de accu.

Vnde Nicolaus Papa scribit Michaeli Imperatori in epistola, quæ incipit [*Proposueramus* .]

¶ Qui inimici sunt, iudices esse non possunt. C. XV.

Quòd † suspecti [d], & inimici iudices esse nõ debeant, & ipsa ratio dictat, & plurimis probatur exemplis [e]. ¶ Nam quid [f] gratius, & amabilius dare quis inimico potest, quàm si ei ad impetendum [g] commiserit, quem lædere forte voluerit? Quod prouide [h] Constantinopolitana synodus canonum suorum sexto [*] dinoscitur [i] prohibere capitulo. *& infra.* ¶ Veniamus [k] ergo & ad sanctam Chalcedonensem synodum, & quid nobis de Athanasio Paræenorum episcopo referat, audiamus. Is enim antistes tertio euocatus ad synodum, quia non occurrit, à Patriarcha suo canonice [l] condemnatus ex-

† al. Quia

Iuo p. 5. c. 55.

a ¶ Ac dominationis.] dominus enim aduersarij non potest esse iudex. extra de of. deleg. causam. immo pp dominiũ tota familia declinat iurisdictionẽ alicuius, vt C. si quacumque præditus pot. l. 1. Scias tñ quod minor causa repellit aliquem à iudicio quam a testimonio. nã iudex recusatur si aduocatus partis aduersæ est commensalis iudicis, vt extra de app. ex insinuatione [1]. similiter si iudex est suffraganeus aduersarij, vel de terra aduersarij, vt extra vt lite non contestata, accedens. 2. Item si quandoque appellasti ab eo, vt extra de app. ad hoc.

Iudex facilius repellitur quam testis.

1 Hoc est falsum, vt ibi no. & probat extra de of. & iudi. c. 2.

b ¶ Timor] 11. q. 3. quattuor. Ioan.

Omnes.] Casvs. Statuit Gelasi⁹ in hoc cap. quod oẽs illi qui aduersus patres carnales vel spirituales armãtur eos calumniando, sint infames, nec recipiantur in accusatione eporum. Nec illi admittuntur qui ex odio vel ex amicitia vel mala suspicione ad accusationem prodeunt.

c ¶ Armantur.] contitiando vel infamãdo [2] vt 6. q. 1. sacerdotes. lo.

2 Su. vel verberando, per cutiendo, vel calumniose accusando, secundũ Hug.

QVOD VERO. Casvs. Reddit Grat. hic rationẽ quare inimici ab accusatione repelluntur, scilicet quia ipsorum calliditate innocẽs opprimi solet. Idẽ est de inimico iudice & suspecto, a quo nullus est condemnãdus, quamuis crimina sint manifesta, & si cõdenatus fuerit, debet restitui, sicut factum fuit de Anastasio, quod ab inimico patriarcha depositus fuit. Et quod inimicus iudex esse non debeat, probatur seq. cap.

Quòd suspectis.] Casvs. Ignatius Constantinopolitanus patriarcha a quibusdã suffraganeis sibi suspectis & inimicis fuit deposit⁹ auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris eius inimici. Sed Nicolaus Papa hoc redarguẽs dicit ipsum Ignatium ab inimicis non debuisse iudicari. Et hoc probat duabus rationibus, & duobus exemplis, & tribus auctoritatibus. Prima ratio est circa principium, vbi dicitur, *Nam quid gratius.* Secunda ratio est circa finem, vbi dicitur, *Nam quodammodo* Primum exemplum incipit ibi, *Veniamus.* Secundum ibi, *Hinc sanctus.* Prima auctoritas est ibi, *Quod prouide.* Secũda ibi, *Venias.* Tertia ibi, *Et tamen.* Sequens §. per se patet.

d ¶ Quòd suspecti]quòd non sit quis condemnandus ab inimicis

ædif. priua. 10 in totum. & 10. dist. si in adiutorium.

f ¶ Nam quid.] prima ratio.

g ¶ Ad impetendum.] id est, ad puniendum vel iudicandum.

h ¶ Quod prouide.] prima auctoritas.

i ¶ Dignoscitur] hoc nescio vbi sit.

k ¶ Veniamus.] primum exemplum.

l ¶ Canonice.] Forte ideo dicit, canonice, quia tribus edictis citatus erat, vnde debuisset 3 misisse responsalem. Vel dic quod sufficit isti protestari suspicionem, & quidquid post illam protestationem fit, non tenet, sicut si post appellationem esset factum. extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cum sicut. in fin. immo. licet non protestetur, tamen

3 De hoc no. §. ea. q. 2. episcopus.

tamen si postea probat suspicionem, cassatur quod fit cōtra eum, vt extra vt lis non contesta. accedens 2.
a ¶*Sed solum.*] ergo cū ordinarius recusatur, non est necesse probare causam recusationis, sicut nec causa appellationis assignatur tunc, licet hoc hodie corrigatur, vt extra de app. vt debitus. & c. cum speciali.
b ¶*Iudicabat.*] ar. ordinarium iudicem recusari posse, vt s. 2. q. 6. placuit. vt presbyteri. C. de iurisd. om. iu. nemo. & extra de fo. cōpe. si quis. quod negant quidā, & dicunt associandum episcopum, vt i. q. 3. offeratur. in Auth. vt diffe. iudi. §. si vero. coll. 9. C. de iudi. apertissimi.
c ¶*Et si manifesta.*] ar. q notorium crimen non obest petenti restitutionem: ad idē extra. de restit. spol. item cum quis. & q in notorio crimine & iudex recusatur. arg. cō extra de app. propoluit.
d ¶*Veniat.*] hæc est secunda auctoritas.
e ¶*Tunc ægrotantibus.*] id est debilibus in fide.
f ¶*Et testes.*] propter hoc inducit Grat. capitulum.
g ¶*Quòd si iudicio.*] verba Nicolai.
h ¶*Hinc Iustinianus.*] tertia auctoritas.
i ¶*Inchoetur.*] non tamen semper ante litis contest. vt dixi i. eod. q. 3. offeratur. vsque ad triduum autem cogitur alios eligere. C. de iud. l. vlt. Sed tamen illa lex loquitur, quando eliguntur iudices ad causam principalem audiendam. vnde secus videtur, si eliguntur ad probandam causam recusationis. Quid aūt iuris sit de suspecto iudice, dixi in constitutione illa extra de app. vt debit°. & c. cū speciali.
k ¶*Nam quodammodo.*] alia ratio.
l ¶*Hinc sanctus.*] hoc est secūdum exēplum.
m ¶*Intrare.*] nisi tamen excusatorem forte, vel ideo non venit, quia citatio non tenuit.

Actio. 24. in fi.

titerat: sed solum a, quia cum vocaretur ad synodum, quòd inimicus suus esset ipse, qui iudicabat b, clamauit, á sancta Chalcedonensi synodo ad causas illatas sibi, examinandas reseruatur: & nisi denuo conuincatur, recipere ecclesiam propriam iudicatur. Quòd si Athanasius a patriarcha suo depositus, quia de inimicitia ipsius cōquestus est, iterato ad iudicium renouandum dirigitur, et si ✠ manifesta c sibi officiant crimina; tamen suæ reddi ecclesiæ præcipitur; quanto magis Ignatius, qui non a patriarcha, sed ipse potius existens patriarcha, minime debuit ecclesia propria (inimicis, & suspectis iudicibus decernentibus) expoliari? *& paulo post.* ¶ Veniat d & facundissimus noster Papa Gelasius, hæreticorum expugnator fortissimus, & quod de Constantinopolitanis episcopis more solito tunc ægrotantibus e dixit, etiam nunc nobis edisserat. [Quæro, inquit, tamen ab his iudicium, quod prætendunt, vbi nam possit agitari? an apud ipsos? vt ijdem inimici sint & testes f & iudices? Sed tali iudicio, nec humana debent committi negotia.] Quòd si iudicio g, vbi ijdem sunt inimici qui iudices, nec humana debent cōmitti negotia; quāto minus diuina, id est ecclesiastica? Qui sapiens est, intelligat. ¶ Et re vera hinc Iustinianus h Imperator pius legibus suis promulgasse dinoscitur dicēs. [Liceat ei, qui suspectum iudicem putat, antequam lis inchoetur i, eū recusare, vt ad alium recurratur. Nam quodammodo k naturale est suspectorum iudicum insidias declinare & inimicorum iudicium semper velle refugere.] ¶ Hinc l S. Athanasius inimicorum sæpe declinauit insidias: Hinc S. Ioannes os aureum concilij contra se congregati renuit intrare m collegium.

In commonitorio ad Faustum.

Cod. de iudiciis, l. apertissimi.

✠ ¶Sexto.] *Hic canon est sextus concilij Constantinopolitani primi apud Græcos, qui in concilijs in quattuor volumina contractis (nam ab alijs editionibus abest) tomo primo bis affertur; primum in concilio ipso Constantinopolitano, deinde in libello synodicarum constitutionum. De quo capitulo, & alijs canonibus huius concilij s. distin. 22. est notatum, & j. 4. q. 1. c. quod autem, aliquid dicetur.*

✠ ¶Etsi manifesta.] *Vera lectio est,* & nisi manifesta sibi officiant crimina, suæ reddi ecclesiæ præcipitur, *atque idem, quod antea retulerat ex ipso concilio,* & nisi denuo conuincatur, recipere ecclesiam propriam iudicatur. *Verum non est emendatum ob glossam, & quia Gratianus in verbis sequentibus manifeste ostendit falsa lectione se vsum esse: qui etiam, quod hic dicitur de inimicitia iudicis, ad accusatores inimicitiā transtulit. Nec vero (quod ex tota illa actione 24. facile constat) Athanasius in ea causa erat alter, qui restitutionē peteret (quippe cum, licet in concilio Antiocheno depositus, postea tamen per Dioscorum episcopatum recuperasset, tuncque possideret) sed Sabinianus; qui post Athanasij depositionem in eius locum à metropolitano, & comprouincialibus episcopis suffectus, ab eodem Dioscoro eiectus fuerat, ideoque restitui sibi episcopatum petebat. In ipso autem concilio Chalcedonensi statutum fuit, vt (quando Athanasius diceret se ad concilium Antiochenum ter vocatum ideo non venisse, quòd Domnus eo tempore patriarcha Antiochenus sibi inimicus esset) Sabinianus quidē maneret in episcopatu, interim vero causa Athanasij apud Maximum tunc Antiochiæ patriarcham ageretur: atque intra octo menses cognosceretur, an Athanasius crimen depositione dignum commisisset: ac, nisi commisisse constaret, suus illi episcopatus redderetur. Ex quo toto facto Nicolaus partem illam accepit, quæ ad rem suam optime faciebat.*

Patet ergo quòd, etsi manifesta sint crimina alicuius, tamen accusatione inimici condemnandus non est.

QVÆSTIO VI.

s. r. E*Xtra prouinciam* n *autem reus nullatenus est producendus.*

Vnde Fabianus Papa scribit Hilario episcopo, epist. 3. cap. 4.

E*Xtra prouinciam.*] hæc est 6. q. in qua pbat magister, q vnusquisque debet à iudice proprio iudicari, nisi ex causa fuerit appellatum. probat etiam, q episcopus non debet deponi nisi à solo Papa. Et diuiditur in tres partes: quarum prima probat per 9. auctori. q vnusquisque debet à suo iudice iudicari. Secunda ibi, *Aliquando.* Tertia ibi, *Alias autem.* Io. de Fan.

CASVS. hic intitulatur sexta quæstio, qua quæritur, an reus sit extra prouinciam producendus, vt coram suo iudice nō puniatur, sed coram alio. Et certum est, q non, vt probatur per sequentia, nisi in casibus qui notantur in summa huius quæstionis.

n ¶*Extra prouinciam.*] regulariter quilibet coram iudice est conueniendus, vt j. ea. pulsatus. & 11. q. 1. experientiæ. alioquin pœnā patiatur r actor. 11. q. 1. inolita. & c. placuit. & C. de iurisd. om. iudi. l. in criminali. Sed fallit ratione possessionis. extra de for. compe. fane. & C. vbi de pos. agi oportet. l. 1. & C. de præd. minorum. l. si prædiū. Item ratione contractus. ff. de iud. l. heres. extra de foro compe. Romana. §. contrahen. es. lib. 6. Item ratione criminis conuenitur quis vel vbi deliquit, vel vbi inuenitur, vel vbi domicilium s habet. C. vbi de crimine agi oportet. l. 1. vel cum est quæstio de fide. 24. quæst. 1. quoties. Trahitur etiam propter loci opportunitatem ad aliam prouinciam. 34. quæst. 2. fine. Item propter appellationem. Item propter iussionem Papæ, vt j. ea. q. vnaquæque. & c. peregrina. vt patet in versibus hic notatis: *Contractus, crimen, reus, & res, religioque. Vt, ratio similis, vel prouocat, atque recusat. Excellit, iussus, vel si consentit vterque. Contractus,* ff. de iudi. hæres absens. *Crimen,* vt hic & C. vbi de crimine agi oportet. l. 1. *Reus:* quia actor debet forum rei sequi, vt j. ead. neminem. *Et res.* argum. extra de foro compe. fane *Religioque,* vt causa iurispatronatus & decimarum. extra de iud. quāto. & c. decernimus. Vir quia vxor forū viri sequitur.

Iudex ordinarius recusari potest.

s Ad hoc facit qđ no. In. extra de excess. prœla. in pr. in prin.

Forū sortitur quis multis modis.

r 11. q. 1. si quis clericus. & c. placuit. & c. quicūq.

s Vnde si clericus duorū episcoporum delinquat, & inueniatur ac alteri° episcopi, sub quo domicilium non habet extra illū episcopatū: tamē sub eo respōdere tenetur, quia ratione clericatus sortit fo. rum eius. C. de epi. & cle. auth. cleric°. & sic et not. Inn. extra de priui. ex ore.

tur.ff.de iuris.om.iud.l.pe. Ratio similis, in mutua reconuentione extra de mu.pe.ex litteris. Vel prouocat. ǰ.e.peregrina iudicia. Atque recusat, extra de fo.comp.si quis cōtra clericum excellit: quia eps non deponitur nisi à Papa. ǰ.e.quamuis.Iussus. ǰ.eo.vnaquęq; prouincia. & c. vltra prouinciarum. Vel si cōsentit vterque.ff.de iur.om.iud.est receptū. & 2.q.7.nos si. Item in feudo, extra de iud.ceterum. Item si sęcularis iudex est negligens. extra de for.cōp.licet. Item in scholaribus, vt in constitutione Friderici.C. ne fi. pro patre. Auth.habita de hoc inuenies per Azo. in summa.

da, & probanda, vt extra de sen. & re iu.inter monasterium. & C. de excep.l. vlti. Nisi exceptio illa de nouo ad notitiam eius peruenerit, vt extra de procura.in nostra. & extra de excep.pastoralis.vel nisi de nouo compe ere cœperit, vt extra de offi. deleg. insinuante. & ff.de arb.nō distinguemus.§.cū quidā.& de tali loquitur

¶ Vbi crimen admittitur, ibi causa ventiletur. C. I.

IBi† semper[a] causa[b] agatur, ubi crimen admittitur; & qui non probauerit, quod obiecit, pœnam, quam intulerit, ipse patiatur.

§. 2.q. 3. qui nō probauerit. & q. 8.qui crimen. & ǰ. ead.c. fi.

Idem eadem epist.c.2.

& Cyprianus l. 1.epist. 3.

¶ Accusatus non nisi in foro suo audiatur. C. II.

SI quis episcoporum super certis accusetur criminibus, ab omnibus[c] audiatur, qui sunt in prouincia sua, episcopis: quia non oportet accusatum alibi, quàm in foro suo audiri.

Poly.l.5.tit 1. Ansl.l.3.c 77. Burc.l.1 c. 147. Iuo p.5. c.200.

Exceptio[d] fori dilatoria est, atque ideo in initio litis debet opponi, & probari. Peremptorias autem exceptiones (vt sunt prascriptiones longi temporis) sufficit in initio litis contestari.

Idem Fabianus ibidem.

Capit.l.7.c.367

¶ De eodem. C. III.

PVlsatus ante suum iudicem causam dicat; & ante non suum iudicem pulsatus, si uoluerit, taceat[f]. Pulsatis uero, quoties appellauerint, induciæ dentur.

Poly.l.1.tit.7. Iuo p.6.c. 323. Pann.l.4.c.123.

Hoc autem quod de loco dictum est, tunc intelligendum est, cum veritas causa non nisi in loco admissi criminis deprehendi potest; aut nisi altera pars iudicium maioris persona interpellauerit, siue declinando iudiciū, siue releuando sententiam.

Vnde Stephanus sancta & Apostolica, atque vniuersalis ecclesia Romana episcopus scribit omnibus episcopis, epist.2.c.7.

Io cod. Theod. lib.9.tit.1.l.x.

¶ Intra prouinciam, & à comprouincialibus tantum causa est audienda. C. IIII.

Ansl.3.c.47. Pann.l.4.c.33.

VLtra prouinciarum† terminos accusandi licentia non progrediatur: sed omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, nisi tantum† ad Apostolicam sedem fuerit appellatum.

† al. prouincia

† al. tamen

I Bi semper.] CASVS. Quæsiuit Hilarius episcopus vbi causa criminalis debet agi, & qualē pœnā calūniator patiatur. Et rńdet Papa, q cā semp debet agi vbi crimē cōmittitur, & calumniator debet pœna talionis puniri.

a Ibi semper.] vel vbi domicilium habet, vel vbi reperitur. C. vbi de cri.agi oportet, l. 1. sed si grauius est crimen, remittitur puniēdus ad iudicem vbi deliquit: si est leuius, ibi pōt puniri, vt in Auth. vt nulli iu.§.si vero cognoscat. coll. 9. & §. sed illud. & de re mili.desertorē. in prin. Nec admitto illud, quod quidam dicunt, q semper primo cognoscat iudex ex prouincia de qua reus est, an crimen commiserit: & postmodum remittat eum ad iudicē vbi deliquit: quia iudex vbi deliquit, cognosce: & puniet crimen. ff.de accu.l.vlti.potest tń si vult transmittere eū puniendum cum litteris suis ad suæ prouinciæ iudicem. quod tamen nō facit nisi ex causa. ff.de cust. & exhib. reo. non dubium. sicut Pilatus remisit Christum ad Herodem. Sed numquid idem in clerico, vt si clericus Mutinē. delinquat in diœcesi Bonon. sit iudicandus & deponendus à Bononsen. episcopo. Respon. vt extra.de for comp. postulasti. & c. 1. & ff. de custo. & exhi.re de militibus & ff de accu.l.vlt.

Criminosus vbi debet puniri.

b Causa.] Sed quid si metropolitanus, vel alter eps deliquit in alterius diœcesi, numquid ab illo pōt puniri? ar. q nō. 9.q.3. si autem. & 10 Auth de defen.ciuit.§.non habente.coll.3. 21.dist. inferiori & c.nolite.extra de sen.exc à nobis.ff.de arb.l.3.in fi. Sed cōtra.C.vbi de cri.agi oportet.Auth.qua in prouincia. & reatus omnē huiusmodi honorē excludit, vt C.vbi sena.vel clari.l.1.in fi. & 16.q.3.placuit.in fi. ¹ Itē pone, q sic tulerit eps sniam: Qui hoc fecit, sit excommunicatus. dicit Hu. etiam si archieps hoc fecit in diœcesi episcopi est excommunicatus non ab homine, sed à canone: quia snia sequitur factum iam damnat; 24.q.1.c.1.2.& 3. Sed contra extra de sen.exc.à nobis 1. Laurentius dicit, q archieps nō fit de foro illius, cum ipse sit iudex ordinarius totius prouinciæ 9.q.3 c.2. & 5.dist.quoniam. vnde cum non pōt excōicare, sed alium quemlibet epm potest excommunicare, non tamen deponere. Io. Ego credo H. bene dicere, quia propter crimen efficitur archieps subiectus episcopi propter rationes superius allegatas. B. ff.de offic.præ.l.3 de hoc per B. extra de sen.excom.à nobis 1. Ioan.

Metropolitanus delinquēs in aliena diœcesi, an possit ibi puniri.

¹ Huic parti cōtrariæ stādū est secūdū H. & Ber. vt not. extra de rapto.c.3. & idem ibi no. Gof. Ar.ff.de off.præs.l.3. & idē sentit hic I. de Fā.

SI quis episcoporum.] CASVS. Quæsitum fuit si episcopus accusatur super aliquibus criminibus, coram quibus debet accusari. Et respondet Papa, q coram episcopis eiusdem prouinciæ, & non alibi. Sequens autem §. patet.

c Ab omnibus.] sed minus a xxij. vt ǰ.ead.q. 8.suggero. 15.quest. 7. Felix.

d Exceptio.] exceptionum alia est dilatoria, alia peremptoria, alia media siue mista. Dilatoriarum alia declinatoria iudicii, alia dilatoria solōnis. Declinatoria iudicii in principio litis est ppone-tur hic. Dilatoria solutionis debet ante lit.cōtest. obiici, sed probari debet, postquàm actor fundauerit suam intentionē. C.de excep. si quidem. & C.de proba.exceptionem. Peremptoria dicitur, q potest opponi & probari quandoque, dum tamen ante sentētiam, vt C.sent.rescin.nō pos.peremptorias. C.de excep. præscriptione. Media dicitur exceptio, quæ in hoc habet similitudinē cū peremptoria, q post lit.cōtest. potest obiici. sed in hoc habet dissimilitudinē cum dilatoria, quia potest quādocumque ante sniam obiici, vt extra qui matri.accus.poss.c.per tuas. sed in hoc habet similitudinē cum dilatoria, quia ante lit.contest. potest obiici, vt extra de exce.exceptionem. Sunt adhuc aliæ exceptionēs anomalæ, quæ etiā post sententiam obiiciuntur, vt exceptio Velleiani, & Macedoniani, & armatæ militiæ, de quibus agitur. ff. ad Macedoni. tam etsi non. & C.de iur.facti ignoran.l.1.

Exceptiones sunt multiplices, & variis tēporibus opponendæ.

Quod ergo dicit, quæ annua sūt ad agēdū, ppetua sunt ad excipiēdum, vt ff. de doli exce.l. pure. §. vlti. C. de exce.licet. sic est exaudiendū. §. si exceptiones congruo tēpore proponantur secūdū Gof. qui ita no. in sūdic dec. extra de excep. pastoralis. in fine.

PVlsatus.] CASVS. Dicitur in hoc c. q si quis coram suo iudice fuerit vocatus, debet corā eodem respondere. sed coram alieno iudice vocatus nō respondeat nisi velit, sed suum priuilegium allegabit. Appellanti vero debent induciæ dari ad suam appellationem prosequendam.

e Si voluerit.] non tń à contrario sensu argumenteris, vt 11. q.1.placuit. & ǰ.ea.neminem 3. sed hic loquitur de eo qui habuit consensum sui episcopi, vt 11.q.1.clericum. & c. nullus. extra de foro compe significauit.

f Taceat] sed hoc forte cum habet consensum sui episcopi, vt 11.q.1.clericum. Nec obst. ǰ.ea. non liceat. extra de foro compe. si diligenti. & 6.q.3.denique.

Et c. non liceat. 6.q.3. denique. Ar.

HOC AVTEM. CASVS. Iste respicit illud c. ibi, vbi dicitur, q semper causa agitur, vbi crimen cōmittitur. Sed dicit Gratianus, hoc verum est, cum alibi de crimine liquere non potest. & hoc allegando dicit, vel nisi ad maiorem iudicem recurratur per appellationem, vel per recusationem primi iudicis.

VLtra.] CASVS. Dicitur in hoc c. q vltra suam prouinciam reus trahi non debet vel accusari, nisi ad Papam fuerit appellatum.

A ccusa-

A *Ccusatus.*] CASVS. Quidã eps accusatus fuit & condemnatus à comprouincialibus epis. Ille volebat appellare,& retractare iudiciũ:quæritur an possit? Et respondet,q̃ sic:& donec iudicium eius pẽdet,alius non substituatur: quò licet episcopi cõprouinciales possint causam criminalem episcopi examinare,non tamen possunt diffinire inconsulto Papa.

a *Loco.*] 8.q.4.nonne.

b *Non tamen diffinire.*] suspendere & excõicare potest metropolitanus. 12.dist.de his. 11.q.3.si quis eps.& 18.dist.propter. Itẽ absoluere potest secundum plerosque 1, si est innocens. C.vbi senã. vel clarissi.l. 3. Io. Ego contrarium credo, vt hic. & 5.quæs.4.c.2. & secundo. B. Sed obijcitur.6.quæst.3.denique & 21.q.5.si quis a proprio. vbi dicitur, q̃ primas vel conciliũ deponit episcopũ. Sed illud fuit de licentia Papæ. Vel loquitur secundum ea tempora quando causæ episcoporum non deferebantur ad sedẽ Apostolicã.19.dist.si Romanorum.

1 vt B.& H. & idẽ no,12. dist.c.2.

Et Iulius in rescr.ad oriẽt.c.3.

Item Sixtus Papa ij.epist.2 ad Gratum episcopum.

¶ A comprouincialibus accusatus, vel iudicatus, Apostolicam sedem appellet. C. V.

Poly. ibid. Ans.l.2.c.82. Burc.l.1.c.176. & 144. Iuo par.5.c.4. & 257. Pann.l.4.c.125.

ACcusatus,uel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa episcopus licenter appellet,& adeat Apostolicæ sedis Pontificẽ,qui aut per se, aut per uicarios suos eiusdem retractari negotium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex causam suam agit,nullus alius in eius loco a ponatur, aut ordinetur episcopus: quoniam quamquam comprouincialibus † episcopis accusati causam pontificis scrutari liceat, non tamen diffinire b ‡ inconsulto Romano Pontifice permissum est.

† al.à cõprouincialibus.
‡ al.diffiniri

Item Damasus Papa Stephano Archiepiscopo,epist.3.c.2.

¶ De eodem. C. VI.

Ans.l.2.c.61.

DIscutere episcopos,& summas ecclesiasticorum negotiorum causas,metropolitano unà cum omnibus suis comprouincialibus (ita ut nemo ex eis desit,& omnes in singulorum concordent negotijs) licet: sed diffinire eorum,atque ecclesiasticarum summas querelas causarum,uel damnare episcopos absque huius sanctæ sedis auctoritate minime licet; quam omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet.

Burc.l.1.c.179. Iuo p.5.c.195.

¶ *Caput hoc in aliquot vetustis exemplaribus non habetur,neque in ipsum adest glossa.*

Item Eleutherius Papa scribens ad Gallia prouincias,c.2.

Iuo p.6.c.316. Pann.l.4.c.134. & 136.

¶ Comprouinciales,& metropolitani episcoporum causam audire, sed diffinire non possunt. C. VII.

QVamuis liceat apud comprouinciales †,& metropolitanos, atque primates episcoporum ventilare accusationes,& criminationes;nõ tamen licet diffinire * sine huius sanctæ sedis auctoritate:sicut ab Apostolis,eorumque successoribus multorum consensu episcoporum iam diffinitum est. Nec in eorum ecclesiis alij aut præponantur,aut ordinentur, antequam hic eorum iuste terminentur negotia. Reliquorum vero clericorum causas apud prouinciales, & metropolitanos,ac primates & ventilare,& iuste finire licet.

† al.prouinciales

* Diffinire.] *In epistola ipsa sequitur*, secus quàm prædictum est:reliquorum vero, &c. *Superius vero hæc prædicta fuerant*, finitiua episcoporum tantum iudicia huc deferantur, vt huius sanctæ sedis auctoritate finiantur,sicut ab Apostolis, &c. *vsque ad verbum*, Reliquorum.

Item Leo episcopus vrbis Romæ Anastasio episcopo Thessalonicensi, epist.82.al.84.c.1.

¶ Ante Apostolicam censuram in causis episcoporum non est diffinitiua ferenda sententia. C. VIII.

MVltum stupeo frater charissime,sed & plurimum doleo,quòd in eum,de quo nihil amplius indicaueras †, quàm quòd euocatus adesse differret, & excusationem infirmitatis c obtenderet,tam atrociter,& tam vehementer potueris commoueri; præsertim cum etsi tale aliquid mereretur,expectandũ tibi fuerat, quid ad tua consulta rescriberem. *& infra.* ¶ Sed etiam si quid graue, intolerandumque gessisset, nostra expectanda erat cẽsura,vt nihil prius ipse decerneres,quàm quid nobis placeret, agnosceres. Vices enim nostras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem sis vocatus solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde,sicut multum nos ea,quæ à te pie sunt curata,lætificant;ita nimirum ea,quæ perperam sunt gesta,contristant.

† al.indicaueris

Item Iulius Papa orientalibus episcopis,epist.1.

¶ Præter sententiam Romani Pontificis,nec concilia celebrari,nec episcopum damnari oportet. C. IX.

DVdũ à sanctis Apostolis, successoribusque eorũ in antiquis ‡ decretũ fuerat statutum,quæ hactenus sancta,& vniuersalis Apostoli-

‡ præfatis] ori.

Q *Vamuis.*] CASVS. Quæsitum fuit a Papa, vtrũ cõprouinciales epi, vel archiepi vel primates possent diffinire causas criminales eporum.& respondetur, q̃ non, sine auctoritate speciali Papæ; licet possint eas examinare. Sic statutum fuit a tempore Apostolorum, & eorũ successoribus: & donec Papa causas eorũ diffiniat, alij loco eorũ non ponantur. Causas vero aliorum clericorum, & diffinire & ventilare possunt.

M *Vltum.*] CASVS. Anastasius metropolitanus Thessalonicen. citauit quemdam suum suffraganeum, vt veniret aduersario responsurus, ille vero non venit, infirmitatis causam prætendens. cõsuluit Anastasius Papã quid de eo faciendum esset: sed tamen pendente consultatione ipsum deposuit, eo solo, q̃ vocatus non venit. Leo ergo commendat eum in benefactis, sed in hoc facto vehementer eum redarguit duabus rationibus. Vna est quia pendente consultatione nil debuit fecisse, sed expectasse quid Papa respondisset. Alia est quia & si peccatũ commisisset propter quod deponi deberet, a solo Papa erat deponendus.

c *Infirmitatis.*] hæc est iusta causa absẽtiæ, vt extra de procura. querelam. quid de hoc iuris sit, dicam 5.quæst. 3.c.1.

D *Vdum.*] CASVS. Orientales episcopi in duobus delinquebant, scilicet in congregandis concilijs vniuersalib', & deponẽdis episco-

episcopis absque licentia Papæ. Sed docet Iulius Papa, q hoc facere non debent; quia cõcilium & omnes maiores causæ solo Romano Pontif. reseruantur; qui vice Petri apostoli omnibus principatur, & caput est omnium aliorum.

a *Voluerunt.*] sic ergo concilia dederũt primatum Romanæ ecclesiæ: quod verũ est secundario: sed ipse Christus principaliter, vt 21. dist. quamuis. 17. dist. §. hinc etiam. & 9. q. 3. aliorum.

Christ° ecclesiæ Romanæ primatũ dedit.

ALIQVANDO. Hæc est 2. pars q. ĩ qua dicitur, q quãq; pro bono pacis, & pro vitãdo scandalo sustinet Papa epõrũ depositiones, dũ tñ alias causa subsit pro qua possent deponi à Papa. & hoc probatur per c. seq Io. de Fan.

CASVS. Dictũ est ĩ. in multis c q solus Papa debet epos deponere, alioquin qđ factum erit irritabitur: nunc ostendit Gra. q multoties Romana ecclesia ab aliis depositos, & alios loco eorum substitutos pro bono pacis toleratur quod probatur se. c.

H*Aec quippe.*] CASVS. Dolen. ecclesia dixit se esse archiepiscopalem, & oẽs epos Britanniæ suos esse suffraganeos. huius partẽ fouebat Salomon Rex Britonum. Sed Turonẽ. econtra dicebat, s. oẽs epos Britãniæ ad se spectare: cuius partẽ Carolus tuebatur. Contingit q Dolensis ad fauorẽ, & metũ regis Salomonis quoldã epos deposuit, & alios loco eorũ subrogauit. Turo. vero conquestus est de hoc Papæ, & super hoc priuilegia ostendebat, per quæ docebat prælatos epos sibi lcĩ subiectos. Præcipit igiť Papa Salomoni, vt oẽs epos sui regni non differat mittere ad Turoñ. archiepiscopum, maxime cũ videatur ad eum spectare quatenus corã ipso appareat, an ipsi epi quo ad delicta, & si nõ quo ad ordinẽ sint canonice destituti, & alii eis legitime substituti. qđ si hoc non vult, mittat Romã duos de expulsis, & duos de subrogatis cum legato ecclesiæ suæ, vt ibi veritas super hoc negotio cognoscatur: quæstione tñ de sede metropolitana reseruata, donec inter Salomonẽ & Carolũ pax reformetur. verũ si de hoc ipso velint cognosci, mittãt Romã quatenus Apostolico libramine, quæ sit archiepalis ecclesia indicetur, vt deinceps nulla possit dubitatio remanere.

ea tenet ecclesia, non oporteret præter sententiã [1] Romani Pontificis concilia celebrari, nec episcopum damnari, quoniam sanctam Romanam ecclesiam primatem omnium ecclesiarum esse voluerunt [a]; Et sicut beatus Petrus apostolus primus fuit omnium Apostolorũ; ita & hæc ecclesia suo nomine consecrata (Domino instituente) prima, & caput sit ceterarum; & ad eam, quasi ad matrem, atque apicem omnes maiores ecclesiæ causæ, & iudicia episcoporũ recurrant; & iuxta [1] eius sententiam terminum sumant: nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni Pontificem.

His Capitul. l. 6. ca. 387.

[1] in vulgatis legebatur, *conscientiam.*

[1] *al. eiusque ipsa sententia*

2 *Aliquando inconsulto Romano Pontifice plerique episcoporum damnati inueniuntur, & alij in eorum locum subrogati, quorum damnationem, & subrogationem pro bono pacis ex dispensatione tolerasse legitur ecclesia.*

Vnde Ioannes Papa Salomoni tertio & vltimo Regi Britonum.

Regino lib. 2. Chron.

¶ Quorumdam episcoporum depositionem extra conscientiam Romani Pontificis factam pro pace tolerauit ecclesia. C. X.

HÆc quippe est ordinatio Dei patris tui, & hæc est lex ecclesiæ matris tuæ, videlicet, vt omnes episcopos regni tui ad Turonensem archiepiscopum mittere non detrectes, ipsiusque iudicium postulare non dedigneris. Ipse enim est metropolitanus, & omnes episcopi tui regni, suffraganei [b] eius sunt: sicut conscriptiones prædecessorũ meorum euidenter ostendunt: qui prædecessores tuos, quia illos ab ipsius cura subtraxerant, forte inuectione corripere studuerũt, quamuis nec nostra scripta super hac re missa deesse videantur. Cumque coram designato Turonicæ ecclesiæ præsule, & integro numero collegarum, id est duodecim episcoporum celebrato conuentu fuerint electi episcopi regulariter examinari, apparueritque, quòd canonice fuerint electi, ipsis in sua deiectione manentibus, qui in locis eorum cõsecrati sunt, potuerunt vtique episcopatus honore potiri. Quòd si episcopi electi insontes fuerint declarati, his amotis [c], qui illis subrogati sunt, ecclesias suas ipsi recipiant. Nam cum antecessores mei præsules electionẽ eorum episcoporum, qui ab ecclesiis suis expulsi sunt, nec admiserũt nec approbauerũt, nec ipsos, qui eis subrogati [d] post sunt, viuentibus illis legitimos episcopos dixerunt [e]. Sane, si ad Turonensem forte archiepiscopum mittere præfatos episcopos dedignaris, stude duos episcopos de expulsis [f], & duos de subrogatis vnà cum ecclesiæ tuæ legato ad Apostolicam beati Petri sedem transmittere: vbi digna examinatione præmissa, qui legitimi episcopi sunt, appareant, & suas ecclesias irregulariter non amittant: Nihil enim queo aliud in præsenti negotio diffinire. Quia vero magna, quis sit metropolitanus apud Britannos contentio est, licet nullius memoria teneat vos in vestra regione vllam habuisse metropolitanam ecclesiam; tamen si libet (postquam Deus omnipotens pacem inter vos, & dilectum filium nostrum Carolum regem gloriosum constituerit) facile hoc poteritis aduertere.

b *Suffraganei.*] id est, pro suffraganeis sunt habendi: quia ille fuit in possessione, & ita erit vsque ad sniam 16. q. 4. volumus. sz ita non est hic ar. interlocutoriam nõ obesse. Vel dic, q ideo non obest, q agebatur ad hoc. sed de hoc solum an episcopi essent iuste deiecti [1], an crimen ab ipsis cõmissum esset deiectione dignũ. arg ad hoc. ĩ. e. c. ibi, nihil enim quęro, &c. & q interlocutoria nõ obsit, habes ff. de his qui sui vel alieni iuris sunt l. pen. [2] & extra đ or. co. cũ dilectus. Non enim quidquid iudex profert, est habendũ pro snia, vt C. de sen. & interloc. om. iu. ex stipulatione. & C. comminationes & epistolas. l. 1. tñ per interlocutoriã bene aliqd determinatur, & transit in rẽ iudicatã, sicut diffinitiua snia, vt extra de ele. cũ dilectus. in fi. & extra de test. significauerũt. fi. extra de sen. & re iu. cõ inter. & qñq; ius facit, vt ff. quod me. cau. metũ. §. sed qđ

Snĩa interlocutoria verũ obsit.

[2] Ad hoc Domin. de sancto Geminia. c. si Papa. in fi. de priuilegijs, in 6.

[3] Si iudex p̃nũtiat istum debere p̃stare

e *His amotis.*] Sed quare nocet snia pro destitutis lata ipsis substitutis, cũ res inter alios acta, aliis nõ p̃iudicet? vt extra de fi. instr. inter dilectos. & est 5 illud quod est ff. de adul. denuntiasse. & extra de adul. significasti, sed hoc est pp causæ cohærentiã. sic 7. q. 1 p̃sentiũ. & 81. dist. tantis. in fi. & 45. dist. disciplina. nã si pronuntiatũ est Petrũ esse viuũ Mariæ, per cõsequẽs probatũ est Martinũ non esse. extra de spon. ex parte. vides. n. q causæ eligentiũ, & electi sunt cõnexæ: quia lata snia p̃ electores p̃iudicat electo, licet absenti, vt extra de ele. dudũ. 2. in fi. nisi appelletur ab altero illorũ, vt extra de of. iu. dele. super eo. aliud vr̃ esse inter præsentantẽ & præsentatum. Nam tunc snia lata cõtra vnũ non nocet alteri absenti, vt extra de elec. q̃relã. hoc ideo est, q a illorum causæ ita sibi non cohærent. Vel dic, q numquam sententia præiudicat alij, nisi præsens fuerit. argu. 54. dist. si seruus.

Snĩa lata cõtra electores præiudicat electo.

d *Subrogati.*] arg. si aliqua duo sunt cõnexa, prohibito vno prohibitum est & reliquum. sic 31. dist. si laicus. 26. dist. deinde. 34. di. si quis viduam. & 8. dist. quo iure. 2. q 3. si quis obiecerit. extra de hæ. fraternitatis [4]. sic ecõuerso aliquid permittiť ratione connexionis, vt 81. dist. cum omnibus.

[4] Ar. 44. di. in princ. vbi de hoc no. T. ca. q. 3. §. 1. & 1. q. 1. sicut Christus. Ar.

e *Dixerunt.*] supple, nec ego dico.

f *De expulsis.*] sed qualiter poterit causa per procuratorem criminalis.

c *His amotis.*] ...

[2] fr. sic ergo semper est cõsiderandũ ad quid [1] agatur, & an iudex incidenter, vel tacite, vel expresse, vel diffiniendo, vel interloquendo aliquid dicat, vt extra de p̃sum. afferte. extra de test. veniens. C. de his qui not. infam. interlocutio. & 2. q 3. §. notandum 2. & 2. 2. q. 2. quæritur.

minaliter tractari: forte quia sic placuit Papæ, vel hic ciuiliter agebatur. non enim aliud agebatur hic, nisi an essent secundum ordinem iuris depositi: & licet fuerit ciuilis, tamen necessarij erant xij. epi. [3] sic 23. dist. illud. 24 dist. quondam. quia licet non fuerit causa criminalis, tamen fuit de crimine [5], vnde necessaria est subscriptio, vt extra de accusa. licet non debeat post motam controuersiam præsentare vel eligere.

b ¶*Incunctanter.*] id est, decetero. & sic planum est.

ADDITIO. Dicit H. quòd sensus est vt interim ei non denegent debitam reuerentiam, & postea incunctanter obediant ei, qui per sententiam eis fuerat assignatus. Archid.

Procurator quandoque causam criminalem potest tractare.

[3] De hoc nn. j. ca. quæ. 8. is sum.

[5] Nam licet talis cã esset ciuilis, spectabat tamen ad depositioné & condénationé eporum, si in ea constaret quod legitime essent conuicti de crimine, secundum Hug.

Quòd si adeo contentiose creditis agere, ad nostrum Apostolatum destinare contendite; quatenus nostro libramine, quæ fuerit apud vos antiquitus archiepiscopalis ecclesia, luce clarius innotescat: & deinceps omni ambiguitate recisa, quam sequi episcopi vestri debeant [a] incunctanter [b] agnoscant. Neque enim ecclesias Dei per discordias regum, diuisionis aliqua pati damna necesse est, cum (quantum ex se est) pacem, quam prædicant, seruare studeant inuicem, & in omnes.

a ¶Subrogati post sunt.] *Sic restitutum est ex aliquot vetustis & valde emendatis codicibus. Antea legebatur*, subrogari possunt.

ALIAS AUTEM. Hæc est tertia pars quæstionis, in qua probat quod probatum fuit in prima parte, scilicet quod vnusquisque debeat à suo iudice iudicari. Ioan. de Fan. & sic continuatur. Dictum est supra in §. aliquando, quod pro bono pacis Papa tolerauit depositiones eporum ab alijs factas. Nunc vero dicit Gratianus, quod alias nisi pro bono pacis toleraret, irrita esset depositio, vt in sequenti cap. dicitur.

9 *Aliàs autem irrita erit episcoporum sententia, & à synodo retractanda.*

Et in decretis Iulij c. 27. Cap. Hadriani c. 58.

Vnde Felix Papa I. epist. prima ad Paternum.

¶ Damnatio iniusta irrita est, & a synodo retractanda. C. XI.

11. q. 3. c. irritã. ex Carth. 4. c. 28 Ans. l. 3. c. 69.

IRritam [c] esse censemus & [a] iniustam episcoporum damnationem, & idcirco a synodo retractandam; ita vt oppressis ab omnibus, in cunctis subueniatur causis.

a ¶Et iniustam.] *Sic in originali, & antecedit vox*, aliter: *sed in decretis Iulij, & in concilio Carthaginensi quarto (vnde citatur infra 11. q. 3 c. irritam.) & in capitulis Hadriani, & apud Anselmum est*, irritam esse iniustam episcoporum damnationem, &c. *quæ lectio videtur magis conuenire cum rubrica huius capitis.*

Irritam esse.] CASVS. Quidam episcopi depositi fuerunt sine auctoritate Papæ, & ideo dicit Felix Papa irritam esse eorum damnationem, & a synodo retractandam, vt oppressis omnibus subueniatur plenarie.

c ¶*Irritam.*] factam sine auctoritate Romani Pontificis.

Et inter decreta Higini, c. 4 in epist. 2. Felicis inter decreta Iulij c. 16. In cap. Hadriani c. 19. in adiectis capitular. Poly. l. 5. tit. 1. Ans. l. 3 c. 77. Burc. l. 1. c. 147. Iuo p. 5. c. 260. & p. 6. c. 331.

Quòd autem metropolitanum suum contemnere, & aliorum iudicium alicui expetere non liceat, Sixtus Papa III testatur in epist. ad orientales episcopos, c. 3. dicens.

QVOD AVTEM. CASVS. Dictum fuit supra in cap. hæc quippe. quod suffraganei debent ire ad iudicium sui metropolitani, scilicet ad Turonensem. & ideo Gratianus vult modo ostendere, quod suffraganei iudicium sui archiepiscopi declinare non debent, & ad alium iudicem ire. Et hoc probat per sequentia capitula.

¶ Peregrina iudicia sunt submouenda. C. XII.

al. externis

PEregrina iudicia (salua in omnibus Apostolica auctoritate) generali sanctione prohibemus: quia indignum est, vt ab extraneis † [d] iudicentur, qui comprouinciales, & a se electos [e] debent habere iudices; nisi fuerit appellatum.

Peregrina iudicia.] CASVS. Quæsitum fuit a Sixto vtrum valeant illæ sententiæ quæ a iudicibus extraneis proferuntur. Et rndet quod non, nisi fuerit appellatum, vel Papa propria voluntate causam delegauerit: quia indignum est, vt qui comprouinciales electos debent habere iudices, ab alienis iudicentur.

Item Anacletus Papa, epistola prima, c. 3.

¶ De eodem. C. XIII.

Gen. 19.

LEges ecclesiæ Apostolica firmamus auctoritate, & peregrina iudicia submouemus. Vnde & Dominus mentionem faciens Loth, per Moysem [f] loquitur dicens [Ingressus es quidem (inquiunt) vt aduena, numquid vt iudices?]

Et Marcell. epi. 1. in codice canonum inter decreta Innocentij.

Item Innocentius Papa ad Victricium Rothomagensem episcopum, epistola 2. c. 3.

cusa. super his. Vel dic quod in causa criminali vnus consocius procurat causam aliorum, vt extra de do. & contu. cum dilecti. & 2. q. 5. statuit. Item hic habes, quod sententia lata à non suo iudice rata potest haberi. De hoc nota. 9. q. 2. nullus. & 2. q. 6. si quando.

a ¶*Debeant.*] Arg. pro obsequijs tempore litis non præstandis, vt 2. q. 6. quoties. & 11. q. 1. qa. Arg. contra 33. q. 2. sæculares. 35. q. 6. multorum. ff. de oper. liber. operis. Sed hoc ideo hic fuit, quia epi pro liberis se gerebant. aliàs illi debent obedire qui essent in possessione. 8. q. 4. nonne. extra vt lite pend. à memoria. Nec obst. C. de agr. & censi. libus. lib. 11. vbi dicitur, quod si est contentio inter colonum & dominum de fructibus, quod fructus sequestrantur. Sed illud obtinet cum dominus est suspectus. Dicas ergo quod possessor semper vtitur fructibus lite pendente, vt 16. q. 4. volumus. nisi in casu, vt extra de iure patrn. ex litteris. quod intellige verum nisi de hoc ipso quæstio sit, an possideat, vel non, vt extra de in integ. rest. cum venissent. in fi. extra de consti. cum M. in fi. & ff. de aqua quoti. & æsti. l. pen. vnde si post motam controuersiam canonici eligant, non ideo statim cassatur electio donec constet de iniusta electione, vt extra de in integ. restit. c. 2. in fi. & extra de cau. pos. & proprie. cum ecclesia. Idem dicerem de patrono, nis iudicentur.

Possessor lite pendente fructibus vtit.

d ¶*Ab extraneis.*] Arg. iudicem ad quem appellatur, non esse ordinarium [1]. 6. q. 3. scitote. & sic archiepiscopus est extraneus, vt ibi videtur, & extra de uf. iud. ord. pastoralis. H. Sed potius est hic arg. contra, quia dicitur hic, quod oportet habere iudices comprouinciales. & archiepiscopus est comprouincialis. Illa ergo exceptio, nisi, ad principium refertur. s. ad peregrina. & fuit intellectus Grat. quod si quis recusaret metropolitanum, ad comprouinciales iudices recurreret, non ad peregrinos, nisi appellaretur. & hoc est quod dicit, & cum causa extra prouinciam commissa fuerit. j. eo. non liceat [4].

e ¶*Electos.*] cum ordinarij sint suspecti. 2. q. 6. placuit. vel loquitur in causa criminali presbyteri vel diaconi, vt 15. q. 7. si autem.

Leges ecclesiæ.] CASVS. Anacletus in hoc capitulo confirmans constitutiones ecclesiæ dicit, quod alienigena iudex esse non debet. Et hoc probat exemplo Loth, cui dictum fuit a Sodomitis, Ingressus, &c.

f ¶*Per Moysem.*] quia ipse Moyses loquens per spiritum Domini introducit in Genesi Sodomitas ita loquentes.

[1] Id est, extraneum, & extraneus est quod de hoc dubitat, cum hoc sit certissimum. secundum Hug.

[4] Istam gl. signat H & L. sup verb. j. ca. nisi fuerit appellatum, & melius & clarius ponit ibi. Archid.

N On liceat cuiquam.] Casus. Quæsitum fuit verum episcopo liceat agere vel vendere sub iudice nõ suo. Et respondet quòd nõ, salua tamen in omnibus Romanæ ecclesiæ reuerentia: quod si facere præsumpserit, deponatur.

a Præiudicio.] Hoc ideo dicit, quia spretis omnibus ordinarijs ad eum potest appellari. arg. 9.1. q. 7. c. 1. 2. & 3. nam ipse est ordinarius omnium. extra de elec. cum nobis olim.

b Expetere.] Hic patet q clericus sine consensu sui epi nõ põt cõsentire i alium iudicẽ. nam sic posset euacuari iurisdictio eporum, si omnes consentirent in alium iudicem. ad idẽ facit 2. q. 6. placuit 2. & in auth de san. episc. §. œconom'. colla. 9. Arg. §. 3. ca. pulsatus. Sed extra de in. cõp. si diligenti expeditum est, q nõ potest per pactum renuntiare foro. De hac materia not. 11. q. 1. in o lita. Io. Quod dicit Inã. q expeditum est, in illa decre. extra de fo. cõpe. si diligenti, non est verum, quia illa decre. loquitur, q clericus non põt consentire in laicũ. sed hodie nec in clericũ consentire põt, nisi de cõsensu sui epi, vt extra de foro cõpet. significasti. B.

Clericus an possit foro renunciare.

Imo est verum, vt patet vel. cũ ergo. Archid.

REVERENTIA. Casus. Quia §. in c. nõ liceat. mẽtionem fecit de reuerentia Papæ; ideo Grat. dicit quæ sit illa reuerentia, scilicet cũ appellat ad eũ, vel cũ ab eo iudices extranei conceduntur.

V Naquæq.] Casus. Dicitur hic, quòd quælibet prouincia proprios debet habere iudices, ad quos comprouinciales recurrant, nisi sedes Apostolica aliter decreuerit.

N Eminem.] Casus. Hoc cap. diuidit i duas partes. In prima parte dr, q nullus debet trahi extra suã prouinciam vel comitatum, ita q actor semp forum rei sequatur, nisi fuerit appellatum ad maiorem iudicem, vel nisi ad missionem maioris iudicis datus fuerit iudex. In secunda parte dr, q in qualibet prouincia synodus causas audire debet, & terminare intra suæ prouinciæ terminos, & omnis accusatio fiat intra prouinciam, sicut in Niceno concilio continetur. Secunda Pars incipit ibi, *Illa quæ sunt.*

c Neminem.] Est autẽ hoc ideo statutũ, q alibi non possunt habere testes vel amicos, vt 33. q. 2. fine. 2. q. 2. præceptum. & in authen. vt oẽs obed. iud. §. 3. coll. 5. Vnde dico, q si aliquis impetrat rescriptũ ad iudicẽ alterius prouinciæ, non sufficit q vltra duas dietas nõ trahat aduersariũ, vt dicit illa cõstitutio, extra de rescrip. nonnulli. Sed etiam requirit q extra prouinciã a eum non trahat, nisi in literis fiat mentio de prouincia. Cum enim de iure extra prouinciam nemo sit trahendus, vt hic dr, ergo nisi rescriptũ principis de eo faciat mentionẽ, non potest auctoritate rescripti trahi extra prouinciam, licet minus sit spatium ad quod trahit, q duæ dietæ. cõ. tñ ar. contra extra de offi. iud. ord. significauit. Io. Certe tñ non nocet q: sed illi constitutioni, nonnulli. statur. Ista opinio hodie non habet locum, immo contrarium obseruat Romana curia.

Rescriptum nõ põt quis trahi extra suã prouinciam.

a Intellige vulgarẽ: vt di. 7. q. 1. §. fa ctus.

S I quis clericus.] Casus. Dicitur hic, q de quocũque crimine qs accusat, tñ in sua prouincia respondeat, nec accusator eũ ad aliã prouinciam trahere nitatur. Sequens c. planum est, & per se patet.

¶ Nulli liceat aliarum prouinciarum iudicium expetere. C. XIIII.

N On liceat cuiquam (sine præiudicio a tamen Romanæ ecclesiæ, cui γ in omnibus causis reuerentia, & auctoritas debetur) relictis his sacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei ecclesias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum episcoporum iudicia expetere † b, vel pati. Quòd si quis præsumpserit; & ab officio cleri submotus, & iniuriarum reus ab omnibus iudicetur.

Capitularium l. 6. c. 187. Ans. l. 2. c. 52. & 3. c. 79.

† al. experiri

γ Cui.] *In epistola & Marcelli & Innocentij legitur,* sine præiudicio tamẽ Romanæ ecclesiæ, cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri: *quamuis à postrema conciliorum in quatuor tomos editione absint illa duæ voces,* sine præiudicio: *quemadmodum, & paulo inferius ista,* vel aliarum prouinciarum episcoporum iudicia expetere, vel pati: *quæ tamen habentur in alijs locis indicatis.*

† al. cuius

Reuerẽtia autem, quæ Apostolicæ debetur Ecclesiæ, & eius auctoritas intelligenda est, cum vel ad ipsam appellatum fuerit, vel ab ea iudices electi conceduntur. Vnde Sixtus Papa cum diceret [Comprouinciales & à se electos debent habere iudices] *statim subiungit,* [nisi fuerit appellatum.]

1. ca. peregrina

Item Anacletus Papa, epist. 1. c. 3.

¶ Absque Apostolicæ sedis decreto extraneos iudices adire non possumus. C. XV.

V Naquæque prouincia tam iuxta ecclesiæ, quàm iuxta sæculi leges, suos debet iustos, & non iniquos habere iudices, & non extraneos †, nisi Apostolicæ sedis huius decreuerit auctoritas.

Ans. l. 3. c. 80.

† al. externos.

Item ex Romana synodo.

¶ Nisi per appellationem, alterius prouinciæ iudices adire non oportet. C. XVI.

N Eminem c exhiberi de prouincia ad prouinciam, vel ad comitatum oportet, nisi ad relationem iudicis, ad quem α fuerit appellatum, ita vt actor rei forum sequatur. *& infra.* ¶ Illa β, quæ sunt per vnamquamque prouinciam, ipsius prouinciæ synodus dispenset, sicut in Niceno constat decretũ esse concilio. ¶ Vltra prouinciæ terminos accusandi licentia nõ progrediatur. ¶ Omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & a comprouincialibus terminetur, nisi γ prælatus sit, qui accusatur.

In capit. Hadriani, c. 5. 8. 10. Felix. 1. epist. 2. Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331.

3. ead. vltra.

3. q. 4. c. duodecim §. item Hadrianus

α ¶ Ad quem fuerit appellatũ.] *Hæc sunt addita ex Hadriano, epistola synodica Felicis, & Innoc.*
β ¶ Illa quæ.] *Hinc vsque ad finem in capitulis tantum Hadriani sunt inuenta.*
γ ¶ Nisi prælatus sit, qui accusatur.] *Verba hæc neque in capitulis Hadriani, neque in antiquioribus Gratiani exemplaribus leguntur, in alijs vero, loco ipsorum, sunt hæc,* nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum.

Eleutherius ad Galliæ prouin. Felix 1. epist. 1. in decretis Iulij, c. 25.

Item Sixtus.

¶ De eodem. C. XVII.

S I quis clericus super quibuslibet criminibus accusatus fuerit; in prouincia in qua consistit ille, qui accusatur, suas exerceat † actiones: nec existimet † eum accusator suus alibi, aut longius ad iudicium pertrahendum †.

In capit. Hadriani, c. 7. Iuo p. 6. c. 318. & 329.

† al. exerat
† al. æstimet
† al. protrahendum.

¶ *Caput hoc, quod citatur ex Sixto, in nulla epistola Pontificis huius nominis est inuentum. In aliquot vetustis exemplaribus est tantum,* Item, *vt videatur citari eadem synodus Romana, quæ in superiori capite, idest quæ continetur in capitulis Hadriani. Iuo autem par. 6. c. 318. citat ex Eleutherio: cap. autem 329. citat ex Felice primo.*

Item ex decreto Hadriani Papæ.

¶ Vbi crimen admittitur, ibi causa ventiletur. C. XVIII.

Q Vi crimen obijcit, sciat † se probaturum. Reuera ibi causa agatur, vbi crimen admittitur.

In capit. Hadriani c. 52. & 3. ca. c. ibi semper. ex Fabiano. Burch. l. 16. c. 3. Iuo p. 6. c. 324. Pann. l. 4. c. 75.

† al. scribat.

QVÆSTIO VII.

QVòd iudex[a] esse non posit, quem cum reo par, aut maior macula inficiat, multis auctoritatibus probatur. Dicit enim sancta Romana synodus.

In capi. Hadriani c. 5. & in 2. epist. Felicis. Ansl. l. 3. c. 7. Poly. l. 5. ti. 1. Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331. Pann. l. 4. c. 78.

¶ Infames, iudices esse non possunt. C. I.

INfamis[b] persona, nec procurator[c] esse potest, nec cognitor.

Ex le. cū prætor. ff. de iudicijs.

Tria sunt[d], quibus aliqui impediuntur, vt iudices non fiant. [Natura, vt surdus, & mutus, & qui perpetuo[e] furiosus est, & impubes; quia iudicio carent. Lege, qui senatu amotus[f] † est. Moribus[g] femina, & serui: non quia non habeant iudicium[h], sed quia receptum est, vt ciuilibus officijs non fungantur.]

† motus] orig.

¶ Prior pars huius capituli vsque ad versi. cognitor. habetur in epistola secunda Felicis primi: in qua refert synodum à se habitam: quod in principio epistola commemorat his verbis, Nos vero ad supplementum vestrum fratres, & coepiscopos nostros vocauimus amplius quàm septuaginta: Cum quibus hæc, quæ subtus habentur inserta, regulariter tractāda decreuimus. Eadem pars habetur in capitulis Hadriani; qua (vt superius ead. q. 5. c. accusationes, adnotatum est) nomine Romana synodi interdum citantur. Reliqua vero huius capitis videntur ipsi Gratiani; sumpta tamen fere ad verbum ex l. cum prætor. versi. quidam enim. ff. de iudicijs: quemadmodum & in sequenti capite multa colliguntur ex varijs legibus digestorum, & Codicis. Quamobrē in antiquioribus codicibus omnia hac vsque ad c. qui sine peccato, coniuncte habentur.

Verumtamen[i], si seruus, dum putaretur[k] liber, ex delegatione sententiam dixit; quamuis postea in seruitutem depulsus sit, sententia ab eo dicta, rei iudicata firmitatem tenet.

lib. 3. tit. 1.

In digestis, tit. de postulando.

C. II.

INfames non possunt esse procuratores, vel patroni causarum. Sunt autem tres ordines eorum, qui postulare[l] prohibentur. ¶ Est autem postulare, desiderium suum, vel amici sui in iure apud eum, qui iurisdictioni præest, exponere, vel alterius desiderio contradicere. ¶ Nam, vt præmisimus, non postulantium tres ordines sunt. Quidā prohibentur omnino[m] postulare, vel propter ætatem, vt minores decem & septem annis, vel propter casum, vt surdus, qui prorsus non audit[n]. Alij prohibentur, ne pro alijs postulent, vel propter sexum,

Ex l. 1. ff. de postulando, verbis alio modo aptatis.

QVòd iudex.] In hac 7. q. quæritur, vtrum criminosus posit esse iudex. & inde sumpta occasiōe ponit tres ordines infamiū vsque ad illā legē, ῾ıcé tur. Diuidas ergo quæstionem in tres partes. In prima parte ponitur quod dictum est. Secunda ibi, Arcentur. Tertia ibi, Qui sine. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur 7. q. qua quæritur, an iudex esse posit, q pari delicto cū reo vel maiori inficitur, & q non posit iudicare, multis auctoritatibus probatur. Cōsueuit tamen dici, q donec iudex toleratur, q iudicare pōt ex officio suo: sed nō de iure mero, vt ῀J. ea. §. vlt. Mihi videtur, q repelli debeat, si crimen fuerit cōtra eū probatum in modum exceptionis, sicut contingit de teste, qui repellitur probato crimine in modum exceptionis, & sicut de electo ad dignitatem contingit, cum ei obijcitur aliquid, vt repellatur ab electione. Sequens capitulum planum est.

a ¶ Quòd iudex.] Hic quæritur an criminosi, vel infames possint esse iudices. Et quidem si non tolerantur ab ecclesia, non possunt: si tolerantur, bene possunt, & tenet eorū sniā [1], ipsi tamen peccāt iudicando [2]. Vel distingue an aliquis sit infamis per sententiam, vel ipso facto [3], vt tunc non possit, an alias, vt tunc possit. Illud tñ certum est, q si infamia obijcitur alicui, qui est electus in iudicē, q propter hoc bene remouetur, licet hucusque fuerit toleratus, vt extra de rescriptis, sciscitatus. & extra de exces. prælat. inter dilectos. & ff. ad leg. Iul. de vi priuata. l. 1. criminosi ergo possunt iudicare ex officio, sed non ex vitæ merito. 15. q. vlt. c. vlt.

[1] De hac materia tractat plene Il. Barbat. Philip. pen. & ibi per Bar. & alios. ff. de of. pro.

[2] Vi ῀J. ea. §. fi. i fi. de pe. di. 6 c. 1. 40. dist. c. vlt.

Infamis an possit esse iudex.

[3] De hoc & not. extra de iure. calum. Imperatorū. Infamis arbiter esse pōt.

b INfamis.] per sententiam.

c ¶ Nec procurator.] id est, aduocatus, vt ῀J. prox. §. Vel intellige de procuratore vero, vt infamis nō posit esse procurator secundum canones, vt ῀J. 5. q. 4. quia episcopus. nec obstat insti. de excep. §. vlt. quia loquitur hic de infami per sententiam: ibi de tali qui est alias infamis. si tamen iudex toleratur in officio, eius tenet sentenntia. 8. q. 4. nonne. Sed infamis potest esse arbiter, vt ῀J. ead. §. tria. versi. cognitores.

TRIA SVNT. CASVS Dicitur in hoc §. q tribus de causis repellitur aliquis ne iudex fiat. s. natura, lege, & moribus. Natura impeditur surdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes. Lege, vt ille qui remouetur a senatu pp suā turpitudinē. Moribus, vt mulier & seruus: non ideo quia iudicare nō possunt: sed qa moribus obtētū est ne ciuilibus fungantur officiis. sed si delegatur causa seruo, q putatur liber, eius tenet sententia.

d ¶ Tria sunt.] hoc est sumptum à lege. ff. de iudi. cum prætor. §. non autem omnes.

e ¶ Et qui perpetuo.] secus si ad tempus, vt ff. de iud. cum furiosus.

f ¶ Amotus.] immo & si eius electio fuerit cassata propter eius vitiū, vt extra de elec. c. sup.

g ¶ Moribus.] id est, cōsuetudine. immo etiam lege, siue canone. 33. q. 5. mulierem. Nec obstat 15. quæ. 3. §. 1. dic vt ibi dixi.

h ¶ Iudicium.] id est, discretionem.

i ¶ Verumtamen.] §. & verba Gratia.

k ¶ Dum putaretur.] ecce quantum communis opinio operetur, vt extra de surrepa. consultationibus. extra qui filij sint legit. cum inter. & 1. q. 1. si q a simoniacis. C. de testa. l. 1. argu. contra extra qui fi. sint leg. per tuas. & 3. 24. di fin. c. vlt. 29. q. 2. si quis ingenuus. & dist. 8. veritate & ff. de iudi. l. 1. in prin. Sed nūquid idem est si excommunicatus ferat sniam, qui publice habetur pro non excommunicato? not. extra de sententia & re iu. di. ad probandum. Et est ratio quare aliud sit in seruo: quia seruus in multis casibus habet personam standi in iudicio, vt 15. q. 2. §. qui manumittitur. sed excommunicatus in nullo. Vel dic (quod verius credo) q nec snia serui teneret, nisi confirmata esset à principe. Ioan.

Opinio communis multū operatur.

INfames.] CASVS. In hac lege hoc ordine proceditur. Primo dicitur, q infames non possunt esse procuratores vel aduocati. Secūdo qd sit postulare. Postulare est. s. desiderium suū vel amici sui in iudicio exponere. Tertio ponit tres ordines hominū qui aduocare non possunt. In primo ordine ponuntur illi, qui nec pro se nec pro alijs possunt aduocare, vt minores xvij. annis. & illi q nihil audiunt. In secundo vero ordine ponuntur illi qui possunt pro se postulare: sed pro alijs non, nisi pro pupillis, vel adultis, quorum tutelam vel curam gerunt, in quo ordine sunt quinque genera hominum seu personarum, s. mulieres, & vtroque lumine orbati, & illi qui sponte muliebria passi sunt, vt Sodomitæ, vel qui de capitali crimine aut de calumnia sunt damnati. & ij qui locauerunt operas suas, vt cum belluis seu feris pugnarent in arena. In tertio autem ordine ponuntur alij infames, qui pro se & quibusdam certis personis possunt aduocare, quę infra continentur, & hoc propter quinque causas scilicet propter reuerentiam, vt in parente & patrono: propter consanguinitatem: propter affinitatē: propter misericordiam miserabilium personarum: propter tutelā, vel curam eis iniunctam. Secūda pars est ibi, Est autem. Tertia ibi, Nam vt præmisimus.

l ¶ Postulare.] postulare est pro tribunali petere, & non alibi. ff. de dam. infect. dies. §. hoc autem.

Postulare quid est.

m ¶ Omnino.] etiam pro se.

n ¶ Non audit.] nullus enim adeo surdus est quin aliquid audiat, vt C. qui cessa. sa. poss. discretus.

g vel

vt feminæ; vel propter casum [a], vt vtroque lumine orbati †; vel propter notam turpitudinis, vt ij, qui corpore suo muliebria passi sunt, nisi forte vi prædonũ [b], vel hostium stuprati probentur. Similiter qui capitali crimine, vel calumniæ † causa publico iudicio sunt damnati, vel qui operas suas locauerunt, vt cum bestijs depugnarent in arena [c], pro alijs postulare prohibentur. His personis pro se allegare permittitur, pro alijs postulare prohibetur; nisi forte tutelam impuberum, vel curam adolescentium non affectatam, sed necessariam administrent. Pro his enim quorum curam gerunt, eis postulare conceditur. Alii enim [d] omnes, qui vt infames [e] notantur, nisi pro se, & pro certis personis, postulare non possunt, nisi in integrum restitutionẽ acceperint.

† al. calumniæ publici iudicij

¶ Permittitur [f] autem eis postulare pro parente, pro patrono, patronaue, liberis, parentibusque patroni, patronæque: pro liberis etiam suis, fratribus, & sororibus, vxore, socero, socru, genero, nuru, vitrico, nouerca, priuigno, priuigna, pupillo, pupilla, furioso, furiosa, fatuo, fatua, muto, surdo, prodigo, & adolescente. ¶ Item pro ijs, quibus propter infirmitatem curatores dari solent, & qui negotijs suis aliquo perpetuo morbo superesse non possunt. ¶ Omnes autem, qui non sponte, sed necessario funguntur officio [g], sine offensa edicti postulare possunt, etiam si ij sint, quibus non nisi pro se ipsis postulare permittitur. Ex l. 2. & 3. cod. Ex l. 4. & 5. Ex l. 6.

¶ Affinitates uero non eas accipere debemus, quæ quondam [h] fuerunt, sed præsentes. Nurus & generi appellatione, & soceri, & socrus, & vlteriores, quibus [pro] præpositio [i] solet accedere, continentur. Ex l. 3. eod.

2. ¶ Arcentur etiam à professione aduocatorum *(sicut in secundo libro Codicis titulo de postulando inuenitur)* qui sub nomine honorariorum ex ipsis negotijs, quæ tuenda susceperint, emolumentũ sibi certæ partis [k], cum graui damno litigatoris, & deprædatione poscentes, inueniuntur. tit. 6. l. 5.

¶ Item si quis adeo procax fuerit, vt nõ ratione, sed probris putet esse certandum, opinionis suæ imminutionem patiatur. ¶ Præterea non licet aduocato vllum contractum [l] inire, vllam pactionem conferre cũ eo litigatore, quem in propriam recepit fidem, nec ex industria [m] iurgium protrahere. ¶ Apud vrbem [n] Romam etiam honoratis [o], qui hoc putauerint eligendum [p], eousque liceat orare, quousque maluerint [q], videlicet, vt non ad turpe [r] compendium, stipemque deformẽ hæc arripiatur occasio. Nam si lucro pecuniaq; [s] capiantur, veluti degeneres inter vilissimos numerabuntur. ¶ Si vero [t] in vno auditorio duo tantum præ ceteris fuerint, vel plures, quorum fama sit hilarior, in iudicantis officio sit, vt par [u] causidicorũ distributio fiat, & exæquetur partibus auxilium singulorũ. ¶ Si quis vero monitus à iudice, ea excusatione, quæ nequeat comprobari, cuicumque parti patrocinium denegauerit, careat foro [x], sciat etiam nũquam sibi ad agendum copiam posse restitui. ¶ Si quis autem ex litigatoribus detectus fuerit separatim tractasse cum plurimis, & aduersario suo tali fraude subtra- L. 6. eod. eod. L. 7. cod. eod.

a ¶ *Vel propter casum.*] digestis, de iud. cæcus. ? 55. q. 1. §. vlt.
b ¶ *Prædonum.*] tunc enim non est imputandum, vt ff. de adult. vim passam. 32. q. 5. ille.
c ¶ *In arena.*] nisi causa virtutis hoc faciant. ff. eo. l. 2. §. quod si.
d ¶ *Alij enim.*] notandum, quod omnes qui maiori infamia sunt notati, non nisi pro se & pro iis quorum sunt tutores, possunt postulare, & illi sunt de secundo ordine. Sed minori infamia notati possunt pro se & pro quibusdam certis personis aduocare, & illi sunt de tertio ordine postulantium, scilicet de minori.

Infames qui que postulare possunt.

e ¶ *Infames.*] minori infamia.
f ¶ *Permittitur.*] vt sunt illi de secundo ordine.
g ¶ *Officio.*] vt tutores & curatores.
h ¶ *Quæ quondam.*] ergo vno coniugum defuncto soluitur affinitas. insti. de nup. §. affinitatis. Sed contra. 35. q. 10. c. 1. Sed potes dicere, quod quan ad impedimentũ matrimonij nõ deletur, sed quo ad alia, aut quan ad beneficia bonis edicti.

Ver. porro. vbi de hoc.

i ¶ *Præpositio.*] scilicet patribus istorum, vel viris istarum, & dicitur prosocer, id est, pater soceri. progener, id est, maritus neptis. nã gener filiæ mei est mihi progener.

ARCENTVR. Hæc est secunda pars q. in qua ponit 12. articulos legales vsque ad §. qui sine. to. de Fan.

CASVS. Dicitur hic, quod illi qui paciscuntur de certa parte litis cum eo cuius causam defendunt, repellũtur ab aduocando.

k ¶ *Partis.*] de parte litis non licet pacisci, vt ff. de pact. sumptus. sed super certa re licet. ar. C. de sñiam passis, si debitor, licet M. dixerit, quod licet de aliquota re pacisci sine graui detrimento partis, vt hic: tamen vltra centum aureos non licet pacisci, vt ff. de va. & extraor. co. l. 1. §. in honorariis.

Secũdum Azo. Io. Bar. & L.

PRAETEREA. CASVS. Tria prohibet Imperator, vt aduocatus rationibus pugnet, non probris: alioquin erit infamis, vt nullum pactum ineat cum eo quem in propria cura susceperit, post lit. conte. quod intelligit H. si antea fecit pactum. alioquin secus. & vt iurgia ex industria non protrahat.

l ¶ *Contractum.*] ex postfacto, ab initio tamen pôt. 11. q. 3. non licet. sed si non fecit pactum, postea ei dabitur pro modo litis, & facundia aduocati, & pro consuetudine regionis, vt ff de va. & extraor. cog. l. 1. §. in honorariis. Vel loquitur de tali qui sponte se vinci sustinet in aliqua exceptione, vt si asserat se non posse fouere causam nisi augmentetur salarium, quod fieri non debet, argumento medici, vt ff. de var. & extraor. cog. medicus.

Aduocato qualiter sit satisfactio.

m ¶ *Ex industria.*] qd si fecerit, eum iudex puniat in duabus libris auri, C. de iudi. properandum. §. illo proculdubio.

Sic erit in medio. ff. de var. & extra ordin. cog. medicus.

Quæsitum fuit vtrum honorati qui Romæ sunt, id est qui honorem habent sine administratione, possint aduocare. Et respondet, quod sic, quamdiu volunt, dummodo tamen turpi lucro pecuniæ, vel alicuius alterius rei non corrumpantur.

n ¶ *Apud vrbem.*] de eadem lege est.

o ¶ *Etiam honoratis.*] etiam melioribus.
p ¶ *Eligendum.*] vt sunt aduocati.
q ¶ *Maluerint.*] id est, quousque tale officium voluerint exercere. vnde non est hic argumentum, quod aduocati tamdiu audiantur, quamdiu volunt allegare, quia iudex potest aduocatos remouere.

Aduocato quandoq; silentiũ imponendum est. Adde quod nõ debent esse verbosi in allegando. leg. Nec enim. cũ ibi no. ff. de neg. gest. ¶ Côcor. tex. in l. 1 § secũdo loco ff. de post.

re cum voluerit, vt ff. de iis quæ in testamento delentur. l. 3. in fin. & C. de iudiciis, Auth. iubemus.

r ¶ *Non ad turpe.*] id est, ad modicũ, & vile. Et est ar. quod bona dona danda sunt doctoribus, & ff. de admi. tut. cum plures. & ff. de origine iuris. l. 2. §. vlt.

Doctoribus bona dona danda sunt.

s ¶ *Pecuniaque.*] modica.

SI VERO. CASVS. Dicitur in hac lege, quod si duo vel plures in aliquo auditorio prætoris meliores fuerint aduocati, & alter litigatorum velit habere partem bonorum aduocatorũ: officio iudicis fiat æqualis distributio causidicorũ: & si quis aduocatus monitus noluerit obedire sine iusta excusatione, careat ipse officio aduocandi sine spe aliqua restituendi.

t ¶ *Si vero.*] C. eod. prouidendum.
u ¶ *Vt par.*] illud olim obtinuit cũ salaria dabant de publico: hodie vtraque pars sibi debet prouidere, vt C. de iud. l. properandũ. §. illo. Tñ pueris, & debilibus, & pauperibus prætor dabit aduocatum, vt ff. de postul. l. 1. §. ait prætor.
x ¶ *Foro.*] ff. de pœn. l. moris. §. 1.

¶ De hoc le. & not. extra de of. iu. c. 1.

SI QVIS AVTEM. CASVS. Quæsitum fuit ab Imperatore, si alter litigatorum subtraxerit aduersario copiam aduocatorum corrumpendo eos ne ipsum iuuarent, quam pœnam pati deberet. Et respondet, quod puniri debet extra ordinem, & ostendit se iniquam litem fouere.

iniquam

a ¶*Iniquam*.] sic extra de testi.c.intimauit. & extra de testib. cogend. peruenit.

QVAMVIS. Casvs. Quidã fuerũt aduocati fisci, postea volebant præstare patrocinium priuatis contra fiscũ. Quæsitũ fuit an possint. Et respondet q sic hodie, licet olim fuisset secundum modo declinent causam illam, in qua fuerunt aduocati pro fisco.

iurisdictionis. & sic sequeretur, q aliquid esset simile sibiipsi: sicut non simul possunt concurrere iura naturalia, & iura adoptionis, vt insti. de adop. §. 3. Io. Ego credo tamen q ordinarius possit esse arbiter, vt no. 2. q. 6. a iudicibus. numquam enim præcise inuenies, q ordinarius non possit esse arbiter. Sed vbique dicitur q non potest cogere partes vt in se compromittant: vnde licite compromittitur in eum volentibus partibus, vt ff. de tuto. & cura l. 4.

Ordinarius an possit esse arbiter.

† Pro isto intellectu facit ꝙ no. 3. q. 9. c. 1. in gl. sed pro cõtumacia. sed hunc intellectum nullũ pato. Archid.

a ¶ Voluerit.] Maximus Valentinæ ciuitatis episcopus.

b ¶ Sententiæ.] ferendæ. contra ff. de poe. absentem. illud secundum leges.

c ¶ Manifestum est.] præsumptiue, vt ff. de re iud. cõtumacia. §. 1. sic 34. q. 3. de illicita. in fi. Sed vĩ ꝙ semper liqueat de causa, qa aut ꝓbat auctor quod asserebat, & tunc condemnandus est reus. aut nõ ꝓbat, & tunc est absoluendus reus, vt 6. q. vlt. auctor. R. istud obtinet cum vterq; est præsens & præterea ꝙ reus absoluitur, non procedit ex eo ꝙ de causa liqueat, sed quia partium iura sunt obscura, & in dubio ferẽ sententia pro reo, vt insti. de interdi. §. commodũ. extra de fi. instr. inter. in fi. nam qñque actor probat intentionẽ suã, & tamen iudici non liquet de causa. ff. de re iud. l. Pomponius.

Sententia in dubio fertur pro reo.

d ¶ Purgandi.] i. ostendendi innocentiã suã, vel causam absentiæ.

e ¶ Non omnia.] dum tamen illa quæ probata sunt, sufficiant ad cõdemnationem, & omnia simul obijciantur, vt 23. dist. illud. Arg. j. ea. q. 10. placuit.

o ¶ Nec vtrum] tertia ratio est.

p ¶ Ostenderis.] archiepiscopus bene fatebatur, ꝙ quandoque fuerat furiosus, sed tamen dixit eum modo esse sanum, & in sanitate occidisse hominem, aliàs tenetur ille potius probare, qui dicat aliquem in furore peccasse, vt extra de succes. ab intest. cum dilectus. & C. de codi. l. non codicillos.

q ¶ Consulendum.] quasi dicat satis ipso furore punit. sic 3. dist. 5. baptizari. ff. de offi. præsid. diuus. iudex tñ diligentissime inquiret, an fuerit furiosus quia multi fingunt furorem, vt sic excusentur, vt ff. de cur. fur. obseruare. & j. ea. hortamur.

TEstes.] Casus. Hoc c. introducitur pro alia parte quæstionis, s. ꝙ non debet quis testificari ꝯ absentem. Dicit ergo hic per Sene. ꝙ Calixtus fuit interrogatus vtrum in causa criminali testes absentes possent testificari per scripturam? & rñdet ꝙ non, sed præsentes debẽt dicere veritatem de iis quæ viderunt & nouerũt & nõ de aliis negotiis nisi de his, quę sunt acta in eorũ ꝓsentia. Potest etiã hoc intelligi in qualibet cã, qa semper debet esse præsens ille ꝯ quem inducunẽ testes. vnde testes absentes non possunt per scripturam testificari, sed in præsentia partium.

r ¶ Scripturam.] numquid literæ ep̃orum non valent? Non in fe-

 rendo

rendo testimonio, quia testibus, non testimonijs credendum est, vt extra de coha. cle. & mu. tua. De hoc notaui 3.11.q.3. curæ. [1] arg. ff. de cust. re. diuus. aliàs extra iudicium secus est, vt 11.q.3. curæ. 71. dist. extraneo

[v] Adde quod no. 12.q.6. statuendum. in glo. instrumentum, &c.

a [¶] *Sed præsentes.*] Fallit ff. de iureiur. ad personas. extra de test. si quis testium.

esse rogati, ut C. de test. auth. rogati. sed hoc uerum est cum contractus est in scriptis.

SI DEBITVM. CASVS. Debebant alicui pecuniam per scripturam. tempore procedendi in præsentia testium pecuniam sibi soluit, uel confessus fuit sibi esse solutam, quæsitum fuit ab Imperatore an solutionem illam uel confessionem possum probare per testes qui interfuerunt? Et respondet quod sic, si ad hoc fuerunt uocati, alioquin non. Idem est in eo casu quando debitor confitetur se debere pecuniam creditori, scilicet ut testes ad hoc probandum non ualeant, si ad hoc non fuerunt uocati.

præsentes[a] de his, quæ nouerunt, & viderunt [b] veraciter testimonium dicant. Nec de alijs causis, vel negotijs dicant testimonium, nisi de his, quæ sub præsentia [c] eorum acta esse noscuntur.

De his etiam, qui audierunt [d], si ad hoc conuocati sunt, in ciuili causa testimonium dicere possunt, vt in Autheticis coll. vij. tit. de testibus, legitur. ¶ Si debitum scriptum sit, & probatio solutionis proferatur à litigantibus per testes sine scriptura, tunc susceptibilem eam apud Iudicem esse volumus, dum ad hoc ipsum testes assumantur, vt perhibeant testimonium pro facienda solutione, aut pro memoria [e] alicui iam facta solutionis, & pro confessione [f] eius, qui pecunias accepit. Hæc autem inania, & ex transitu perhibita testimonia (vt si propter aliud opus adueniens audiuit aliquem dicentem se accepisse ab aliquo aurum, aut debere alicui) nulla ratione valere censemus.

& Nouella. 90. non ijsdem omnino verbis

Simul autem necesse est vt videant. Quòd si alius vno, alius alio tempore viderit, diuersitas temporum, eorum testimonium non admittit.

Vnde Leo Papa.

¶ Non admittuntur ad testimonium, quos non eodem tempore, negotio interfuisse constiterit. C. XVI.

NIhilominus quoque puniendi [g] sunt testes, qui ad calumniam aliquid testificantur, nec eorum voces tamquam plurium admittuntur, quos temporum [h] quidem diuersitas simul [i] interfuisse prohibuit.

a [¶] *Sed præsentes.*] in causa criminali semper testes erunt præsentes, sed in ciuili seruetur consuetudo regionis, vt ff. de testi. l. 3. in fi.

b [¶] *Quæ nouerunt & viderunt.*] id est, aliquo sensu corporeo perceperunt [a]. large enim sumitur visus, vt ibi, Gustate & videte. & legitur in Exodo. Videbant voces, id est audiebant. vnde si auditu aliqui conscij sunt de aliquorum fornicatione, bene possunt de hoc testificari. extra de testib. præterea. & quod de auditu recipiantur testimonium, patet extra de testi. cum causa. nam sufficit qualitercumque aliquid sciatur. 22.q.5. hoc vr. Si ergo aliquis est mutus, dum tamen audiat, & scribere sciat, bene testificatur, vt C. qui testa. fac. pos. discretus. Similiter cæcus testificatur, si voces ꝯhentium habet notas. Nec obstat si dicas quod cæcus potest in voce decipi, vt 27.q.1. nec aliqua. nam in visu possumus decipi, vt 31.q.1. quomodo & in tactu. 34.q.2. in lectum.

[a] Sequitur Ale. de Imo in l. bonæ ad cognitionem. col. 6. ff. si cer. pet. Mutus & surdus testificari possunt.

b [¶] *Nouerunt*] ergo de ijs quæ pupillus vidit, non potest esse testis, quia hæc ætas ignorat quid videat. C. de falsa mo. l. 1. [3]

c [¶] *Præsentia.*] dum tamen intelligant. nam aliter non dicuntur præsentes, vt ff. de ver. si. coram. Non intellige præsentem prout ponitur 16.q.3. §. potest. sed intellige præsentem siue in eadem domo, siue alibi sit, dum tamen audiri possit, vt ff. ad Syl. l. 1. §. eo tecto.

[3] Sed contra de conse. dist. 3. placuit de infantibus. & c. se. vbi de hoc 37. dist. relatum. Arch.

DE HIS. CASVS. Supra in c. testes. dictum est quod testes testificentur de ijs quæ viderunt & nouerunt. Nunc autem vult ostendere casus in quibus etiam de auditu ferunt testimonium si vocati sunt ad hoc, sed certe si bene inspiciatur, in l. seq. non testimonium de auditu proprie, sed de confessione facta in oculis eorum, qui ad hoc vocantur.

d [¶] *Audierunt.*] plures possunt notari casus vbi fertur testimonium de auditu. Vnus hic. Alius cum probatur voluntas obmutescentis, vt 26.q.6. qui recedunt. & c. his qui. Alius in matrimonio, vt 35.q.6. de parentela. Alius in probatione periurij, 22.q.5. c. hoc vr. Alius in memoria facti operis, vt ff. de proba. si arbiter. Alius extra de testi. præterea. & extra eo. ti. cum causam. Sed certe non concedo, quod alicubi sit testimonium de auditu, nisi vbi testatur quis quod sic audiuit recitari a maioribus, vt dr extra de testi. quoties. & hoc tamen contingit in matrimonio, & in memoria facti operis, licet hodie circa matrimonium illud ex parte sit immutatum. extra de testib. licet 2. nisi quis velit dicere ibi ideo esse testimonium de auditu, quia melius in talibus comprehendimus per auditum quam per visum. Vnde si duo interessent contractui quorum vnus esset surdus, & alter cæcus, vnus audiret verba contractus, alter videret numerare pecuniam, per illos forte non probaretur contractus, quia singularis. extra de elect. cum dilecti. Sunt mihi hic alia duo specialia, l. quod ualet confessio extra ius, sicut & alibi. extra de exce. præla. quam sit graue. & in alio casu quando quis confitetur se debere pecuniam causa adiecta, ut C. de non nu. pec. generaliter. in casu qui habetur de secunda cautione quam mulier post biennium emisit. C. ad Vell. si mulier, & generaliter dicunt quidam ualere confessionem factam extra ius, ubi testes intersunt rogati. Item aliud speciale est hic quod non ualent testes nisi sint rogati, & ijdem requiruntur in testamentis, & in codicillis [4]. C. de testi. auth. rogati. & in matrimonio, ut ur 30.q.5. nostrates. & in diuortio. ff. de diuor. l. nullum. alias non requiritur quod testis sit rogatus, ut 3. prox. causa q.3. ad fi. 10. consueuit generaliter dici, & est uerum, quod confessio extra iudicium non præiudicat, nisi causa adijciatur, ut confiteor me tibi debere centum ex causa mutui, ut C. de non nu. pe. l. generaliter. B. & scias quod omnes illi testes rogati dicuntur interesse, quia rogati sunt audire, licet ad aliud uenerint, ut ff. de testa. hæredes palam. auth. tamen, generaliter. uidetur dicere quod testes debeant

Testimonium de auditu sæpe admittitur.

Confessio extra ius quandoque valet. Testes an debeant esse rogati.

[4] Hoc est falsum, vt C. de codicil. l. vlt. §. finali.

e [¶] *Pro memoria.*] tres hic ponit casus, quod testes rogati possunt testificari uel pro solutione quam uoluit facere creditori debitor, uel pro solutione ei facta, uel pro confessione creditoris.

f [¶] *Confessione*] Immo magis est pro debitore confessio creditoris quam si sit ei redditum instrumentum [5]. C. de solu. pecuniæ.

[5] Super hoc videas quod le. & no. 3.76. dist. c. hic nume rū. Archi.

SIMVL. Hæc est 3. pars, in qua probat quod testes debent se concordare, & nil falsi admiscere & hoc probat per tres auctoritates. Io. de Fan.

CASVS. Supra in c. testes. dictum est, quod testes debent ferre testimonium de ijs quæ viderunt. Dicit hic Gratianus, quod simul videre debent: & si diuersis temporibus viderunt, non valet eorum testimonium.

NIhilominus quoque] CASVS. Quæsitum fuit à Leone qualiter puniendi sunt testes qui falsum testimonium dicunt? Et respondet quod puniendi sunt sicut accusatores qui calumniantur, nec voces eorum sunt audiendæ tamquam plurium, quis diuersis temporibus aliquid vidisse testantur.

g [¶] *Puniendi.*] In criminali punitur testis capitali pœna. 33.q.5. hæc imago. hoc secundum leges veteres secundum canones infamis est 6.q.1. quicumque. 22.q.5. si quis. sed secundum legem accusatur de crimine falsi. ff. ad leg. Corn. de fal. eos qui. Non obst. ff. de ijs qui no. infa. Lucius. extra de ordi. cog. cum dilectus. quia ibi non est sententia lata contra testem.

h [¶] *Quos temporum.*] simile 4.q.3. in testibus. C. de cod. l. vlti. §. vlt. ff. C. de testa. si vnus.

i [¶] *Simul.*] Quidam dicunt hoc tenere in ijs quæ non nisi semel committuntur, vt homicidium alicuius. sed si sæpius aliquid potest committi, ibi non nocet temporum diuersitas. sed eis obijcitur de Susanna, 2.q.6. § item Daniel. sed illi respondent, quod ideo fuerunt illi testes reprobati, quia dixerunt quod in eadem hora & in diuersis locis commissum esset adulterium, sed non poterat committi in eadem hora & in diuersis locis, & hoc dicunt propter expressam similitudinem, & non propter identitatem, nam reuera aliud est adulterium quod hodie fit, aliud quod cras, sed est simile illi, quod non concedo, cum singuli sint in suis dictis singulares. Si tamen aliquem actum continuum viderent aliqui, licet diuersis horis, vr quod testimonium teneret, vt si successiue in vno foramine viderunt aliquos fornicari [6]. Vel si aliqui volunt testari quod aliquis excommunicatus celebrauit, & vnus audiuit finem missæ, alter principium, hoc casu concedo eos bene testari de vna re propter continuationem actus, sicut propter continuationem possessionis vna dicitur præscriptio, licet facta sit à diuersis personis. 16.q.3. §. potest [7]. versi. quod si ab eo. sicut etiam unus dicitur proconsulatus,

[6] Vide late de hac quæstio. Ia. Bur. in l. fi. C. de testi. Cin. & Pet. in l. testium. eo. titu.

[7] Melius §. præscriptionum. ver. quod si ab eo. Arch.

fulatus, licet diuersæ psonæ ipsum exercuerint, vt ff. de offi. procõ. meminisse. Item quid si cõueniant in tẽpore, sed discordant in officiis? vnus dicit de missa, alter dicit de vesperis? Eadem est quæstio si vis probare solutionem decimæ, & vnus dicit frumentũ soluturum, & alter dicit fabam. Et respond. ꝙ non valet testimonium: quia

e ¶ *Addendum.*] quia non præiudicaret hoc alicui, si de hoc non iurasset, vt extra de testi. c. de testibus.

A *Bsens.*] Casvs. Dicitur hic, ꝙ absens non potest accusare vel accusari per procuratorem, nec testis affinis recipitur.

Item Ambrosius in libro de Paradiso, c. 12.

Ans. l. 3. c. 58.

¶ Ad seriem gestorum, testis ex suo nihil adijciat. C. XVII.

PVra a, & simplex b testimonij series intimanda est. Plerumque testis, dum aliquid c ad seriem gestorum ex suo adijcit d, totam testimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum e est.

a ¶ Simplex.] *Integer locus B. Ambrosii est*, Pura, & simplex mandati forma seruanda, vel testimonij series intimanda est.

Item Felix Papa ad episcopos Galliæ, epist. 2.

Poly. l. 5. tit. 2. Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331.

† Adde textũ in l. pollu. C. de his qui. vt indi.

¶ Absens per alium nec accusare, nec accusari potest. C. XVIII.

ABsens per alium accusari, aut accusare † non potest, nec affinis f testis admittitur.

4 ¶ *Nisi in crimine iniuriarum, in quo illustris persona etiam per procuratorem g intendere, & excipere potest, seruatis ceteris solennitatibus, vt Cod. tit. de iniurijs l. vlt.*

Item Pelagius Papa Sindulæ 8 magistro militum.

8 ¶ Sindulæ.] *Iuo p. 8. c. 67. refert aliud quoddam caput epistolæ à Pelagio ad Sindulam magistrum militum scriptæ.*

¶ Reo h absente libellus accusationis frustra offertur. C. XIX.

CHartæ, quas dedit nobis Lucidius, si illo tempore aduersarius ipsius illic præsens fuisset, validæ erant. Sed quia aduersario absente i gesta, quæ nobis recensuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

Idem Decorato patricio.

¶ Testes corporaliter præstito iuramento testimonium dicant. C. XX.

HOrtamur, vt sub timore Domini consuetam conscientiæ vestræ sinceritatem in hoc quoque negotio conseruantes, omnẽ personis, quæ veritatem causæ istius scire possunt, faciatis amputari k formidinem, & vestris præsentari l conspectibus, tactis sacrosanctis euangelijs, præbito etiam legaliter sacramento, quæ in veritate rerũ nouerunt m †, professione suæ testificationis aperiant, vt patefactis omnibus, quæ secundum leges, & iustitiam censenda sunt cognoscatis, & competentem † legibus, & veritati terminum detis.

† al. conuenientem

† Iste tex. solet allegari ꝙ notarius vel testis nõ debet apponere in acta suo nisi quę vidit & nouit. Istã opinionẽ tenet Pet. de Anch. l. c. fraternitatis, extra de testib. & Al. de Imo. in l. si ex fal. sis. col. vlt. C. de transf.

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiscopo.

¶ Accusator, & accusatus simul debent adesse. C. XXI.

NEcesse est secundum sacrarum scripturarum documenta, ac secundum iustitiæ tramitem & accusatum & accusatorem simul adesse, & vnam partem, quamtacumque n, & qualicumque prædita sit auctoritate, sic prorsus audiri, vt alteri parti nullum præiudicium o irrogetur.

f ¶ *Nec affinis.*] s. ead. q. 5. similiter.

1 Adde an & quãdo admittantur Barto. in l. ꝗ testamento. ff. de aud. 10. & in l. qui testamento. ff. qui ma. accu. po. Testibus est præstanda securitas.

NISI. Casvs. Excipit Gratianus vnũ casum i quo absens potest accusare per procuratorẽ, vt illustris persona in crimine iniuriarum.

g ¶ *Per procuratorem.*] de hoc dixi s. 2. q. 6. si quando.

h ¶ *Reo.*] hæc rubrica est falsa, quia non intelligitur de libello accusationis, sed de libello attestationum.

C *Hartæ.*] Casvs. Quidam accusatus fuit, vel conuentus coram Sindula magistro militum Domini Papæ. in absentia autem rei sunt testes recepti: reus statim cum sciuit, appellauit ad Papam. Sindula vero misit attestationes Papæ per Lucidium accusatorẽ vel actorem: quas cum audiuit a Lucido fuisse receptas absente reo dixit esse inualidas.

i ¶ *Absente.*] s. 2. q. 1. in primis. extra de test. in nomine domini. & capitulo de. ꝗ zero.

H *Ortamur.*] Casvs. Pelagius cõmisit quandam causam Decorato patricio. hortatur ergo vt sicut consueuit, ita pure procedat super hoc negotio, & faciat a testibus qui veritatem illius causæ nouerunt, omnem formidinem amputari, vt præstito sacramento dicant testimonium veritatis. & omnibus patefactis causam decidat.

k ¶ *Amputare.*] hic est arg. quòd iudex præstabit conductum & securitatem testibus. extra vt lit. non contest. accedens. & de electio. bonæ memoriæ. extra de appell. ex parte. 33. q. 2. sine.

l ¶ *Præsentari.*] sic s. ead. testes.

quia omnes sunt in suo testimonio singulares, vt extra de elec. cũ dilectus. diem forte non tenetur testis exprimere, sed mensem, vt s. 2. q. 8. libellorum.

P *Vra.*] Casvs. Quæsitum fuit ab Amb. si testis admiscet vero aliquid falsitatis, an eius testimonium valet? Et respondet, ꝙ non: quia pura & simplex est testimonij series intimanda.

a ¶ *Pura.*] id est, sine dolo.

b ¶ *Simplex.*] qualiter hoc intelligatur, dixi 4. q. 3. in testibus.

c ¶ *Aliquid.*] ar. vtile per inutile vitiari, vt 12. q. 2. si quos de seruis. s. dist. 37. si quid veri 2. Sed contra, ff. de excu. tu. qui testamento. s. dist. 9. si ad scripturas. Sol. vtile per inutile vitiatur, vbi i iure inuenitur expressum, aliàs non arg. 15. q. 3. §. cum autem.

d ¶ *Adijcit.*] vel suberabit, vt 5. q. vlt. presbyteri. extra de verb. signi. forus. 3. vlt. arg. 11. q. 3. quisquis metu. 25. q. 2. præscriptione. 22. q. 2. cum humilitatis. C. de testibus. testium.

2 Et s. 1. q. 3. sõne. vbi videas. & c. dñe vbi vide arg. pro, &c.

Vtile per inutile, quandoque viciatur.

m ¶ *Nouerunt.*] Testis enim pro vtraque parte testabitur, 14. q. 5. non sane. & iurabit, ꝙ nihil falsitatis dicet. 2. q. 4. nullam.

N *Ecesse.*] Casvs. Hincmarus, quæsiuit a Nicolao, verũ reo absente sit accusator audiendus? Et respondet, quòd non: sed vterque debet esse præsens, & quantęcumque auctoritatis sit aliquis, sic debet in iudicio audiri, vt alteri parti nullum præiudicium fiat.

n ¶ *Quamtacumque.*] Parilitas enim seruanda est in iudiciis. C. de proxi. sacrorum scrini. in sacris lib. 12. ff. de arbitr. si cum dies. §. si arbiter. arg. contra extra de dolo & contu. ex litteris 3. & est simile 1. q. 1. teneamus. s. dist. 9. ego. in sententia & in iudicio nulli est deferendum: sed in sedendo, & in similibus sic 2. q. 8. quisquis.

o ¶ *Præiudicium.*] sic 33. quæstio. 3. si quis vero. C. de statu. & imagi. l. 4.

3 Loquit in pœnis inferẽdis in quibus deferẽ. 90. di. contumaces extra de offi. dele. pastoralis. quod dic, vt not. extra de trãs. c. vlt. in gl. penul. Arch.

QVÆSTIO X.

Vòd[a] vero deficientes[a] in primo capitulo non sint admittendi ad sequentia; ex concilio Carthaginensi septimo confirmatur, in quo sic cap. tertio statutum legitur. Et Afric.c. 97.

a ¶ Deficientes.] *In vulgatis codicibus legebatur*, testes deficientes: *sed expuncta est vox*, testes, *quæ abest à plerisque vetustis codicibus. Quæ enim in hac quæstione afferuntur, non ad testes, sed ad accusatores pertinent. Et superius initio causæ in propositione huius quæstionis decima nulla est mentio testium.*

¶ Qui in primo capitulo deficit, ad cetera non admittatur. C. I.

PLacuit, vt quotiescumque clericis ab accusatoribus multa crimina obijciuntur, & vnum ex his, de quo prius egerint, probare non valuerint, ad cetera iam non admittantur[b]. Rab. in pæn. c. j. Burc. l. 1. c. 198. Iuo p. 6. c. 271. Pann. l. 4. c. 64.

Probatur illud idem auctoritate Arelatensis concilij secundi, in quo sic c. 24. diffinitum est. Capitul. l. 6. c. 241. & Arelatē se 1. c. 14.

¶ Qui falsa fratribus obiiciunt, vsque ad exitum non communicent. C. II.

FOs, qui falsa fratribus capitula †obiecisse[c] conuicti fuerint, placuit vsque ad exitum non communicare, (sicut magna synodus ante constituit), nisi digna satisfactione pænituerint. † al. capitalia Arelat. 1. c. 14.

Item Felix Papa in secunda decretali episcopis Galliæ.

¶ Qui, quod obijcit, probare non valet, de cetero ad arguendum non admittitur, nisi propriam causam ciuilem dumtaxat asserere voluerit. C. III. ‡. 4. q. 6. si accusatorum. In capit. Hadriani, c. 4. Capi. l. 5. c. 241. Ans. l. 3. c. 86. Iuo p. 6. c. 418.

SI accusatorum personæ in iudicio episcoporum culpabiles[d] apparuerint, ad arguendum episcopos[β] de cetero non admittantur, nisi proprias causas asserere (non tamen[e] criminales, vel ecclesiasticas[f]) voluerint.

β ¶ Episcopos de cetero.] *voces istæ absunt ab omnibus vetustis codicibus, & ceteris locis indicatis. Auctor tamen casus eas habuit, & ponderauit.*

Cum ergo qui falsa fratribus obijciunt, vsque ad exitum vitæ à communione prohibeantur, cum illi, qui in episcoporum iudicio culpabiles inueniuntur, ad arguendū de cetero admitti prohibeantur, apparet, quòd in primo capitulo deficientes, tamquam falsorum obiectores ad sequentia procedere non valent †. † Cõcoi. l. 6. crimē. & ibi Cy. C. q acc. nō pos. gl. in l. fi. C. d acc.

QVòd vero testes.] CASVS. Hic intitulatur decima quæstio, qua quæritur an deficientes in primo capit. sint admittendi ad sequentia capitula? Et rñdetur q nó. Vnde quidam dicunt, vt Bene. q qui deficit in maiori, vel minori, nó admittitur ad sequentia: quia præsumitur calumniator, vt ‡. e. c. 1. nisi in criminibus exceptis, in quibus quilibet admittitur ad accusandū. Alii vero dicūt, q nó admittitur ad accusandū postea ad leuiora, sed ad grauiora sic. Sed primū capit. huius quæstionis indistinctè loquitur, vnde verius dicitur quod dicunt primi.

Accusator desiciēs in vno, an admittatur ad alia.

a ¶ Quòd vero.] vbi qs simul de pluribus criminibus accusat, si in vno deficiat, bene admittitur ad alia, vt ‡. 2. q. 1. in primis [1] dummodo nō sit calumniator, vt 2. q. 3. Paulū. nā & condemnatus prosequitur crimen, de quo inceperat pendēte accusatione, vt ‡. e. q. prox. neganda 2. & ff. de pub. iudi. is qui. §. illud. Sed capitula hic posita loquuntur, vbi quis de calumnia cōuictus vult accusare aliquē, & deceptus fuit. secus si in promissione aliqua deceptus fuit, vt 2. q. 3. Paulū. H. & alii distinguunt vtrum defecerit in minori, vel maiori: & si in minori, admittitur ad sequentia, aliás nō. vt 2. q. 1. in primis. In ciuilibus autem causis cōuictus de calumnia, bene ad sequentia admittitur, vt C. de inoffi. test. eū qui. insti. de exc. tut. §. qui autem. extra de appel. constitutus 2. Quidam dicūt, q si qs accusauit de pluribus criminibus simul, & cō testatus est litem super omnibus, licet in vno deficiat, bene tamē admittitur ad sequentia tamquā iam incœpta. Sed si tñ super vno est litem cō testatus, & deficit in illo, non admittitur ad sequentia, quasi suspectus. ff. de acc. si cui. 6. q. 1. quicūque. Tu distingue an sit calūniatus, vel non, vt dñi: tñ si quis primo egit criminaliter, siue obtinuerit, siue succubuerit, pōt postea agere ciuiliter. C. quando ciuilis actio criminali præiudicet, l. 1.

1 Ver. q si forte. pōt. n. qs de plurib' cōndēnari simul, vel absolui. 2. q. 6. si quis ex pluribus.

PLacuit.] CASVS. Quæsitū fuit in Carthaginensi concilio, si accusatores cū obiiciunt plura crimina, & in primo deficiūt, an sint admittendi ad sequentia? Et respondet q non. Sequens §. patet, sed sequēs c. nō probat bene quod dicitur in §. & c. pcedētí.

Quidā sic ponunt casum. Accuso te super pluribus criminibus simul, & eodem libello, & litem super his omnibus cōtestor: licet in vno deficiā, tamen admittor ad sequētia, licet iam sim infamis; & hoc est ideo: quia tēpore li. conte. fui bonæ famæ, vt ff. de pub. iud. is qui. & 2. q. 1. in primis. ibi, an grauiora, &c. Si autem te primum accusa de vno crimine, & deficio, non admittor postea ad alia. Io. Sed certe mirum videtur de istis opinionibus. nam si litē contestatus est accusator super pluribus criminibus, publicatis attestationibus postea nō admittitur ad probandum aliud: sed si super vno tantum litem contestatus est, & non probauit, videtur calumniari; & ita non admittitur postea ad sequentia, vt hæc capitula dicunt, quæ in hoc casu intelliguntur. B.

b ¶ Non admittantur.] sed vī, q huiusmodi exceptio non possit obiici post litē conte. vt ff. de adul. si maritus §. præscriptiones. maxime cū exceptio, scilicet tu es calumniatus, sit dilatoria: quia tñ declinatoria est iudicii. 3. q. 6. §. 1. quod ex hoc patet, nā ab alio adhuc accusari potest. Respondet quidam speciale esse in adulterio, vt & perēptoriā ibi aliquis nō possit obiicere post li. cōtest. s. h̄ic, tu per quinquennium tacuisti, vt C. de adulte. adulter. sicut & speciale est in illa exceptione, extra qui ma. accu. pos. cū in tua. Alii dicunt, q hæc exceptio, tu es calumniatus, bene potest obiici post litem cōtest. Sed melius dic, quòd hic lis non fuit cōtestata, nisi super eo in quo defecit. Vnde cum vult procedere ad alia super qbus lis nō est cōtestata, iuste admittitur huiusmodi exceptio contra illū. Vel dic, q illa exceptio de nouo cœpit cōpetere, vnde pōt ea vti post litem contestatam, vt extra de uffi. dele. insinuante.

FOs.] CASVS. Dicitur in hoc capitulo, q si qui conuincantur falsa crimina aliquibus obiecisse, debent excommunicari vsque ad mortem, nisi ante resipiscant.

c ¶ Obiecisse.] calumniose subaudi.

SI accusatorum.] CASVS. Quidam reperti sunt culpabiles in accusatione episcoporū, quæritur vtrum isti sint de cetero admittendi ad accusandum? Et rñdetur, q non, nisi in propriis causis ciuilibus: in criminalibus tamen vel ecclesiasticis nō admittuntur. Dicit hoc contra episcopos, sed contra alios bene agent proprias causas criminales, vel ecclesiasticas.

d ¶ Culpabiles.] id est, calumniosæ subaudi.

e ¶ Non tamen.] suam iniuriam non prosequendo, sed publico iudicio accusando, vel speciale est in calumniatore episcopi, ne sit contra. 4. q. 6. omnibus, & ‡. 2. q. 1. prohibentur.

f ¶ Ecclesiasticas.] hoc ideo dicit, quia causa ecclesiastica non est agenda nisi per hominem bonæ opinionis. 5. q. 3. quia 3. De hoc ns. ‡. ca. q. 7. c. 4.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex illo cap. eos. & ex illo, si accusatorum. q deficientes in primis non admittuntur ad sequentia.

B accusato.] Hæc q. diuiditur in tres partes: in prima quarum probat per tria c. q accusatus accusare non potest de minori vel pari prius quàm probauerit se innocentem: potest tamen libellum iudici porrigere. Secunda ibi, *Aliquando*. Tertia ibi, *Causa vero*. §. de F. Ca-

b *Neganda.*] nota in criminibus non habere locum reconuentionem, vt hic, & j cap. prius. vt no. s. q 8 c. 1.

c *Accusatis*] inter reos receptis, vt ff. de adulte. si maritus. §. præscriptiones.

d *Criminandi.*] etiam si suā iniuriam prosequatur, secundum Hu.] quia non relatione criminum, sed ioino cētra reus purgabitur, vt ff de pub iud. is qui. sed hoc non est verum, vt j.c. proxi. — Sub. & Hu. q ē idē sentit, & eadē ratione. & idē videtur sentire Io. vt dixi I.c.q. 8. c. 1.

e *Rei.*] id est, accusati.

f *Quemcumque.*] ergo contra, q quit accusatur, pdit legitima iura, vt ff. de mu. & hon. reus. 81. dist. tantis. extra de accu. Deus omnipotens.

QVÆSTIO XI.

A B accusato [a] vero accusationem in accusatorem verti, multorum auctoritatibus prohibetur.

Ait enim Stephanus Papa, epist. 2. c. 7.

¶ Accusati, nisi prius se purgauerint, alios accusare non possunt. C. I.

In cod. Theod. l. 9. tit. 1. leg. 12.

Burc. l. 1. c. 164. Ans. l. 3. c. 74. Iuo p. 5. c. 274. Pann. l. 4. c. 67.

j NEganda [b] est accusatis [c] licentia criminandi [d], priusquā se crimine, quo premuntur, exuerint: quia non est credendū contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicati sunt, nisi se prius probauerint innocentes: quoniam periculosa est, & admitti non debet rei [e] aduersus quemcumque [f] professio.

titulo, qui accusare nō possunt, l. neganda.

Lib. 9. codicis titulo primo l. 19. Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus, AAA.

¶ De eodem. C. II.

j. non est credēdum.

al. exequuntur

ij NEganda est accusatis (qui non suas [g] suorūque iniurias persequūtur [1]) licentia criminādi in pari, vel minori, priusquā se crimine, quo premuntur, exuerint, secundum scita veterum iuris conditorum: ita tamen, vt & ipsi inscriptiones contra eos etiam pendente accusatione deponere possint.

In capitul. Hadriani, c. 33.

Item ex decreto Hadriani Papæ, c. 33.

¶ De eodem. C. III.

Ans. l. 3. c. 92.

s. c. neganda 1.

al. confessio.

NOn est credendum contra alios eorum confessioni, qui criminibus implicantur, nisi se prius probauerint innocentes: quia periculosa est, & admitti non debet rei aduersus quemcūque professio †.

Hoc autem intelligendum est in pari, vel minori crimine. Ceterum si de maiori crimine eum accusare voluerit (veluti, si accusatus de fornicatione, de periurio, de homicidio, vel simonia, vel quolibet alio huiusmodi crimine accusatorem suum impetere voluerit) his auctoritatibus non prohibetur. Aliquando enim criminalis quæstio præiudicat ciuili. Aliquando [a] criminali. Vnde in lib. 3. codicis tit. de ordine iudiciorum lege quarta legitur. Ciuili quæstione [1] intermissa sæpe fit [h], vt de crimine iudicetur; quod, vt pote maius, minori merito præfertur.

tit. 8. l. 4.

[1] disceptatione] orig.

a Aliquando criminali.] *Antea legebatur*, aliquando ciuilis criminali, *expuncta est dictio* ciuilis, *auctoritate veterum codicum. Nam hic tantum agitur, quādo causa criminalis ciuilē, aut criminali præiudicat. In sequenti autem c. 5.* aliquando ciuilia, *exponitur, quando ciuilis, & ciuili, & criminali præferatur.*

tit. 1.

Item libro nono codicis, tit. Qui accu. non possunt, l. 1.

g *Suas.*] sed tunc nō permittitur, nisi ponas illum primum, qui accusat, similiter prosequi suam iniuriā: alioquin concederetur posteriori, quod aufertur primo. condemnatus autem non potest nisi suā iniuriam prosequatur. ff. de accu. qui iudicio. cum iam sit infamis. ff. de pub. iud. infamem. & hoc si post condemnationem accusationē inchoat in extraneū, nō in suum accusatorem; si enim in suum accusatorē, potest si non, perdit ex illo crimine ciuitatem, vel libertatem, vt ff de pub. iud. l. is qui. & hoc ideo, quia parcitur illi qui prouocatus vult se vlcisci. ff. de bo. lib. qui cū maior, §. si libertus. secundum canones autem cū quis est damnatus de crimine: amodo non potest accusare nec suum nec extraneū accusatorem, vt 11. q. 1. qui crimen. nisi suā, vel suorum iniuriam prosequatur. 4 q. 6. omnibus.

Cōdēnatus de crimine, an possit accusare.

NEganda.] CASVS. Quæsitum fuit ab Imperatore vtrum accusatus possit suum accusatorē reaccusare de pari vel minori crimine? Rñdetur, q non, prius q̄ se crimine quo accusatur exuerit nisi prosequatur suam, vel suorum iniuriam. potest tamen deponere inscriptionem apud iudicem pendente accusatione. Sequens c. planum est, quod habet eumdē casum cum primo c. huius quæstionis.

CASVS. Ponitur hic 11. q. qua quæritur an accusatus possit vertere accusationem suā in accusantem. & certū est, q nō, in aliquo crimine, si nomen accusati iam receptū sit inter reos. vt ff. de adul. si maritus. §. præscriptiones. si nō est receptū, non pōt illum accusare nisi de maior. crimine, vel nisi suam iniuriam prosequatur: si vero in modum exceptionis crimen obiicit, vt repellat accusatorē ab accusando, semper prius audiitur excipiens de quocumque crimine, vt C. de adul. quoniam Alexandrū. & 3 a q. 6. nihil iniquius.

Accusatus an pēdēte accusatione possit suū accusatorem reaccusare.

a *Ab accusato.*] Si accusatus crimen proponit contra suum accusatorem pendente accusatione, aut proponit in modum accusationis, aut in modum exceptionis. Si in modum accusationis, aut nomen accusati est receptum inter reos, aut nō, hoc est dicere si lis est contesta aut non. Si non, potest [1] eū accusare de maiori crimine, & audietur prius, vt j. ca. prius. & j. c. 2. Si est receptum, nō pōt, sed pendente accusatione potest cōtra eum inscriptionē deponere, & post finiam eā cōsummare, vt j. ca. c. 2. & ff. de pub. iud. is qui. Si aut suā iniuriā prosequitur, tunc & ante & post damnationem potest ipsum incipere accusare. ff. de accu. qui iudicio. 4. q. 6. omnibus. si vero in modū exceptionis pponitur crimē prius, semper auditur excipiens, vt C. de adul. quoniam Alexandrum. & 3 a. q. 6. nihil iniquius. C. de lib. cau. si filium. & extra de ord. cogni. cum dilectus [a].

[1] ff. de adul. l. si marit². §. scriptiones.

NEganda.] CASVS. Bersi. sic ponit casum hunc. Quidā accusatus volebat suū accusatorē reaccusare de pari, vel minori crimine ante lit. conte. vel post lit. conte. de maiori. Quæsitum est à Stephano an possit? Et respondet q non, quia nō est credendum accusatis contra alios, nisi prius probauerint se innocentes.

[a] De hac materia. no C. q accu. nō pos. l. prima.

NOn est credendum.] HOC AVTEM. CASVS. Exponit hic Grat. in quo casu intelligātur supradicta c. cū lege inserta, scilicet de pari vel minori crimine. sed si de maiori crimine ante lit. conte. velit accusatorem reaccusare, potest. verbi gratia, accusat aliquis de fornicatione alium, potest accusatus reaccusare illum de periurio, vel homicidio, vel simonia.

ALIQVANDO. CASVS. Supra in l. neganda. dictū est, q persecutio suæ iniuriæ, vel suorum præiudicat aliis criminibus vel præfertur. Nunc vberius de simili pıudicio prosequitur Grat. & dicit, q criminalis quæstio qñque præiudicat ciuili: & quandoque ciuilis criminali, & de vtroque ponit exemplum.

CIVILI. CASVS. Petebam ab aliquo hereditatē ex testamēto, in quo cōtinebatur, q ego erā institutus herēs. sed cū demōstrarē testamentū, aduersarius dixit illud esse falsum. q̄situm est ab Imperatore, quæ qō præcedere debet? respondet, q de crimine falsi prius est cognoscendum tamquam de maiori.

h *Sæpe fit.*] nam qōque aliter fit. extra de rest. spo. itē cum quis. C. de do. inter vi. & vx. si maritus. posset tamen illud intelligi, cum crimen in modū exceptionis obiicitur, vel directe fuit propositū, sed accepta pagina inscriptionis, vt C. de fal. satis.

PRius.] Casus. Ego Barth. Brix. sic audiui ab Hugolino casum hunc. Tu accusabas me de furto, ego te de homicidio reaccusabã. quærebatur ab Imperatore, quæ quæstio præcedere deberet, & certe quæstio homicidii præcedere debet, vt potentior maior, & postea ex euentu causæ apparebit verũ ille qui primo accusabat de furto, possit aduersarium reaccusare.

a ¶ Prius.] not. si duæ sunt quæstiones principales, & ambæ sint ciuiles, quæ prius proponitur, prius est determinãda, licet sint inæquales, dummodo se nõ contingant, & directe proponãtur, vt extra de ordi. cogni. cum dilectus. ff. de iud. qui prior. Si sint criminales & inæquales, & directe proponuntur, maior præponitur. sed si altera est criminalis, & altera ciuilis, de criminali prius agitur. Si vero non sunt ambæ principales, sed vna incidit alteri, de incidenti prius cognoscitur. Incidit aũt quãque criminalis criminali, quandoque ciuilis ciuili, quandoque criminalis ciuili, quandoque ciuilis criminali. Criminalis incidit criminali, vt si accusãti de adulterio obiicio lenocinium. & ponit aliud exemplum in hac l. prius. Ciuilis ciuili, vt si petenti hereditatem obiicitur quæstio status. Criminalis ciuili, vt si agenti per aliquod instrumentum obiicitur quæstio, excipiẽdo de falsitate. Ciuilis criminali, ut si accusanti obiicitur quæstio status.

b ¶ Causæ.] quia si prosequaris iniuriam tuã, bene potes, alias non. hoc non placet. quare enim diceretur, quod ex euentu causæ posset, nã et si esset condemnatus, bene admitteretur ad accusandũ volens prosequi iniuriam suã, vt ff. de accu. qui iudicio. multo magis ergo si fuerit absolutus, licet non prosequatur iniuriam suam. Vel aliter ex euentu si condemnatus es, non permittitur tibi. si absolutus es, bene permittitur. sed secundum hoc obstat. ff. de pub iudi. is qui. vbi dicitur, quod inchoatas accusationes bene potest postea perficere, vt infra e. negãda 2. Sed dic inchoatas contra alios, nõ cõtra accusatorẽ. Vel pone casum si cœpit te aliquis accusare, quod sibi eius seruũ surripuisti tali die, tu obiicies ei, quod ille seruum illum interfecit anteriori die, & tunc ex euentu causæ patebit an possit te accusare, vel nõ.

Ordo seruandus in pluribus quæstionibus.

C. LIII.

PRius[a] est, vt criminibus, quæ tibi, vt grauiora ab aduersario tuo obiiciuntur, cædis atque vulnerum respondeas; & tunc ex euentu causæ[b] iudex æstimabit, an tibi permittendum sit eumdem accusare, tametsi prior inscriptionem deposuisti.

2 ¶ *Aliquando ciuilis præiudicat ciuili, aliquãdo criminali. Sicut enim in septimo lib. codicis, tit. de ordine cognitionum l. si de hereditate, legitur.* ¶ [*Si de hereditate, & libertate controuersia est, prius agi causa libertatis debet*] *Item lege sequenti.* ¶ [*Si crimen aliquod inferatur ei*[a]*, qui ingenuus esse dicitur, ante liberalis causa suo ordine agi debet, cognitionem suam præside præbente: quoniam necesse est ante sciri, si delictum probatũ fuerit, vtrum vt in liberum, an vt in seruum cõstitui oporteat iudicium*] *Item.* 3 ¶ [*Qui confitetur se pati controuersiam status, frustra postulat sibi dari potestatem accusandi eum: qui se suum dominum esse fatetur.* ¶ *Causa*[d] *vero liberali terminata; si seruus pronuntiatus fuerit, dominũ suum accusare non poterit.*] *Codicis lib. 9. tit. 1. l. penultima.* ¶ [*Si quis*[e] *ex familiaribus*[f]*, vel ex seruis cuiuslibet domus, cuiuscumque criminis delator, atque accusator emerserit, eius existimationem, caput, atque fortunas*[g] *petiturus, cuius familiaritati, vel dominio inhæserit, ante exhibitionem testium, atque examinationem iudicii, in ipsa expositione criminum, atque accusationis exordio, vltore gladio feriatur. Vocem enim funestam intercidi oportet potius, quàm audiri. Maiestatis autem crimen excipimus.*] *Similiter*[h] *l. vltima.* ¶ [*Si liberti accusatores*[i] *manumissorum, heredumue esse præsumpserint, eodem quo serui supplicio tenebuntur, luituri pœnas ante prohibitæ delationis exordium.*

tit. 19. l. 2.

Ibidem l. 3.

Ex l. 1. & 4. alio modo aptatis verbis.

Iuo p. 16. c. 61.

Iuo ibid. c. 62.

1 De hac materia no. ext. de ordi. cog. c. tuam.

a ¶ Ei, qui ingenuus esse dicitur.] *In lege ipsa est*, quam ingenuam esse dicis. *Mulierem enim alloquitur. Quare paulo etiam inferius, vbi apud Gratianum legitur*, vtrũ ut in liberum, & ingenuum, an vt in seruum, *in lege est*, vtrũ ut in liberam, & ingenuam, an vt in ancillam, *Duas etiam, quas proxime recitat leges, Gratianus suo modo in summam redegit.*

CAVSA QVARTA.

QVidam in excommunicatione[k] *constitutus episcopum accusare disponit, adalescentem infra decimum & quartum ætatis annum ad assertionem suæ causæ adducit: probibi-*

ALIQVANDO CIVILIS. Casus. Supra ostensum est, quod criminalis quæstio quãque præiudicat ciuili, & quãque criminali. Nunc vult Gratianus ostendere, quod ciuilis quandoque præiudicat ciuili, & quandoque criminali. & exempla de vtroque ponit.

SI DE HEREDITATE. Casus. Aliquis petebat à me hereditatem: obieci sibi, quod erat seruus meus: quæritur quæ quæstio debeat præferri? Respondetur, quod quæstio libertatis.

SI CRIMEN. Casus. Hæc lex & sequens sunt in codice de ordine cognitionũ li. 7. Hugolinus casum sic intellexit. Accusabã aliquẽ de crimine, alius dicebat cũ seruum suũ esse, quærebatur quæ causa præponi debeat? Et respondetur, quod causa libertatis: quia primũ scire oportet vtrũ sit liber, vel seruus, vt cũ crimẽ fuerit probatũ, iudex puniat eũ tãquã liberũ, vel tamquã seruũ. & hoc modo Hugolinus ponit casum. Ponit et alio modo sic. Accusabã aliquẽ de crimine, ille replicauit cõtra me, quod ego erã seruus suus, quæritur quæ causa prius agi debeat? & respõdetur, quod causa libertatis: quoniam ante scire oportet an ille qui accusat, sit liber vel seruus.

c ¶ In seruũ.] aliter n. punitur seruus, aliter liber, vt 2. q. 5. quod propulsus.

QVI CONFITETVR. Casus. Petebam aliquem in seruum coram iudice, qui lite pendente volebat me de crimine accusare, & bene confitebatur se pati controuersiam seruitutis: quæritur vtrũ danda sit ei potestas accusandi eũ, qui se suũ dominum dicit? Et respondet quod non, nisi prius causa liberali terminata, & si liber fuerit pronuntiatus, poterit accusare.

d ¶ Causa.] verba sunt Gratiani, sumpta ex lege C. eod. si status controuersiam. & l. cum ipse.

SI QVIS ENIM. Casus. Aliquis familiaris vel seruus accusabat dñm suũ de aliquo crimine, de quo si conuinceretur dñs infamaretur, vel decapitaretur, vel perderet bona sua. quæritur vtrum sit audiendus. Et videtur, quod non, sed ante lit. cont. debet decapitari excepto crimine læsæ maiestatis.

e ¶ Si quis.] C. qui accu non pos. l. penul. & l. iniquum.

f ¶ Ex familiaribus.] id est: nutricius 1. & sic intellige si accusat dñm de crimine propter quod infamari vel interfici vel proscribi potest. ff. de bo. lib. in seruitutem. contra. Sed illud intelligitur cum de minoribus criminibus accusabat, & ideo non sic punitur. sed hoc penitus contrarium est in familiaribus episcopi, extra de ac. nullus. sed hoc ideo est, quia religiosos viros debet episcopus tantum habere in familia, vt 2. q. 7. cum pastoris.

1 Id est, qui à prima ætate in domo fuerit. C. qui acc. non pos. iniquum. Laur. Eps à suis familiarib. potest accusari.

g ¶ Fortunas.] id est, bona.

SIMILITER ET SI LIBERTI. Casus. Hæc lex est eo. tit. cũ supradicta. Dicitur enim hic, quod si liberti volunt accusare patronos suos vel heredes eorũ, eodẽ supplicio sũt puniẽdi quo serui puniunt.

h ¶ Similiter.] hoc est verbum Gratiani, & l. C.

i ¶ Liberti accusatores.] quod hic dicitur, verũ est de priuatorum libertis: secus est de libertis ecclesiæ. nam tales reuocantur in seruitutem, vt 12. q. 2. episcopus qui mancipium. & c. octaua discussio.

QVidam.] Casus. Supra 3. q. 7. §. tria. dictum est, quod quidam repelluntur ab accusatione propter crimen, vel infamiam. Nunc supponit Gratianus quartam causam, in qua quæritur, an propter excommunicationem repellatur quis ab accusatione. Addit etiam in qua ætate admittitur quis vel non admittitur ad testimonium: qua occasione interserit legalẽ tractatum de testibus, & quærit an idẽ possit esse accusator & testis, & de inducijs expectatoriis. Vnde thema proponit, de quo sex elicit quæstiones.

k ¶ Quidam in excommunicatione.] De prima quæstione non est dubium,

dubium, scilicet q excõicatus non potest aliquẽ accusare, sed trãsfert se H. ad quæstionẽ illam, scilicet an excõicatus post absolutionẽ possit aliquem accusare. Secundũ H. excõicatus etiã post absolutionẽ non admittit ad actus legitimos. arg. 46. di. accusatores. Itẽ quia nemo est excõicandus nisi pp contumaciam. 11. q. 3. nemo. & c. certum. Præterea inobedientia grauissimum crimen est. 8. q. 1. sciẽdum. & q semel fuit criminosus, repellit [1] 6. q. 1. q crimen 15. dist. c. vlt. Item in veteri testamento puniebat contumacia capite. 11. q. 3. absit. ergo hodie repellit à promotione. 54. dist. multos. Itẽ grauissima est pœna cõtumaciæ 24. q. 3. corripiant. ergo grauissimum peccatum est [2]. 24 q. 1 non afferamus. immo est crimẽ idololatriæ inobediẽtia, vt 8. q. 1. sciendum ergo maxima pæna puniendũ. 14. q. 1. non afferamus. Sed hoc non credo, quia absolutio tollit quod indu cit excõicatio. 2. q. 3. §. notandũ extra de ele. quia diligentia Ioan. Fab. distinguit, si est excõicatus pro crimine & contumacia, tũc repellit etiam post absolutionẽ secus si pro contumacia tantum. Alij autem dicunt, aut crimen pro quo est excõicatus, infamat [3], aut nõ. & quod dr q inobedientia morte puniebat, hoc intelligo vbi quis erat præuaricator legis, vel cũ quis nõ obediuit iudici in ijs q spectãt ad vindictam malefactorum, vt 23 q 5. miles. quis enim diceret q talis contumax morte puniret, q nollet soluere pecuniam ad man datum iudicis? Conueniri autẽ põt excõicatus. extra de iud. intelleximus. & extra de sen. excõ. si vere. Sed an põt reconuenire aliquem excõicatus? Videt q nõ vt extra de here vergentis. & extra de sen. exc. per tuas [4]. Videt tñ q possit, quia qui alias non potest accusare, si accusatus fuerit, accusat. ff. de bo. li. qui cum maior. §. si libertus. Item quæritur an possit excipere? vr q sic, quia ex quo permittit ei rñdere ergo & omnia consequentia, vt extra de of. iud. deleg. præterea. ff. de iurisd. om. iud. l. 2. Econtra vr q nõ, quia tunc cogeret iura re. sed non potest tangere sacramenta, cum ea non possit ingredi [5] ff. §. di. 5. a. l. ca' vero. vel cui prohibent alia sacramẽta. & illud, vt 95. dist. illud. Item quæri e an compensare possit? Videt, q sic: quia licet quis non possit petere, potest tñ compensare, vt in naturali debito. ff. de compen. l. etiã. Sed 3. per exceptionem repelleret si ageret, ergo non posset compensare. ff. de compen. quæcumque. Sed hæc quæstio est soluta extra de excep. cum inter.

Excõicat' an possit post absolutionem accusare.

Excõicat' an potest reconuenire & excipere & cõpensare.

[5] In versi. in alus euitari, & hoc verum est extra de exceptio. cũ sect. in fi. Ar.

[6] Hoc sane I tellige, quod dic vt notat. 1. q. 1. q si. in fidei. & 23. q. 4. vtr cum pro pria. Archid.

bitus ab accusatione adolescentem accusatorem, & se testem facit; adolescens personam accusatoris, & testis gerere cupit: die statuta ad iudicium electorum iudicum episcopus minime occurrit: à communione suspẽditur: tandem renouato iudicio accusator culpabilis in accusatione inuenitur: deinum ad assertionem propria causa procedit.

1 *Hic primum quæritur, an in excommunicatione constitutus alium accusare valeat.*

2 *Secũdo, an infra decimũquartũ annũ in criminali cã testari quis possit.*

3 *Tertio, an ab accusatione prohibitus, personã testificãtis possit assumere.*

4 *Quarto, an idem possit esse accusator & testis.*

5 *Quinto, an die constituta non occurrens à communione sit remouendus.*

6 *Sexto, si in episcoporum iudicio accusatoris persona culpabilis inuenta fuerit, an ad assertionem propria causa de cetero sit admittenda.*

QVÆSTIO PRIMA.

De prima quæstione sic statutum legitur in primo & secũdo capite concilij Carthaginensis septimi, cui interfuit Faustinus Romanæ ecclesiæ legatus.

In Africano, c. 95. & 96.

¶ Ad accusationem non admittatur, qui in excommunicatione perseuerat. C. I.

Iuo p. 14. c. 69. Pann. l. 4. c. 72.

Iuo p. 16. c. 64. C. 2. eiusdẽ vij. Cart. & c. 96. Africani.

Diffinimus eum recte ad accusationem non admitti, qui postquam excommunicatus fuerit, in ipsa adhuc excõicatione cõstitutus, siue sit clericus, siue laicus, accusare voluerit. ¶ Omnes etiã infamiæ maculis aspersi, id est histriones [b] ac turpitudinibus subiectæ personæ hæretici etiã, siue pagani † [c], siue Iudæi ab [a] accusatione prohibẽtur.

† cõcor. tex. in l. 1. C. de sum. trin & fid. cath. Gazaros. C. de hære.

a Ab accusatione prohibẽtur.] *A concilio absunt hæc verba. subintelliguntur enim illa ex principio capitis*, ad accusationem non admittantur.

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est [*Proposueramus.*]

¶ Hæretici probantur, qui schismate vel excommunicatione ab ecclesia sunt separati. C. II.

Ansl. l. 1. c. 71. Iuo p. 14. c. 70.

Quòd autem hi, qui à iam fatofratre, & comministro nostro Ignatio depositi, excommunicati, vel anathematizati fuerãt, nullam aduersus eum [d] damnationem intorquere potuerint, ex prolato [e] secundæ vniuersalis synodi capitulo declaratur, cum dicitur, [Si vero ecclesiasticum fuerit crimen, quod episcopo illatum extiterit; tunc probari oportet accusantium personas, vt primo quidem hæreticis non liceat accusationes contra orthodoxos episcopos pro ecclesiasticis negotijs facere.] Sed ne hos [f] hæreticos [g] esse denegetis, audite sequentia. [Hæreticos autem (inquiunt) dicimus tam eos, qui olim [h] ab ecclesia proiecti sunt, quàm qui post hæc a nobis anathematizati sunt] Porro, si adhuc nec sic creditis, audite, quod subditur. [Præter hos autem (aiunt) & eos, qui fidem quidem sanam simulant confiteri, schismaticos etiam, & eos, qui seorsum a communicantibus nobis episcopis collectas faciunt. Deinde vero, & si quidam ab ec-

[1] Sed contra 84. di. honoratus. vbi habetur, q prima contumacia non punitur Die vt ibi no. in l. 1. gl. arg. hic, &c.

[2] Concor. l. oẽ delictum. in prin & in ver. cõtumacia. ff. de re milit. & per Bar. & ibi est bona gl. I l. si filius. la. 1. ff. de inter. act. quã ad hoc allegat pro sing. Imo. in l. pẽ. §. ad crimẽ. I 24. col. ff. de publi. iud.

[3] Sub. & iũc tenet op. H. vt. 5. q. 4. I lo co. sm quosdam sub. nisi fuerit in integrũ restitut' 2. q. 3. §. vlti.

E prima.] Casus. Hic intitulatur prima q̃stio, qua quæritur an excõicatus possit aliũ accusare. Et dicendũ est indistincte q non potest siue iuste siue iniuste sit excõicatus, dũmodo excõicatio teneat, vt j. c. 1. & 2. nec potest etiam alium ciuiliter conuenire, vt S. 3 q. 4. nullis.

Diffinimus.] Casus. In hoc c. ponunt sex genera personarũ, quæ repelluntur ab accusatione, inter quas excõicati ponunt, qui accusare nõ possunt i excommunicatione perseuerantes.

a Adhuc.] ergo postea restituitur ad accusationem, vt 6. q. 1. illi. & c. omnes 2. 32. q. 5. præceptum. in fine. quod est contra H. sed secundum eum vacat hic argu. à contrario sensu.

b Histriones.] J. de conse. dist. 2. pro dilectione.

c Pagani.] 2. q 7 pagani.

Quòd autem. Casus. Ignatius patriarcha Constantinopoli. anathematizauit quosdam subditos suos, qui eumdẽ Ignatium postea accusauerunt, ad quorum accusationem depositus fuit. Sed Nicolaus probat q anathematizati eum accusare nõ potuerunt. Et hoc ostendit auctoritate concilij Constantinopolitani, in quo statuitur, q hæretici, à sacramentis eiecti, anathematizati schismatici, & illi qui ab alijs accusant, nõ possunt episcopos accusare. Et no. q quandoque ponuntur verba synodi, quandoque verba Nicolai, vt per te videbis.

d Vniuersalis.] scilicet Constantinopolitanæ, vt S. dist. 16. sancta. & 23 q. 4. ipsa pietas.

e Si vero ecclesiasticum.] vt simonia, hæresis, vsura. 11. q. 1. siqs cũ clerico. immo oẽ crimen est ecclesiasticum [6], vt ext. de iud. nouit.

f Sed ne hoc.] verba Nicolai.

g Hæreticos.] verba synodi.

h Ab ecclesia.] scilicet excommunicati. Not. q omnis excommunicatus dicitur hæreticus, vt J. 23. q. 4. ipsa pietas.

[6] Idẽ no. extra de of. or. c. 1. in gl. canones, & c & extra de foro co. pe. cũ sit.

i ¶ Vt à talibus.] scilicet illis qui semper parati sunt reprehendere: de quibus ait 11. q. 3. sententias aliorum reprehensiones attendendæ sunt: qui licet mali non sint, tamen ideo reprehendũ, quia eos mal. esse credunt, vt 11. q. 3. non sunt. 2. quæst. 1. nolo.
k ¶ Ab humano die.] idest, qui tantum humana ² non diuina quærunt. 8. q. 1. sunt in ecclesia.

QVi crimen.] CASVS. Quæsitum fuit ab Hadriano qui repellantur ab accusatione & testimonio? Et respondet ꝙ qui à tempore baptismi fuit criminosus, repellitur ab accusatione: quia vox malorum nõ est admittẽda. Infames autem omnes à testimonio repelluntur: & qui nõ habent filios & vxorẽ fideles. Habentes, idest, si habuerint, habeant tales.
l ¶ Qui crimen.] Si uis dicere ꝙ qui peccauit post baptisma, potest promoueri si egerit pœnitentiam; tunc dicas illũ hic appellari criminosum, qui per sententiã ³ conuictus est. Vel de enormibus criminibus intelligas, quæ irrogant infamiã ipso iure: vel de illo intellige

de sunt ad pœnitentiam compellendi. In secunda parte dicitur, ꝙ anathematizati repelluntur similiter ab accusatione: quia infames sunt: nec possunt communicare nobiscum, nisi absoluantur secunda pars incipit ibi, *Similiter.* Sequens capitulum patet.
a ¶ *Illi qui.*] Secundũ quosdã prima pars loquitur de criminosis non excommunicatis. secunda de excommunicatis. Secundũ alios loquitur prima pars de occultis: secunda de manifestis criminosis.
b ¶ *Compellendi.*] Arg. existentem in mortali peccato cogendum esse ad pœnitentiam. 11. q. 1. prædicandum. 24. q. 3. tam sacerdos. Argu. contra 2. q. 1. multi.
c ¶ *Nisi eis.*] Arg. tolli infamiã per satisfactionem ecclesiæ, vt 22. q. 5. præceptum. 35. q. 6. si duo. Arg. contra 3. q. 4. consanguineorũ. & c. 2. qu. 7. ꝭ. e. quicumque. & 22. q. 5. paruuli. Sed dic ꝙ canonica infamia per pœnitentiam tollitur; sed nõ illa quæ irrogatur ipso facto, vel per sententiã. so. de ipso occulto crimine tollitur per pœnitentiã ¹, sed non de manifesto, vt extra de tẽpo. ordi. c. vlt. & pen.
d ¶ *Huiuscemodi.*] scilicet excommunicatis.
e ¶ *Ante satisfactionem*] vel iuramentum. extra de sententia excommu. per tuas.

OMnes.

BEatus.] CASVS. Iacobus episcopus Hierosolymitanus quæsiuit à Clemente, qui sint repellendi ab accusatione episcopo-

qui pendente accusatione qua & ipse fuit accusatus, voluit accusare alium: quod non licet 3. q. vlt. neganda. Baz. autem facit vim in hoc verbo, criminosus: scilicet plenus vitijs: sicut ille q est plurus, vt ꝭ. ea. quicumque. & licet quilibet criminosus etiam non conuictus repellatur, vt extra de testib. super eo. tamẽ si probat se egisse pœnitentiam, bene recipitur, maxime in ciuili. arg. 50. dist. sertiũ. & ff. de ædil. edic. quod sta. licet sit arg. contra, extra de simo. per tuas. vbi dicitur quòd in exceptis criminibus licet ciuiliter agatur, potius admittatur de æquitate quàm de rigore. so. Tu dicas breuiter, quòd si probatur crimen contra aliquem, semper repellitur in causa criminali, vt ꝭ. 2. q. 7. quærendum. & extra de testi. testimonium. nisi in exceptis criminibus, secundum distinctionem plures dictam superius. B.
m ¶ *Si ipse ante.*] licet de illo non sit condemnatus. arg. extra de testib. super eo. Et est hic argumentum, ꝙ post pœnitentiam accusatur quis de crimine. 33. q. 2. admoneere. 2. q. 7. si quis omnem. 50. dist. peruenit. 48 dist. quoniam multa ⁴
n ¶ *Rei.*] idest, accusati.
o ¶ *Christum.*] non tamen obest eis si eos instruxerint. 47. dist. quantulibet. & 43. dist. Ephesijs. Aliud si neglexerint eos corrigere, vt 37. dist. legant.

¹ Infamia canonica tollitur pœnitentia. De hac no. 3. ca. c. 2. ibi videas.

² Humanorum dies appellatur humana prosperitas. Arch.

³ Ad hoc facit qđ no 3. q. 5. c. 2. l gl. 1. & dapeatusin fin.

Testis repellitur ꝓbato crimine contra ipsum. Pœnitẽtia nõ impedit accusationem.

⁴ Cõcor. tex. in l. qui omenit. cũ ibi not. ff. de furtis.

Omni,

Non solum autem criminosi, sed etiam quelibet alij ab accusatione episcoporum repelluntur: Vnde Anacletus Papa, epist. 1 ait.

¶ Deo non placet, qui seruos suos accusat. C. VII.

SI omnia [a] in hoc sæculo vindicata essent, locum diuina iudicia nõ haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui solem certat facibus adiuuare. Ideo si aliquis putat se Deo in hoc placere, quòd seruos suos accusat, & vt meliores fiant, dicit se hoc agere, in vanum laborat, & plus inuidiæ [b] stimulis agitatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget; nec vlla requirit commendationis augmenta.

Item Telesphorus epistola vnica c. 3. — Et Iulius in decret. c. 10.

¶ Populus sacerdotes arguere, vel increpare non valet. C. VIII.

SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, atque timendi; non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus se Domini populus benedici, saluari, & instrui cupit, nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accusatione suscipi. Populus enim ab eis docendus est, & corripiendus, non ipsi ab eo: quia non est discipulus super magistrum. *& infra.* ¶ Dei ergo accusat ordinationem, qui eos, qui ab eo constituuntur sacerdotes, accusat, vel damnari cupit. *Idem infra.* ¶ Hi [*], qui non sunt idonei, non suscipiantur ad accusationem: omnes, qui aduersus patres armantur, infames esse censemus. Patres enim omnes venerandi sunt, non respuendi, aut insidiandi.

Aus. l. 3. c. 12. Iuo p. 6. c. 314. Matt. 10. Iuo p. 6. c. 315.

¶ Hi qui.] *In aliquot vetustis codicibus est caput distinctum à superiore.*

Item Pius Papa epistola prima. — Et Cornelius epist. 2.

¶ De eodem. C. IX.

OVes [c] pastorem suum non reprehendant; plebs episcopum non accuset, nec vulgus eum arguat: quoniam non est discipulus super magistrum, neque seruus supra Dominum. Episcopi autem à Deo sunt iudicandi, qui eos sibi oculos elegit. Nam à subditis, aut prauæ vitæ hominibus non sunt arguendi, vel accusandi, aut lacerandi. *& infra.* ¶ Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quanto minus in suspicionem debet venire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati non vult: quia omnis suspicio [d] potius repellẽda est, quàm approbanda, vel recipienda.

Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 5. c. 243. Pann. l. 4. c. 36. Lu. 6.

Ipsa autem detractio, licet ex vitio detrahentium, tamen iusto Dei iudicio nonnumquam aduersus bonos excitatur: vt quos vel domestica [e] præsumptio, vel aliorum fauor in altum extulerat, detractio humiliet.

Vnde Ambrosius ad c. 22. Lucæ.

¶ Ne quis de se præsumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. C. X.

¶ *Rubrica hæc non valde conuenit subiecto capiti, & pie est interpretanda: nam simili locutione vtitur Dauid 2. reg. 16. loquens de Semei.*

IMitare Petrum tertio alibi dicentem [Domine tu scis, quia diligo te.] Etenim, quia tertio [f] negauerat, tertio confitetur: sed negauit in nocte, confitetur in die. Hæc autem ideo dicta sunt, vt sciatis, ne- — Ioan. 21.

SI omnia. CASVS. Hoc c. loquitur de occultis peccatis, quæ soli Deo punienda relinquuntur. Est ergo casus. Quidã æmuli accusabant prælatos suos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterãt: & dicebant se pro bono hoc facere: scilicet vt prælati sui fierent meliores. quæsitum fuit ab Anacleto an bene facerent? Et respõdet, quòd nõ: quia si omnia delicta occulta & manifesta accusarentur & vindicarẽtur in hoc sæculo, in futuro nil Deo reseruaretur: eis soli occulta relinquuntur: & illi qui talia dicunt in vanum laborant, qui Deũ volunt adiuuare: & plus stimulis inuidiæ, quam amore charitatis agitantur.

a ¶ Si omnia.] De occultis loquitur [1], quæ soli Deo reseruantur. 32. dist. erubescant.

[1] Alij dicũt, quòd intelligitur de eo qui malo zelo accusat & hæc capituli ad vtrũque intellectũ satis adaptatur. Arc.

b ¶ Inuidia.] Hic canon præsumit potius accusationem fieri causa inuidiæ quàm charitatis, vt dixi 2. q. 7. si quis episcopus.

SAcerdotes.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes: in prima parte dicitur, quòd populus .s. laici, non sunt admittendi ad accusationem sacerdotũ: quia subesse debent eis, & non præesse. In secũda parte dicitur, quòd accusatores non sunt recipiẽdi nisi sint idonei: & omnes illi qui armantur contra patres spirituales accusando eos calumniose, sunt infames secunda pars incipit ibi, *Hi qui non sunt.*

OVes.] CASVS. Quidam laici vel clerici criminosi accusabant & reprehendebant episcopos ex suspitione: quod dicit Pius Papa non esse faciẽdũ. Et hoc probat tribus rationibus. Prima est: quia nõ debet esse discipulus supra magistrũ. Secunda: quia episcopi à Deo sunt iudicãdi. Tertio: quia laici vel subditi à prælatis talia pati nolunt.

c ¶ Oues.] Sic 2. q. 7. oues.

d ¶ Suspicio.] Sic 2. q. 1. c. 1. Suspitioni temerariæ: non creditur. 11. q. 3. in cunctis probabilis inducit præsumptionem ff. quod met. cau. l. vlt. 7. q. 5. presbyter. violentã condemnationem. 32. quæst. 1. dixit. & C. de adulter. quamuis. licet sit argu. contra. extra de præsumptio. litera.

Præsumptio est triplex.

[2] Dic quòd hæc præsumptio est inualida & repellitur in iure, in casu enĩ debet moueri animũ iudicantis. 1. q. 1. primo. & in hoc capit. oues. Arch.

IPSA AVTEM. CASVS. Quia supra c. oues. & c. sacerdotes. & c. si omnia. facta est mentio de detractione: ideo subiungit, §. istũ, vt ostẽdat quòd quamuis detractio in se mala sit: tamẽ iusto Dei iudicio permittitur, vt qui nimis de se præsumunt propter bonum quod habent, & aliorum laudibus extolluntur in altum, per detractionẽ inuidorũ humilientur. Quod probat per duo capitula sequentia.

e ¶ Domestica.] idest, propria vel domesticorum persona.

IMitare.] CASVS. Quidam iactabant sed de bonis quæ faciebant, & putabant se cadere non posse. Sed Ambrosius ostendit, quòd nemo de se præsumere debet, nec multum per iacturam subleuari. Et hoc probat duobus exemplis: scilicet Petri, & Dauid: qui nimis de se præsumentes ceciderunt. Vel sic: Nemo debet se iactare de bonis, ne cadat, vt Petrus & Dauid.

f ¶ Tertio.] Hic videtur, quòd toties pænitentiam faciam, quoties cõmitto fornicationem etiã cum eadem muliere: & quòd quasi pro diuersis delictis sit mihi pænitentia indicẽda, vt de pæ. dist. consideret. & de pæn. dist. 1. mensuram [3]. Item si post primã fornicationem quis pænitet, iniungitur ei pænitentia. si secundo accedit ad eandem, secundo iniungitur ei pænitentia. talis ergo erit melioris conditionis si non pæniteat à principio, quàm si pæniteat postea. Item si secundo accedit ad aliã mulierẽ, æquale peccatũ cõmittit, sicut si secundo accederet ad priorẽ. sed pro illo secundo peccato quod facit cum altera, noua pænitentia sibi indicitur. ergo & noua pænitentia est indicenda sibi, si ad eandem denuo accedat: cum par

Delinquens pluries: pluries pæniteat. Cõcor. tex. §. I. seruos. C. ad leg. Iul. de vi. publ. & l. 4. C. de epi. audi.

par sit peccatum: & hoc concedi potest: ¶ licet secundũ leges qui sæpius rem contrectat, non cõmittit diuersa furta. ff. de fur. ei qui. ductores: apud quosdam habiti sumus veraces.

a ¶ *Petrus.*] Arg. à maiori. 3 2. q. 5. si Paulus.

b ¶ *In abundantia.*] idest, confidentia bonitatis meæ.

c ¶ *Laudant.*] hoc est veniale peccatum. 25. dist. criminis. sed qui cõmendant mortalia vitia, mortaliter peccant. 46. di. sunt nõnulli.

d ¶ *Inter infamiam.*] idest, quidam desipientes dicebant eos veraces: quidam non. 41. dist. quod dixit Dominus.

1 Ar. ad hoc extra de re iud. lib. 6. ad apostolicæ. versi. deiera uit, &c. Arch.

S*Vnt.*] CASVS. Dicit Greg. quod Deus permittit bonos à malis infamari & reprehendi, vt si qua nascitur elatio in corde bonorũ ab ore laudantium, per os vituperantium suffocetur. Et hoc probat exemplo Pauli, qui dicit: Apud quosdam habiti sumus vt seductores: apud quosdam habiti sumus veraces.

VERVM. CASVS. Hic ostẽdit Gratia. quod illud cap. scilicet oues, loquitur de malis & criminosis qui bonos prælatos accusare non debent vel reprehendere: quia hoc fit diabolo instigante, vt per tales reprehensiones prælatis languescẽtibus corruãt ipsæ plebes in ima: & sic periclitentur. & ostenditur quod detractores deterius delinquunt, quam illi qui bona rapiunt temporalia quia detractores rapiunt bonos mores & virtutes, quæ sũt intrinseca: illi autem rapiunt extrinseca. in eo. cap. s. inferiori parte eiusdem cap. Scriptum est, in Esaia.

e ¶ *Verum hac auctoritate.*] i. s. c. oues. hæc sunt verba eiusdẽ Pij: & cõiunuãt illi c. oues.

f ¶ *Sicut scriptum est.*] In Esaia.

Q*Viescite.*] CASVS. Docet Felix Papa in hoc c. quod boni plan nõ sunt arguendi: & hoc probat auctoritate Nicenæ synodi. Quiescite à vexatione & persecutione bonorũ plator ũ.

E*X merito.*] CASVS. Docet hic Grego. quod omnes homines seruare aures & oculos & linguam sine macula & vitio: & simplicitatem columbæ habere: nec debent alios & maxime prælatos infamare. & hoc probat auctoritate Dauid prophetæ dicentis: Sedens inquit, &c, quoniam propter mala merita plebis permittit Deus prælatos damnari & deprauari, vt qui sequuntur, procliuius corruant: & vt capite languescente cetera membra languescant: Seq. c. patet.

g ¶ *Deprauantur.*] i. praui epi constituunt. nõ enim propter aliorũ merita efficiunt mali, sed mali, propter malorũ merita prælati fiũt, vt 8. q. 1. audacter.

Regẽ imitantur subditi.

h ¶ *Cadant.*] Quia cõponitur orbis Regis ad exemplum arg. 11 q 3. præcipue.

i ¶ *Audiat.*] Sic infra, 11. q. 3. non solum.

k ¶ *Vnquam.*] Scilicet per detractores: ne fit contra §. 5. quæst. 5. non vos. Vel dic per eos, idest, per curiosos. vnde Iuuenalis: *Scire volunt secreta domus, atque inde timeri.*

S*Vnt.*] ... minem iactare se debere. Nam si Petrus [a] lapsus est, quia dixit [Et si alij scandalizati fuerint in te, sed non ego,] quis alius iure de se præsumat? Denique & Dauid, quia dixerat [Ego dixi, in mea abundantia [b] non mouebor in æternum;] eam sibi iactantiam obfuisse profitetur dicens [Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus.]

Mar. 14.

Psal. 29.

Item Gregorius lib. 9. epist. 39. ad Theotistam patriciam.

¶ Vt boni salubriter humilientur, linguæ malorum contra eos insurgunt. C. XI.

SVnt plurimi, qui vitam bonorũ amplius, quàm debent, laudant [c]: & ne qua elatio de laude surrepat; permittit omnipotens Deus malos in obtrectationem, & obiurgationem prorumpere, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. Hinc est ergo, quòd doctor gentium se in prædicatione currere testatur per infamiam [d], & bonam famam, qui etiam dicit [Vt seductores, & veraces.]

2. Cor. 6.

Verum hac auctoritate [e] prohibentur spirituales à carnalibus accusari, non carnales à spiritualibus. Quod ex verbis eiusdem datur intelligi, quibus in eodem capitulo [a] subiunxit, dicens. [*Capite languescente, facilius reliqua corporis membra inficiuntur: sicut scriptum est* [f] [*Omne caput languidum, & omne cor merens, à planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas*] *Quapropter manifestum est diabolum, (qui sicut Leo rugiens circuit quærens, quem possit deuorare) cordibus plebium suadere, vt doctoribus, atque pastoribus suos detractiones irrogent, vel eos accusent, vt plebes languescentes (non tenentibus pastoribus frena eorum) lasciuiant, atque in ima ruant, vt saltem sic periclitari possint. Multum vero distant damna morum à damnis rerum temporalium, cum ista extra nos sint; illa vero in nobis*] *& infra* [*Peius* [β] *malum fore non existimo; quàm Christianos suis inuidere sacerdotibus.*]

Eusebius in epistola ad Galliæ episcopos.

§. ead. c. ex merito.

Esa. 1.

1 Pet. 5.

paulo aliter in originali ipso.

α ¶ Capitulo.] *Quæ subiungit Gratianus,* capite languescente &c. *sunt in epistola 3. Anacleti, & apud Isidorum de summo bono lib. 3. c. 38.*

β ¶ Peius.] *Sunt in prima epistola Alexandri primi.*

Hinc etiam Felix II. ait episcopis in Alexandrina synodo congregatis.

¶ Deo recte famulantes persequi non licet. C. XII.

QViescite (inquit sancta, & magna Nicæna synodus,) & nolite persequi eos, qui recte † Deo famulantur, & sincera voluntate superni † Dei mandata custodiũt, & nostris legibus subiugãtur; quia nec decet, nec ordo patitur, vt iniqui, & carnales spirituales persequãtur.

† al. Deo perfecte ministrant

† al. superna

Item Anterus [γ] *Papa epistola vnica.*

γ ¶ Anterus.] *Sic restitutum est ex plerisque vetustis. Nam antea erat* Gregorius. *Confectum autem caput hoc est magnam partem ex Anacleti sententijs in epistola 3.*

¶ Subditi prælatos suos accusare non debent. C. XIII.

EX merito plebis nonnumquam episcopi deprauantur [g], quatenus procliuius cadant [h], qui sequuntur. Capite languescente cetera corporis membra inficiuntur. Deteriores sunt, qui vitam, moresq; bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. Caueat vnusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, idest, ne aut ipse alijs detrahat, aut alios audiat [i] detrahentes. [Sedens (inquit) aduersus fratrem tuum loquebaris] detrahendo [Et aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum &c.] Parcant singuli detractioni linguæ, custodiantque sermones suos, & sciant, quia cuncta, quæ de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur. Nemo inuito auditori libenter refert. Officij singulorum sit, dilectissimi, non solum oculos castos seruare, sed & linguam, nec quid in cuiusquam domo agatur, alia domus per eos † vnquam [k] nouerit. Habeant omnes simplicitatem columbæ, nec cuiquam machinentur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidijs †.

Anacletus ep. 3. Isidorus l. 3. de summo bono c 38.

§. eadem, sunt plurimi.

§. ea. deteriores, & 9. q. 3. facta.

Psal. 49.

Hieron. ad Nepotianũ simile.

† eius] orig.

† Idẽ Hiero. §. 16. q. 1. si cupis.

Sapiens.] Ita ordina litteram. Omnis qui nocet non est sapiens, idest, nullus qui nocet est sapiens, sapiẽtia virtutis, idest, sapore virtutis: Sed forte est sapiens sapientia scientiæ, idest, sciẽs. sic enim & mali sunt sapientes: sed soli boni sunt sapientes sapore virtutis, qui sapientia dicitur. Et aliter ille qui nocet non est sapiens. Nam innocens dicitur qui ignorat quid noceat. 22. q. 4. innocens. H.

h ¶ Ad iracundiam.] extra de homi. sicut dignum. §. illi vero.
i ¶ Prouocant.] idest, delatores, vt 5. q. vlt. delatori.
k ¶ Anathematizatos.] supra 3. q. 5. constituimus.
l ¶ Legitimam.] idest, plenam. aliter enim non promouentur, nec aliquem possunt accusare, vt ĩ. sequitur.

Item Lucius Papa epist. vnica, episcopis Galliæ, & Hispaniæ scribens.

Ca. Et Cornelius Papa epist. 2.

¶ Sapiens nocere non cupit. C. XIIII.

Sapiens non est omnis, qui nocet. — Iuo p. 3. c. 140.

Item Anacletus Papa, epist. 3.

¶ Raptoribus deteriores sunt episcoporum detractores. C. XV.

Deteriores [a] sunt, qui doctorum vitam, moresque corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt. Ipsi enim ea, quæ extra nos, licet nostra sint, auferunt: nostri autem detractores, & morum corruptores nostrorum, siue, qui aduersus nos armantur, proprie nos ipsos diripiunt [a]: & ideo iuste infames sunt, & merito ab ecclesia extorres fiunt. Pro meritis ergo plebis sæpe pastores deprauãtur ecclesiæ, vt procliuius corruant, qui sequuntur.

3. c. ex merito. Burc. l. 1. c. 138. Deusd edit p. 3. Iuo p. 5. c. 239. Ans. l. 3. c. 11. Ans. l. 6. c. 137.

a ¶ Diripiunt.] *Antea legebatur*, nos ipsos decipiunt. *Emendatum est ex Isidoro lib 3 de summo bono, c 38. Anacleti verba, quantum conijci potest, referente; & optime conueniunt cum ijs, quæ antecedunt. Verum in duobus antiquis exemplaribus epistolarum Anacleti, altero Vaticano, altero Florentina bibliotheca, habetur*, non nos, sed proprie seipsos decipiunt.

Item Alexander Papa, epistola tertia.

¶ De eodem. C. XVI.

Summa iniquitas est, fratres detrahere [b], & accusare [c]. Vnde scriptum est [Omnis, qui detrahit fratri suo, homicida est: & omnis homicida non habet partem in regno Dei.] — 1. Ioan. 3.

Patet ergo, vt præmissum est, quòd carnales prohibentur ab accusatione spiritualium, non spirituales ab accusatione carnalium.

2 *Cum itaque criminosi, & infames ab accusationibus prohibeantur, videndum est, quos canonum sacra auctoritas infames appellet. De his Stephanus Romanæ ecclesiæ episcopus scribit Hilario, epist. 1. c. 1. dicens.*

¶ Quæ personæ infames habeantur. C. XVII.

Poly. l. 5. tit. 1. Deusdedit p. 3. Ans. l. 3. c. 5. Burc. l. 1. c. 173. Iuo p. 5. c. 291. Pann. l. 4. c. 66.

Infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia, idest omnes, qui Christianæ legis normam abijciunt, & statuta ecclesiastica contemnunt [d]: similiter fures [e], sacrilegos, & omnes capitalibus criminibus irretitos; sepulchrorum quoque violatores, & Apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque patrum statuta libenter violantes, & omnes, qui aduersus patres armantur, qui in omni mundo infamia notantur: similiter & incestuosos, homicidas, periuros, raptores, maleficos, veneficos, adulteros, de bellis publicis [f] † fugientes, & qui indigna sibi petunt [g] loca tenere; aut facultates ecclesiæ abstrahunt iniuste, & qui fratres calumniantur, aut accusant, & non probant, vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam [h] prouocant [i], & omnes anathematizatos [k], vel pro suis sceleribus, ab ecclesia pulsos, & omnes, quos ecclesiasticæ, vel sæculi leges infames pronuntiant. Hi nimirum † omnes, nec serui ante legitimam [l] libertatem, nec pœnitentes, nec bigami, nec illi, qui curiæ [m] deseruiunt, vel non sunt integri corpore, aut sanam non habent mentem [n] vel intellectum, aut inobedientes sanctorum decretis existunt, aut furiosi manifestantur [o], hi omnes, inquam, nec ad sacros gradus debent prouehi, nec isti, nec liberti, neque suspecti, nec rectam fidem, vel dignam conuersationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare [a].

† hæc vox abest ab orig.

† paulo aliter in originali

a ¶ Accusare.] *In vulgaris codicibus sequebatur*, nec ad accusationem, seu ad testimonium nullatenus iuste possunt recipi. *quæ sunt expuncta; quoniam absunt à manuscriptis, (vno excepto) & originali, & Burchardo, & Iuone. In Panormia tamen hæc postrema pars post verbum*, manifestantur, *sic habet*; Hi omnes nusquam nec ad sacros gradus debent prouehi, nec ad accusationem, seu ad testimonium vllatenus iuste possunt recipi.

Deteriores.] Casvs. Hic detractores reprehenduntur qui suos doctores & prælatos infamant, & dicitur quod sunt deteriores quàm illi qui bona rapiunt temporalia: quia raptores auferunt ea quæ extra nos sunt: detractores vero corrũpunt bonos mores nostros: & ideo merito sunt infames.

a ¶ Deteriores.] Peius est persuadere, quàm facere, vt ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere, & l. vt tãtũ & 86. dist. tãta.

Summa.] b ¶ Detrahere.] supra, dist. 46. accusatores.

c ¶ Et accusare.] supra 2. q. 7. si quis episcop⁹. de pœn. dist. 1. homicidiorum.

PATET. Casvs. Concludit Grat. ex supradictis dicens, quod carnales & peccatores nõ possunt accusare spirituales. Et quia facta est mentio de infamibus, qui ab accusatione repelluntur; ideo ostẽdit qui secundũ canones infames appellentur.

CVM ITAQVE. Hæc est secunda pars huius q. in qua enomerat omnes infames qui accusare non possunt. & hoc probat per cap. seq. Io. de Fant.

Infames.] Casvs. Quæsiuit Hilarius episcopus à Stephano Papa quæ personæ sint infames secundum canones. Papa vero Stephanus rescribit assignans xx. species infamium personarum & quasdam alias personas, quæ propter irregularitatem vel alias causas, nec ad sacros ordines ascendere, nec summos sacerdotes accusare possunt.

d ¶ Contemnunt.] ĩ. 19. dist. nulli.

e ¶ Fures.] Ex hoc c. patet, quod omne crimen infamat secundum canones. & ĩ. c. oẽs. & c. se. Item ex hoc c. videtur, quod omne crimẽ sit publicum secundũ canones. — Crimen quodlibet infamat.

f ¶ De bellis publicis.] Tales sunt rei læsæ maiestatis, vt ff. ad l. Iul. male. l. 3. & capite puniuntur: nisi qui dominum defendere non potuerint. ff. de re militari, omne. §. qui in acie.

g ¶ Petunt.] ambitiose, vt ĩ. 1. q. 6. sicut.

m ¶ Curiæ.] 54. dist. c. 1. & 2.
n ¶ Mentem.] vt furiosi.
o ¶ Manifestantur.] supra, 33. dist. maximum.

Quæ

Qvicumque.] Hæc est tertia pars, in qua ponit pœnam periurio: & specificat de infamibus. Io. de Fant.

Casvs. Quæsitũ fuit quã pœnã debeat pati qui sciens cõmittit periurium. Et respondetur ꝙ debet pænitere per quadraginta dies in pane & aqua, & septẽ sequẽtes annos, & in testimonium

Nos sequentes.] Casvs. In hoc cap. dicitur, quòd quæcumque personæ repelluntur ab accusatione secundum leges, eædem repelluntur, secundum canones.

Sed licet. Casvs. Dictũ est à principio causæ, ꝙ infames ab accusatione prohibẽtur. Nũc verò dicit Gra. ꝙ licet generaliter ꝓhibeant̃, nõ tñ prohibentur ab accusatione huius epi, qui simoniacus est. & hoc ꝓbat tali ratione, quia hæretic⁹ vel simoniacus minor est catholico: sed hoc an generaliter intelligat̃: scilicet vt hæreticus sit minor quolibet catholico. Augu. noluit definire.

Poly. l. 6. tit. 11. Burc. l. 12. c. 8. Iuo p. 12. c. 65.

Item Fabianus Papa.

¶ Infamis efficitur, qui sciens peierare præsumit. C. XVIII.

3 QVicumque sciens † se peierauerit a, quadraginta dies in pane, & aqua, & septem b sequentes annos pæniteat, & numquam sit sine pænitentia c, & numquam in testimonium d recipiatur e; communionem tamen post hæc percipiat.

† al. sciens peierauerit

Item Eusebius Papa, epistola prima ad episcopos Galliæ.

¶ Accusatores †, & personas, quas leges sæculi non admittunt, ecclesiasticæ quoque repellunt. C. XIX.

† al. Accusationes

3. q. 5. de accusatiõib. §. idcirco. Ans. l. 3. c. 25.

NOs sequentes patrum vestigia pro saluatione seruorum Dei, quascumque ad accusationem personas leges publicæ non admittũt, his impugnandi alterum & nos licentiã submouemus: & nullæ accusationes à iudicibus audiãtur ecclesiasticis, quæ legibus sæculi ꝓhibẽtur.

Sed licet f infames ab accusatione episcoporum prohibeantur, non tamen isti ab huiusmodi † g accusatione prohibendi sunt. Hæreticos namque accusare infamibus non prohibetur, vt supra patuit in ea † causa, vbi de accusatione minorum aduersus maiores h disputatum est.

† al. huius

† al. eadem 2. q. 7. per totũ.

Item.

C. XX.

CVm maiores scientia, & moribus à minoribus accusari prohibeantur, non æquales ab æqualibus, vel minores à maioribus; ab huius a ergo accusatione non sunt hi prohibendi, cum hæreticus catholico minor sit. Sed hoc an generaliter accipiendum sit, Augustinus non † definiuit lib. 4. de baptismo contra Donatistas, c. 5. dicens.

† al. Aug. diffiniuit

¶ *Caput hoc in plerisque vetustis exemplaribus coniunctum est superiori. Quare coniicere licet hæc esse verba Gratiani.*

a ¶ Ab huius ergo.] *Locus hic emendatus est ex manuscriptis. In impressis legebatur* ab accusatione huiusmodi sunt prohibendi: *ex qua lectione vix apta sententia elici poterat.*

2 ¶ Dubium est, an sciens auarus, an nesciens hæreticus grauius peccet. C. XXI.

QVæro ergo, quis peccet grauius, an qui nesciens i in hæresim incurrerit an qui sciens ab auaritia, idest ab idololatria non recesserit? Secundum quidem illam k regulam, qua peccata scientium peccatis ignorantium præponuntur, auarus cum scientia vincit l in scelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæresi sceleris ipsius magnitudo, quod facit in auaritia scientis admissio, vt hæreticus nesciens auaro scienti coæquetur. *Item cap. 20. eiusdem libri.* Vtrum autem catholicum pessimis moribus alicui hæretico, in cuius vita, præter id, quod hæreticus est, non inueniunt homines, quod reprehendant, præponere debeamus, non audeo præcipitare m sententiam.

4 *Verum hoc Augustini, & illud de infamium accusatione de his intel-*

f ¶ Sed licet.] infert ex prædictis.

g ¶ Ab huiusmodi.] idest, simoniæ.

h ¶ Maiores.] vt 2. q. 7. per totum.

Quæro.] Casvs. Duæ sũt in hoc c. q̃stiones. Prima est, vtrum ille qui ignorãter incidit in hæresim, grauius peccet, quam ille qui scienter est auarus. Et respõdet Aug. secundum illam regulam, qua peccata scienter facta præponũtur peccatis ignorãter perpetratis: auarus ergo videtur grauius peccare. Sed si forte tantum facit hæresis magnitudo, quantum auaritia scienter admissa: æqualiter peccãt. Secũda q̃stio fuit, an pessimus catholicus illi hæretico præponatur, qui nullum habet peccatũ præter hæresim. Respõdet Aug. se nolle hanc quæstionem præcipitare. Gra. tamen hanc vltimam quæstionem determinat s. 2. q. 7 sed quæritur.

i ¶ Nesciens.] ille est ignoranter hæreticus, qui sequitur opinionẽ quam putat veriorẽ vt 24. q. 3. hæresis.

k ¶ Secundum illam.] de pœ. dist. 2. scientiũ.

l ¶ Vincit.] Vide qualiter arg. licet enĩ peccatũ sit maius peccato: quia hic scientia præponitur ignorantiæ: tamen facta compensatione scienter peccans potest æquiparari ignoranter peccanti. similis compensatio est 9. dist. in canonicis. Quòd autem minus sit peccatũ ignorantis quam scientis, habes 22. q. 7. quemadmodum. quandoque videntur plus peccare ignoranter peccantes quam scienter, vt 24. q. 1. schisma. quandoque parificantur, vt hic.

¶ Vnde hic loquitur de illo qui putabat illud credi ab ecclesia quod ipse credit, nihilominus peccat. 16. q. 1 si cupis. Peccatũ ignorantis minus est q̃ scientis.

m ¶ Præcipitare.] Gratianus tamen in simili quæstione præcipitat sententiam, vt 2. q. 7. §. sed quæritur. & Vibaous eamdem videtur soluere 12. quæst. 1. scimus.

nium numquã recipiatur: cõmunionẽ tñ post pænitentiã recipiat.

a ¶ Peierauerit.] s. 3. q. 5. constituimus.

b ¶ Septem.] 22. q. 4. qui sacramento. contra. Solu. ibi.

c ¶ Sine pænitentia.] interiori. s. 50. dist. clerico.

d ¶ Testimonium.] etiam post pænitentiam peractam, vt s. 22. q. 5. paruuli. Et hoc est verum in testibus: secus videtur in accusatore, vt 22 q. 5. si quis conuictus.

e ¶ Recipiatur.] alibi dicitur, ꝙ iuramentum solum Deum habet vltore, vt C. de reb. cre. l. 2. non ergo incurrit infamiam. Item alibi legitur, ꝙ periurium continetur sub crimine stellionatus, vt ff. de cri. stel. l. 2. sed crimen stellionatus non infamat, vt ff. de crim. stellio. l. 2. ergo nec periuriũ. Sol. vbi iuramentum non cedit in præiudicium alicuius, solũ Deum habet vltorem. Dicunt autem quidã, ꝙ si iuramentũ est de futuro, semper infamat: quia ibi frangitur fides Deo & homini: secus si est de præsenti, vel de præterito, vt C. de transac. si quis maior. Alij dicunt, ꝙ iuramentum quod interuenit in contractibus, non infamat: secus in iuramento quod fit in iudicijs: hoc est certũ, ꝙ omne iuramentũ infamat canonica infamia 2. Vtrum autem temerarium iuramentum repellat à legitimis actibus, dixi 85. dist. Florentinum. & extra de testi. & attestatio. causam quæ.

1 Extra de app. quæstioni. ibi videas. de pinm. literas. & de pur. c. 1. & de testi. testimonium. Arch. iuramẽtum verum infamet.

2 Cũ ista gl. concor. Bar. post glo. in l. Lucius. ff. de infam. & Al. de Imo. in l. si ex talis. C. de transact.

Vervm. Hæc est quarta pars quæstio. in qua quæritur, vtrũ infamis possit episcopum accusare de simonia, cum esset bonæ famæ: & primum dicit quòd nunquam & hæc est vera solutio: sed postea impugnat quod dixerat. Ioan. de Fant.

Casvs. Iste §. respicit quod dictũ est s. c. quæro. in fi. c. & s. ca §. licet. vbi videtur ꝓbatũ, ꝙ infames cõtra hæreticos & simoniacos admittuntur. Et dicit Grat. ꝙ de illis loquuntur, quos constat esse hæreticos per præsumptionem & in quibus criminosi & infames cõtra eos admittuntur. hic autẽ epis de quo in themate agit, in cuius religiosus apparet: & ideo infames ab eius accusatione repelluntur.

Vervm. Grat. sũ. illi ca. quæro. & illi §. sed licet. in quibus proba-

probauerat infames admittendos contra hæreticos: & ita contra simoniacum: & eius solutio durat vsque ad §. hæc licet ratione. & ibi incipit suam solutionem impugnare.

a ¶ *Constat.*] si constat, ergo non est necessarius accusator. expone ergo constat, idest, tale est crimen, quod constat esse hæresim. Vel dic quòd constat per famam: quia sunt malæ famæ.

b ¶ *Apparens.*] Hæc solutio est canonica: quia concordat cum Greg. 2. q. 1. In primis. & impugnatio quam punit in sequenti §. allegando ponitur.

posteà natos, non ad iam natos. sed littera eis contradicit.

h ¶ *Metuuntur.*] iuxta illud: *Sæpe solet similis filius esse patri. Et sequitur leniter filia matris iter.* 56. dist. si gens. vnde qui emit mancipia de genere eorum quærit, vt ff. de ædil. edict. quòd si nolit. §. qui mancipia.

ligendum est, quos constat [a] *esse hæreticos, non de his, qui se negant in hæresim lapsos. Hic autem in omnibus religiosus apparens* [b]*, dum se negat hæretica communionis aliquando macula infectum; infames, atque alios huiusmodi à sua accusatione ipse repellit.* ¶ *Hæc licet ratione niti videantur, exemplo tamen læsæ maiestatis vana intelliguntur, ad cuius accusationem dum socius initæ factionis admittitur; non quæritur, an cogitare contra animam principis sit maiestatem lædere; sed an aliquis de nece eius tractauerit* [c]*.*

Vnde Impp. Arcadius, & Honorius in nono libro Codicis, tit. ad legem Iul. maiestatis, le. 5. scripsisse leguntur.

C. XXII.

SI quis † cum militibus vel priuatis [d], vel barbaris etiam scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consilijs, & consistorio nostro intersunt, senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremo, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim seueritate voluntatem [e] sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt;) ipse quidem, vtpote, maiestatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco [f] nostro addictis. Filij vero [g] eius, quibus vitam imperiali specialiter lenitate concedimus (paterno enim debent perire supplicio, in quibus paterni, hoc est hereditarij criminis exempla metuuntur † [h]) a materna, vel auita, omnium etiam proximorum hereditate, ac successione habeantur alieni; testamentis extraneorum nihil capiant; sint perpetuo egentes, & pauperes; infamia eos paterna semper comitetur; ad nullos umquã honores, nulla sacramenta perueniant; sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & uita [i] supplicium. Denique iubemus etiam eos notabiles esse sine uenia, qui pro talibus umquam apud nos interuenire [k] tentauerint. *& infra.* ¶ Sane, si quis ex his in exordio initæ factionis, studio ueræ laudis accensus, initam prodiderit factionem; præmio & honore a nobis donabitur. Ipse uero, qui usus fuerit factione, si uel † sero, tamen incognita adhuc consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum, ac uenia dignus habebitur.

† *Quisquis*] ori. & est initium legis.

† *al. metuentur*

† *al. si vero*

¶ *Hoc, & sequens caput in vetustis exemplaribus sunt coniuncta antecedenti: quare nec rubricas habent.*

Porro [l] *simoniæ accusatio ad instar publici criminis læsæ maiestatis procedere debet; sicut Leo Imperator in primo libro Codicis decreuisse legitur, titulo de episcopis & clericis, le. si quemquam. Quod de accusatione, non de pœna* [m] *intelligi oportet.* Tit. 3. l. 29

Vnde Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA. libro nono Codicis, titulo ad l. Iuliam maiestatis, l. nullus. Tit. 8. l. 4.

HAEC LICET. Casvs. Obijcit modo Gra. cõtra supradicta: & dicit quòd licet videantur quæ dicuntur in §. ratione niti; tamen exẽplo criminis læsæ maiestatis falsa intelliguntur; in quo non quæritur, an cogitare contra animam principis sit maiestatem lædere: sed an de eius nece tractauerit. eadẽ ratione nõ debet quæri, an simonia sit hæresis, sed an commiserit simoniam iste episcop⁹. & ad hoc inducit legẽ sequentẽ.

c ¶ *Tractauerit.*] Sic supple in simonia non est quærendum, an simonia sit hæresis. iste enim episcopus negauit simoniam esse hæresim, & male, vt 1. q. 7. patet. & sic concludit in si.

SI quis] Casvs. Statuerunt Imperatores Honorius & Arcadius, quòd si quis contra principem fecerit coniurationẽ, vel dederit vel susceperit sacramentum de morte, nõ solũ Imperatoris, sed etiã virorũ illustriũ & senatorum, vel de morte cuiuslibet militis, qui militat Imperatori, cogitauerit, sacramenta dando vel recipiendo, vel etiam aliud faciendo, gladio feriatur, omnibus suis bonis cõfiscatis. filij vero eius (quibus vita misericorditer reseruatur) sint remoti à consanguineorum, & etiam extraneorum successione: sint etiam perpetuo infames, & illi qui pro his intercedunt: nec vllos habeant honores, nec ad sacramenta perueniant militaria. Et si quis de coniuratoribus in initio produxerit factionem, præmium habeat & honorem: si vero sero, veniam habeat.

d ¶ *Priuatis.*] Not. milites non dici priuatos, vt 23. quæst. 1. qui contra.

e ¶ *Voluntatem.*] Not. quòd punitur hic sola voluntas, vt 19. dis. nulli. 32. dist. omnes. quia in maleficijs voluntas spectatur, non exitus. ff. ad le. Cor. de sic. diuus. Arg. contra. 32. dist. erubescant. de pæ. dis. 1. cogitationes. 32. q. 5. Christiana. Solu. regulariter voluntas non punitur nisi ad aliquem actum procedat.

f ¶ *Fisco.*] idem est in crimine hæresis, vt extra de hære. vergentis. alias bona damnatorum regulariter reseruantur filijs, vt C. de bon. damna. authen. bona.

g ¶ *Filij vero.*] in potestate constitui. si enim eos postea emancipasset, non valet, vt C. eo. l. perpenditur. argu. ff. de bo. damna. l. vlt. §. ex libertis. filij itaque emancipati non patiuntur hanc pœnam. Dicunt tamen quidam, quòd hæc pœna spectat ad filios

i ¶ *Et vita.*] supra 74. dist. quorumdam.

k ¶ *Interuenire.*] Sic supra 50. distinctio. miror. Et nota, quòd quandoque prohibetur supplicari pro aliquo. de pæ. dist. 1. prædixerat. & extra de hære. ad abolendam. & C. de transact. si quis maior.

PORRO. Casvs. Supra in §. *hæc licet.* posuit propositionem. in hoc §. ponit assumptionem sui argumenti, sic: Supra dictum est de accusatione criminis læsæ maiestatis. sed accusatio simoniæ procedit ad instar criminis læsæ maiestatis, quod de accusatione tantum, scilicet vt quilibet possit accusare, & non de pœna est intelligendum: & quòd crimen læsæ maiestatis differat in pœna à simonia, probat per legem sequentem.

l ¶ *Porro.*] Hic ponit assumptionem argumenti sui. præmiserat enim primo propositionem.

m ¶ *Pœna.*] In crimine enim simoniæ conuictus deponitur, vt 15. quæst. 3. sane. sed hic capite punitur. Qualiter illi puniuntur, nota 1. q. 3. sane. & cap. nemini. Sed numquid ordinatus simoniace potest ordinatorem suum conuenire de hoc: cum accusatores consequantur præmium, non credo, licet dicatur hic quòd omnes accusatores admittantur.

2. q. 1. de manifesta. extra de accu. euidẽtia. Ar.

Voluntas sola non punitur. Vbi plene de hoc: & 15. q. 7. in summa. ibi dicitũ, & videas: & idẽ est in intellectore clerici. extra de pœn. in quibusdam. Ar.

Simoniace ordinatus ordinatorẽ suũ cõuenire nequit.

Et hũ. ar. 3. q. 5. c. vl. secũdũ tu de F. In his ergo que sunt expressa, similis est accusatio: scilicet vt accusatores admittant: & solennitates seruẽtur. secundũ Ber. sũd.

M ullus.

NVllus.] Casus. Iudex in causa criminali volebat militem, vel nobilem aliquem, vel in dignitate constitutum verberib' subijcere. Quæsitū fuit ab Imperatore, an posset se tueri ratione militiæ vel generis vel dignitatis. Et rñdet q sic, non tñ in crimine læsæ maiestatis, in quo omnibus æqua est conditio.

Episcopus.] Casus. Dicit hic, [illegible] episcopus imposuerit crimen aliquod alicui clerico vel [illegible] probare debet illud in synodo, & conuentu clericorum. Et [illegible] dicitur de laico, intelligas de crimine ecclesiastico, vt est crimen vsurarū, hæreseos, simoniæ, adulterij, scilicet quo ad thori separationem, & omne crimen quod ad denuntiationem ad pœnitentiam.

C. XXIII.

NVllus omnino, cui inconsultis, ac nescientibus nobis fidicularum [a] tormenta inferuntur, militiæ [b] vel generis [c] aut dignitatis [d] vti defensione prohibeatur; excepta [e] tantum maiestatis causa, in qua sola omnibus æqua conditio est.

Sed cum omnes illi assumantur in hac accusatione simoniæ, qui possunt accusare de crimine maiestatis; constat, quòd sicut ibi non dubitatur de crimine maiestatis, sed an reus commiserit illud; sic & hic non negatur hæresis; sed impetitur accusatus, an commiserit hæresim.

QVÆSTIO SECVNDA.

QVòd autē [f] quæritur, si episcopus in accusatorē accusationē vertere voluerit, an suæ simplici assertioni fides sit adhibēda; facile soluitur, si sanctorū Patrum auctoritas diligenter inspiciatur. Vt enim sancti Patres definiunt, nullius persona quantumlibet exercitata confessioni fides est adhibenda, nisi competentes probationes adhibeat.

1.q.6.c.vlt.

Vnde in Carthag. concilio 4. c. 29. legitur.

¶ Episcopus alicui crimen objiciens in synodo probet, quod objicit. C. I.

EPiscopus, si clerico, vel laico [g] crimen impegerit, deducatur ad probationem in synodum [h].

Sed objicitur. Si se solum alieni sceleris conscium nouerit, probare illud testibus non valet. Quid ergo tunc sibi faciendum sit, ex concilio Vasensi primo, c. 8. sic diffinitur.

¶ Episcopus non proferat, quod probare non potest. C. II.

Iuo p.5.c. 364. SI tantum [i] episcopus alieni sceleris se conscium nouit, quamdiu probare non potest, nihil proferat [k]; sed cum ipso ad compunctionem eius secretis correptionibus elaboret. Quòd si forte correptus pertinacior fuerit, & se communioni publicæ ingesserit, etiam si episcopus in redarguendo illo, quem reū iudicat, probatione deficiat, indemnatus [l] (licet ab ijs [m], qui nihil sciunt, secedere ad tēpus [n] pro personæ maioris auctoritate iubeatur [o]:) ille tamē, quādiu nihil pro-

g ¶ Laico.] sed huic c. est ꝯ 11. q. 1. experientiæ & c. si quis cū clerico. Sed quod hic dr, intelligas de ecclesiasticis criminibus. Potest tñ clericus iudicare de omni crimine quantū ad iniungendam pœnitentiam. ß. ea. q. 1. illi q. & 22. q. 1. prædicandū. & extra de iud. nouit. [a] Vel loquitur ſm tempora Apostolorū, quando omnes causæ deferebantur ad ecclesiam, vt 11. q. 1. relatum.

Clericus an de omni crimine possit iudicare.

[a] Et optime extra vt eccl. bene. c. 1. ver. & ideo & nota extra de of. or. c. 2. licet aliter videat notari p Bar. & In. extra de pur. ga. can. nos inter.

h ¶ Synodum.] id est conuētum clericorum, qui cōcilium appellatur 12. q. 2. placuit. & c. ēpe 2. q. sine eorū præsentia non debet causas audire. 15. q. 7. episcopus nullus. & hoc intelligo de criminali negotio, sed in ciuili cā eliguntur arbitri, vt 11. q. 1. si clericus.

SED OBICITVR. Casus. Dictum est ß. in §. quod autem. q soli episcopo non est fides adhibenda. Nunc vero objicit, id est, incidenter quærit, quid sit faciendum cum episcopus sciat alicuius delictum, sed testibus probare non potest. & de hoc respondet per seq. cap.

SI tantum.] Casus. Quidam episcopus solus nouit crimen sui parochiani, vel quia solus vidit eum peccantem, vel quia peccator sibi dixit: nolebat corrigi, & ēps eum volebat remouere a communione aliorum; quæsitum fuit in concilio Vasensi quid iuris sit. respondet q episcopus debet eum secreto monere, vt resipiscat: sed non debet publicare crimen eius, cum probare non possit. Si autem ille factus pertinacior se ingerat publicæ communioni, quamdiu ēps probare non potest, indemnis erit quò ad ēpum, sed stabit in communione omnium, nisi in communione episcopi, supple priuata, vel si voluerit episcopus, tamen non vitabit eum in publico, sed in secreto. Quidam tamen vt Bene. intelligunt hoc c. de excommunicato, quem episcopus non potest probare fuisse excommunicatum: & ideoque publice communicabit ei, secreto autem vitabit illum.

a ¶ Fidicularum.] id est, chordarū, quæ ligantur circa frontem hominis, & stringit caput per eas, & est fides idem quod chorda, vt ibi, *Me fide sperspicuus Troia minister amauit.*

b ¶ Militiæ.] C. de quæstio. milites.

c ¶ Vel generis.] C. de pœ. l. decurionū.

d ¶ Aut dignitatis.] C. de quæstio. decuriones.

e ¶ Excepta.] vbi nullus potest se excusare aliquo priuilegio, tenet lex. 2. q. 2. quicumque.

SED CVM. Casus. Hic concludit Gratianus ex supradictis hoc modo. Cum simonia & crimen læsæ maiestatis paria sint in accusatione, ergo sicut in crīe læsæ maiestatis non dubitat, an sit crimē læsæ maiestatis, sed an commiserit illud: sic in crimine simoniæ non dubitat simoniam esse hæresim, sed an commiserit simoniam, licet neget hæresim esse. Sed nota, q Gratia. bñ soluit in illo §. verum. & illa solutio concordat cū Grego. 2. q. 1. in primis. & q. 7. accusatio. & q postea dñr in sequentib' §. sunt allegationes. hoc dicit In. & etiam Bene. H. tñ & Cardinalis non excusant eū, sed dicunt eum male dixisse, nisi in illo §. verum. Posset et ā dici, q ēps iste de quo agit in principio thematis, infamatus erat, licet religiosus appareret. tñ non prodest ei si negat simoniam esse hæresim, sed an commiserit. nā infames bñ admittuntur ꝯ ipsum, & ita secundum hoc bñ dixit Grat. per totum §. nisi in §. illo, verum. vbi loquitur allegando secundum hunc intellectum.

QVod autem.] Casus. Hic ponitur secūda q. qua quæritur, si ēps accusatus vertat accusationem suā in accusatorē, an sit suæ simplici assertioni credendū, scilicet sine testibus. Et rñdetur q non, vt ī ca. e. c. 1. 2. & 3.

f ¶ Quod autem.] numquam soli episcopo creditur. 4. q. 3. iurisiurandi. nec tenet lex. 11. q. 1. quicumque.

i ¶ Si tantum.] Hæc duo cap. intelligit H. de occulto peccatore, & dicit, q si scio aliquem esse in mortali peccato, licet sit occultum, debeo ipsum vitare occulte, sed non publice: nec possum eum de hoc accusare cum non habeam testes: sed illud est periuriū, vt omnē quem sciam peccatorem debeam euitare, & est illud ꝯ 2. q. 1. multi. Sed tu ponas casum hic. s. ēps aliquis solus scit aliquem in crimine incidisse [a], debet eum corrigere priuate: & si incorrigibilis sit, priuate vitabit eum, non publice, ne sit proditor criminis, vt extra de senten. excommu. cum non ab homine. in princip.

Criminosus occultus, an debeat vitari à scientib' ipsum esse talem.

[a] Hic fuit casus Ben. q cō probat p decreta, de sen. excō. cū non ab homine. sed G intellexit hoc c. si tatam de excōicato nō à iula, vt 11. q. 3. §. cui deter in si. Archid.

k ¶ Inferat.] accusando publice.

l ¶ Indemnatus.] hic ordina literam, ille tamen indemnatus, id est, non damnatus, in communione omnium permanebit.

m ¶ Ijs.] id est, quantum ad eos qui nihil sciunt de excōicatione illius, vel de crimine eius, vt extra de sen. excom. cum illorum.

n ¶ Ad tempus.] id est, dum est in peccato.

o ¶ Iubeatur.] iubere enim potest prælatus aliquē, vt abstineat à sua priuata communione, vel etiam a cōmunione sacramentorū:

quia in secreto potest [illegible] talia hominibus peccantibus. 93. dist. habuisse. tñ per [illegible] non potest aliquis aliquẽ secreto separare a participatio[ne sacra]mentorũ, vel etiam suspendere. potest etiam quis cum sciat aliquem criminosum, suo prælato dicere vt ipsum corrigat, vt 22. q. 5. hoc videtur. Vel expone, subeatur. ad

comedere. Hanc auctoritatẽ exponit Greg. dicens, q in alienã messem, id est, in alienũ iudicium non debes manũ extendere, sed prædicatione & bonis operibus debes homines à vitijs separare.

e ¶ *Mittere.*] nec ordinare, nec aliqua sacraméta dare potest in alterius episcopatu. 9. q. 2. cap. 1. & 2. secus de proconsulibus, qui insignia

bari potest, in communione omnium, præterquam eius, qui eum reum iudicat, permanebit.

a ¶ Indemnatus.] *In originali legitur,* indemnatus licet, ab his, qui nihil sciunt, secedere ad tempus pro persona maioris auctoritatis iubeatur, illo, quamdiu probari nihil potest, in communione omnium, præterquam eius, qui eum reum iudicat, permanente.

Item ex concilio Africano, c. 99. & 100. — & Carth. 7. c. 5.

¶ De episcopo, qui sibi soli dicit aliquem crimen suum fuisse confessum. C. III.

Placuit, vt si quando episcopus dicit aliquem sibi soli [a] proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget †; non putet ad iniuriam suam episcopus pertinere, quod illi soli non creditur. Et si scrupulo propriæ conscientiæ se dicit neganti nolle communicare [a], quamdiu excommunicato [b] non communicauerit suus episcopus, eidem episcopo ab alijs non communicetur episcopis; vt magis caueat [c] episcopus, ne dicat in quemquam, quod alijs documentis conuincere non potest.

Bur. l. 19. c. 127. Iuo p. 5. c. 363. † *neget, & pœnitere noluerit, non putet, &c. Africanum.*

β ¶ Communicare.] *Sic in Carthaginensi septimo, c. 5. cui ad verbum respondet hoc caput. In Africano autem, hic sequitur,* secrete tamen † interdicat ei communionem, donec obtemperet, *quemadmodum & apud Burchardum. Sequentia autem verba,* Quamdiu, &c. *sunt initium capitis centesimi.*

† *abest ab aliquot exemplaribus.*

QVÆSTIO III.

Iudicium [d] *vero archiepiscopi alterius prouinciæ alicui expetere non licet.*

Vnde Gregorius ait respons. ix. ad Augustinum Anglorum episcopum.

¶ Alterius parochianum alicui iudicare non licet. C. I.

Scriptum est in lege [Per alienam messem transiens, falcem mittere [e] non debet, sed manu spicas conterere, & manducare.] Falcem ergo iudicij mittere non potes in eam segetem, quæ alteri videtur esse commissa: sed per effectum † boni operis frumenta Dominica vitiorum suorum paleis expolia, & in ecclesiæ corpus monendo [f], & persuadendo, quasi mandendo, conuerte.

Deuter. 23.

† *affectum*] orig.

Item Pelagius Papa secundus, epist. 1. omnibus episcopis.

¶ Quot ciuitates vnaquæque prouincia habeat. C. II.

Scitote certam prouinciam esse, quæ habet decem, aut vndecim ciuitates, & vnum regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum metropolitanũ †, aliosque suffraganeos † x. vel xj. episcopos [g] iudices: ad quorum iudicium omnes causæ episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac ciuitatum referantur, vt ab his omnibus iuste, consona voce discernantur †, nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab ijs, qui iudicandi sunt, appellatum. Vnde non oportet vt degradetur, vel dehonoretur vnaquæque prouincia: sed apud semetipsam

Polyc. l. 5. tit. 2. Ans. l. 6. c. 107. Pann. l. 4. c. 24. † *episcopum*] orig. † *suffraganeos*] orig. † *al. decernantur*

est, moreatur. sic 31. q. 1. hac ratione. sm̃ præmissa patet, q non obstat ⁊. de consecra. dist. 2. nõ prohibeat. 93. dist. si inimicus. 7. q. 1. scire. & 11. q. 3. quibus epi. vbi dicitur, quibus epi non cõicant, nec nos communicare debemus, q illa c. de publice excõcatis intelliguntur:

Item in eadem epistola inferius.

¶ Non est episcopus, qui in locum viuentis irrepserit. C. VI.

Ansl.6.c.59. NOuatianus[β] episcopus non est, qui Cornelio episcopo in ecclesia à sedecim coepiscopis facto, adulter, atque extraneus episcopus fieri à desertoribus per ambitum nititur: & cum sit a Christo vna ecclesia per totū mundum in multa membra diuisa[e], itē episcopatus vnus, episcoporum multorū concordi numerositate diffusus; ille post Dei traditionem post connexā, & vbique coniunctā catholicæ ecclesiæ vnitatē, humanam[f] conatur ecclesia facere, & per plurimas ciuitates nouos Apostolos suos mittit, vt quædā recentia institutionis suę fundamēta constituat: cumque iampridē per omnes prouincias, & per vrbes singulas ordinati sint episcopi in ætate antiqui, in fide integri, in pressura probati, in persecutione proscripti; ille super eos creare alios pseudoepiscopos audet: quasi possit, aut totum orbem noui conatus obstinatione peragrare, aut ecclesiastici corporis compaginem[γ] discordiæ suæ seminatione rescindere; nesciens schismaticos semper inter initia[g] feruere; incrementa vero habere non posse: nec augere, quod illicite cœperint, sed statim cum praua sua æmulatione deficere. & infra. ¶ Qui ergo nec vnitatem spiritus, nec coniunctionem pacis obseruat, & se ab ecclesiæ vinculo, atque a sacerdotum collegio separat; episcopi nec potestatem potest habere, nec honorem; qui episcopatus nec vnitatem voluit tenere, nec pacem.

† conatur] orig.

β ¶ Nouatianus.] Recte optatum est a collectoribus hoc initium, ne superiora etiam afferenda essent. Nam apud Cyprianum sic legitur post multa: nisi si episcopus tibi videtur, qui episcopo in ecclesia, &c.
γ ¶ Corporis compaginem.] Sic emendatum est ex aliquot vetustis, & Anselmo, & ipso originali: antea autem legebatur, ordinis compagem.

Idem ad Florentium Puppianum, eodem l.4.epist.9.

¶ Non est in ecclesia, qui cum episcopo pacem non habet. C. VII.

Iuo p.5.c.360. SCire debes episcopum in ecclesia[h] esse, & ecclesiam in episcopo; & si qui cum episcopo non sit, in ecclesia non esse: & frustra sibi blandiri eos, qui pacem cum sacerdotibus Dei non habentes obrepunt, & latentes apud quosdam communicare se credunt; quando ecclesia†, quæ catholica vna est, scissa non sit, neque diuisa.

† al. ecclesia catholica quæ vna

Idem ad Iubaianum.

¶ Suo iure quis cedere non debet. C. VIII.

QVàm[i] periculosum sit in diuinis[k] rebus, vt quis cedat iure suo, & potestate; scriptura sancta declarat, cum in Genesi Esau primatus[l] suos inde perdiderit; nec recipere id postmodum potuerit, quod semel cessit.

Gen.25.

Idem lib.1.epist.6.ad Magnum.

¶ Perditionem sibi acquirunt, qui ab episcopis recedentes vnitatem ecclesiæ scindunt. C. IX.

DEnique quàm sit inseparabile vnitatis sacramentum, & quàm si-

h ¶ In ecclesia.] 6.q.2. si inn. cōtra. sed ibi solutum est. hic dicitur ecclesia eps: alibi est idē quod ecclesiastici viri, vt ī.63.dis.c.1. alibi ponit pro maiori parte, vt ī.51.dist. Apostolica. quāque pro cōgregatione fidelium. ī. de conse. di.1.ecclesia. Et dic per exēpla varias significationes, vt extra de testa. relatū. & extra de verb.sign.cum clerici. extra de vsu pal.c.1.

Ecclesia multipliciter dicitur.

QVam periculosū.] Casvs. Cornelius Papa volebat renunciare papatui propter tribulationes, quas à Nouatiano sustinebat: sed Cyprianus dehortatur eū, & dicit hoc nō esse ei faciēdū: quia sibi esset periculosum, si in tanta tribulatione ecclesiā dimitteret: & præterea si modo renuntiaret, de cetero repetere non posset. Et hoc probat exēplo Esau, qui ius primogenituræ cui renunciauit, repetere non potuit.

i ¶ Quàm periculosū.] Arg. quod qui iuri suo renuntiat, illud repetere non potest. ī. ca. eos. 23.q.4.si.iuc. ff.de iuc. edi.l. 1 § qui semel. & C.de pac. postquā. ī.e. hoc nequaquā. & ff.de ædil.edi quæritur.§. si vēditor. vbi dr, quod renūtiētibus actiones suas nō est datus regressus ad eas. 9.2.dist. si quis eps. 18.q.vlt.audiū. & nota ut 6.q.3.denique.

Iuri suo renūtiās, illud repetere nō potest.

k ¶ In diuinis.] tempore periculi, vt ī. ca. suggestum.

Ius primogenituræ an sit spirituale.

l ¶ Primatus.] ius ergo primogenituræ (vt dicunt) est dignitas talis. quia primogeniti præ alijs in festis sacrificia offerebant, & quod sedebant ad dexterā patris, & quod cibos duplicatos recipiebāt. Et dicit Vgo. dulphus Esau commisisse simoniā: quia illud ius spirituale fuerat quod vendidit. sed est contra eum 1.q.1.qui studet. vbi dicit quod Giezi fuit primus qui commisit simoniam. Sed numquid peccauit Iacob emendo? Non: quia gratis hoc fuisset daturus: vel quia redemit id quod sibi diuinitus erat debitum. extra de diuor. gaudemus.

s Dicit Hu. hoc esse falsum, quod nullū spirituale vendidit: sed quia in tali venditiōe peccauerit: vt ex eo quod le. & no. de pæ. dis. 3 Iudas. Dicit L. quod in eo solo peccauit quia vile cibū cæstat. 41.di. quisquis, & idē Hug.

sibus. extra de schismaticis. c. 1. ibi videas.
d ¶ Sed nullus.] Arg. quod nullus est qui malus est. sim. extra de trāsla. inter corporalia. sic 2. q. 7. non omnes. & 19. dist. secundum. Arg. contra. 1. q. 1. quod quidam.
e ¶ Nouatianus.] ¶ Diuisa.] 24.q.1. loquitur.
f ¶ Humanam.] idest, non spiritualem.
g ¶ Initia.] Arg. contra nouitios magistros, qui primo feruent, &

D Enique.] Casvs. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte ostēdit Cyprianus schismaticos graui pœna esse

esse puniendos. Et hoc probat tribus exemplis. s. exemplo decē tribuum, quas Dñs captiuauit, & retrusit vltra mōtes Caspios: quia segregato Roboā filio Salomonis, fecerunt sibi regem Hieroboā filiū Nabath. & exemplo Abdo prophetæ, qui necatus est a leone: quia comedit panē & bibit aquā in terra decē tribuum contra Dñi prohibitionē. Et exemplo Samaritanorū, quos Dñs voluit dimitti & præteriri quia ibi erāt schismatici. In secunda parte dicitur, q̄ nō prodest Nouatianis adorare vnū & eūdem Deū, quē Cornelius adorat: quia Core & Dathā & Abyrō adorabāt eūdē Deū cum Moyse & Aaron, tñ sunt percussi propter schisma, qđ fecerūt, & thuribula eorū cōflata in signū perpetuū affixa sunt altaribus. Secūda pars icipit ibi, *Quod vero*.

a ¶ *Rege suo.*] i. filio Salomonis. Et est hic arg. q̄ filii regū de iure debent esse reges arg. cōtra 8 q. 1. Moyses. & 93. dist. legimus.

Regū filij debent esse reges.

b ¶ *Quòd ijdem qui.*] arg. q̄ idē est populus qui fuit ante mille annos i. hic 16 dist. habeo. & ff de iud. proponebat. Sed cōtra illi fuerunt ante tēpus Christi vltra Caspios montes translati. Sed dic, q̄ adhuc multi sequebantur eos in vitiis suis: vnde illi iidem dicebantur esse cū eis. 3. q. 1. cito.

¶ Ad huius d. cā declaratione videas, quæstione B. § incipit Bonon. iurauerūt, &c & est cōdominica his & J. ea. similiter in gl. a. & qđ leg & not. 3 a. q. 4. sequitur. ver. quæ alii pepe rit. Arch.

c ¶ *Adæquari.*] 24. q. 1. nō afferamus. cōtra. vbi dicit schisma esse grauius peccatum, sed expōne, grauius, i. periculosius. 3 a. q. 4 nemo.

d ¶ *Memoriale.*] hæc quæ generāt materiam mali, iubentur publice exponi, vt aliis terror incutiatur, vt hic, & 19. q. 3 mandamus. q̄nq; iubentur destrui, ne resticent facti memoriam. 15. q. 1 mulier. lo.

e ¶ *Schisma*] ita magnum vt illi Nouatiani nouā fecerunt ecclesiā.

NOn furem.] Causa. Verno dux Britanniæ propter munera defendebat Gillandū, qui sedē Nanneticā vsurpauerat viuente prælato: vnde Leo monet ipsum ducem ne de cetero Gillādū defendat.

f ¶ *Non furem*] id est, nō inuasorem: furtum enim non committitur in re immobili, vt insti. de vsuc. §. qđ aūt s.

ne spe sint, & perditionem sibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui schisma faciunt, & relicto episcopo aliū sibi foris pseudoepiscopum constituunt, declarat in libris regnorum scriptura diuina, vbi à tribu Iuda, & Beniamin decem tribus scissæ sunt, & relicto rege suo [a] † alterum sibi foris constituerunt. [Et indignatus est, inquit, Dominus in omne semen Israel, & dimouit eos, & dedit eos in direptionē, donec abiiceret eos à facie sua; quia dissipatus est Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi regem Hieroboam filium Nabat.] Indignatum esse Dominum dicit, & eos in perditionem dedisse, quòd ab vnitate dissipati essent, atque alterum sibi regem constituissent. Et tanta indignatio Domini extitit aduersus illos, qui schisma fecerant, vt etiā cum homo Dei ad Hieroboam missus esset, qui ei peccata sua exprobraret, atque vltionem futuram prædiceret, panem quoque apud illos edere, & aquam bibere vetaretur. Quod cum non custodisset; & contra præceptum Dei prandisset; statim diuinæ censuræ maiestate percussus est, vt inde regrediens impetu, ac morsu leonis in itinere necaretur. *& paucis interiectis.* ¶ Satiat [a] adhuc in Euangelio suo Dominus, & maiorem intelligentiæ lucem manifestat, quòd ijdem, qui [b] se tunc à tribu Iuda, & Beniamin sciderant, & Hierosolymis derelictis Samariam secesserant, inter profanos, & gentiles computarentur. Nam, cum primum discipulos suos in ministerium salutis mitteret, mandauit, & dixit [In viam nationum ne ieritis, & in ciuitatem Samaritanorum ne introieritis.] Ad Iudæos prius mittens, gentiles adhuc præteriri iubet. Addēdo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant schismatici, ostendit schismaticos gentilibus adæquari [c]. *& post pauca.* ¶ Quòd vero eūdem, quē & nos Deum patrem, eumdem filiū Christum, eumdem spiritum sanctum nosse dicuntur, nec hoc adiuuare tales potest. Nam & Core, & Dathan, & Abyron cum sacerdote Aaron, & Moyse eumdem Deum nouerant: pari lege, & religione viuentes vnum, & verum Deum, qui colendus, atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci sui ministerium transgressi contra Aaron sacerdotem, qui sacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione perceperat, sacrificandi sibi licentiam vendicauerunt, diuinitus percussi pœnas statim pro illicitis conatibus rependerunt: nec potuerunt rata esse, & proficere sacrificia irreligiose, & illicite contra ius diuinæ dispositionis oblata. Thuribula quoque ipsa, in quibus incensum illicite fuerat oblatum, ne in vsu de cetero essent sacerdotibus, sed potius indignationis, & vltionis diuinæ memoriam corrigendis posteris exhiberent; iussu Domini conflata, atque igne purgata in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, secundum quòd loquitur scriptura diuina [Memoriale [d], inquit, filijs Israel, vt non accedat quisquā alienigena, qui non est ex semine Aaron, imponere incensum ante Dominum, vt non sit, sicut Core.] Et tamen illi schisma [e] non fecerāt, nec foras egressi contra Dei sacerdotes impudenter, atque hostiliter rebellauerant. Quod nunc hi ecclesiam scindentes, & contra pacem, atque vnitatem Christi rebelles, cathedrā sibi cōstituere, & primatum assumere, & baptizandi, atq; offerendi licentiam vendicare conantur.

3. Reg. 12.

† abest ab orig.

4. Reg. 17.

3. Reg. 13.

Matt. 10.

J. 24. q. 1. c. didicimus. §. quod vero.

Num. 16.

Ibidem.

a ¶ Satiat adhuc.] *Antea legebatur*, Sed adhuc. *Emendatum est ex vetustis codicibus Cypriani, quos Romana editio hoc loco secuta est. Hoc verbo vtitur etiam in libro de opere. & eleemosynis sic scribens*, deprecationes solas parum valere, nisi factorum, & operum accessione satientur. *Ita enim habent vetusti codices, & ceteræ editiones præter Romanam, in qua operarum culpa, eius verbi loco, positum est* adiuuentur.

Item Leo quartus Vernoni Duci Britanniæ.

¶ Non est defendendus, qui viuentis locum inuadit. C. X.

NOn furem [f], nec latronem, qualem Gillandum † esse sentimus in Nannetica sede, qui viuentis (quod non licuit) locū non timuit vsurpare, pro cuiuscumque muneris donis vltra debes defensare.

† al. Gislardum

Item Euaristus Papa, epist. 2. omnibus episcopis.

¶ Non licet episcopo ecclesiam suam dimittere. C. XI.

SIcut vir non debet adulterare [g] uxorem suam; ita nec episco-

Poly. l. 1. tit. 8. Burch. l. 1. c. 76. Ans. l. 6. c. 102. Iuo p. 5. c. 182.

a Q. d. legi. & not. extra de elec. dudum.

Sicut.] Casus. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte notatur similitudo inter matrimonium spirituale, & carnale: quia sicut vir nō debet vxorem suam dimittere, ita nec episcopus ecclesiam suam absque ineuitabili necessitate, vel Apostolica mutatione. & sicut vxori non licet dimittere virum, & adhærere alii, licet fuerit fornicatus; sed aut ei reconciliari, aut innupta remanere: sic ecclesia suum non debet dimittere episcopum; & si dimiserit, aut sibi reconcilietur, aut innupta permaneat. In secunda parte dicitur, quòd episcopus debet docere & amare ecclesiam suam, & econuerso ecclesia episcopum suum. Secunda pars incipit ibi, *Episcopum vero.*

g ¶ *Adulterare.*] id est, dimittere vt adulteretur cum alia.

a ¶ Adul-

a ¶ *Adulteret.*] idest, dimittat fornicantem.
b ¶ *Fornicatus.*] Vxor potest dimittere virum ob fornicationem sicut vir vxorem: quia non ad imparia iudicantur. 32.q. 1. si quis vxorem. sed non potest eum dimittere, vt alij adhæreat. (Fornicatio separat côiuges.)
c ¶ *Adulterata.*] ergo ecclesia potest delinquere, & etiam vniuersitas. (Vniuersitas delinquere potest.)

e ¶ *Sed illud Gregorij*] s.ea.c.scripsit.
f ¶ *Si vero.*] Hoc habetur in originali vnde hoc extractum est.
g ¶ *Petierit.*] Ergo nulli infirmo dandus est coadiutor, nisi hoc petat. s.ea.qualiter.& cap.quamuis.& c. scripsit. Arg. contra extra de ec.ædifi.ad audientiam.

pus ecclesiam suam, idest vt illam dimittat, ad quam sacratus est, absq; ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum, vt alteri se, viuente eo, matrimonio societ, aut eum adulteret [a], licet fornicatus [b] sit vir eius, sed iuxta Apostolum, aut viro suo reconciliari debet, aut manere innupta; ita ecclesiæ non licet dimittere episcopum suum, aut ab eo se segregare, vt alterum, viuente eo, accipiat: sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat: idest alterum episcopum, suo viuente, non accipiat, ne fornicationis, aut adulterij crimen incurrat. Si vero adulterata [c] fuerit, idest, si se alteri episcopo iunxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, aut esse fecerit, vel desiderauerit; pet acerrimam pœnitentiam aut suo reconcilietur episcopo, aut innupta permaneat. *& paulo post.* ¶ Episcopum vero oportet opportune, & importune, atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere, & amare, vt a vitijs se abstineat, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare, & diligere vt legatum Dei [d], & præconem veritatis.

1. Cor. 7.

Burc.l.1.c.189. Iuo p.5.c.305.

Ecce his auctoritatibus patenter ostenditur, quòd episcopo viuente alius superordinari non potest, nec etiam pro eius ægritudine. Sed illud Gregorij [e] *intelligendum est, quando ille, qui ægrotat, alium sibi substitui non rogat. Ceterum, quando aliquis vel senectute, vel infirmitate grauatus susceptum officium administrare non valet, si alium sibi substitui petierit, rationabiliter fieri potest. Vnde in eodem capitulo sequitur [Si* [a] *vero* [f] *idem Ioannes fortaßè pro molestia sua petierit* [g]*, vt ab episcopi honore debeat vacare, eo petitionem scripto dante, concedendum est: aliter autem facere pro omnipotentis Dei timore omnimodo non audemus.] Hinc etiam beatus Augustinus episcopo suo nondum defuncto, sed senectute grauato cathedram episcopalem suscepit. Vnde in epistola Paulini vnica ad Romanianum legitur.*

s.ea.c.scripsit.

L.9.reg.epi.41.

a ¶ Si vero idem Ioannes.] *Hæc sunt in regesto B. Gregorij lib.9.epist. 41. & sequuntur post c. scripsit. s.eadem.*

¶ Augustinus non tam successit, quàm accessit. C. XII.

B.Aug.epist.34. & 110.

NOn autem tantum hoc scribimus gratulandum, quòd episcopatum Augustinus acceperit, sed quòd hanc Dei gratia curam meruerint Africanæ ecclesiæ, vt verba cælestia Augustini ore perciperent; qui ad maiorem Dominici muneris gratiam nouo more [h] prouectus, ita consecratus est, vt non succederet [i] in cathedra episcopo, sed accederet [k]. Nam incolumi Valerio Hipponensis ecclesiæ episcopo, coepiscopus Augustinus est.

Hoc idem probatur auctoritate beati Gregorij, qui Ariminensi episcopo dolore capitis laboranti, alterum subrogauit, ita scribens in 7.lib.regesti sui indi.2.epist.49 ad Marinianum episcopum Rauenna.

NOn autem.] CASVS. Paulinus significauit Romano, quod Valerio episcopo Hippon. ecclesiæ viuo & incolumi postulante, coepiscopus factus est ei Aug. de cuius promotione & electione non solum lætatus est, sed etiam lætatur quod Africana ecclesia talem meruit habere pastorem.

h ¶ *Nouo more.*] Sed contra. in nullius persona est innouandum, quod statutis generalibus continetur. 61.dist. miramur. Sed illud nô fit propter vtilitatem personæ, sed ecclesiæ.

ADDITIO. Dicit Lau. quod istud fuit speciale ad ecclesiã Hipp. quod dicit littera.

i ¶ *Vt non succederet.*] Sic ergo vterque insolidum est eps. s. 21.q.1. relatio. & vterque potest hominẽ per se soluere & ligare. ff. de adm. tu. si plures. ff. de exer. l. 1. §. si plures. & ff. de of. procon. l. 1. Sed numquid quem vnus ligat, potest alter absoluere? & videt quod nô: quia pares sunt. vnde videt quod sententia pro reo teneat. ff. de reg. iu. inter pares. Itẽ si simul ferãt côtrarias sniãs, cuius sententia tenebit? Videt quod mutuo se ĩpediãt. ff. de vsuf. quoties. & hęc forte vera sũt vbi simul administrãt [1]. sed hic forte Valerius cessit administratione Augustino: quia facilius expeditur administratio per vnũ quàm per plures. ff. de adm. tu. l. 3. §. vlt. vel dic quod licet vterque habeat dñium & iurisdictionẽ insolidum, tñ vnus sine altero non potest iudicare, ad instar plurium iudicum, vt 5.q.6. §. diffinitiua. versic. si plures. extra de offi. dele. quamuis. & c. causam. nisi aliter fuerit eis concessum à Papa: sicut quandoque fuit in duobus legatis Alemaniæ. sed tamen ex hoc posset oriri discordia, vt quẽ vnus condemnaret, alter absolueret. Itẽ numquid eodẽ modo possunt esse duo Apostolici. ar. quod non. s. ea. factus. & dominus tantum vnum constituit. 24.q.1. ita loquitur. & cap. quicumque. quidam contra quod dispensari non potest. 25.q.1. sunt quidam. præterea quia vna est ecclesia catholica, & vnũ caput, & tamen plures Imperatores fuisse legimus. 21. dist. nunc autem, sed hoc non est ita, quia offenderetur illa regula, Vnam sanctã catholicam, &c. 23. dist. qui episcopus. Item numquid Papa potest renuntiare? Vnque. nam Marcellus renuntiauit. 21. dist. nunc autem. & Clemens Papa: sed post Linum & Cletum iterum recepit cathedram. 8.q.1. si Petrus.

Episcopi duo quidoq; possunt esse.

[1] Alij dicũt, quòd tenet sententia pro reo. vt in l. §. di. Iter pares. nisi in casib. quod dic vt le. & no. extra de re iu. duobus. Arch.

Papæ duo non possunt esse.

k ¶ *Accederet.*] Videtur tamen quod Aug. in administratione fuit in noc [3]. 40. dist. ante omnia. in fi. quia vt dicetur, in casu necessitatis erit vnus episcopus vicarius alterius: ne sit ibi monstrũ habens duo capita. extra de offi. iud. ord. quoniam in plerisque.

[3] Hoc asserit ne diceba L. dicẽs quia ip si Augustino datus est loc à Valerio.

HOC IDEM. CASVS. s. in §. ecce. in c. non autem. dictũ est, quod

sitas. ar. ff. de orig. iur. l. 2. illud. & est côtra illud. ff. de dolo, si ex dolo. vbi dicitur, quod municeps nô potest facere dolũ: supple de facili. Sed nũquid pôt ecclesia vel ciuitas excôicari? dico quod nô, vt 24.q.3. si habes. Sed maiores de ecclesia [1] possunt excôicari, vt extra de si. veniens. & ff. de cô. & demon. municipibus. & 44. dist. cômessationes. Dico enim quod si ecclesia vel ciuitas posset excôicari, sequeretur absurditas. nã omnibus illis mortuis, & alijs substitutis est eadẽ ecclesia: ergo adhuc esset excôicata, si priores canonici nô perijssent absolutionem adhuc. de hoc notatur 12.q.2. episcopus qui a.

Excôicari nequit ecclesia vel ciuitas.

[1] Ad hoc facit quod leg. & no. s. ea. q. de nique. & habes de hoc plures concor. extra de iu. pa. quoniã quibusdã. & gl. 1. vec. itẽ quod si, &c. & de consec. dist. 1. de fabrica. Arch.

d ¶ *Vt legatum Dei.*] Episcopus dicitur legatus Dei: & tamen est iudex ordinarius. vnde patet, quòd legatus Papæ est iudex ordinarius, vt proconsul.

ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis. & bene soluit dicens, quod propter ægritudinem non debet alius episcopo substitui, nisi ipse infirmus singulariter hoc postularet: & tûc licite fieri potest, si hoc in scriptis postulauerit. Et hoc probatur per capitulũ s. c. scripsit, & ad hoc inducit exemplũ de Aug. qui postulante Valerio senectute grauato, factus est episcopus, vt in eo. cap. not. s. Sed in originali quod sequitur postea planum est.

est quòd vno episcopo postulante potest alius substitui. Nunc vero probat idem auctoritate Greg. qui Ariminens. episcopo rogante alium sibi substituit.

Q Vamuis.] C A S V S. Quidam episcopus tantam passionem capitis incurrit, quòd factus erat mētis alienatæ. Ne ergo grex illius ecclesiæ læderetur, scripsit Greg. Etherio episcopo, & dicit, quòd ex quo infirmitas est in causa, & non crimen: nō potest ibi alius episcopus superordinari, nisi eo sponte renuntiante: & mandat ei vt vadat illuc, & si habeat lucida interualla, moneat eum vt renuntiet, & si renunti auerit, alius loco eius substituatur; ita tamen, vt episcopo donec vixerit debiti sumptus ex eadem ecclesia ministrentur. Si vero ad sanam mentem non redierit, eligatur ibi alius: & committatur ei omnis cura ecclesiæ: sed non consecretur eo viuente: sed eo mortuo consecretur.

Q Valiter.] C A S V S. Ariminensis episcopus molestia capitis oppressus, Romam iuit, vt ibi liberaretur: quē cum G. ad preces Ariminensium hortaretur, vt si se melioratū sentiret, ad ecclesiā suā reuerteretur: ipse supplicauit vt quadriēnio expectaretur, & datę sunt ei induciæ quadriennij: sed elapso quadriennio cū non conualesceret, & Gre. ad preces clericorū & ciuiū ipso instātius hortaretur vt rediret, renuntians supplicauit Papæ, quatenus ibi aliū ordinaret. Scripsit ergo Gregorius visitatoribus illi' ecclesię totā seriē rei gestæ: & sic admonuit clerū & populum, vt dignum eligerent, & præcepit eis vt illum examinent quem omnes elegerint sicut etiam ipsi postulauerūt: & si inuenerint eum dignum, mittant eū Romā cum decreto electionis ad ordinem suscipiendū: & ibi incipit cōstitutio: Dudum vestra fraternitas cognouit qualiter Ariminensis ecclesia pastorali hactenus ac sacerdotali sit regimine destituta, impediēte molestia corporis. Sacerdotes, i. epi ordinati à nobis.

a. Quadriennio.] Quadriēnium enim datur, vt possit abesse causa curationis: sed annus datur et tantum ad expetendum si possit celebrare. §. 33. dist. communiter. vel etiā xxx. dies, vt 7. q. 2. c. vlt. potius debuisset iste episcopus fugisse Romam pro sanitate recuperanda sicut communis filius, vt 23. dist. communis. & est hic arg. quòd Romæ est sanum morari. Ioan.

b. Data.] Ergo in scriptis facienda est renuntiatio: alias non tenet. 7. q. 1. §. ecce. Io. quod falsum est, cum etiā solo facto potest aliquis renuntiare, vt extra de ap. solicitudinem. & extra de ijs quæ fi. à ma. par. cap. ex ore. & etiam solis verbis, vt C. de pac. postquam. B.

c. Compulsi.] Absolute ponitur ille nominatiuus, & non habet verbum.

Aliàs compulsis, & tunc vnitur cum illa dictione, nobis. & tunc sic, visum est nobis compulsis precibus illorum, &c. secundum H. aliàs compulsi est genitiui casus secundum L.

Heptateuchum, quid dicitur.

d. Heptateuchi.] Heptateuchum ab hepta dicitur, quod est septē: & teuchos, quod est volumen. vnde heptateuchum, idest, volumē septem librorum. 8. dist. 49. hinc etenim sunt quinque libri Moysi, & liber Iosue, & liber Iudicum: qui ibi continentur.

e. Decreti.] in quibus testetur de examinatione & vita electi. 63. dist. Catinensis. & c. episcopum.

f. Triste.] Data petitione tempore infirmitatis, non tempore furoris: nam tunc non teneret renuntiatio. 17. q. 1. Gonsaluus.

g. Fateatur.] Iste æquitate suadente, licet ius deficiat, cogitur renuntiare ... cum alijs in hoc prosit, & sibi non noceat. argu. ff. de aqua plu. arc. in summa. §. idem Varus. & ff. loc. si quis domum.

Contra ve dici j. ead §. ecce quod. in verbo, senectus.

¶ Episcopo grauato infirmitate alius subrogari potest. C. XIII.

QValiter ordinati à nobis sacerdotis, corporis, qua nostis, impediente molestia, Ariminensis ecclesia pastorali hactenus sit regimine destituta, dudum fraternitas vestra cognouit. Quem, dum habitatorum loci illius precibus permoti sæpius hortaremur, vt si de eadem capitis, qua detinebatur, molestia melioratum se esse sentiret, ad suam auxiliante Domino reuerteretur ecclesiam; datis inducijs in hoc quadriennio a expectatus est. Quem, dum monitu cleri, ciuiumque illinc venientium, nosque precibus vrgentium † instantius hortaremur, vt si valeret, cum eis auxiliante Domino remearet; data b in scriptis supplicatione nos petijt: vt quia ad eiusdem ecclesiæ regimen, vel susceptum officium pro eadem, qua detinetur, molestia assurgere nullatenus posset; ecclesiæ ipsi ordinare episcopum deberemus. Vnde, quia cunctarum ecclesiarum iniuncta nos solicitudinis cura constringit, ne diutius gregi fidelium desit custodia pastoralis, illorum precibus, huiusque ex sui impossibilitate renuntiatione compulsi c, visum nobis est eidem Ariminensi ecclesiæ debere episcopū ordinari: & datis ex more præceptis, clerum, plebemque eiusdem ecclesiæ non destitimus admonere; quatenus ad eligendum sibi Antistitem concordi prouisione concurrant. Hortamur igitur, vt fraternitas vestra eum, quem vno consensu omnes elegerint, sicut & ipsi à nobis poposcisse noscuntur, ad se faciat euocari: quem cauta ex omnibus examinatione discutite; & si ea, in eo, quæ in textu heptateuchi d a morte multata sunt, minime Domino fuerint opitulante reperta, atque fidelium personarum relatione eius vobis quoque vita placuerit, ad nos eum cum decreti e pagina, vestræ quoque addita testificationis epistola destinate: quatenus eidem à nobis ecclesiæ Domino disponente consecretur antistes.

Burc. l. 1. c. 189. Iuo p. 5. c. 305.

† al. argentium

a Heptateuchi.] *Apud B. Gregorium in hac epistola, & in multis alijs locis legitur, Eptatici, sicut est etiam in Burchardo, & Iuone, & aliquot vetustis Gratiani exemplaribus. Et de hac voce notatum est 8. dist. 15. c. sancta Romana. in ver. Pentateuchum.*

Item ex eodem regesto, lib. 11. epist. 7. ad Etherium episcopum.

¶ De eodem. C. XIIII.

QVamnis triste f nobis sit valde, quod loquimur, atque fraterna nos compassio flere potius urgeat, quàm aliquid de auditis definire permittat; suscepti tamen solicitudo regiminis cor nostrū instanti pulsat aculeo, magna nos ecclesijs cura prospicere, & ne qua earum possit utilitas deperire, quod fieri debeat, Deo auctore, disponere. Peruenit igitur ad nos quibusdam referentibus quemdam episcopum ita passionem capitis incurrisse, ut quod mente alienata agere soleat, gemitus & fletus audire sit. Ne ergo languente pastore grex (quod absit) insidiatoris laniandus dentibus exponatur, vel ecclesiæ ipsius utilitates depereant; cauta nos necesse est prouisione tractare. Et ideo, quia uiuentem episcopum ab officio suo necessitas infirmitatis, nō crimen abducit, alium loco eius (nisi recusante eo) nulla sinit ratio ordinari: sed si interualla ægritudinis habere est solitus; ipse data petitione non se ulterius ad hoc ministerium intellectum habere, nec ad alia officia subuertente infirmitate posse fateatur g assurgere, & alium loco suo expetat ordinandum. Quo facto, omnium solenniter electione, alter qui dignus fuerit episcopus, solenniter ordinetur: sic tamen, ut quousque eumdem episcopum in hoc

Burc. l. 1. c. 191. Iuo p. 5. c. 307.

a Mini-

Male meriti debẽt egere.

a ¶ *Ministrentur.*] sed pro crimine remoto non ministrantur sumptus: quia male meriti publica debent egestate laborare, vt ff. de positi, bona fides.

b ¶ *Eligenda.*] Arg. contra.j.dist. 79. si quis Papa.& extra de pac. accepimus.& extra de conces.preb.& ec.non va.nulla. sed omnia illa continent ius commune. Vel dic quòd ille fuit electus sub tali conditione, nisi superstes conualuerit: & tunc eo conualescente irritatur electio: eo mortuo, deinde confirmatur.ar.j.e. pastoralis. 61.dist.studij.ext.de ele.cum terra.85. dist. Florentinum. & est ff. C.de cu.fu.cum alijs. Quidam dicunt quòd modo tamquam administrator eligitur, sed eo mortuo in episcopum.

¶ I. AVTEM. Hæc est 2. pars q. in qua dicitur, quod vbi fuerit copia sacerdotum, semper debent esse duo: ita vt si vnus ceciderit, & alius ieiunus incipiat vbi alter dimisit,& finiat. Io.de Fã. ... ã. in c. quamuis. facta est mentio de mentis alienatione: Sed quia hæc alienatio a officio sæpe contingit, ideo constitutum est, vt vnusquisque presbyter alios secum habeat, qui ministeria inchoata perficere valeant.

I *Llud diuini.*] CASVS. Constitutum fuit in concilio Toletano, vt vbi loci vel temporis vel cleri copia suffragatur, quilibet sacerdos habeat coadiutorem secum: quia si dum officium celebratur, casus inopinatus euenerit, qui corp*us* obrui faciat, mentem alienet, vel terrore confundat: eius vices exequatur. *Copia temporis*, i. opportunitas. Nam si guerra esset, non posset vel nõ auderet aliũ secum habere. *Loci*, vt si locus sit diues. *Cleri*, quia forte est ibi copia clericorum.

c ¶ *Adiutorem.*] j. 21. q. 2. sicut contra. Sed dicas talem coadiutorẽ vel socium, non prælatum. vel loquitur de ecclesijs conuentualibus, vel quando sufficiunt facultates. sic 93. dist. diaconi 2. & de cõse. dist. 1. c. hoc quoq; & c. episcopus Deo.

d ¶ *Elisus.*] Per hoc dicunt quidã loqui de infirmo: quod falsum est: quia infirmus nisi conualuerit, non celebrabit. j. ea. q. 2. in litteris.

Nihil contra.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod solennia Missarum ex quo sunt incœpta, inexpleta remanere non debẽt, sed perfici per eũ qui incœpit, vel per aliũ, scilicet episcopũ vel sacerdotẽ, si casus inopinatus cõtingat: quæ cõgruo ordine perfici debent. Nihil enim interest an per eum, an per aliũ compleantur. Nã cum omnes vnum corpus simus in fide Christi, nihil contrariũ format, idest, inducit diuersitas personarũ. In secunda parte dicitur, quod nullus cantet Missam nisi ieiunus, & quod nullus nisi propter impedimentum dimittat officium imperfectũ; & qui contra præsumpserit, excommunicetur. Secunda pars ibi, *Nullus post cibum.*

e ¶ *Soluantur.*] idest, ne inexpleta remaneãt.

f ¶ *Vel presbytero.*] Presbyter ergo potest supplere Missam ab episcopo inchoatam. arg. hic, & 25. dist. c. 1. vbi dicitur, quod archipresbyter supplet defectum absentis episcopi in cantando. Sed contra j. de consec. dist. 2. c. ult. Sed dic quod nouam Missam non potest incipere: sed priorem posset consummare. Incipiat ergo vnus vbi alius desiuit, nisi sit oratio Dominica cœpta: tunc eam alter reincipiat. Similiter vbi deficit in secreta: alter id in principio incipiat. Idem dic in baptismo, vt alter de nouo id reincipiat: quia hæc sunt sacramenta vnitatis. De ordinatione idem credo, 24. dist. quorumdam. Similiter iudex incipiet, vbi alter terminauit. ff. de iud. edictũ. Sed numquid pransus potest supplere id quod alter inchoauit, nõ. Itẽ vsque ad Nonam tantũ fit hæc suppletio. Sed Matutinis & Vesperis

sæculo vita tenuerit; sumptus ei debiti de eadem ecclesia ministrentur [a]. Enimuero, si nullo tempore ad sanæ redit mentis officium; persona fidelis, ac vitæ probabilis est eligenda [b], quæ ad regimen ecclesiæ idonea possit existere, atque de animarum vtilitate cogitare; inquietos sub disciplinæ vinculo restringere; ecclesiasticarum rerum curam gerere, & maturum, atque efficacem se in omnibus exhibere: qui etiam si episcopo, qui nunc ægrotat, superstes extiterit; loco eius debeat consecrari.

2 *Ne autẽ huiuscemodi passionibus sacerdotibus subito occupatis cœptum officium inexpletum remaneat; institutum est, vt sacerdos siue psallens, siue sacrificans alios secum habeat, qui si huiusmodi casus interueniat, inchoata ministeria perficere valeant.*

Vnde in concilio Toletano xi. c. 14.

¶ Quisq. sacrificans sacerdotem sibi vicinum habeat, qui cœpta sacramenta expleat, si ei aliqua necessitas ingruerit. C. XV.

De cons. dist. 1. vt illud. Eccles. 4. Burc. l. 3. c. 73. Iuo p. 2. c. 126.

ILlud [a] diuini oraculi monentis singuli præcauentes, quo scribitur [Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem;] summopere verendum nobis est, & cauendum; ne horis illis, atque temporibus, quibus Domino psallitur, vel sacrificatur, vnicuique diuinis singulariter officijs insistenti perniciosa passio, vel corporis quælibet inualitudo occurrat, quæ aut corpus subito subrui faciat, aut mentem alienatione, vel terrore confundat. Pro huiusmodi ergo casibus præcauentes, necessarium duximus instituere, vt vbi temporis, vel loci, siue cleri copia suffragatur, habeat quisquis † illic canens Deo, atque sacrificans post se vicini solaminis adiutorem [c]: vt si aliquo casu ille, qui officia impleturus accedit †, turbatus fuerit, vel ad terram elisus [d], à tergo semper habeat qui eius vicem exequatur intrepidus. *Sed si [β] hoc sacrificanti frequenter acciderit, tunc omnimodo ab oblatione prohibeatur.*

† al. ille

† al. accedet

a ¶ Illud.] *In concilijs impressis legitur*, Et illud. *In codice vero Lucensi regio*, Væ illud. *In duobus autem Vaticanis*, vt illud: *& sic est infra de cons. dist. 1. c. vt* illud. *& apud Burch. & Iuonẽ.*

β ¶ Sed si hoc] *Hæc sunt impressa alijs characteribus, quia non sunt in concilio Toletano, neque in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus. In codice perantiquo sunt glossa ad verbum,* vicem. *& post verbum* prohibeatur, *additur*, vt infra ead. q. 2. c. in litteris tuis. *Apud Burchardum vero, & Iuonem, qui citant decreta Soteris Papæ, & j. de cons. loco citato, horum verborum loco leguntur hæc*, & officium incœptum adimpleat.

Item ex concilio Toletano septimo, c. 2.

¶ Si sacerdos necessitate præoccupatus fuerit, cœpta sacramenta per alium expleantur. C. XVI.

Burc. l. 3. c. 70. Iuo p. 2. c. 124.

NIhil contra ordinis statutum temeritatis ausu præsumatur; neq; illa, quæ summa veneratione censentur, vel minimo præsumptionis actu [a] soluantur [e]; cum ad hoc [β] tantum fieri iussa sunt; ne interrupta noscantur, vel languoris prouentu robore salutis priuetur natura. Non ergo fragilitati solum consulitur humanæ; sed etiam sacro honori mysteriorum Dei prouida cauetur solicitudine. Censuimus ergo conuenire, vt cum à sacerdotibus Missarum tempore sancta mysteria consecrantur, si ægritudinis acciderit quilibet euentus, quo cœptum nequeat consecrationis expleri mysterium, sit liberum episcopo vel presbytero [f] alteri consecrationem exequi officij cœpti. Non enim aliud ad supplementum initiatis mysterijs competit; quàm aut incipientis, aut subsequentis completa [δ] benedictio sa-

Missa per vnũ inchoata an possit per alterũ terminari.

Nõ obstat: q ibi loquit cum expleta fuit Missa ab episcopo: nec imminet necessitas. Ar.

ris non expletis vsque ad quod tempus posit fieri suppletio, dubitatur. Sed dic quod quandocumque expleri possunt ab alio. De sacerdote quid dices, qui dum venit ad consecrationẽ, memor est mortalis peccati. Dico quod perficere debet, licet peccet cõficiendo. extra de celebra. Missa. de homine. Itẽ est hic ar. quod duo imperfecta faciũt vnum perfectum. sic 4. q. 3. item in crimina. li. 5. sæpe. de pæ. dist. 1. tres sunt. C. de dona. sarcimus. in fi. 16. q. 3. §. potest. Arch. contra. 23. dist. quorumdã. & C. qui nu. tute. l. t.

Imperfecta duo faciunt vnũ perfectũ.

a ¶ *Compleantur.*] Ar. nihil credas actũ. &c. §. 38. dist. quæ ipsis. 23. dist. quorumdam. Itẽ ex eo quod dicit, ordine, est arg. quod ordo turbatus irritat factum, vt 62. dist. miramur. & 68. dist. sicut. quod votum est de ordine qui est de substantia rei.

ADDITIO Vt extra de rescri. cũ dilecta. & de resti. spo. Pisanis.

b ¶ *Minimum.*] Pranso nõ licet celebrare Missã, vt hic, & de cõs. di. 2. liquido nec baptizare nec signare. de cons. dis 5. vt ieiuni. & c. seq. sed est forte abrogatũ id quod est ∫. de conse. dist. 1. sacramenta. vbi dicitur, quod in cœna Domini pransus potest celebrare. & intellige si eodem die pransus est, vt dies a media nocte incipiat: & etiam si ante medium noctis comederet, & adhuc sentiret eructationes: quia nondum est cibus digestus: quamdiu sentiet cibum, abstinebit. ∫. de conse. di. 2. tribus. medicinã forte potest sumere: quia illa non cõnumeratur inter alimenta, vt ff. de penu. lega. l. non omne. quod no credo: sed nec aquã calidam potest sumere, vt extra de cele. Missa. ex parte.

Celebrare prãso non licet.

Q. d. no. 75. di. quod à patribus. in glo. quod si.

Celebrare nullus debet ante digestionem.

ECCE. Hæc est 3. pars huius q. in qua dicitur quod propter senectutem vel simplicitatem datur coadiutor: quod probat per duo cap. Io. de Fan.

CASVS ∫. in c. scripsit. & c. quamuis. dictum est, quod infirmitate grauato, nisi voluerit, alius subrogari non debet: sed ei coadiutor dabitur. similiter senectute grauato dabitur coadiutor. & hoc probatur per sequens capitulum.

P *Etijsti vt cum.*] CASVS. H. casum istum sic ponit. Iste archiepiscopus tria petijt à Papa, scilicet quòd sibi coadiutorẽ adiungeret, & quòd eligeret sibi successorem, & quòd ordinaret eum episcopum in eadem ecclesia, vt sic esset sibi coepiscopus in eadem ecclesia. Primum sibi concedit: quia de iure non potuit denegare, cum esset senectute grauatus. Secundum licet esset contrarium ecclesiæ, concedit tamen ei speciali priuilegio: si vt in articulo mortis eligat eum sibi successorem. Tertium autem quod similiter erat contra ius commune, ei ex toto denegat. s. vt ipso viuente in ecclesia debeat ipsum ordinare episcopum. Beneuen. vero sic ponit casum. Bonifacius archiepiscopus Moguntinus tria postulauit à Zacharia Papa, s. vt coadiutorem sibi habere liceret, cum esset senectute grauatus. Secundum, vt liceret sibi successorem eligere. Tertium, vt in vita sua liceret sibi illum consecrare in episcopum. Sed Zacharias primum & secundum sibi concessit: tertiũ vero concedere noluit. Sed quia littera videtur aliquantulum discordare, tu aptabis eam ad casum secundum, quod melius est *Ordinabis*, idest, facies & constitues illum episcopum, idest, superintendentem ijs quibus coadiutor debet intendere.

c ¶ *Præsentibus.*] 8. q. 1. c. 2. contra. sed illud est dispensatio. Et habes hic, quod licet Papa det aliquibus potestatem eligendi prælatum, tamen aliorum consensus est requirendus. sic 23. dist. in nouo. 8. q. 1. licet. & si. de ritu nup. generali.

d ¶ *Ministret.*] & ita ille episcopus erit vicarius huius archiepiscopi. vt extra de offi. iud. ordi. quoniam in plerisque.

* Certe id quod sequitur, ex textu nõ habet: cũ dicit tãrũ presentibus cũctis, &c. & nihil dici. de consensu vel sic continebatur informa gratur. Arch.

cerdotis: quia nec perfecta videri possunt, nisi perfectionis ordine compleantur [a] †. Cum enim simus omnes vnum in Christo, nihil contrarium personarum diuersitas format: vbi efficaciam prosperitatis vnitas fidei repræsentat. Quod etiam consultum cuncti ordinis clerici indiuiduum [e], sibi esse non ambigant: sed, vt præmissum est, præcedentibus libenter alij pro complemento succedant. Ne tamen, quod naturæ languoris causa consulitur, in præsumptionis perniciem conuertatur; nullus post cibum, potumque quamlibet minimum [b] sumptum Missas facere, nullus absque prouentu patentis molestiæ minister, vel sacerdos, cum cœperit, imperfecta officia præsumat omnino relinquere. Si quis hæc temerare præsumpserit, excommunicationis sententiam sustinebit.

† Tex est pro hoc in l. cum Syllanianũ. C. ad Syl. & inl. t. ff. de inius vocan.

α ¶ Actu.] *Sic est emendatum ex codice regio: nam in impressis conciliorum codicibus, & apud Burchardum, & Iuonem est*, tactu.

β ¶ Cum ad hoc tantum.] *Magna est hoc loco varietas. In codice regio legitur*, cum ad hoc tantum quaqua fieri iussa sunt interrupta noscuntur, ne languoris, &c. *Apud Burchardum*, cum adhuc tantum fieri iussa sunt, nec interrupta noscuntur, ne languoris, &c. *Apud Iuonem*, cum ad hoc &, nec languoris *cætera eodem modo.*

γ ¶ Sed etiam sacro.] *Hic quoque magna varietas. In codice regio plenior est oratio*, sed etiam honori mysteriorum Dei prouidetur abunde, dum ab offensionis casu procuratur etiam caueri solicite.

δ ¶ Completa benedictio.] *Sic restitutum est ex codice regio, cum quo aliquot editiones conueniunt: multaque etiam alia in hoc capite emendata.*

ε ¶ Indiuiduum.] *In codice regio est*, indultum.

3 *Ecce, quòd episcopo petente, precibus etiam populi, infirmitate grauato alius posit subrogari, patenter monstratur. Senectute autem grauato, non successor, sed coadiutor dari debet, qui ei decedenti in locum regiminis succedat. Sic Augustinus dicitur accessisse, non successisse Hipponensium episcopo.* ∫. ead. c. nõ autẽ.

Hinc etiã Zacharias Papa scribit Bonifacio Moguntino archiepiscopo.

¶ Senectute grauato coadiutor est dandus, qui morienti succedat. C. XVII.

PEtijsti, ut cum nostro consulto pro superueniente tibi senectute, atque corporis imbecillitate, si poteris inuenire alium in eadem sede, in qua præes, pro tui persona debeas collocare. Nos uero, adiutore Deo, consilium præbemus tuæ sanctitati, ut pro salute animarum rationabilium, fautore Christo sedem, quam obtines, Moguntinæ ecclesiæ nequaquam relinquas. Sin uero Dominus dederit iuxta petitionem tuam hominem perfectum, qui possit solicitudinem habere; & curam pro salute animarum; pro tui persona illum ordinabis episcopum; eritque in Euangelio tibi credito, & ministerio Christi portando in omni loco requirens, & confortans ecclesiam Dei. *Item ad eumdem epistola ultima.* ¶ Si eumdem diuina uoluerit clementia post tui diem transitus superesse, si eum aptum cognoueris, & in tua uoluntate fuerit diffinitum; ea hora, qua te de præsenti sæculo migraturum cognoueris, præsentibus [c] cunctis, tibi successorem designa, ut huc ueniat ordinandus. Hoc nulli concedi alij patimur; quod tibi charitate cogente largiri censuimus. *Item ibidem paulo superius.* ¶ De eo autem, quòd tibi successorem constituere dixisti, ut te uiuente in tuo loco eligatur episcopus; hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem ecclesiasticam regulam, uel instituta patrum esse monstratur: sed volumus, ut tibi ministret [d], & sit in Euangelium Christi adiutor. *& infra.* ¶ Nimis enim reprehensibile esse manifestum est, ut te uiuente tibi alium substituamus; sed hoc commonemus, ut quãdiu te diuina iuf-

Quia

ferit clementia supereſſe; ſine intermiſſione orare non ceſſes, vt tibi Deus illum ſucceſſorem concedat, qui ei poſſit eſſe placabilis, & populum irreprehenſibiliter regere valeat.

¶ *Prior pars huius capituli vſque ad verſ.* Item ſi eumdem, *ſumpta eſt ex epiſtola Zacharia Papæ cuius initium eſt,* Sacris liminibus: *quæ extat Romæ manuſcripta in bibliotheca Dominicana: quam etiam edidit frater Laurentius Surius in vita B. Bonifacij, ſed ex codice parum emendato. Reliqua habentur in epiſtola vltima in tomis conciliorum.*

† al. Nauarienſi † al. Narnienſi

Item Pelagius Papa clero Narnienſi †.

¶ Non ſucceſſor, ſed coadiutor viuenti epiſcopo datur. C. XVIII.

QVia frater, & coepiſcopus noſter Ioannes eccleſiaſticæ vtilitatis ſtudio ſuadente, & naturæ ſuæ ſimplicitate [a] laudabili conſideratione tractata, ob hoc, quòd ſe in gerenda patrimonij gubernandi cura, vel in diſciplina eccleſiaſtica conſeruanda minime fatetur idoneum; Conſtituti [b] presbyteri ad hæc explenda ſibi expoſcit adhiberi perſonam: vt ea, quæ ſunt neceſſaria, competenti diſponente ſolicitudine fiant, nihil indecens fieri, vel inutile permittatur. Ideoque præſenti vobis iuſſione præcipimus, vt ſeruata primo [c] in loco epiſcopo memorato reuerentia, quam vos conuenit inculpabiliter exhibere, in omnibus, quæ ad diuini cultus obſequium pertinent, vel quæ eccleſiaſticæ vtilitatis peragere cura ſuaſerit, præbeatis obedientiam [d] Conſtituto competentem, in nullo diſpoſitionibus eius ſpiritu contumaci reſultantes: immo competenti vigilantiæ veſtræ ſtudio, quæ pro eccleſiaſtica vtilitate gerenda Conſtitutus monuerit, adimplentes: vt his ita diſpoſitis, & conſueta vobis ſtipendia miniſtrentur, & quæcumque in præfatæ eccleſiæ patrimonio, vel de rebus ad eam pertinentibus repetendis [e] ſunt neceſſaria, compleantur.

ſ. c. factus. & c. Nouatianus. ſ. ead. ſicut vir.

Illud vero Cypriani [f], *de hæreticis intelligendum eſt, qui catholicorum eccleſias ſibi vſurpare contendunt.* ¶ *Illud vero Euariſti* [g] *Papæ tunc intelligendum eſt, quando nec ineuitabilis neceſſitas, (perſecutorum videlicet) nec Apoſtolica, aut regularis mutatio, ſed ambitio ſola epiſcopum de eccleſia ad eccleſiam tranſire cogit.* ¶ *Vnde cum in principio ſui capituli diceret;* [*Epiſcopus non debet dimittere eccleſiam ſuam;*] *ſubſequenter adiunxit* [*Abſque ineuitabili neceſſitate, aut Apoſtolica, vel regulari mutatione, & alteri ſe ambitus cauſa coniungere.*]

Ambitionis [h] *enim cauſa, quicumque eccleſia ſua mediocritate deſpecta ad maiorem eccleſiam tranſire voluerit, debet reuocari ad propriam* †. *Quòd ſi redire contempſerit, careat aliena, & propria.*

† Adde pro hoc tex. in l. iiij eorū. §. ſi decutiones. ſ. q. 6 cuiuſq; vaſ.

QVia frater.] CASVS. Ioan. epiſcopus Narnien. eccleſię adeo ſimplex erat, quod res eccleſiæ miniſtrare neſciebat. vnde petit à Pelagio quemdam presbyterum nomine Conſtitutum in adiutorem. præcepit ergo Pelagius clero illius eccleſiæ, quatenus principaliter Ioanni epiſcopo, ſecundario vero illi Cõſtituto obedientiam præbeant competentem: ita vt in nullo eius diſpoſitionibus contradicant: & eis conſueta ſtipendia miniſtrentur. Et ſuſpenditur conſtructio vſque ibi, *Conſtituto presbyteri.*

a ¶ *Simplicitate.*] ſ. diſt. 39. Petrus. contra. ſed illud de ordinando. tamen iſte affectare nõ debuit id in quo ſciuit aut ſcire potuit infirmitatem ſuã alij dãnoſam. ff. ad legem Aquiliã, idẽ iuris. in fine.

b ¶ *Conſtituti.*] proprium nomen.

c ¶ *Primo.*] ſ. diſt. 8. quæ contra. Vel aliter, huic obediunt in ſpiritualibus: coadiutori in temporalibus. 8. q. 1. ſi Petrus.

d ¶ *Obedientiam.*] Ar. quod ſi epiſcopus præcipit alicui pro vtilitate eccleſiæ ire Romam: quod illud tenetur facere 16 q. 1. vos autem [1].

1 Ar. 24. q. 1. c. vlt. in prin. vide de hoc.

e ¶ *Repetendis.*] Ergo qui adminiſtrat res eccleſiæ poteſt agere: & conueniri, vt extra de reſcrip. edoceri.

ILLVD. CASVS. Supra in c. quamuis. & c. qualiter. dictũ eſt, quod epiſcopo viuente alter poteſt ſubſtitui. Sed quia duo c. ſuperius poſita videbantur contraria, ſcilicet c. factus eſt & c. ſicut vir. in quibus videbatur dicere, quod non poſſet fieri ſubſtitutio: ideo Gratia exponit, & dicit quod illud c. factus. intelligitur de hæreticis, id eſt, ſchiſmaticis, qui eccleſias vſurpant. ſed illud c. ſicut vir. intelligitur de illo qui cauſa ambitionis ſuam vult eccleſiam deſerere, & non cauſa religionis, vel regularis mutationis: quod probat per litteram eiuſdem c. quam Gratianus de illo c. ſubtraxit.

f ¶ *Illud vero Cypriani.*] ſ. ea. factus. & c. Nouatianus.

g ¶ *Euariſti.*] ſ. ea. ſicut vir.

AMBITIONIS. Hæc eſt quarta pars huius q. in qua probat per 15. auct. quod nullus ſine licentia poſſit dimittere eccleſiam ſuam, & tranſire ad aliam: & ſi fecerit, reuocabitur. Hoc intelligo in epiſcopo, & ſ. in alijs autem credo, quod poſſunt renuntiare ſi volunt ſ. ea. quam periculoſum. extra de ſer. non ord. eo libentius, alias videntur ſerui. quod falſum eſt. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicit Grat. quod ſi quis tranſit cauſa ambitionis ad aliã eccleſiam, debet reuocari ad ſuam eccleſiam; & ſi redire contemnit, aliena careat & propria. Et ad hoc inducit ſequentia cap.

h ¶ *Ambitionis.*] Adhuc enumerat Gratianus cauſas propter quas fiunt mutationes: & quare clericus amittit eccleſiam ſuam. Sunt autem quinque cauſæ mutationum, ſcilicet cauſa leuitatis, cupiditatis, neceſſitatis [1], vtilitatis, & humilitatis. Cum cauſa neceſſitatis tranſit, neceſſitate ceſſante recuperat eccleſiam, vt ſ. ea. paſtoralis. Cum cauſa cupiditatis trãſit, tunc vtra que caret, vt ſ. c. e. eos. & ſi quis epiſcop⁹. ſed tamen eccleſia poteſt eum repetere, vt ſ. e. c. 1. & cogitur tunc redire, vt ſ. c. ſi qui vero. In cauſa leuitatis eſt vis aliquanta. H. dicit quod idem ſit in cauſa leuitatis, quod in cauſa ambitionis, quod ſ. ſine admõitione poteſt priuari ſi ea cauſa leuitatis adhæſerit alij: niſi prior eccleſia velit eũ repetere. ſi autem non adhæſerit alij: aut eccleſia habet eum pro derelicto, aut non. ſi habet, puta ſi contrahat matrimonium, vel ſit miles: tunc poteſt priuari. Item ſecundũ H. ſi defuerit per tres ſeptimanas vel duos menſes, & ſine iuſta cauſa, & abſque licentia prælati eſt in ſtudio vel in peregrinatione. in his omnibus ſine admonitione poteſt priuari, vt dicit: honeſtum tamen eſt, vt admoneatur, vt ſ. c. ſi quis presbyter. & c. ſi quis in clero. & extra de coha. cler. & mu. c. ſi quiſquam. verius credo quòd ſemper primo admonendus eſt, vt ext. de ap. peruenit 2. & ter admonendus eſt 2 vt extra de ſen. excom. in audientia. Item argu. ad hoc ſ. ea. peruenit. extra de cle. non reſi. ex parte. & extra eo. ex tuæ. Nec enim de facili credendum eſt aliquem habere eccleſiam ſuam pro derelicto. extra de renun. ſuper hoc. nec enim ex ſola abſentia præſumitur habere eccleſiam pro derelicto, cũ poteſt quis ex iuſta cauſa abeſſe, vt extra vt li. non conte. quoniam frequenter. ſi autem non inuenitur, fiat prout dicitur in illa decreta. ex tuæ. De vtilitate patet: quia cauſa vtilitatis tranſire poteſt ad aliam eccleſiam auctoritate maioris, vt ſ. ea. mutationes. Item ſi cauſa humilitatis tranſit ad monaſterium, non poteſt eam repetere, vt ſ. e. hoc nequaquam. Alio modo etiam conſueuerunt quidam diſtinguere, vt inuenies in illa gloſſa, cum quis.

h ¶ *Ambitionis.*] Cum quis ſine licentia prælati recedit de eccleſia, ſi quidem ex cauſa neceſſitatis, adhuc eã retinet, vt ſ. c. prætentum. ſi ex cauſa voluntaria, perdit eam. 1 r. q. 2. ſi quis iam tranſlatus. ſi autem ex vtili cauſa recedat, nõ perdit eam, ſed punitur alio modo a iudice. de conſ. diſt. 5. nõ oportet 2. & 91. diſt. clericus. Sed ſi accedit ad aliam eccleſiam, videtur renuntiare primæ 2 ſ. extra de

Clericus eccleſiam mutat quinque cauſis.

1 Quod eſt cum propter perſecutionẽ recedit. L.

2 Dic vt no. extra de cler. non reſi. ex tuæ. & 21. q. 1. clerici. & c. relatio. & extra de offi. vicar. c. 1. Arc.

de præb.de multa & de concess.præb.litteras. in fi. populus tamen eum si vult repetere potest. j.ea. non oportet. Si autem prælatus per tres septimanas abest, per triennium suspenditur. j.e. si quis in clero. Si per duos menses, priuatur ecclesia j ea.præsentium. Si per quinque annos, deponitur.extra de cle.non resi c. 2. prælatus vero si diebus solennibus defuerit ab ecclesia, punitur. j.ea. si quis in clero immo & clericus si vna hora defuerit. 92. dist.c.vlt.vbi deponitur.

dicitur. j. de consec.dist 5 episcopus.

i ¶ *Propria*] No. quòd prælatus non debet præponere suam vtilitatem vtilitati ecclesiæ. & si in hoc passa sit ecclesia damnum, illud de propriu resarciet. 12 q. 4 quicumque.

C *Onstitutum est.*] C a s v s. Quidam intercessores vel visitatores

N *On oportet.*] C a s v s. Omnia sequentia eloquuntur de transeuntibus ambitiose: quod ab initio semper præsumitur; cum sua auctoritate hoc faciunt. Dicitur ergo hic, quòd nec episcopus nec presbyter nec diaconus debet de ciuitate ad ciuitatem transire; & si quis presumpserit, ecclesiæ suæ restituatur.

a ¶ *Non oportet.*] Hoc cap. recipit primam partem.

b ¶ *Restituatur.*] ecclesiu, si ecclesia eum repetit. j. ea. si quis episcopus. & tunc cogitur redire, vt j. ea. si qui vero.

1 Et ita hoc statutũ est in fauorẽ ecclesiæ, scilicet quod pot eũ repetere, sed nõ cogit eũ recipere. Ar. 12. q. 1. de benedicto. Arch.

P *Eruenit.*] C a s v s. Pimenius Amalphitanæ ciuitatis episcopus non residebat in ecclesia sua: sed foris per diuersa loca vagabatur. Præcepit ergo Gre. Authemio subdiacono, vt illũ admoneat ad ecclesiã suã redire: & si contemnat, detrudat eũ i monasteriũ: & hoc Papæ significet, vt quid sit postea facturus agnoscat.

c ¶ *Episcopum.*] Episcopus ad plus secũdũ iura canonica per sex menses abesse, vt extra de cler. non residen. ex tuu. tamen dat annum, vt in auth. quomodo opo. episcopos. §. illud. colla. 1.

d ¶ *Interminationem*] Ergo ad monendus est.

Vnde in Nicæno concilio c. 15. legitur.

¶ Episcopus, vel quilibet clericus relicta sua ecclesia non debet ad aliam transire. C. X I X.

Et in Aquisgrã. c. 43.

NOn oportet [a] episcopum, vel reliquos ordines de ciuitate ad ciuitatem migrare; non episcopus, non presbyter, non diaconus transeat. Si quis autem post definitionem sancti, & magni concilij tale quid agere tentauerit, & se huiusmodi negotio mancipauerit; hoc factum prorsus in irritum ducatur, & ecclesiæ restituatur [b], cuius fuit episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus.

Ans. l. 6. c. 112. Burc. l. 2. c. 97. Iuo p. 6. c. 174.

¶ *Ex duobus codicibus collectionis Anselmi in vno emendatiore caput hoc ita habet, vt verba hæc,* Quòd non oporteat episcopum, vel reliquos ordines demigrare, *sit rubrica, & capitulum hoc modo incipiat.* Vt de ciuitate ad ciuitatem, non episcopus, non presbyter, non diaconus transeat. *In altero vero eadem rubrica est nigris litteris scripta, & est initium capituli, vnde videtur caput hoc esse concinnatum, quemadmodum est apud Gratianum, salua sententia ipsius canonis.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib. 5. epist. 23. siue c. 123.

¶ In monasterio deputetur episcopus, qui in ecclesia sua residere contemnit. C. X X.

PEruenit ad nos Pimenium Amalphitanæ ciuitatis episcopum [c] in ecclesia sua residere non esse contentum; sed foris per diuersa loca vagari. *& infra.* ¶ Idcirco hac tibi auctoritate præcipimus, vt supradicto episcopo interminari non desinas, quatenus hoc de cetero facere non præsumat; sed in ecclesia sua sacerdotali more resideat. Quem si forte non emendari post tuam interminationem [d] cognoueris; in monasterio eum deputare [e], & nobis curabis modis omnibus indicare: vt quid facere [f] debeas, nostra iterum præceptione cognoscas.

Ans. l. 6. c. 178.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 5.

¶ Episcopo nulli conceditur principalem cathedram relinquere, & ad aliam ecclesiam se transferre. C. X X I.

Et in Africano c. 83.

PLacuit, vt nemini sit facultas, relicta [g] principali cathedra, ad aliquam ecclesiam in diœcesi [h] constitutam se conferre, vel in re propria diutius, quàm oporteat, constitutum, curam, vel frequentationem propriæ [i] cathedræ negligere.

Ans. l. 6. c. 176.

Item ex eodem Carthaginensi 5. c. 8.

¶ Intercessori cathedram, cui datus est, tenere non licet. C. X X I I.

Et in Africano c. 41.

COnstitutum [k] est, vt nulli intercessori licitum sit cathedram, cui intercessor datus est, quibuslibet populorum studijs, vel seditionibus retinere: sed dare operam, vt intra annum [l] eisdem episcopũ prouideat. Quod si neglexerit, anno expleto [l] interuẽtor alius tribuatur.

l al. ex empto

e ¶ *Deputare.*] Hic subditus suspendit suum prælatum. sic 74. dist. honoratus. hoc etiam laicus potest. 32. dist. §. verum. & femina, vt 2. q. 5. Mennam. Sed certe in hoc non erat subditus; quia faciebat hoc ea delegatione domini Papæ. Idem est de alijs.

Prælatus quãdoque suspenditur à subdito suo.

f ¶ *Facere.*] Argu. quod si Papa mandat alteri vt excommunicet aliquem, idem non potest eum absoluere, vt arg. 27. q. 1. si homo. Sed hoc verum est, cum hoc alicui specialiter demandatur. si autem mandatur decisio causæ alicuius iudici, & alteram partem excommunicet, potest illam absoluere.

P *Lacuit.*] C a s v s. Statuitur in hoc c. vt nullus prælatus relicta cathedra principali ad aliã diœcesim se præsumat cõferre: ne propter propriam vtilitatẽ suã, curã ecclesiæ possit negligere.

g ¶ *Relicta*] Clericus inconsulto episcopo non potest dimittere ecclesiam suam. extra de renun. admonet. & si transit de vna ecclesia ad aliam de eodem episcopatu, ibi sufficit tacitus consensus episcopi: quia tacitus dissensus officiũ matrimonium carnale, vt 33. q. 1. qui vxorem. Sed si transiret ad aliam diœcesim, tunc quasi liberatur à patria potestate: quod non potest fieri nisi expresso consensu episcopi. C. de emanci. liber. l. 3. & expresse dicitur 70. dist. c. p. 1. & 19. q. 2. c. 1. & 21. q. 2. c. 1.

¶. De hoc no. 71. di. c. 3. & 21. q. 2. c. 1. & hanc sententiam sequit V. & Tan. in præd. cap. admonet.

h ¶ *In diœcesi*] nisi causa visitandi, vt 10. q. 1. placuit. seruato quod

res vacantium ecclesiarum nitebantur retinere illas ecclesias studijs populorum, vel seditionibus. Facta est ergo constitutio, vt hoc de cetero non fiat; sed det operam intercessor, quatenus intra annum episcopus eligatur. Si vero neglexerit, anno elapso remoueatur, & alius intercessor detur.

a ¶ *Constitutum.*] Curam debet habere visitator in electione 33 & ideo prohibetur eligi, ne possit malignari: sicut tutor prohibet ducere pupillam ante reddita ratiocinia, ne possit malignari. C. de interdict. ma. si tutor. sic nec creditori licet sibi pignus addicere. C. qui po. ced. pol. l. 4. Item visitator non debet sibi honorem assumere. 8. q. 1. in scripturis. & sic ratione officij aliquid prohibetur, vt 1. q. 2. hoc ius porrectum. in fi. & ff. de contrahen. emp. si in emptione. §. tutor. & est contra regulam illam quod nulli debet suum officium esse damnosum. extra de fide instrum. peruenit. ff. de fur. si seruus communis. Iste visitator mortuo episcopo constituitur: & iste debet admonere clericos ut eligant futurum episcopum, vt 61. dist. obitum. & c. Catinensis. & si plures eligantur, potest examinare, quis sit melior, ut 63. dist. Florentinum. Item custodit redditus ecclesiæ, ut 61. dist. quoniam. Quandoque tamen redditus ecclesiæ custodiuntur ab œconomis, si eos habeat ecclesia, ut 75. dist. quoniam quidam.

33 Et etiã eliger secundũ Hu. Alij contra de hoc no. 63. di. obitũ, Archidia.

Officiũ quãdoque est dãnosum.

l ¶ *Vt intra annum.*] j. 63. dist. obeuntibus.

Ss ij

SI qui vero] C A S V S. Dicitur hic q nullus clericus relicta sua ecclesia debet recipi in aliena ecclesia, sed cogi debet redire; quod si non fecerit, excommunicetur.
a Cogantur.]ff. ff. de decu. l. 1.
b Vt redeant.] si ecclesia vult eum repetere, ipse tamen nō potest.

te ad alienam transit ecclesiā. Et rñdet q si monitus ab epo suo non redierit, debet suspendi. & si postea contumax fuerit, debet deponi sine spe restitutionis. episcopus autem qui depositum receperit, a coepiscopis increpabitur.
c Spem.] Ergo restitui nō potest clericus depositus ab episcopo, & hoc verum, cum pro crimine deponit, secus si pro contumacia. 50. dist. contumaces.

Nō tñ cogitur. J. ea. si quis presbyter. & c. si qs eps. secundū Hug.

Item ex concilio Nicæno, c. 16.

¶ Excommunicentur clerici, qui relicta sua ecclesia ad eam redire noluerint. C. XXIII.

Ans. l. 7. c. 107. Burch l. 2. c. 98. Iuo p. 6. c. 175.

SI qui vero sine respectu agentes, & timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta custodientes recesserint ab ecclesia sua, siue presbyter, siue diaconus, vel in quocumque ecclesiastico ordine positi fuerint; hi non debent suscipi in alia ecclesia: sed cum omni necessitate cogantur [a], vt redeant [b] ad ecclesiam suam. Quod si permanserint, excommunicari eos oportet.

Item ex concilio Antiocheno, c. 3.

¶ De eodem. C. XXIIII.

& in Chalcedon. cap. 20. In Agatħ. c. 71. Ans. l. 7. c. 170.

SI quis presbyter, vel diaconus, vel quilibet clericus, deserta sua ecclesia, ad aliam transeundum esse crediderit, & ibi paulatim tentet, quò migrauit, perpetuo manere; vlterius ministrare non debet, præsertim, si ab episcopo suo ad reuertendum fuerit exhortatus. Quod si post euocationem sui episcopi, non obedierit, sed inobediēs perseuerauerit; omni modo ab officio suo deponi debere, nec aliquando spem [c] restitutionis habere: si vero propter hanc culpam depositum, alius episcopus [d] susceperit; & ipse à communi synodo pœnam merebitur increpationis [a], tamquàm ecclesiastica iura dissoluens.

a ¶ Increpationis.] *Græce est* ἐπιτιμίας τυγχάνειν *quod in aliis versionibus est*, arguatur, *vel* coerceatur, *vel* puniatur.

Item ex eodem Antiocheno, c. 21.

¶ Non licet episcopo ecclesiam suam relinquere, & ad aliam transire. C. XXV.

9. q. 2. nullum. Burch. l. 1. c. 72. Iuo p. 5. c. 179.

† ἀναγκαζόμενον

EPiscopum de diœcesi ad diœcesim alteram nō debere transire, neque si seipsum ingesserit, neque si à populis fuerit violenter attractus, neque si etiam hoc ei ab episcopis suadeatur †: manere autē eum debere in ecclesia Dei, quam ab initio sortitus est, & non ab ea alibi demigrare, secūdum regulā super hoc olim a patribus cōstitutā.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 5.

¶ De eodem. C. XXVI.

PRopter eos episcopos, siue clericos, qui de ciuitate ad ciuitatem transeunt, placuit definitiones datas à sanctis patribus habere propriam firmitatem.

J. ead. non oportet. ea Nicæna synodo. lib. capitul. 6. c. 336. Burch. l. 1. c. 64. Iuo. p. 5. c. 173.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 20.

¶ Alienæ plebes ab episcopo non vsurpentur. C. XXVII.

PLacuit [e], vt à nullo episcopo vsurpentur plebes alienæ, nec aliquis episcoporum supergrediatur in diœcesi collegam suum.

Item Anacletus.

In Aurelian. 3. c. 15.

¶ Alienos clericos ordinare, & altaria consecrare episcopo non licet. C. XXVIII.

EPiscopus in diœcesim alienam ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria irruere non debet. Quod si fecerit, amotis [f] his, quos ordinauit, altaris [g] tamen consecratione manente, transgressor canonum vno anno [h] à Missarum celebratione cessabit.

Item ex concilio Agathensi, c. 64.

¶ Diebus solennibus clericus ecclesiæ suæ deesse non debet. C. XXIX.

SI quis in clero [i] constitutus, ab ecclesia sua diebus solenni-

d ¶ Alium episcopus.] si ab vno epo quis suspēditur, vbiq; habendus est suspensus, vt hic, & 4. q. 5. quisquis. qa quātum ad officium sententia sua facit. Secus si est suspensus à beneficio. sed in excōicato idem est, quia cum sit extra ecclesiam, nihil potest possidere nomine ecclesiæ. 23. q. 7. c. 1. & 3. & 8. de quo iure. & ar. 11. q. 3. si quis à proprio. & 70. dist. sanctorum. & extra de appel. pastoralis. in fine.

Excōicatus nihil pōt possidere nomine ecclesiæ.

EPiscopū.] C A S V S. Dicit, q nullus eps sua auctoritate ad alienam migret ecclesiam, etiā si a populis fuerit violenter attractus, vel ei ab epis suadetur, sed i sua permaneat. Sequētia duo c. plana sunt.

Vbi de hoc in gl. q̄ enim ibi vide. & J. 32. q. 6. precepti. Arch.

e PLacuit.] 13. q. 1. cap. 1.

EPiscopus.] C A S V S. Statuit hic, q nullus eps debet in aliena diœcesi clericos ordinare, vel altaria consecraret quod si fecerit, clerici deponentur sed altaria manebunt consecrata, & ordinator eps vno anno cessabit a Missarum celebratione.

f Amotis.] J. 16. q. 5. c. 1. 9. q. 2. Lugdunen. 3. Sed ibi nomine alterius cōsecrauit, & ille ratū habuit, hic nomine proprio, vt 13. q. 1. c. 1. Vel ibi Dns ratam habuit ordinationem.

g Altaris.] si res inanimata fuerit cōsecrata Dño, nō restituit, vt 14. q. 6. comperimus. secus in re animata. 54. dist. frequens. quia animata delinquere potest, sed inanimata nō.

Res inanimata cōsecrata Domino, nō est restituenda.

h Vno anno.] 9. q. 2. nullū. 3. vbi p tali culpa deponit. Sed illud est ex dispensatione.

SI quis.] C A S V S. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dr, q si cleric[us] in minoribus ordinibus constitutus non ex iusta causa in diebus solennibus defuerit à sua ecclesia, scilicet in natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, & Pentecoste, triennio ab officio suspendatur. In secunda parte dicitur, quò si presbyter vel diaconus per tres hebdomadas defuerit ab ecclesia sua, eādem pœnam patiatur. Secunda pars incipit ibi, Simi liter.

i ¶ In clero.] Maxime, qa laicis nō licet. J. de conse. d. 1. si quis. Al in. & dist.

test. extra de renun. qd in dubijs. 32 q. 1. de bene dicto. sic 33. q. 5. mulier. Sed nonne hodie ipso iure perdit priorem ecclesiam, vt extra de præb. de multa? Respon. perdit quantum ad se, sed non quā tum ad priorem prælatum.

SI quis presbyter.] C A S V S. Quæsitum fuit in concilio Antiocheno quam pœnam debet pati clericus ille, qui sua auctorita-

& d st.3 cap. nulli.

a ¶ *Sol omnibus.*] immo nullo tempore deerit, vt 92. dist. Eleutherius. & c. clericus & 92. dist. cap. vlt. Sed quid si plures habet ecclesias vel præbendas? Tunc dicas ecclesiam secum dispensasse, vt ad illud non cogatur.

QVOD VERO. Hæc est 5. pars q. in qua probare intendit, q. de licentia Papæ ex iusta causa bene possunt fieri mutationes, & q. vnus debet esse prælatus in vna ecclesia. & hoc probat per sex auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS ille §. respicit illum §. 3. eod. illud vero Cypriani. vbi sa-

bus [a] defuerit, id est Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, dum potius sæcularibus † lucris studet, quàm seruitio Dei parere; conuenit, vt triennio à communione suspendatur. ¶ Similiter diaconus, vel presbyter, si per tres [b] hebdomadas ab ecclesia sua defuerit, huic damnationi succumbat. † al. singulari lucro

Item Hilarius Papa episcopis Tarracon. c. 3.

¶ Remouendus est episcopus ab ecclesia, cui irrepserit, & ad suam cogendus est redire. C. XXX.

REmoto [c] ab ecclesia Barcinonensi, atque ad suam remisso Irenæo, episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet, obtinere; talis protinus de clero proprio Barcinonensibus ordinetur episcopus. qualem te præcipue frater Ascani oportet eligere & decet consecrare: ne si forte aliter † factum sit, non sine obiurgatione tui maxime nominis retundat nostra præceptio, quod ad iniuriam Dei (a quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum) didiceritisius admissum. Ans. l. 6. c. 109. † al. similiter

Item Leo episcopus vrbis Romæ Anastasio Thessalonicensi episcopo, epist. 82. al. 84. c. 8.

¶ Qui alienam cathedram appetit, ab ea expulsus etiam propria careat. C. XXXI.

SI quis episcopus mediocritate ciuitatis suæ despecta, administrationem celebrioris loci ambierit, & ad maiorem [d] plebem se quacumque ratione transtulerit; non solum à cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria: vt nec illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit; nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus sit quisque: nec supra mensuram iuris sui affectet augeri. Poly. l. 2. tit. 9. Ans. l. 6. c. 104. Burch. l. 1. c. 74. Iuo p. 5. c. 203.

Item ex concilio Meldensi, c. 30.

¶ Vtraque careat ecclesia, qui contemptu minoris ecclesiæ ad maiorem aspirat. C. XXXII.

SI quis de ordine sacerdotali, contemptu minoris ecclesiæ ambitiose, & improbe ad potiorem aspirauerit †; canonica erga eum definitio conteratur; hoc [a] est, vt vtraque careat. Burch. l. 3. c. 48. Iuo p. 3. c. 52. Pann. l. 2. c. 45. † al. aspirare contenderit

a ¶ Hoc est, vt vtraque careat.] *Hæc non sunt in Meldensi impresso, habentur tamen apud omnes quoque collectores.*

Qui vero pretio ecclesiam vacantem ingressus fuerit, ab officio suo deponendus est, sicut in Rothomagensi concilio legitur.

¶ Deijciatur à clero, qui muneribus ecclesiam acquisitam [illegible]. C. XXXIII.

SAncitum est, atque omnibus modis prohibitum, vt si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, vel dedisse, aut aliam [e] pecuniam tribuere, vt alterius presbyteri ecclesiam surripiat [f], aut vacantem pretio redimat; pro hac cupiditate, seu rapina, seu præsumptione turpis lucri gratia deiiciatur à clero, & alienus existat a regula. In capitular. l. 7. c. 106. Burc. l. 3. c. 114. Iuo p. 3. c. 90. Pann. l. 2. c. 49.

f ¶ Surripiat, aut.] *Addita sunt ista duo voces ex Burchardo. Nam viuente presbytero possessore non potest dici vacans ecclesia. In libro 7. capitulariorum, c. 106. est verbum*, surripiat, *sed deest alterum membrum*, aut vacantem pretio redimat. *Iuo, & auctor Pannormiæ habent vt apud Gratianum*, ecclesiam vacantem pretio redimat.

§ *Quòd vero communi consilio, atque aliorum vtilitate mutationes episcoporum fieri possint, & in ecclesiis, à quibus recesserint, eis viuentibus alij substitui valeant, Anterus Papa demonstrat epistola septima scribens episcopis Bætica, & Toletana prouincia.*

b ¶ *Per tres.*] i. e. præsentium. q. ibi dicitur de duobus mensibus. Sed ibi factum narrat, hic ius commune. Vel idem est in vtroque dũ tamen absit de licentia superioris.

REmoto.] CASVS. Irenęus eps p seditionem volebat Barcinonen. ecclesiã tenere; sed Hilarius Papa præcepit Ascanio archiepo, vt inde illum remoueat, & ad suam faciat redire ecclesiã, & in ecclesia Barcinonẽsi talem faciat eligi, qualẽ deceat illum cõsecrare: ne si aliter fiat pœnam patiatur, quod iniuriam Dei factum fuerit. *Retundat*, id est, puniat & emendet, vel corrigat.

c ¶ *Remoto.*] ab officio visitationis ‡. vel etiam ab ipso episcopatu, quem occupauerat.

‡ Hoc ideo dicit, vt tangat sententiã illo dicentia q. iste Ireneus eps factus erat visitator illa ecclesia Barcinonen. quem quidã volebant illũ eligere in episcopum, alij nolebãt. propter hoc scribit Papa metropolitano, vt cum faciat ad suã ecclesiam redire, & ibi aliam dignum eligi secundũ Ho-

SI quis.] CASVS. Anastasius Thessalonicensis eps quæsiuit à Leone, quam pœnam pati debeat eps, qui minore ciuitate deserta se transfert ad maiorem ambitiose. Et rñdetur q. suam perdere debet, & illam quam per ambitionem concupiuit. Idem est casus sequentis cap.

d ¶ *Ad maiorem.*] multo fortius si ad parem ‡ quia facilius dispensat in maiori quàm in para. extra de transla. licet ad minorem etiam difficilius quam ad parẽ. extra de transla. cũ ex illo. & est hic præsumptio canonis, quia eo ipso q. transit ad maiorẽ, præsumit esse ambitio potius quàm leuitas ‡ quia nullus transit ad minorem. extra de cler. non resíden. c. 1.

QVI VERO. CASVS. Dictũ est s. de ambientibus. Nunc vero dicit de his q. pretio vacãtem ecclesiam ingrediuntur, qui sunt deponendi.

SAncitum.] CASVS. Statutũ fuit in Rothomagensi cõcilio, vt quicumque pecuniam dederit, vel aliud munus clerico vel laico p aliqua ecclesia vacãte, ab officio suo repellatur.

e ¶ *Aut aliam pecuniam.*] Aliam bene dicit, quia quidquid habent homines, pecuniæ nomine censetur. 1. q. 3. per totum.

ADDITIO. Ad idem 38. q. 1. si infidelis in fine. Archid.

facta est mentio de mutatione episcoporum, quòd posset fieri auctoritate populi, & communi consilio episcoporum. probat hoc vsque ad §. *Hoc non solum.*

Mutationes

M*utationes.*] C a s v s. Docet Anterius Papa in hoc capitulo, quod mutationes episcoporum possunt fieri pro communi vtilitate, vel necessitate, & auctoritate sedis Apostolicæ: & hoc probat tribus exẽplis, scilicet Petri, Eusebii, & Felicis: qui de minoribus locis ad maiora sunt translati: nec dicuntur isti transire, vel sedem

chiepiscopus quæsiuit à Pelagio, verum bene dicerent. Et respondet, quod non: quia plurimorum vtilitas præferenda est vnius vtilitati vel voluntati. Nec dicuntur isti transire vel mutare, qui hoc non faciunt per ambitionem, sed potius mutari. Vnde male dicebant illi qui asserebant episcopos non posse sedes mutare causa necessitatis vel vtilitatis.

Poly. l. 1. tit. 9. Ans. l. 6. c. 94. Burc. l. 1. c. 77. Iuo p. 5. c. 183. Pann. l. 3. c. 69.

¶ Necessitatis, vel vtilitatis causa episcoporum mutationes fieri possunt. C. XXXIIII.

MVtationes episcoporum scitote communi vtilitate, atque necessitate fieri licere; sed non propria † cui usquam volũtate, aut dominatione. Petrus ᵃ sanctus magister noster, & princeps Apostolorũ de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, vt ibidem potius proficere posset. Eusebius quoq; de quadam parua ᵇ ciuitate, Apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. Similiter Felix de ciuitate, in qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, vitamque bonam, quam habebat, [auctoritate * huius sanctæ sedis, &] communi episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, nec transfertur ᶜ de minori ad maiorem, qui hoc non ambitu, nec propria volũtate facit; sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, non superbe, sed humiliter ab alijs translatus, & inthronizatus est. *& infra.* ¶ Nam sicut episcopi habent potestatem ordinare regulariter episcopos, & reliquos sacerdotes; sic quoties vtilitas, aut necessitas coegerit, supradicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habent. [non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate & licentia.] *& infra.* ¶ Alia etenim † est causa vtilitatis, & necessitatis; alia auaritia, ac præsumptionis, aut propriæ voluntatis.

† *al. non libet cuiusquam, aut dominatione*

Plura sunt verba in originali.

† *al. quoque*

* ¶ Auctoritate huius sanctæ sedis, &c.] *Hæc verba non leguntur in epistola Antori, neque in Panormia, neque apud Burch. & Iuonem. Sunt tamen apud Anselmum, & in Polycar. & vetustis Gratiani exemplaribus. Idem quoque est de verbis illis prope finem capitis,* non tamen sine sacrosanctæ Romanæ sedis auctoritate, & licentia: *quæ propter hanc causam virgulis sunt inclusa.*

Item Pelagius Papa secundus Benigno Archiepiscopo, epist. 2.

¶ Causa necessitatis mutationes episcoporum fieri possunt. C. XXXV.

Poly. l. 1. tit. 9. Ans. l. 6. c. 97.

SCias frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis, & vtilitatis; aliud causam præsumptionis, ac propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem qui non mutat mentem, id est, qui nõ causa auaritiæ, aut dominationis, aut propriæ volũtatis, vel suæ delectationis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; sed causa necessitatis, aut vtilitatis mutatur. Nam † plurimorum ᵈ vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est ᵉ. Aliud ᶠ est enim mutare, & aliud mutari. *& infra.* ¶ Nam aliud est sponte transire, & aliud est coacte, aut necessitate venire. Vnde non isti mutant ciuitates, sed mutantur: quia non sponte, sed coacte hoc agunt. *& infra.* ¶ Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui hoc negant causa necessitatis, vel vtilitatis fieri posse, quoties communis vtilitas, aut necessitas persuaserit.

† *al. electionis*] *al. dilectionis*

† Cõco. tex. cũ gl. in ver. eo tempore, in l. actione, §. Labeo. ff. pro soc. & gl. in l. 1. & ibi Pet. Cyn. & Bar. ff. solu. matri.

Idem in eadem epistola paulo inferius.

¶ Christum negare conuincitur, qui necessitatem patientibus misericordiam non impendit. C. XXXVI.

1. Reg. 22.

OMnis, qui gemebat, & vexabatur à Saul, fugiebat, & veniebat ad Dauid.] Si ergo pijssimus, atque iustissimus Dauid sciret ᵍ peccatum esse persecutionem fugientes, & transeuntes de loco ad lo-

d ¶ *Plurimorum.*] illuc potius accedat platus vbi plus lucri potest facere, licet maior sit ibi poena sua, vt J. e. c. 1. & hic apparet ratio, quare episcopus non debeat fieri monachus inuito Papa: quia ibi consulit propriæ vtilitati tantũ: vt 2. q. 7. sancta. sed hic communi & propriæ, quæ duo sunt præferenda propriæ tantum, vt 2. q. 7. sancta.

e ¶ *Præferenda est.*] nã cũ quis vocatur ad prælaturam, non præponet priuatum commodum communi, vt hic, & 8. q. 1. in scripturis. & 16. q. 6. vos autem. Et hoc intelligas cum per publicum non impeditur priuatum. aliàs enim suam vtilitatem potest præferre. ff. de iudi. si longius. ff. de arbi. licet autem. ff. ad legem Aquil. l. si quis fumo. ff. de præscri. ver. l. qui seruandarum. aliud tamen videtur in prælato, vt ille semper teneatur præponere vtilitatem ecclesiæ, suæ propriæ vtilitati, vt 12. q. 4. quicũq; † Cum ergo detrimentũ quis patitur pro publica vtilitate, potest suam præponere vtilitatem. 19. quæstio. 2. duæ. 14. distin. quod ait. quia ordinata charitas a se incipit. 23. q. 5. si non licet. de poe. distin. 6. qui vult. Vel dic, quod quando priuata vtilitas includitur in communi, tunc præponitur cõmunis, vt est in prælatura, vt arg. ff. pro socio. l. actione. §. Labeo. Vel distingue aut vtilitas in acquirendo cõsistit, aut in dãno vitando: tunc secus, vel econuerso.

A d d i t i o. De hoc no. extra de postu. præla. bonæ 2. de reg. licet. Archid.

f ¶ *Aliud.*] vt J. dist. 6. testamentum. & extra quod metus cau. sacris.

Vtilitatem suam an possit quis præferre publicæ.

† De hoc le. & no. J. e. 2. c. placuit.

dem mutare, cum hoc non faciunt per ambitionem, sed inspecta communi vtilitate vel necessitate hoc faciunt.

a ¶ *Petrus.*] 22. dist. sacrosancta.

b ¶ *Parua.*] scilicet Vercellina. & regulare est, vt à minori promoueatur ad maius, vt 93. dist. legimus. in fin. ff. de mune. & hono. vt gradatim. sed non econuerso.

c ¶ *Nec transfertur.*] præsumit enim canon locum non mutari, cum animus non sit mutatus: sicut virgo censetur, cum nõ sit animus corruptus, licet corpus sit corruptum. 32. q. 5. ita ne. sic propter animum bonum iudicat canon etiam iniustũ factum bonũ. 23. q. 8. occidit. & q. 7. quod autem. & 32. q. 5. proposito.

Virgo dici potest etiam corrupta.

S*ciat.*] C a s v s. Quidã dicebãt, quod nec causa vtilitatis, nec causa necessitatis poterunt epi mutare sedes. quare Benignus ar-

O*mnis.*] C a s v s. Quidã dicebant epos expulsos à ciuitatibus non esse recipiendos, & in alijs ecclesijs collocãdos. Itẽ asserebant, quod causa vtilitatis non debebant mutari de minori ciuitate ad maiorem. Sed docet Pelagius exemplo Dauid eos esse recipiendos, qui si sciret esse peccatum, expulsos à Saule non recepisset. non enim peccant expulsi: sed potius qui cogunt eos fugere. Similiter causa vtilitatis licite fit mutatio de minori ad maiorem, & qui contradicunt, misericordiam negant, scilicet qui nolũt mutare, id est, mutando tradere episcopum causa vtilitatis vel necessitatis, vel delectum recipere.

g ¶ *Sciret.*] arg. quod eo ipso videtur aliquid bonum & iustum, quod à bono factum est. 37. dist. qui de mensa. & 9. q. 2. Lugdunensis.

a ¶ *Coacte.*] precibus superiorum.sic I.e. qualiter. videtur enim, ꝙ nō posſit cogi,vt 74.diſt.vbi. Vel dic,ꝙ poteſt quis cogi, vt de nolente fiat volens, ,vt 23.q.4.diſplicet.& 74.diſt.placuit. Papa tamen abſolute poteſt aliquem cogere,vt 9.q.3. per principalem.
b ¶ *Minor.*] ſed nunquid tenetur minor populus ſuum epiſcopum maiori cōcedere. cum nemo cogatur de ſuo beneficium facere. 10.q.2. precariæ? Reſpon.ſic,ſi alium poteſt habere æqui idoneū: vel loquitur in eo caſu cū ibi magis vtilis erit, vt ff.locati. ſi domo.

Hoc no.ſupra 1.q.6. ſicut. ibi videas.

Arg.ff.ſol. mat.l.2 l pri ca.ff. de euic. in creditoré, cū ſuis ſimil. ſecundū Io. de Fan.

c ¶ *Doctiorem*] omnia coparatiua poſitiue hic ponuntur.
d ¶ *Et vtiliorem.*] ſcilicet illis.

E *Piſcopus.*] Casvs. Conſtituit Carthaginen.cōcilium, ꝙ nec epiſcopus nec clericus inferioris ordinis tranſeat de loco ignobili ad nobilē per ambitionē: ſed ſi vtilitas exegerit, epiſcopus tranſeat auctoritate Papæ, & in pſentia ſynodi, decreto clericorum & laicorū porrecto epis pro eo,ꝙ debet transferri. Alij vero clerici transferūtur de voluntate ſuorū epiſcoporum.
e ¶ *Gradus.*] quod verum eſt de iis qui ſubſunt epis nullo mediante,vt 71.di. clericos. & extra de renun. admonet.ſed ſi aliis ſubſunt, vt abbatibus vel aliis, eorum conſenſus requirendus eſt,vt 54.diſt.c.1.& 2.& 9.q.3.conqueſtus.& 63.diſt.quanto. Quid ſi clericus non vult tranſire de minori ad maiorem? Dico,ꝙ non poteſt cogi ab epiſcopo, quia nemo creſcere cogitur inuitus. 74.diſt.geſta.& 63 diſt. quanto.hoc autem Papa poteſt. Sed ſi ad aliū epiſcopatū vocatus eſt epiſcopus, neceſſarius eſt conſenſus epiſcopi. 71.diſt. per totum. 85. diſt. Florentinum. Ioannes.Ego credo, ,ꝙ epiſcopus pōt cogere clericum vt tranſeat ad maiorem locum,cum maiora facere poſsit,vt extra de excel.prel. ſicut. & ad hoc facit extra de æta.& quali. q̃ris.B...

Clericus an poſſit p epm cogi tranſire ad maiorē eccleſiam.

Et male.in prædic.c. geſta.ſecūdū H. & L.ſed compelli pōt à Papa ſolū, vt ſupra dicit̃ ſecūdū L. & H.

f E *Piſcopi.*] *In gradu.*] id eſt, honore.

cum, & de ciuitate ad ciuitatem recipere;tales nequaquam reciperet, nec ſecū teneret,nec in aliis ciuitatibus eos collocaret.Qui enim perſequuntur Domini epiſcopos, eoſque de ciuitatibus ad ciuitates trāſire compellunt;non eos tantum perſequuntur,quantum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum,cuius legatione funguntur. Nec ipſi in hoc peccant epiſcopi,quoniā non ſponte, ſed coacte[a] hoc agunt; ſed illi, qui eos perſequuntur: nec ipſis epiſcopis hoc imputari poteſt,ſed illis qui eos hoc agere cogunt.& *infra.*¶ Qui autem negant miſericordiā faciendam fugientibus,ac neceſſitatem patientibus, ipſum Chriſtum negant,qui eſt miſericordia,& veritas.& *infra*¶ Negat miſericordiam neceſſitatē patientibus,qui populis indigentibus diuinis miniſterijs†, & non habentibus proprium epiſcopum,qui eos inſtruat,cauſa vtilitatis,atque neceſſitatis,ex alia ciuitate,licet minor[b] ſit, in eam,quæ nō habet epiſcopum doctiorem[c] ,uel vtiliorem[d] , meliori conſilio, non ſponte tranſeuntem,ſed maiorum exhortatione mutare† ,aut epiſcopum eiectum,& perſecutionem patientem cauſa vtilitatis, aut neceſſitatis inthronizari non permittit.

† *myſterijs*

† *al.mutari*

Item ex concilio Carthaginenſi 4.c.27.

¶ Non ambitione, ſed ſynodali auctoritate, de eccleſia ad eccleſiam epiſcopus tranſeat. C. XXXVII.

Iuo p.5.c.125. Pann.l.3.c.70.

EPiſcopus de loco ignobili ad nobilem per ambitionem non tranſeat:nec quiſquam inferioris ordinis clericus. Sane,ſi vtilitas eccleſiæ fiendum popoſcerit;decreto pro eo clericorum,& laicorum epiſcopis porrecto in præſentia ſynodi transferatur;nihilominus alio in locū eius epiſcopo ſubrogato. Inferioris vero gradus[e] ſacerdotes, vel alij clerici conceſſione ſuorum epiſcoporum poſſunt ad alias eccleſias tranſmigrare.

Item ex eodem Carthaginenſi, 4.c.33.

¶ In proprio gradu epiſcopi, vel presbyteri in aliena ſuſcipiantur eccleſia. C. XXXVIII.

EPiſcopi vel presbyteri, ſi cauſa viſitandi ad eccleſiam alterius epiſcopi venerint, in gradu[f] ſuo ſuſcipiātur;& tam ad verbum faciendum,quàm ad oblationem conſecrandam inuitentur[g].

Item Calixtus Papa omnibus Galliarum epiſcopis,epiſt.2.c.3.

¶ Eccleſia vnius epiſcopi ab alio diſponi non debet. C. XXXIX.

Polyc.l.1.tit.8. Anſ.l.6.c.103. Burc.l.3.c.49. Iuo p.3.c.53. & p.5.c.101.

SIcut alterius vxor nec adulterari ab aliquo,vel iudicari[h] ,aut diſpo
ni,niſi à proprio viro, eo viuente, permittitur; ſic nec vxor epiſco-
pi† ,quæ eius eccleſia,vel parochia indubitanter intelligitur,eo viuen
te,abſque eius iudicio,& volūtate alteri† iudicari,vel diſponi,aut eius
concubitu frui,ideſt ordinatione,conceditur. Vnde ait Apoſtolus [Al
ligata eſt vxor legi, quamdiu vir eius viuit: eo vero defuncto, ſoluta
eſt à lege viri.] Similiter & ſponſa epiſcopi (quia ſponſa, vxorque eius
dicitur eccleſia) illo viuente ei eſt alligata:eo vero defuncto ſoluta eſt.
[Et cui voluerit,nubat, tantum in Domino] id eſt regulariter[i]. Si
enim eo uiuente alteri nupſerit, adultera iudicabitur. Similiter & il-
le,ſi alteram ſponte duxerit,adulter exiſtimabitur,& communione pri
uabitur. Si autem perſecutus fuerit in ſua eccleſia; fugiendum illi eſt
ad alteram, eique eſt aſſociandus,dicente Domino: [Si uos perſecuti

† *al. epiſcopi,vel presbyteri.*]

Rom.7.

† *al.ab altero dijudicari.*]

Ibidem

Matt.10.

g ¶ *Inuitentur.*] aliàs non licet.9.quæſt.2.nullus.& 6. quæſt. 3. ſcriptum.

S *Icut alterius vxor.*] Casvs. Hoc cap.diuiditur in tres partes. In prima dicitur, ꝙ ſicut vxor alicuius nō debet cognoſci vel diſponi niſi à proprio viro;ita eccleſia,vel parochia epi non debet iudicari vel diſponi niſi à proprio epo:& ſicut vxor (vt dicit Apoſtolus) mortuo viro ſuo pōt nubere cui vult;ita defuncto epo eccleſia pōt alteri cōcedi. In ſecūda parte dr,ꝙ ſi eps nō pōt permanere in ſua eccleſia,fugiat ad aliam.hoc probat auctoritate Chriſti. In tertia parte dicitur,ꝙ epiſcopus cauſa vtilitatis & ,fratribus

inuitantibus poteſt mutari:ſed hoc cum auctoritate ſedis Apoſtolicæ fiat. Secunda pars incipit ibi, *Si vos perſecuti.* Tertia ibi, *Si autem vtilitatis.*
h ¶ *Iudicari.*] ff.de iuriſdi.omn.iud.qui iuriſdictioni. contra. vbi dicitur, ꝙ nullus ſibi vel ſuis ius dicere poteſt. Reſpon. iudicare poteſt maritus vxorem corrigendo eam. 23.q.4. duo iſta. ſed non verberando eam,vt C.de repu.cōſenſu.quia illa aliena ſunt ab ingenuis,vt ibi dicitur: ſed temperate poteſt eam caſtigare;quia eſt de familia ſua.33.quæſt.5. hæc imago. ſicut dominus ſeruum inſtitu. de ijs qui ſui vel alieni iuris ſunt.§. fina. & etiam mercenarium ſuum.ff.de pœn.reſpiciendum.non autem in forma iudicij poteſt eam iudicare.
i ¶ *Regulariter.*] id eſt, homini ſuæ profeſsionis. 28. quæſtio. prima,caue. Vel ſine ſuſpicione turpitudinis. 32. quæſtio. 1. ſi quis vxorem.

Maritus vxorem caſtigare poteſt.

HOC

HOC NON SOLVM. Hæc est 6. pars q. in qua reprehendit eos qui occupant locum viuentis, cum duo simul esse non possunt. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est supra in c. sicut. q episcopo viuente sua ecclesia non debet alteri nubere. Nunc dicit idem esse intelligendũ de quibuslibet ministris ecclesiæ, sicut de archidiacono, vt in c. proxi.

d Iudex vnus.] sed immo decẽ sunt iudices prouinciæ, vt 6. q. 3. scitote. sed hic appellat iudicem regem. alibi tamen vi, q vnus sit iudex prouinciæ præter regem, vt 23. q. 4. duo ista.

e Roma.] ff. de rer. diui. l. vlt. vbi dr, q ideo Romulus interfecit Remũ, quia muros transiluit: Rñdeo. Nam potuit hoc idem fecisse ex inuidia.

fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Si autem vtilitatis causa fuerit mutandus; non per se hoc agat, sed fratribus inuitantibus, & auctoritate huius sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed vtilitatis, aut a necessitatis.

a Aut necessitatis.] *Hæc non sunt in ipsa epistola, sed habentur apud Anselmum. Necessitas autem præbet iustam causam translationi. supra ead. c. ictas.*

6 *Hoc non solum de episcopis, verumetiã de quibuslibet ecclesia ministris intelligitur, ne videlicet in locum viuentis alter obrepat.*

Vnde beatus Gregorius scribit Natali Salonitano episcopo de eo, qui in archidiaconatum alterius se promoueri consenserat, libro secundo indictio. 10. epist. 14 & 16.

Deponatur, qui locum alterius inuadere non timet. C. XL.

Iuo p. 6. c. 342.

EVm, qui contra iustitiæ regulam in archidiaconatum a alterius se prouehi consensit, ab eiusdem archidiaconatus honore deponimus. Qui, si vlterius in loco eodem ministrare præsumpserit; se participatione communionis sacræ nouerit esse priuatum.

Item Hieronymus ad Rusticum monachum, epist. 4.

In vna ecclesia duo prælati esse non debent. C. XLI.

Iuo p. 5. c. 356. *principes sunt*] orig.

Gen. 25.

IN apibus princeps vnus est, grues vnam sequuntur ordine litterario: Imperator b vnus, iudex d vnus prouinciæ †. Roma e, vt condita est, duos fratres simul habere reges non potuit, & parricidio f dedicatur. In Rebeccæ vtero Esau & Iacob bella gesserunt: singuli ecclesiarum episcopi, singuli archipresbyteri, singuli archidiaconi g, & omnis ordo ecclesiasticus suis rectoribus nititur.

† Circa istud ca posset qri an Papa & Imperator sint supillustres, dic q non: imme sunt sup omnes grad' secũdũ Cyn. & Ray. in l. fin. C. vbi senat. vel cla. & Io And. in add. ad Spe. in tit. de iurisd. om. iu. & Albert. de Rosa. in l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iu. & Alr. de Im. in l. quicunque. coll. 4. ff. de offi. eius cui mand. est iu.

7 *Ecce in quibus casibus episcopo viuente, alius potest ei substitui: quamquam secundum rei veritatem non viuente episcopo talis probetur succedere. Translatus enim ab vna ciuitate ad aliam desinit h esse episcopus illius ciuitatis, à qua transfertur: atque ideo, qui huic succedit, non viuente, sed defuncto i quodammodo episcopo, probatur substitui. Sed inter eum qui hostilitatis necessitate, & eum, qui vtilitatis causa transfertur, hoc interest; quòd ille, qui metu hostilitatis ad aliam transit, si priorem contigerit aliquando ab hostibus liberam fieri, ad eamdem illum redire oportet.*

Vnde Gregorius Papa scribit Ioanni episcopo Scyllatino † lib. 2. indict. 10. epistola 25.

† al. Squillaceno

l. 2n. diac. l. 3. c. 15.

Qui metu hostilitatis ad alium locum transierit, postea ad suam ecclesiam redire oportet. C. XLII.

Polyc. l. 5. tit. 8. & l. 2. tit. 14. Ansl. l. 6. c. 99. Borc. l. 1. c. 123. Iuo p. 5. c. 223.

PAstoralis officij cura nos admonet, destitutis ecclesijs proprios constituere sacerdotes, qui gregem Dominicum debeant pastorali sollicitudine gubernare k. Propterea te Ioannem ab hostibus captiuatæ Lissitanæ ciuitatis episcopum in Scyllatina ecclesia

ECCE IN QVIBVS. Hæc est 7. pars q. in qua probatur de mutatione causa necessitatis, & vtilitatis. Io. de Fan.

CASVS. Ostendit Grat. in quibus casibus viuenti prælato alius põt substitui. Nũc ostendit, q si veritatem inspiciamus, supradictis casibus nõ succedit quis viuo, sed mortuo. Nã ex quo quis renuntiat ecclesiæ vel trãsfertur in aliam ciuitatem, quodãmodo dr esse mortuus quo ad ecclesiam primam; quia in ea desinit esse prælatus. Ideoq; q succedit huic, nõ dr succedere viuo, sed defuncto. Et ostendit differentiã inter illũ qui necessitate hostilitatis, & illũ qui vtilitate transfert: quia qui in hostilitate transfertur, hostilitate recedẽte redit ad ecclesiã suã quã dimisit: secus si vtilitate.

f Parricidio.] large sumpto nomine, vt ff. ad legem Pompeiã de parricidijs. l. 1.

g Archidiaconi.] id est, in quolibet archidiaconatu erit vnus archidiaconus. nõ autẽ prohibet quin in vna ecclesia possint esse plures archidiaconi, vt 93. dist. diacones.

h Desinit.] 21. q. 2. si quis iam translatus.

i Defuncto.] cum enim loco eius succedit, pro mortuo habetur. ff. pro soc. l. actione. §. publicatione.

PAstoralis.] CASVS. Ioannes Lissitanæ ciuitatis eps ab hostibus ẽ repulsus, & ideo Gre. dedit ecclesiã Scyllatinã ei hac cõditione, vt cessante hostilitate ad suam ecclesiam reuertatur. Si verò continua prãmeretur captiuitate: perpetuo ibi permaneret.

EVm qui contra.] CASVS. Natalis episcopus Salonitanus iniuste repulit Honoratum ab archidiaconatu, & eo viuente alterũ sibi substituit. sed Gre. deposuit illum substitutum, & si præsumeret in eodem loco vlterius ministrare, sacra communione se nouerit esse priuatum.

a Archidiaconatum.] sed nonne iste debuit deponi, vt 3. q. 2. audiuimus. & 2. q. 1. in primis? Sed iste excusabatur auctoritate maioris, qui hoc fecerat. 14. q. 5. dixit Dominus. & 23. dist. diaconi.

IN apibus.] CASVS. Hieronymus probat hic sex similitudinibus plures prælatos non debere esse in eadem ecclesia: sed singuli prælati debent esse in singulis ecclesijs.

b Imperator.] arg. q omnes reges coronabit Imperator, vt dixi 63. dist. Hadrianus 2. cum plures sunt reges, vt 6. q. 3. c. 2. 10.

c Vnus.] tñ quandoque fuerunt duo Imperatores de facto, vt 25. dist. cuiusdam. Quid ergo dicemus de græculo z, videtur, q iste sit Imperator: quia Constantinus illuc transtulit imperium, vt 96. dist. Constantinus. & Imperator appellatur, vt extra de maio. & obed. c. solitæ. sed non est ita, quia Romana ecclesia trãstulit imperium ad Alemannos ab oriente. extra de elect. c. venerabilem. Ioan.

Hæc ratio nõ hic pbat Hu. dicẽs, q ideo excusat & dispẽsat cũ eo. & idẽ L.

Dic, q nõ est verus nec vniuersalis Imperator, sc eisdum Alex. in l. quicumque coll. 5. ff. de of. eius cui mand. est iurisd.

k Gubernare.] vt, q iste eps sub conditione 3, vel ad certum tẽpus fuerit institutus: sed beneficia sub conditione nõ dantur. 1. q. 2. §. pro. nec ad tps, vt s. e. quamuis. & 70. dist. sanctorũ. nec conuenit moribus nostris tẽporales filios habere. ff. de adoptionibus, quæsitũ. sic ff. de reg. iur. actus. sicut nec libertas ad tempus datur. ff. de manu. testa. libertas. nec hereditas. insti. de hered. insti. §. heres. nec matrimonium. 32. q. 2. solet. Potest dici puram esse institutionẽ, sed sub conditione resolutur, vt ff. de in diẽ addic. l. 2. simile extra de fil. presbyt. veniens. & simile extra de pignoribus. c. illo. vel dic, q iure postliminij restituitur ei prior episcopatus, sic 26. q. 3. prima. non enim potest dici, q maneat eps prioris ecclesiæ. Sic enim esset eps vtriusque: contra illud quod est 21. q. 1. relatio. & est simile C. de cu. fur. cum alijs. & tũc dices, q prior locus desinit esse religiosus, vt ff. de relig. cum loca. sed postea eam repetit iure postliminij, vt 24. q. 1. cum per bellicã. Vel dic, q Papa sub conditione vel ad certum tempus potest aliquem instituere prælatum: sicut miles sub conditione, & ad certum tempus instituit heredem. ff. de mili. testa. in fraudem. §. similes. Io.

3 Verũ est à iure reprobata, & sic loquitur ca. quàm pio. & extra de pactis. c. si. cũ similibus. Hic aũt loquitur quã est tacita cõditio à iure inducta. Arch. Bñficia sub cõditione nõ dantur.

a ¶ *Reuocari.*] Ar. quòd restituta re in pristinum statum, omnia iura restituuntur. vt extra de elect. quia diligentia. 16. q. 3. prima. & si quis peruenerit ad meliorem fortunam, tenetur ad pristinã obligationẽ. 16. q. 7. ab ĩfirmis. ff. quemadmodũ ser. amit. si locus. & C. qui bo. cedere pos. l. 2.

Arg. contra 30. q. 7. & hic diximus. vbi de hoc. & extra de vec. sig abbate. in fi. Eps duarũ ecclesiarum an possit aliquis esse.

b ¶ *Reuertaris*] cum ergo teneatur redire, nõ ergo desinit esse episcopus primæ ecclesiæ. & sic eps est duarũ ecclesiarũ cõtra illud 21. q. 1. relatio. Baz. vero dicit, q est eps vtriusq; sicut i matrimonio carnali dicit, q aliquis potest esse maritus duarũ, si vxor intrat religionẽ. Sed contra. nam ille locos dicit esse ecclesia per captiuitatẽ, vt ff. de relig. cum loca. Sed nõ est ita: quia ipsa sacramenta ecclesiæ vera dicimus esse apud hostes: vt prima quæstione prima, quod quidam. & quod dicit lex, quòd desinit esse sacer locus, intellige quia viduatus est sacris ministerijs. Ciuitas autem desinit esse inductione aratri. ff. qui. mo. vsusfru. amit. l. si vsusfructus. & collegium translatis personis. ff. de colle. illicitis. l. 3. Sed pone econuerso quòd episcopus sit captus, & non ciuitas. tunc bene constituetur alius, vt dicunt quidam, quia si tutor est captus ab hostibus, alius dandus est; & tamen si captus redierit, omnia recuperat iure postliminij, & ille alius desinit esse tutor: vt insti. de Attilia. tuto. §. ab hostibus. quod non concedo [1]. quia sic offenderetur illa regula. 16. q. 7. inuentum.

1 Et bene, vt satis colligit extra lib. 6. de sup. negli. prę la. si eps. Arc.

QVI VERO. CASVS. Dictũ est s. quid iuris sit, si cã necessitatis transfertur. Nũc vero ostendit, q si causa vtilitatis transfertur, non potest ad priorem ecclesiam redire. Est etiam alius casus, in viuente episcopo substituitur alius, scilicet cum ecclesia sua derelicta est causa ambitionis, & sua auctoritate transit ad aliam, quo casu licet non desinat esse prælatus prioris ecclesiæ, tamen substitutus eam habebit.

extra de renun. ex transmissa. extra de concess. præben. & eccle. non vacan. c. litteras.

d ¶ *Tamdiu vacet*] & sic videtur, q eo mortuo possit repetere ecclesiam; sed non est verum. sic ergo quod hic dicitur, in fauorem ecclesiæ dr; quia eũ non vult repetere. Vel ideo quia ecclesia post mor-

q ¶ no. 9 a distio. si q. episcopi. in gl. j. in quo. Arc.

Cardinalem necesse duximus constituere sacerdotem: vt susceptam semel animarum curam intuitu futuræ retributionis impleas: & licet à tua ecclesia sis hoste imminente depulsus, aliam, quæ pastore vacat, ecclesiam debes gubernare: ita tamen, vt si ciuitatem illam ab hostibus liberam effici, & Domino protegente ad priorem statum cõtigerit reuocari[a]; ad eam, in qua prius es ordinatus, ecclesiam reuertaris[b]: sin autem prædicta ciuitas continua captiuitatis calamitate premitur, in hac in qua à nobis incardinatus[a] es, debeas ecclesia permanere.

a ¶ Incardinatus.] ↑. dist. 71. c. fraternitatem. *de huius vocis notione est adnotatum.*

Qui vero vtilitatis causa transfertur, nequaquam ad priorem redire cogitur. Est etiam alius casus, in quo episcopus viuenti episcopo substituitur. Cum enim aliquis relicta priori cathreda, sua auctoritate ad aliam transierit; si alius ei substitutus fuerit, licet ille prioris ecclesiæ episcopus esse non desierit, substitutus tamen episcopatum habebit.

Vnde Damasus vrbis Romæ episcopus scribit ad Paulinum Antiochenum, dicens.

¶ De sacerdotibus, qui relictis suis ecclesijs ad alias migrarunt. C. XLIII.

Poly. l. 1 tit. 9. Ans. l. 9. c. 95.

EOs sacerdotes, qui ab ecclesijs ad ecclesias migrauerunt, tamdiu à nostra communione habemus alienos, quamdiu ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus sunt constituti. Quòd si quis alius alio transmigrante, in locum viuentis ordinatus[c] est; tamdiu vacet[d] sacerdotij dignitate, qui suam deseruit ciuitatem, donec successor eius quiescat in Domino.

Episcopalium etiam sedium mutationes, metu hostilitatis interueniente nonnumquam fieri solent.

Vnde Gregorius scribit Ioanni Episcopo Vellitrano, libro secundo, epist. 11.

¶ Necessitate temporis episcopalium sedium mutationes fieri possunt. C. XLIIII.

Io. Diac. in vita B. Greg l. 3. c. 17. Ans. l. 6. c. 98. Burc. l. 3. c. 89. Iuo p. 3. c. 179. Pann. l. 2. c. 37.

TEmporis qualitas admonet, episcoporum sedes antiquitus certis ciuitatibus constitutas ad alia, quæ securiora putamus, eiusdem diœcesis loca transponere[e]; quo et habitatores nunc † degere, & barbaricum possint periculum facilius declinare. Propterea te Ioannem fratrẽ coepiscopũ nostrum Vellitrensis ciuitatis, sedemque tuam in locò quondam † Arenata ad sanctum Andream apostolum præcipimus exinde transmigrari: quatenus ab hostilitatis incursu liberior existere valeas, & illic consuetudinem[a] solennium festiue disponas.

† al. secure.

† al. quem Harenata ad s. Andream apostoli dicunt.

a ¶ Consuetudinem.] *Apud Ioannem Diaconum legitur*, consuetudine solenni festa disponas. *Apud Burchardum & Iuonem*, consuetudinem solennium festorum. *In varijs B. Gregorij epistolarum editionibus*, consuetudinum solennium festa disponas.

8 *Item cum aliquis causa humilitatis Apostolica concessione de episco-*

EOs sacerdotes.] CASVS. Dicitur in hoc ca. q sacerdotes auctoritate propria de ecclesia sua migrantes ad aliam, tamdiu à cõione remoueantur, quãdiu ad suas redierint ciuitates. sed si alius iam est sibi substitutus: tamdiu vacet qui deseruit suam ciuitatem, donec substitutus quiescat in Domino.

e ¶ *Ordinatus.*] arg. q re integra potest repeti ecclesia, quæ habita est pro derelicto nam si cesset quis bonis rebus nondum distractis, potest eas repetere, vt arg. C. de repu. here. l. vlt. & argu. ff. de cel. bono. l. qui. simile ff. de decu. qui ad tempus. Sed quæro, cum iste substituebatur, aut vacabat episcopatus, aut non: si non vacabat, qualiter successit in locum viuentis? ar. ff. de ver. ob. l. 1. Nõ potest etiam dici, q vacabat, quia non fuit ecclesia adiudicata, maxime cum dicatur, q non ipso recessu perdat quis ecclesiam q. Sed breuiter potest dici, q ille fuit admonitus, & per sententiam fuit ecclesia adiudicata. Vel dic, q cum de iure debuit vacare, licet super hoc non esset lata sententia, potest alij adiudicari, vt ca-

Ecclesia pro derelicto habita, an possit repeti re integra.

Sub. contra id ↑. c. eũ qui. est simi. libus. Arc.

De bo. no. ↑. ca. §. ambitionis. & vid

mortẽ huius eum potest repetere. Sed pone, moritur substitutus, ecclesia repetit primum. ille nõ vult redire, pôt ne compelli? Nõ videtur. videtur enim ecclesia renuntiasse iuri suo nõ repetendo, cũ potuit eum repetere, & noluit, sed aliũ prælegit. immo vr, q ipse repetere possit ecclesiam viuo secundo: & si obijcitur ei, q habuerit ecclesiam pro derelicto, replicabit, q illa alij adhæsit, vt extra de diuor. significasti. quod non credo, vt 22. q. 6. nihil. ff. ne quid in loco pub. l. 2. §. idem ait. Ioan.

Substituto mortuo, an possit q renũtiauit ab ecclesia repeti.

EPISCOPALIVM. CASVS. ostẽdit Gratianus de mutatione episcoporum. Nunc vult ostendere, q ecclesia episcopalis motari potest hostilitatis metu & hoc probat seq. cap.

TEmporis.] CASVS. Ciuitas Vellitrensis multas patiebatur angustias à Barbaris, & ideo Grego. Papa præcepit Ioãni episcopo, vt sedem episcopalem transferret ad sanctum Andreã apostolum, vt barbaricum periculum facilius posset declinari, & diuina officia celebrentur festiue.

e ¶ *Transponere.*] ↑. de consec. dist. 1. tribus. ↑. 16. q. vlt. si quis. & q. 1. & temporis. vbi de hoc notaui plene.

ITEM. Hæc est 8. pars q. 10 qua quæritur de illis q causa pœnitentię relinquunt epatum, vtrum possint fieri episcopi. Quidam

pali sede ad monachalem descenderit subiectionem, alius loco eius subrogari poterit; ille vero ad pontificatum resurgere nequaquam vlterius valebit. Vnde in quinta [a] *actione Constantinopolitanæ synodi* CCCLXXXIII. *Patrum, sub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus episcopus, & Eugenius Ostiensis episcopus Apocrisarij Papæ dixerunt.*

a ¶ In quinta.] *Apud Iuonem par. 7. c. 149. pro indice huius capituli leguntur hæc,* Ex actione quintæ synodi Constantinopolitanæ trecentorum & octoginta trium Patrum sub Ioanne Papa octauo, cui præfuit Petrus presbyter Cardinalis, & Paulus Anconitanus episcopus, & Eugenius Ostiensis episcopus. *Initium vero ipsum capitis est,* Apocrisarij Papæ dixerunt, Hoc nequaquam, &c.

¶ Episcopus, qui causa humilitatis monachus efficitur, ad Pontificatum redire non valet. C. XLV.

Iuo p. 7. c. 149. HOc nequaquam apud nos habetur, vt quicumque de pontificali ordine ad monachorum, id est pœnitentium descenderit vitam, vlterius [a] possit ad pontificatū reuerti. *Item.* ¶. Præcepit sancta synodus, vt quicumque de pontificali dignitate ad monachorum vitam, & ad pœnitentiæ descenderit locum, nequaquam iā ad pontificatum resurgat. Monachorum enim vita subiectionis habet † verbum, & discipulatus, non docendi, vel præsidendi, vel pascendi alios.

† λόγον ἔχει

¶ *Hæc synodus sub Ioanne octauo extat græca in Vaticana bibliotheca. Cuius synodi tres tantum canones cū explanatione Balsamonis editi sunt Lutetiæ, & apud ipsum inscribitur, Synodus in templo sapientiæ habita sub Photio Patriarcha. In secundo autem trium illorum capitulo habetur sententia huius capitis. visum autem est, vt omnia melius percipiantur, locum hunc græce, & cum noua interpretatione esse adscribendum.*

Φώτιος ὁ πατριάρχης εἶπε, πῶς ὑμῖν δοκεῖ περὶ τῶν ἀπὸ τοῦ ἀρχιερατικοῦ τάγματος ἑαυτοὺς εἰς τὴν τῶν μοναχῶν καταλεγόντων χώραν, ἆρα εἰς ὑποταγὴν ἑαυτοὺς παραδόντες δύνανται ἔτι οἱ αὐτοὶ τῆς αὐτῆς ποιμαναρχίας ἔχεσθαι; οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης εἶπον, τοῦτο παρ' ἡμῖν οὐκ ἔστιν, οὐδὲ σώζεται· ὅστις γὰρ ἐκ ἀπὸ ἀρχιερατικοῦ τάγματος εἰς τὴν τῶν μοναχῶν, τουτέστι τῶν μετανοούντων καταριθμηθῇ χώραν, οὐ δύναται ἔτι τὸ τῆς ἀρχιερωσύνης ἑαυτῷ ἐκδικεῖν ἀξίωμα. Βασίλειος καὶ Ἠλίας οἱ τοποτηρηταὶ τῶν ἀνατολικῶν θρόνων εἶπον, οὐδὲ παρ' ἡμῖν ἐφωράθη τοῦτο ποτὲ γινόμενον, τοὐναντίον μὲν οὖν μονάζοντες πρόεισιν εἰς ἀρχιερεῖς, ἀπὸ δὲ ἀρχιερέων εἰς μοναχοὺς κατερχόμενοι ἀρχιερεῖς μένειν οὐ δύνανται. ἡ ἁγία σύνοδος εἶπεν, ὁρισθήτω καὶ περὶ τούτου κανών, πολλάκις γὰρ καὶ ἐν ἡμῖν ἀμφιβολίαι γίνονται περὶ τῆς ὑποθέσεως ταύτης, τῶν μὲν λεγόντων μὴ κωλύεσθαι τοὺς ἀρχιερεῖς μοναχοὺς γινομένους τὰ τῶν ἀρχιερέων τελεῖν, τῶν δὲ οὐ συνευδοκούντων ἐπὶ τούτῳ. οἱ ἁγιώτατοι τοποτηρηταὶ εἶπον, ἐκτεθήτω κανών. ἁγία σύνοδος εἶπεν, ἔτι δὲ ἀξιοῦμεν ἐκτεθῆναι κανόνας περὶ τῶν εἰς τοῦτο μανίας, καὶ ἀπονοίας ἐλθόντων λαϊκῶν, ὥστε ἀρχιερεῖς ἢ ἱερεῖς Θεοῦ τύπτειν, ἢ φυλακίζειν. καὶ τὰ λοιπά.

Φώτιος ὁ Πατριάρχης εἶπεν, εἰ κελεύει ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ἀναγνωσθήτωσαν οἱ κανόνες· καὶ λαβὼν Πέτρος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος, καὶ πρωτονοτάριος ἀνέγνω, εἰ καὶ μέχρι νῦν ἔνιοι τῶν ἀρχιερέων εἰς τὸ τῶν μοναχῶν κατιόντες σχῆμα ἐπὶ τῷ τῆς ἀρχιερωσύνης ἐβιάζοντο διαμένειν ὕψει, καὶ τοῦτο πράττοντες παρεωρῶντο, ἀλλ' οὖν ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ αὕτη σύνοδος καὶ τοῦτο ῥυθμίζουσα τὸ παρόραμα, καὶ πρὸς τοὺς τῆς ἐκκλησιαστικῆς καταστάσεως θεσμοὺς τὴν ἄτακτον ταύτην ἐπανάγουσα πρᾶξιν ὥρισεν, ἵνα εἴτις ἐπίσκοπος ἢ ἄλλος τοῦ ἀρχιερατικοῦ ἀξιώματος πρὸς τὸν μοναδικὸν θελήσειε κατελθεῖν βίον, καὶ τὸν τῆς μετανοίας τόπον ἀναπληρῶσαι, μηκέτι τούτου τῆς ἀρχιερατικῆς ἀντιποιεῖσθαι ἀξίας. αἱ γὰρ τῶν μοναχῶν συνθῆκαι ὑποταγῆς ἔχουσι λόγον καὶ μαθητείας, ἀλλ' οὐχὶ διδασκαλίας ἢ προεδρίας, οὐδὲ ποιμαίνειν ἄλλους, ἀλλὰ ποιμαίνεσθαι ἐπαγγέλλονται. διὸ καθὰ προείρηται, θεσπίζομεν, μηκέτι τινὰ τῶν ἐν ἀρχιερατικῷ καταλόγῳ, καὶ ποιμένων ἐξεταζομένων εἰς τὴν τῶν ποιμαινομένων, καὶ μετανοούντων χώραν ἑαυτὸν καταβιβάζειν. εἰ δέ τις τοῦτο τολμήσας πράξει μετὰ τὴν ἐκφώνησιν, καὶ διάγνωσιν τῆς νῦν ἐκπεφωνημένης ψήφου, αὐτὸς ἑαυτὸν ἀρχιερατικοῦ ἀποστερήσας βαθμοῦ, οὐκ ἔτι πρὸς τὸ πρότερον, ὅπερ διὰ τῶν ἔργων ἠθέτησεν, ἀξίωμα ἐπαναστρέψει. id est,

Photius Patriarcha dixit. Quid censetis de ijs, qui ex Antistitum ordine seipsos in monachorum locum conferunt? Num qui seipsos subiectos esse voluerunt, possunt adhuc

iuris sit, habes extra de renun. post translationem. Dicas tamen breuius, quod si fuerint polluti, poterunt fieri episcopi, o si pro crimine dimiserint episcopatū. Et hoc probat per v. c. Io. de Fant.

CASVS. Ostēdit Grat. alium casum, in quo viuente prælato potest alius substitui eps, scilicet quando ingreditur monasterium causa humilitatis de licētia Papæ, quia decetero non potest ad episcopatum resurgere. & ad hoc inducit sequens cap.

HOc nequaquam.] CASVS. Statutū fuit in synodo Constātinopolitana, vt quicūque episcopus descenderit ad vitam monachorum, decetero non possit ad pontificatū reuerti, quia monachus discere debet, & nō docere. Sed credo quod Grat. melius dixisset, si dixisset propter conscientiā criminis ad agendā pœnitentiam, vbi dicit causa humilitatis, quia tunc resurgere posset. Sed si vis eum saluare, dicas, quod causa humilitatis transiuit, & ideo nō potest redire ad episcopatum per se, sed de licentia Papæ. Idem est casus sequentis c. Hoc scilicet ingredi monasterium, quibusdam cōceditur ad agendam pœnitentiā, sed non ad quietem seruandam.

a ¶ *Vlterius.*] tamen monachus qui numquā fuit episcopus, bene potest esse eps, vt 16. q. 1. vos autem. & 8. q. 1. in scripturis. & 18. q. 1. c. vnico. Item si plebanus aliquis fit monachus, postea potest fieri plebanus, vt 16. q. 1. si quos a clericatu. Dicunt quidam, quod cum quis dimittit episcopatum vbi plus proficere potuit, præsumitur quod propter conscientiam criminis hoc fecerit. sed hoc nō est verum: quia sæpe ingreditur quis monasteriū propter merita augenda, vt 27. q. 2. sunt qui dicunt. Intelligo ergo hoc cap. de eo qui conuictus est de crimine, & detruditur in monasterium propter hoc [1], vt extra de renun. post translationē. Vel intellige de eo qui humilitatis causa transiuit, & de licentia Papæ. & talis per se nō potest redire ad epatum,

Eps semel monasteriū ingressus, an possit iterum redire ad episcopatum.

1 Sub. vñ repellit sicut quilibet pœnitens 50. dist. si illi. aliàs secus, vt extra, &c. vt sequens.

 sed

sed de licentia superioris. Sed numquid talis pôt esse abbas?rô vr, quia maioribus honoribus functo non licent inferiores recipere, vt C. de ijs qui ad ciuilia munera vocantur. l. maioribus. lib. 2. Secus tamen credo, quia etiã potest esse plebanus, vt extra de renun. ad supplicationem. & 16. q. 1. si quos. & c. in parochia. Ioan.

cendi. vnde Satanæ potestas nocendi Iob data fuit Omnia enim quæ fiunt in ciuitate, aut iusto Dei iudicio, aut eo permittente fiunt, vt 16. q. 5 nec mirum. Ioan.

f ¶ *Prodire.*] pugnando cum eis, quod in nullo casu pñt clerici, si aliás possunt euadere. 50. di. de clericis. Sed possũt alios hortari ad pugnam

adhuc ijdem idem in gregem imperium tenere? Sanctissimi locum tenentes antiquioris Romæ dixerunt. Id apud nos minime fit, neque in more est positum. Quicumque enim ex antistitum ordine monachorum, id est pænitentium ordini adnumeratus fuerit, is antistitis dignitatem nõ potest sibi amplius vendicare. Basilius, & Helias locum tenentes orientalium sedium dixerunt: neque apud nos id vmquam euenisse obseruatum est. Nam contra quidem monachi ad antistitum ordinem prouehuntur; at qui ex antistibus ad monachos descendunt, hi antistites manere non possunt. Sancta synodus dixit, de hac etiã re canon constituatur. Nam & apud nos sæpe hac de causa dubitationes exoriuntur, nonnullis quidem ita dicentibus, non prohiberi antistites, quo minus cum monachi facti fuerint, antistitum muneribus fungantur: nonnullis vero hanc sententiam minime probantibus. Sanctissimi locum tenentes dixerũt, feratur canon. Sancta synodus dixit. Præterea vero æquũ ducimus ferri canones de laicis illis, q eò insaniæ, ac superbiæ deuenerunt, vt antistites vel sacerdotes Dei verberent, aut custodiæ tradant, & reliqua.

¶ Photius Patriarcha dixit, si vestra sanctitas iubet, legantur canones, eosque in manus sumens Petrus Deo amicissimus Diaconus, & protonotarius legit. Quamuis huiusque nõnulli antistites ad monachorum habitum descendentes conati sint in antistitum fastigio manere, cumque id facerent, ea res neglecta est: Sancta tamen, & œcumenica hæc synodus hanc quoque negligentiam corrigens, atque inordinatam hanc actionem ad leges, quæ de statu ecclesiastico sunt, reuocans statuit, vt si quis episcopus, siue quis alius antistitis dignitatem obtinens, ad vitam monasticam descendere, & pœnitentiæ locum implere voluerit, hic antistitis dignitatem amplius non retineat. Monachorum enim instituta ad obedientiæ, ac disciplinæ rationem pertinent, minime vero ad magisterij, vel prælectus; atque eorum sunt, qui non alios pascere, sed pasci profitentur. Quocirca quemadmodum dictum est, decernimus, ne quis posthac eorum, qui in antistitum catalogo sunt, atque in pastorum numero censentur, in eorum, qui pascuntur, ac pœnitentiam agunt, locum se transferat. Quòd si quis post promulgationem, ac notitiam huius, quæ nunc pronuntiatur, sententiæ, id facere ausus fuerit, quando ipse seipsum antistitis gradu priuauit, pristinam, quam factis contempsit, dignitatem amplius non recuperabit.

Hoc ad pænitentiam agendam, non ad quietem seruandam quibusdam conceditur.

Vnde Liberius Papa scribit omnibus episcopis, epist. secunda.

¶ Pro infestationibus malorum non licet episcopo gregem relinquere. C. XLVI.

SVggestum nobis est, quòd pro præteritis laboribus, & infestationibus, nonnulli vestrum assignatas sibimet, & à Deo commissas relinquant plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent, ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinent, & vacationem ab episcopatus laboribus eligere, & silentio, atque otio vitam degere magis appetant, quàm in his, quæ sibi commissa sunt, permanere, dicente Domino [Beatus, qui perseuerauerit vsque in finem.] Vnde namque est beata perseuerantia, nisi de virtute patientiæ? quoniam secundum Apostolicam prædicationem [Omnes, qui volunt in Christo pie viuere, persecutionem patiuntur.] Ideo fratres charissimi, non vos afflictionum amaritudo a pio mentis vestræ proposito coarctet recedere. Considerate namque, quanta pro absolutione nostra, & liberatione creator, dominusque, & redemptor noster pertulerit, quibusue se contumelijs afficiendum tradiderit, vt nos a vinculis potestatis diabolicæ liberaret. Attendite itaque vobis, & omni gregi, in quo vos spiritus sanctus constituit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine: vt non sit, qui vos decipiat [a], aut seducat in subtilitate sermonis, vt plebes vobis commissas relinquatis, & alicui propter malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, & vt vos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis.

Poly. l. 4. tit. 15.

Matt. 10.

2. Tim. 3.

Act. 20.

Item Nicolaus Papa Humifrido Morinensis ecclesiæ episcopo.

¶ In persecutionibus episcopus ecclesiam suam non deserat. C. XLVII.

SCiscitaris itaque per Guldagarium presbyterum, vtrum, cum a Normannis de episcopio depellaris, debeas de cetero in monasterio conuersari. In quo scias charissime frater, quòd, si periculosum est proretam [b] in tranquillitate nauim deserere, quanto magis in fluctibus? Vbi [c] non dicimus, quòd persecutorum non fugiamus [d] (maxime paganorum) insidias, cum ad tempus sæuiunt, & ob multitudinem delictorum nostrorum nocendi facultatẽ diuinitus [e] assequuntur: præterum cum eis prodire [f] vltro non debeamus, & multos

S ¶ *Vggestum.*] C. XLVI. Multi epi propter tribulationes extrinsecas monasterij quietẽ appetentes, greges sibi cõmissos relinquebãt, & plures in futuro relinquere volebãt: quod cum audisset Liberius Papa, scribit omnibus epis hortãs eos, ne greges sibi commissos derelinquant pp laborẽ vitandum, & quietem appetẽdam: sed potius perseuerent humiliter tribulationes sustinendo Et hoc probat duabus auctoritatibus, s. Domini, & Pauli, & exemplo Christi, qui p nobis redimẽdis passionẽ substinuit in cruce.

a ¶ *Decipiat.*] Arg. q si quis dolo renunciet, q tenet renũtiatio; quod non est verum, vt 3. q. 1. redintegranda.

S ¶ *Ciscitaris.*] C. XLVII. Humifridus eps expellebat a Normãnis à suo epatu: ideoque vt tribulationes declinaret, volebat in monasterio conuersari; & interrogauit Nicolaum Papam, vtrum hoc facere posset. Et rñdet q non: quia periculosum est i tribulationibus gregẽ deserere: sicut periculosum est, si nauta nauẽ in fluctib9 derelinquat: sed dicit ei, q fugiat psecutorum insidias, & & maxime Paganorũ, exemplo Apostolorum Prophetarum, & Christi, & reddita tranquillitate gregem requirat, & colligat in vnum; & doceat, vt quamuis bona temporalia perdant, tñ sperẽt gaudia percipere sempiterna.

b ¶ *Proretam.*] id est, rectorem nauis, a prora quę est anterior pars nauis.

Proreta est nauis rector.

c ¶ *Vbi.*] id est, quo exẽplo non dicimus, &c.

d ¶ *Non fugiamus.*] id est, fugere debeamus.

e ¶ *Diuinitus.*] Deus p pter peccata hominum mittit flagella & persecutiones. 56 dist. si gẽs. 26. q. 1. seueruminí. & 23. q. 4 si quos. & secũdum quosdam potestatem nocendi dat Deus quando permittit quosdam nocere, exẽplo q se non obijcit. secundum alios propriè dat potestatem, & ipse ex se habet potestatem no

Persecutiones pp peccata mittuntur.

pugnã iustam,& etiam interesse, vt 23 q.8 .igitur. & c.vt pridem.
a ¶ Arietes.] alibi dicuntur epi canes: .2.q.7.qui nec regiminis.

Adhoc 38. di. omo.

A Duersitas.]Casvs. Gregorius docet, q̃ in tribulationibus non debet qs pturbari:quia ipsa tribulatio est probatio virtutis,& non est iudiciũ reprobationis. & q̃ quis nõ debet pturbari pp

plis, scilicet Christi & Pauli: & tribus auctoritatibus, scilicet Aug. Christi, & Dauid. Cum autem quæritur non solum prælatus,sed tota ecclesia:tunc non debet recedere, sed opponere se debet pro populo suo, & animam suã ponere pro ouibus suis: & hoc de extrinseca p̃secutione. Est & alia p̃secutio intrinseca,quæ fit a subditis in occulto quando prælatus compati debet pro peccatis aliorum:& hoc probat quatuor auctoritatib°.
e ¶ Hoc.] scilicet quòd prælatus maneat cum subditis suis.
e ¶ Hoc etiam.]in hoc §. distinguitur quid iuris sit in extrinseca siue intrinseca persecutione. Extrinseca enim persecutio consistit in manifestis inimicis ecclesiæ,intrinseca in eis qui adhuc nõ sunt præcisi. In exteriori persecutione distinguitur: aut solus prælatus quæritur, aut totus clerus. Si sol° prælatus: aut eo recedente tuta est salus ecclesiæ, & tunc fugiet, & hoc probat exemplo Christi & Pauli, & tribus auctoritatibus, August. Domini, & Dauid. Si non est tuta, tunc ponet animam suam pro ouibus suis. Si totus clerus quæritur, indistincte se pro eis hostibus opponet. vt 43. dist. sit rector. sed si aliás põt consuli ecclesiæ: totus clerus fugiat cum prælato Si non potest, remaneant cum prælato vel omnes, vel quidam ex eis. si est altercatio inter eos de remansuris,res forte dirimatur. 26.q.2 sors. Circa intrinsecam distinguitur sic:aut omnes sunt mali, aut quidam. Si boni sunt cõmisti malis,eos non deserat. 23.q. 4. tu bonus. Si omnes mali sunt,aut spes est de correctione ,aut nõ. Si est, non sunt deserendi. Si non est spes, tunc sunt deserendi, vt].ea. c.vlti Et nota quòd loquit de extrinseca p̃secutione, vsq; ibi, Est & aliud genus. abinde mistim de extrinseca & intrinseca vsque ibi, Cum autem à vitiys. & abinde tantum de intrinseca.

Io. 8.

tos prophetas,& Apostolos, ipsumque Dominum huiusmodi fugisse insecutores luce clarius constet:sed,quòd præcipue nos,qui tamquam arietes a ducatum gregibus præbemus, immo qui & horum pastores sumus, Deo auctore cum eis in periculis pro viribus persistere pro certo conueniat:& cum tranquillitas reddita diuina fuerit pietate,sopitaque furentium infestatio;mox gregem requirere, & in vnum colligere,& eius animos cælestis patriæ pace,ac potissimum securitate prædicata sursũ erigere debemus. Et tãdiu super eorũ cautela oportet nos esse solicitos;vt si Dei iudicio p̃sentis tẽporis comoda fortassis amittunt, futuræ vitæ se sperent gaudia absq; ambiguitate percipere sempiterna.

Persecutio est duplex.

Item Gregorius lib.7.epist. 126. ad Recaredum regem.

¶ Non esse reprobatio,sed uirtutis probatio,bonorum aduersitas. C. XLVIII.

Prælatus an propter persecutionem licite possit ecclesiam deserere.

¶ al.indicium
Act. 27.

A Duersitas,quæ bonis b votis obijcitur,probatio c virtutis est, non iudicium ¶ reprobationis. Quis enim nesciat, quàm prosperum fuit, quòd beatus Paulus apostolus prædicaturus ad Italiam veniebat? & tamen veniens naufragium pertulit:sed nauis cordis d in maris fluctibus integra stetit.

e *Hoc tunc seruandum intelligitur, quando inter subditos aliqui inueniuntur,quibus prælatorum vita proficiat: quando nec specialiter prælatus quæritur, nec per alios tuta potest esse ecclesiæ salus;ne si deserere incipiat, quibus prodesse potest,dicatur de eo [Mercennarius autem,& qui non est pastor,cuius non sunt oues propriæ,videt lupum venientem,& deserit oues, & fugit.] Cum vero specialiter quæritur,fugiat exemplo Christi, qui à facie Herodis fugit in Aegyptum: fugiat exemplo Pauli, qui à fratribus per murum submissus est in sporta. Vnde Augustinus ait [Fugiat minister Christi, sicut ipse Christus in Aegyptum fugit: fugiat & qui specialiter quæritur,dum per alios firma est ecclesiæ salus.] Hinc etiam ait Dominus discipulis [Si vos persecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Hinc etiã idem abscondit se,& exiuit de templo; quando Iudæi lapides tulerunt, vt iacerent in eum. Hinc etiam Augustinus ait de eodem in ps. f 54. [Ecce elongaui fugiens. illud tangit, quòd Christus vitabat persequentes;vt occasionem g iræ demeret, & manebat in desertis orans. in quo docebat nos in secreto conscientiæ orare,& quiescere,cum à malis premimur.] Cum vero non prælatorum tantum,sed totius ecclesiæ salus h quæritur, fides i impugnatur; necesse est, vt ex aduerso ascendant, & in die belli se ipsos murum opponant pro domo Domini,& animas suas ponant pro ouibus suis: vt exemplo suæ passionis accendant, quos sermone doctrinæ diutius confirmare non valent. Et hoc quidem de manifestis persecutionibus. Est & aliud genus persecutionis k, in quo Apostolus laborabat dicens [Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur,& ego non vror l? &c.] Hinc Augustinus in ps. m 101. [Ossa, id est, fortes, quorum frixorium sunt, qui scandalizantur: tantum enim frigitur n bonus, quantum amat.] Hinc idem in ps. xxx. o [Irascitur iustus pro peccatis palearũ p, nõ tamen odit q,*

Ioan. 10.
Matt. 2.
Act. 9.
Glossa ord.ad c. 11. 2.ad Corin. in fine,ex Aug. epis 180.ad Honoratum.
Matt. 10.
Io 8.
Glossa ordin.ex Cassiodoro.
Ezech. 13.
Io. 10.
2.Cor. 11.
Glossa ordin.ex Aug.ad ver [& ossa mea,sicut in frixorio] & Beda 2.Cor. 12.

Eadē ex Augu. ad versi. [Miserere mei Dne.]

De hac materia plene no. Ion. extra de renun. nisi cum pridē, § 1. vbi posita est ista glo. sicut hic iacet multa addit. & ibi de hoc per Host.

pp aduersitatẽ,probatur exẽplo Pauli, qui cũ veniebat in Italiã, naufragium passus est: & tamen in corde non fuerat turbatus.
b ¶ Bonis votis.] id est,proposito.
c ¶ Probatio] s.ea.cum percussio.
Anditur. Et dic p̃batio,id est,examinatio,& experimẽtũ virtutis,id est,constantiæ. Vel p̃batio virtutis, scilicet vt probatione melior quis efficiatur,& ita appareat, vt in prædicto c. cum percussio. secundum Hug.
d ¶ Nauis cordis] id est,constantia fidei.
HOC ETIAM. Hæc est 9. pars quæstio. in qua dicitur qñ debet prælatus relinquere subditos,& quando non. Io. de Fant.
Casvs. Dictum est s̃.in c.suggestũ.& c. scisciraris. q̃ prælatus perseuerare debet cũ subditis in t̃pe tribulationis,licet possit q̃que recedere ad tempus & fugere. Nunc vero ostendit hic tẽpus seruandum esse,qñ inter subditos aliqui boni reperiuntur,& prælatus nõ quæritur specialiter, nec per alios est tuta salus ecclesiæ, in quo casu si gregem sibi commissum deserat, dicetur mercenarius. Si vero persona prælati specialiter quærit, & salus ecclesiæ tuta est per alios,fugiat tunc prælatus. & hoc probat duobus exẽ

f ¶ In psalmo.] Exaudi Deus orationem.
g ¶ Vt occasionem] Et ita peccat quia eo q̃ dat aliis occasionem peccandi, vt 55.dist.si euangelica.& 23.q.4.inter.
h ¶ Salus.] Ergo videtur q̃ pro rebus temporalibus non debeat prælatus mori, vt 13.q.5.non est nostrum.
i ¶ Fides.] per hæresim aliquam.
k ¶ Persecutionis.] id est,compasionis.
l ¶ Non vror.] compatiendo.
m ¶ In psalmo.] Domine exaudi ibi, Quia defecerũt sicut fumus dies mei,& ossa mea sicut in frixorio confixa sunt.
n ¶ Frigitur.] id est,cõfl-gitur,id est,tantum dolet de malorum interitu,quantum salutem eorum diligit.
o ¶ Xxx.] In te Dñe speraui. vsque, Miserere mei Deus,quoniã tribulor,& conturbatus est in ira oculus meus,anima mea,& venter meus:quoniam defecit, &c.
p ¶ Palearum.] id est, malorum,qui sunt sine fructu.
q ¶ Odit.] supple id,in quo scilicet,odio extingueretur, oculus ratio

Sub in quã & per quam transire debemus tribulationes & pericula huius sæculi, sicut in mari mare trãseimus ad littora, iuxta illud Hoc mare magnum, & spatiosum,& sequit ibi naues perãrãsibũt. Psal 103. Archi.

Dic, id est, fortes. Fortes enim & robustiores fide dicuntur ossa: quia portant carnes. i. infirmos secũdum Hug.

Scilicet per mortale peccatũ. i. si odiret paleas, id est, malos in quantum homines sunt, secũdũ Hug.

rationis, si haberet illud odium. Vel dic, non odit homines, sed peccata eorum. 86. dist. odio.

a ¶Oculus.] id est, intellectus.

b ¶Venter.] id est, prælatus, qui quandoque ventrosus est.

c ¶Pro interioribus.] id est, subditus.

t ¶Lima] id est, persecutio.

u ¶Tu bonus.] j. 23. q. 4. hæc autem. & c. tu bonus,

x ¶Bonorum.] arg. quod si per aliquem non stat quo minus faciat, idem est ac si fecisset. 43. dist. Ephesiis.

y ¶Coniunctione.] fugimus enim malum in hoc, quod non coniungimur

d ¶Non clamat.] alte, sed intus ingemiscendo.

e ¶Defecit.] dices supple: quia defecit, quasi dicat, omnino conturbatus est oculus meus: quia defecit in dolore vita mea ex magna iniquitate malorum. & quasi dicat hoc, occulte subdit, videns non posse proficere, &c.

f ¶Lxix.] scilicet, Deus in adiutorium meum intende.

g ¶Tribulatorum.] id est, illa vox, Deus in adiutorium meum, est vox martyrum in manifesta persecutione, & etiam vox iustorum in occulta & intrinseca.

h ¶Sed de capite.] id est, Christo.

i ¶Præsumentium.] id est, confidentium.

k ¶Cum illis.] id est, martyribus. & hic innuitur intrinseca persecutio.

l ¶Vel à leone.] id est, à diabolo aperte sæuiendo.

ADDITIO. Sicut per Saracenos & apertos hæreticos. Archidia.

m ¶Dracone.] id est, à diabolo occulte persequendo, vel a falsis fratribus.

n ¶Omnes.] id est, tam illi qui extrinsecam, quam qui intrinsecam persecutionem patiuntur.

CVM AVTEM. CASVS. Supra in §. proximo tractatum est qualiter fiat persecutio intrinseca, scilicet a subditis malis, & per compassionem: Nunc vero distinguitur sic. Aut inter subiectos sunt aliqui boni, aut sunt omnes mali, & obstinati. Si sunt ibi aliqui boni, non debet prælatus deserere bonos propter malos, sed tolerare debet patienter. & hoc probat quatuor auctoritatibus. Si autem omnes sunt mali & obstinati, tunc licet prælato ab eis recedere, exemplo beati Benedicti, qui monachos suos deseruit: quia conspirauerant in necem eius.

in quo extingueretur oculus [a]: venter [b] *pro interioribus* [c], *qua turbantur, quando nec corripi possunt impij, quibus non* † *clamat* [d] qa defecit [e] in dolore vita, *videns non proficere quod prædicat.*] ¶ *Hinc idem ait in ps. 69.* [f] *vtrumque hoc genus persecutionis distinguens* [*vox tribulatorum* [g] *Christo, id est, martyrum inter passiones periclitantium, sed de capite* [h] *præsumentium* [i]. *Cum illis* [k] *vox omnis iusti, cui ex charitate, abundans iniquitas etiam Christianorum est passio: vt Loth corporalem persecutionem à nullo in Sodomis sustinuit, sed à malis factis eorum, cum* † *quibus habitabat. Est ergo persecutio iusti, vel à leone* [l] *in impetu, vel à dracone* [m] *in insidijs, vnde omnes* [n] *clament* Deus in adiutorium meum intende.] ¶ *Cum autem* [o] *vitijs subditorum prælatus affligitur, aliquando omnium est vna, & insatiabilis obstinatio, aliquando mali inueniuntur bonis admisti. Quando boni simul cum malis habitant, non sunt deserendi boni propter malos: ne peruerse malos euitando vincamus* [p], *quos fugimus, ad gehennam* †, *sed potius mali tolerentur propter bonos. Vnde Gregorius* [*Abel* [q] *esse renuit, quem Cain* [r] *malitia non exercet* [s].] *ferrum quippe nostræ mentis ad acumen non potest peruenire veritatis, nisi hoc alterius eraserit lima* [t] *prauitatis. Hinc etiam Augustinus* [*Tu bonus* [u] *tolera malum, & c. infra de tollerandis malis in prima causa* [β] *hæreticorum*] *Idem ait.* [*Maius malum in separatione bonorum* [x] *committimus, quàm in coniunctione* [y] *malorum fugimus.*] *& infra* ¶ *Tali non imputat Deus sua peccata, quia non fecit; non aliena, quia non approbauit; non negligentiam, quia non tacuit; non superbiam, quia in vnitate permansit*] ¶ *Hinc idem in ps. 54* [Quis dabit mihi pennas, sicut columbæ? *non ait, sicut corui. Columba à molestijs quærit auolare, sed dilectionem non amittit, & semper gemit. Sic bonus vult separare se corpore, non amore, ab his, quibus non potest prodesse.*] *& infra.* ¶ *Sed aliquando ligatur, non visco cupiditatis, sed cura, & officio, vt deserere non possit* [z], *nisi soluatur. Quòd si non soluitur, tunc dicat* Cupio dissolui, & esse cum Christo: Sed manere in carne necesse est propter vos: *& sic est meritum ex desiderio.* ¶ Ecce elongaui fugiens, *non loco, ne rumpatur charitas bonorum, ne perdatur exercitium malorum, quos Deus admiscet, vt Iudam Apostolis:*] *quem, quamuis sciret furem esse, tamen ad prædicandum misit, & ei Eucharistiam dedit, docens in ecclesia tolerari malos, nec obesse bonis malorum consortia. Quando vero omnium subditorum est obstinata malitio, nec prodest eis prælatorum præsentia, tunc etiam corpore licet ab eis recedere: ne & illorum nequitia semper in deterius proficiat, & isti quidem fructum amittant, quem de aliorum profectu possent inuenire. Sic beatus Benedictus deseruisse legitur, quos in necem suam vnanimiter viderat conspirasse. Hinc etiam beatus Gregorius Petro diacono interroganti, an liceat prælato gregem semel susceptum deserere, lib. 2. Dial. c. 3. respondit dicens.*

† non clamat vel alte, sed intus ingemiscit.] glossa ord. Eadem ex eodem in præfatione psal.

† cui non fuit dissimilis, vt non ibi habitares.] glo. or.

† al. veniamus ad gehennam. lib. 2. Mor. c. 29. & l. 9. re. epi. 39.

23. q. 4. tu bon.

Glossa or. in c. 6. 2. ad Corin. in fine ex Aug. sermo. 18. de ver. Domini.

Glossa ordi. ex Aug.

Philip. 1.

Glossa iterlinearis ex Augu. in ps. 54.

23. q. 4. tu bon.

α ¶Vnde Augustinus.] *Multa in hac disputatione citat Gratianus ex Augustino, quorum sententia quidem apud illum habetur, sed verba ipsa sunt in glossa ordinaria locis indicatis. De hac vero quæstione, quando liceat episcopo recedere ab ecclesia sua, disserit B. Augustinus epist. 180. Honorato episcopo scripta*

β ¶In prima causa.] *Indicat causam vigesimam tertiam, in qua primum de hæreticis ex proposito agitur: quo mos citandi habetur, etiam. 1. q. 7. necessaria. & alibi.*

¶ Quando liceat prælatis subditos deserere, vel non. C. XLIX.

IBi adunati æquanimiter portandi sunt mali, vbi inueniuntur aliqui, qui adiuuentur, boni. Nam vbi omnimodo de bonis fructus deest; fit ali-

o ¶Cum autem.] hic §. loquitur de intrinseca persecutione.

p ¶Vincamus.] i. magis sumus digni gehenna, quam ij quos fugimus.

q ¶Abel] i. similis Abel in patientia non vult esse, qui non potest tolerare consortium malorum. nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam testis est, quod bonus non est, vt. 23 q. 4. hæc autem. & c. tu bonus.

Bonus non est qui malos non tolerat.

r ¶Cain.] id est, fratris Abel.

s ¶Non exercet.] i. malos non allicit. significat, vt illos corrigat.

mur malis: quia si essemus cum eis, possemus corrumpi cum eis: tamen maius malum committimus, ex hoc quod separamur à bonis: quia separando nos à bonis committimus schisma, quod facere maximum malum est, vt 24 q. 1. non afferamus.

Schisma committit qui se à bonis separat.

z ¶Non possit.] id est, non debeat propter hos quibus potest proficere ivan.

IBi adunati.] CASVS. Petrus diaconus quæsiuit à Gregorio, an liceret prælato deserere gregem semel susceptum: qui respondit dicens,

dicens, quod si subditi sunt boni malis admisti, tolerandi sunt mali propter bonos. si vero omnes sunt mali & incorrigibiles, recedere potest prælatus ad alium locum, exemplo Pauli, qui de Damasco fugit, vt alibi magis proficeret. Sequens §. patet.

Labor est remunerandus.

a ¶ *Laborem*] nota quod labor non debet esse sine mercede, vt 12. q. 2. charitatē. & in auth. de iud §. ne autē. coll. 6. vbi dicitur, quod labor nō debet esse sine fructu. vnde versus. *Cum labor in damno est, crescit mortalis egestas*. iuxta illud. *Optat præmia quisque labor*.

b ¶ *Alibi.*] Idem fecit Cypria. vt 24. q. 1. aduocauit. §. multorum.

cum spumæ iactatione, & vocis confusæ emisione: & tunc nullo modo celebrare potest, vt j. ea. c. 2. aut vexatur sine spumæ iactatione, & sine vocis confusæ emisione: & tunc celebrare potest: ita tamen vt habeat iuxta se vicinis solaminis adiutorem, vt §. e. q. 1. illud. si plene est liberatus, nō est quæstio quin possit celebrare.

† vacuus] orig.

quando de malis labor superuacuus †: maxime si è vicino causæ suppetant, quæ fructum Deo ferre valeant meliorem. *& paulo post.* ¶ Sæpe agitur in animo perfectorum, quod silentio prætereundum nō est: quia cum laborem a suum sine fructu esse considerent, in locum aliū ad laborem cum fructu migrant. Vnde ille quoque egregius prædicator, qui dissolui cupit, & cum Christo esse, cui viuere Christus est, & mori lucrum, qui passionum certamina non solum ipse appetijt, sed ad toleranda hæc, & alios accendit; Damasci persecutionem passus, vt possit euadere, murum, funem, sportamque quæsiuit, seque latenter deponi voluit. Numquid † Paulum mortem dicimus timuisse, quam se ipse pro amore Iesu testatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem sibi fructum adesse conspiceret; ad grauem † laborem se alibi b cum fructu seruauit: fortis etenim præliator Dei teneri intra claustra noluit, certaminis campum quæsiuit.

Philipp. 1. 2. Cor. 11. Act. 9. † al. num nam. † & graui labore ad laborē] or.

Multorum auctoritatibus apparet, quando viuentibus episcopis alij possint substitui, & quando non.

QVÆSTIO SECVNDA.

QVòd autem iste valetudine recepta suam possit repetere cathedram, nulla auctoritate ratum habetur. Celebrationem vero sacrificiorum, si † infirmitatis causa dimiserit, valetudine recuperata exequi non prohibetur.

† al. quam

Vnde Alexander secundus scribit Gebonardo Viuariensi † archiepiscopo.

† al. Viennensi

¶ De quodam presbytero, qui caduco morbo laborabat. C. I.

Iuo p. 6. c. 405.

IN tuis litteris continebatur sic. Hic clericus ordinem habet presbyterij: sed quia caduco morbo laborat, & ipsi in præsentiarum hoc agnouimus, non ausi fuimus concedere sibi, vt offerret, vel Missam celebraret. Quia vero languor in culpa non est, super hac re auctoritatis nostræ decreto consulendo deliberauimus. Consulimus itaque, vt si frequenter d hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Missarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim est, & periculosum, vt in consecratione Eucharistiæ morbo victus epileptico cadat. Si vero Dei misericordia conualuerit (quandoquidem non culpa, sed infirmitas est in causa) eum sacrificare iam non interdicimus e.

Item Gelasius Rustico, & Fortunato episcopis.

¶ A regimine suspendatur ecclesiæ, qui in terram frequenter elidirur. C. II.

† al. Foropopiliensis

NVper Foropopulensis † ecclesiæ clerici, vnà cum Sabino episcopo, & Pelagio, & laicis propria suggestione referarunt, præsulem suum graui quadam necessitate vexari, cuius eum dicerent incursione frequenter elisum. Quod ne scandalum fidelibus videretur ingerere, & ecclesiam Dei vbique positam hac offensione turbare, præcipue, cū eodem ipso nolente huc se perrexisse firmarent, ad dilectionem uestrā scripta direximus, vt ecclesiæ, cuius rector tali casu tenetur adstrictus, uisitationem congruam reddatis. Verum, quia nunc idem ipse uenit huc pontifex, falsaque omnia de se iactata disseminat; sub diuini contemplatione iudicij, uestræque cōscientiæ, existimationisque respectu, rerum fide solertissime perquisita, si aliquando scilicet, uel in do-

c ¶ *Quòd aut.*] Si quis de licentia Papæ renuntiauit, & ad preces eius alter substitutus est: certū est quod ille nō potest repetere eam, licet cōualescat, vt §. ea. q. 1. hoc nequaquā. Et ideo magister aliam quæstionem tractat: verum ille qui abstinuerit à Missa pro ægritudine, recuperata sanitate possit celebrare? Et certū est quod potest 1. j. ea. c. 1. dummodo certum sit eū esse sanatum. Si aūt fuit dæmoniacus vel epilepticus, debet prius per annum esse liberatus. 33. dist. communiter. 55. dist. præcepta. & argu. ff. de redhibit. actio. quod ita. In ægritudine constituti Missas celebrare possunt §. e. q. 1. c. illud. nisi ita debiles sint, quòd corptum officiū nequeant adimplere: & nisi habeant morbū caducū. 33. dist. cōiter. Tamen cū distinctiōe an morbus iste sit cum spuma & clamore, vt tunc nō possunt. vel sine spuma & clamore, & tunc possint, vt ibi notaui. sed quidam 2 indistincte dicunt, quòd non debent celebrare infirmi.

1 Sub. nec distinguendum est quæ fuerit ægritudo dū modo. &c. vt sequitur.

Epilepticus an possit celebrare.

2 Vt Rayn.

IN tuis litteris.] CASVS. Quidā presbyter morbum patiebatur caducum: quare Gebonardus Viuarień. archiepiscopus ei celebrationem Missæ interdixit: & per illum presbyterum cōsuluit Alexandrum dictus archiepiscopus an ille presbyter posset Missarum solennia celebrare. Nunc Papa rescribit dicens, quomodo ei consulit quod ille cadebat. vnde mandat ei, quòd si ille presbyter frequenter cadit, & vexetur morbo caduco; non debet celebrare. si autem conualerit, non prohibeatur.

d ¶ *Frequenter.*] Ideo quidam 3 dicunt quòd si raro accidit, potest celebrare, dummodo habeat socium. §. e. q. 1. c. illud. vel supple, maxime. vel distingue, vt 33. dist. communiter.

3 Laur. & H.

e ¶ *Interdicimus.*] Sic ergo propter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, vel a perceptione sacramentorum, vt j. dist. 5. ad eius vero.

Infirmitas nō repellit ab officio diuino.

QVod autem.] CASVS. Hæc est quæst. 2. qua quæritur verum recuperata sanitate possit quis repetere cathedrā cui renuntiauit. Et respondet quod nō: & transfert se G. ad aliam quæstionem incidentem: scilicet verū sacerdos qui dimisit celebrationem Missæ propter morbum caducum: recuperata sanitate possit celebrare? & respondet cum distinctione, scilicet vtrum quis vexetur morbo epileptico vel caduco frequenter, aut raro. si frequēter, omnino debet cessare à celebratione Missarum, vt j. e. c. 1. Si vero raro, aut vexatur

NVper Foro.] CASVS. Clerici Foropopulensis ecclesiæ vnà cum Sabino & Pelagio & laicis Romam venerunt, & dixerunt Gelasio, quod eps eorum lædebatur morbo caduco frequenter, asserentes se de eius volūtate venisse. quare Papa illi ecclesiæ duos dedit visitatores, scilicet Rusticū & Fortunatū. sed quia idem episcopus postea Romam pergens dixit omnia quæ de eo dicta fuerunt, falsa esse: ideo Papa præcipit eisdem visitatoribus narrando

prædicta

prædicta vt veritatem perquirant: & si prædictum episcopum inuenerint fuisse repente prolapsum cũ voce cõfusa, & spumas iactatione, cũ celebrare phibeant. si autem hoc inuenire non põt: præcipit Rustico vt faciat eum carnibus vti xxx. diebus indifferenter.

a ¶ *Segnius.*] Not. q in magnis rebus diligentior inquisitio est facienda, vt 42. dist. quiescamus. & 61. dist. miramur. Et sic hic actore nõ pbante, reo indicitur purgatio, vt extra de causa pos. & pprie. cum ecclesia. in fi.

b ¶ XXX.] contra 33. distin. cõter. Sed ibi certum fuit eum esse dæmoniacũ: sed hic dubiũ. & oẽs cibos ideo iubetur comedere, ne morbus possit occultari. qđ physicũ est. vñ signat cõtrariũ. J. de cõse. di. 5. cõtraria [1], 16 ...iudant oẽs carnes illi pter hœdinas, quæ prouocant dæmones.

S *I Petrus.*] CASVS. Petrus apostolus cum instare vellet verbo prædicationis & orationi, in temporalibus Linum & Cletum præfecit: sed solum Clementem sibi successorem elegit, cui potestatem tradidit ligandi & soluendi.

e ¶ *Si Petrus.*] si, idest, quamuis.

mo, uel in processione, uel in alio quocumque loco probatur repente collapsus, uocesque dedisse confusas, & spumas ore iactasse; quanta fieri potest examinatione quæratur. Quod tamen, siue non possit aliquorum factum testificatione firmari, siue numquam contigisse dicatur; non putandum est posse sufficere, sed certum, manifestumque documentum, quia de tanta re non segnius [a] agendum est. Faciat rem tua dilectio, frater Rustice, sui moris, & aptam magno pontifici; ut eũ triginta [b] diebus tecum esse constituas, eumque carnibus indifferenter uti necessaria probatione compellas.

¶ Triginta.] *In duobus vetustis codicibus legitur, octuaginta.*

CAVSA OCTAVA.

QVidam episcopus agens in extremis, successorem sibi ex testamento instituit: inde suorum amicorum patrocinio in eumdem episcopatum eligitur: post electionem pro indemnitate ecclesiæ canonicis iuramentum præbuit: accusatur de simonia, tamquàm munus ab obsequio præstiterit: ante tempus sententiæ à clericis suis derelinquitur: sine litteris Apostolicis † *ad ecclesiam suam reuertitur episcopus.* † al. Apostolici

1 *Hic primum quæritur, an liceat episcopo, sibi successorem instituere.*

2 *Secundo, an amicorum patrocinia in electione debeant conualescere.*

3 *Tertio, an sit habendus simoniacus, qui post electionem huiusmodi iuramentum canonicis præstat.*

4 *Quarto, an liceat clericis ante sententiæ tempus ab episcopo suo discedere.*

5 *Quinto, an sine litteris Apostolicis* † *debeat redire ad propriam ecclesiam.* † al. Apostolici

QVÆSTIO PRIMA.

QVòd autem [c] *episcopo successorem sibi instituere liceat, ex verbis Zachariæ Papæ conijcitur, quibus Moguntino archiepiscopo permisit adiutorem sibi statuere; qui ei defuncto in plenitudinem potestatis succederet.* 8. 7. q. 1. petijsti.

¶ Item ex verbis Symmachi Papæ dicentis [*Si transitus Papæ inopinatus euenerit, ut de sui electione successoris non possit ante decernere* [d], *&c.*] *apparet, quòd episcopi successores sibi instituere possunt. ¶ Item exemplo beati Petri illud idem probatur, qui beatum Clementem sibi successorem instituit.* Dist. 79. si transitus.

Vnde Ioannes tertius scribit episcopis Germaniæ, & Galliæ, epistola unica, c. 2.

¶ Quòd Petrus Linum, & Cletum adiutores sibi asciuit, sed Clementem successorem. C. I.

SI Petrus [e] princeps apostolorum adiutores sibi asciuit Linum & Cletum; non tamen potestatẽ pontificij, aut soluendi, aut ligandi [f] eis normã tradidit; sed successori suo sancto Clementi: qui sedẽ Apo- Ansl. 1. c. 55. Poly. l. 1. tit. 1.

Carnes hœdi nr prouocant dæmones.

[1] Nõ est contra, q hic loquit de experimẽtis medicinæ, q bona sunt & necessaria, & hic ibi loquit de nimio vsu medicinæ q est phibitus vt q nõ tenetur vel aliud simile, qđ est cõtra legẽ diuinam. Arch.

Q *Vidam episcopus.*] CASVS. Quia in superiori causa in illo c. petijsti. fuit concessum priuilegiũ Moguntino de eligendo sibi successorem: ne aliqs dubitaret hoc esse licitũ de iure cõi: ideo Grat. hanc 8. causam supponit. in qua ostendit, q nulli licet eligere successorem, & q amicorũ patrocinia in electionibus cõualescere nõ debent: & q nõ ẽ simoniacus qui post electionem præstat canonicis iuramentũ de indẽnitate ecclesiæ: & alia plura, q omnia vt plenius elucescãt, ponit thema, de quo quinque elicit quæstiones.

Q *Vod autem.*] Hæc quæstio diuiditur in quattuor partes: in quarũ prima probat magister per 4. auctor. sanctorum patrum, q potest episcopus seu prælatus sibi eligere successorem: & hoc vsque ad §. *His omnibus.* vbi dat solutionem. postea quarda adiungit ad electionẽ pertinẽtia. Secũda ibi, *Omn.* Tertia ibi, *Oportet eũ.* Quarta ibi, *Audaliter.* Io. de Fant.

a Sed contra videtur expresse 26 q. vlti. c. vlti. Successorẽ sibi instituere nulli licet.

] Su. q aliud est q sibi successorẽ eligere, nam illud est licitũ, vt ibi. istud vero illicitum, vt hic. nam deliberare licet cuilibet prælato de suo successore cũ videt sibi mortẽ imminere. vnde ibi dĩ decernere, id est, deliberare: non eligere, secũdũ H.

CASVS. Hæc est 1. q. qua quæritur an liceat epo sibi eligere successorẽ: & certũ est q non, nisi per priuilegiũ hoc habeat. Primo tamen probat Gra. q sic, exẽplo Moguntini, & authoritate Symmachi contrario sensu, & exẽplo Petri. Postea probat cõtrarium in §. *Sed in Antiochena.* & in §. *His omnibus rationibus.* dat solutionem.

c ¶ *Quòd autem.*] Certum est q nõ licet nisi ei hoc specialiter permittitur, vt Moguntino. 7. q. 1. petijsti. nec obstat 79. dist. si transitus. vbi innuitur quòd Papæ licet sibi instituere successorem. sed dicitur ibi q potest cum fratribus deliberare de successore.

d ¶ *Decernere.*] idest deliberare.

f ¶ *Aut ligandi.*] Non intellige q isti prius nõ habuerint ptãtẽ ligãdi. sed hoc vult dicere, q illis non dedit Papa plenam potestatẽ ne sit contra 2. q. 1. nemo. 24. q. 1. quodcumque. vbi dicitur, q omnes presbyteri hanc habent potestatẽ. Habuerunt ergo prius hanc potestatem, sed non tantam. Isti autem duo temporalia pauperibus erogabant: ad quod officium Apostoli diaconos elegerant. 93. dist. legimus. quod hodie habet camerarius Papæ. & patet quòd Linus & Cletus nõ fuerũt Apostolici. & hoc est verũ, q post Petrũ statim nõ fuerũt Apostolici, sed Clemens fuit post eũ Apostolicus. videns autẽ Clemẽs q hoc esset perniciosum exẽplo, q aliqs sibi eligeret successorẽ, renuntiauit papatui: & tũc electus fuit Linus: eo mortuo

Clemens nõ fuit esse Papa stati post Petrum.

mortuo electus est Cletus; quo mortuo denuo fuit Clemens electus; & sic Clemens secundum vnam computationem fuit secundus; & secundum aliam fuit quartus. vnde versus. *Dispunas his mundus, quartus fuerit, secundus.*

a ¶ *Tradente.*] ad hoc inducitur capitulum. *V nde.*

b ¶ *Successorem.*] Verum est quod non potest de iure communi, sed de dispensatione Papae. 7.q.1. petijsti. nec obst. 20.q.3. praesens. vbi pater volebat quod eo mortuo filius eius fieret monachus. sed ibi nō erat successio iuris.

c ¶ *Episcoporum.*] Hoc requiritur in ordinatione: sed non in electione. 64. dist. per totum.

stolicam post eum, & potestatem pontificalem, tradente [a] sibi beato Petro, tenere promeruit. Linus vero, & Cletus ministrabant exteriora: princeps autem apostolorum Petrus verbo, & orationi insistebat.

PALEA. C. II.

Ansel. l. c. 3.
Clemens ep. 1.
Omittuntur hic aliquot verba.

VNde ipse Clemens in epistola ad Iacobum Hierosolymitanum missa, inter cetera scribit, quòd Petrus adhuc viuens Clementem in episcopum elegit. ¶ Simon Petrus in ipsis diebus, quibus vitae finem sibi praesensit, apprehensa manu mea repente consurgens in auribus totius ecclesiae, haec protulit verba: Clementem hunc episcopum vobis ordino; cui soli meae praedicationis, & doctrinae cathedram trado; quem prae ceteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studijs deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, & scientem ferre nonnullorum, etiam ex his, qui in verbo Dei instituuntur, iniurias.

Sed in Antiocheno concilio hoc omnino fieri prohibetur: in quo c. 23. sic statutum legitur.

¶ Episcopo successorem sibi constituere non licet. C. III.

Poly. l. 2. tit. 17.
Ans. l. 6. c. 57.
Burc. l. 1. c. 185.
Iuo p. 5. c. 301.

EPiscopo non licere pro se alterum successorem [b] sibi constituere, licet ad exitum vitae perueniat. Quòd, si tale aliquid factum fuerit, irritum sit huiusmodi constitutum. Seruetur autem ius ecclesiasticū id continens, non oportere aliter fieri, nisi cum synodo, & iudicio episcoporum [a], qui post obitum quiescentis potestatem habent, eum, qui dignus extiterit, promouere.

a ¶ Episcoporum.] *In codicibus Gratiani etiam manuscriptis sequebatur*, & electione clericorum: *quae sunt expuncta, quia neque in originali, neque apud ceteros collectores leguntur.*

Idest, in capitulis Martini Bracharensis, c. 8.
Burc. l. 1. c. 187.
Iuo p. 5. c. 303. vtrique ex concilio Spalensi.

Item ex concilio Martini Papae, c. 8.

¶ De eodem. C. IIII.

EPiscopo non liceat ante finem vitae alium in loco suo cōstituere successorem. Si quis autem hoc vsurpare tentauerit, talis cōstitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, nisi cum consilio, & iudicatu episcoporum [c], qui post exitum praedecessoris potestatem habent dignum eligere.

Item Hilarius Papa in synodo Romana, c. 5.

¶ De eodem. C. V.

Poly l. 2. tit. 18.
Ans. l. 6 c. 56.
Iuo p. 5. c. 104.

PLerique sacerdotes in mortis confinio constituti in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare: vt scilicet non legitima expectetur electio; sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu. Quod, quàm graue sit, aestimate. Atque [a] ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de ecclesijs auferamus: ne, quod turpe dictu est, homini quisquam putet deberi, quod Dei est. Ab vniuersis acclamatum est [d]. Haec praesumptio numquam fiat. Quae Dei [e] sunt, ab homine dari non possunt.

a ¶ Atque ideo.] *Hac vsque ad vers.* Ab vniuersis *addita sunt ex ipso concilio, Anselmo, Polycarpo, & Iuone.*

In commen. ad ea verba [& constituas per ciuitates presbyteros]
Exo. 33.
Num. 27.

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.

¶ De eodem. C. VI.

MOyses amicus Dei, cui facie [f] ad faciem Deus [g] locutus est, potuit [h] vtique successores principatus filios suos facere, & posteris propriam relinquere dignitatem: sed extraneus de alia tribu [i] eligitur Iesus: ut sciremus principatum in populos, non sanguini [k] deferendum esse, sed uitae [l]. At nunc cernimus plures hanc rem beneficiū facere, ut non quaerant eos in ecclesia erigere columnas, quos plus co-

PLerique.] Casus. Quidam episcopi in mortis articulo constituti designabant sibi nominatim successores, vt nō legitima electio expectaretur: sed hoc prohibet Hilarius Papa in synodo: quia iura spiritualia nō possunt aliquo hereditario iure concedi.

d ¶ *Acclamatum est.*] ab vniuersis.

e ¶ *Quae Dei sunt.*] vt ecclesiasticae dignitates, vt 16.q.1. in canonibus. & 13.q.2. cōuenior. Io. — 7.q.1. remoto. in fin.

MOyses.] Casus. Hieronymus reprehendit hic illos episcopos qui instituebāt sibi successores consanguineos vel amicos, vel illos qui vt clerici fierent, muneribus impetrabāt. & docet hoc non esse faciendum, exemplo Moysi: qui filios potuit instituere successores in principatu: sed noluit, immo extraneum, & de alia tribu elegit, scilicet Iesum, qui Iosue & Iesus Naue dictus est.

f ¶ *Facie.*] idest, familiariter.

g ¶ *Deus locutus est*] secundum quod/ā apparuerat per Angelum in specie visibili, sicut dicitur descendisse per Angelos. 5.q.1. Deus. Ioan. autem dicit in canonica epistola: Deum nemo vidit vmquam. tamen ex eo quod dicitur Mosem vidisse posteriora Dei: dicunt quidam eum vidisse in specie visibili. — Deū nemo vidit vmquam.

h ¶ *Potuit.*] quia adhuc non erat prohibitum hoc simile 32.q.4. obijciuntur.

i ¶ *De alia tribu.*] Moyses enim erat de tribu Leui: Iesus naue siue Iosue fuit de tribu Effraim. de his tribubus habes 7.q.1. denique. — Moyses fuit de tribu leui.

k ¶ *Non sanguini.*] Ar. quod reges debent fieri per electionē. 93. dist. legimus. & j. ea. si ergo. nisi habeant ex priuilegio constituere successorem sibi, vt 63. dist. in synodo. aliàs etiam de iure omnes seculares potestates non debent succedere, vt C. vt omnes tam ciuium quam milit. iud. l. vnica. in princ. quod autem Dauid in vita sua Salomonem sibi successorem instituit, instinctu spiritus sancti est factum. Arg. tamen contra 7.q.1. denique. — Reges eligēdi sunt.

l ¶ *Sed vitae.*] i. 40. dist. nos qui.

VNde.] SED IN ANTIOCHENO. Casus. Hucusque probauit Grat. superficialiter episcopo licere sibi eligere successorem: nunc autem probat contrarium.

EPiscopo.] Casus. Statutum fuit in Antiocheno concilio, vt nullus eligat sibi successorem: & si factum fuerit, irritū sit: sed tantū eligatur à clericis eporum iudicio. Idē est casus sequentis c.

a ¶ Roga-

gnoscant ecclesiæ prodesse: sed quos, vel ipsi amant, vel quorum sunt obsequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quispiam rogauerit [a], & (vt deteriora [b] taceam) qui, vt clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Item Innocentius Papa II. in concilio Romano, c. 16.

¶ De eodem. C. VII.

Pann. l. 8. c. 152.

Apostolica auctoritate prohibemus, ne quis ecclesias, & præbendas [c], præposituras, capellanias [†], aut aliqua ecclesiastica officia hereditario iure valeat vẽdicare, aut expostulare præsumat. Quod si quis improbus, aut ambitionis reus attentare præsumpserit, debita pœna mulctabitur, & postulatis carebit.

† al. capellas

His omnibus auctoritatibus prohibentur episcopi, successores sibi instituere. Sed aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare: aliud est ex testamento, tamquam suæ dignitatis heredem sibi quærere. Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohibetur. Illud autem beati Petri apostoli ab illis valet in argumentum assumi, qui tales sibi substituunt, qualem sibi successorem beatus [d] Petrus quæsiuit. Verum, quia officium non vitæ, sed sanguini cœpit deferri, atque ad episcopatum tales quisque sibi successores quærere cœpit, qui vel odiosi populis, vel à plebe docendi inuenirentur; idcirco sacris canonibus statutum est, ne quisquam sibi sui officij quærat successorem: sed populi electione quæratur, qui eorum vtilitati digne deseruiat; qui illorum vtilitatem, non sua lucra quærat; qui Christo semen velit suscitare, non sibi diuitias congregare. Quod qui facere contempserit, iure ab ecclesia repudiatur.

Vnde Augustinus contra Faustum Manichæum, lib. 32. c. 10.

¶ Qui sibi, & ecclesiæ prodest, vtroque pede calceatus intelligitur. C. VIII.

Deuter. 25.

[ʃ] Olim iussus est frater præmortui fratris vxorem ducere, ut non sibi, sed illi sobolem [e] suscitaret, eiusque vocaret nomine [f], quod inde nasceretur. Quod si recusaret; discalceatus vno pede conspui solebat in faciem. Nunc Euangelij quisque prædicator ita debet in ecclesia laborare, vt defuncto fratri, id est Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est: & quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat. At vero qui electus ab ecclesia ministerium euangelizandi [ɑ] renuerit; ab ecclesia ipsa merito, digneque contemnitur. Qui enim & sibi prodest, & ecclesiæ, bene intelligitur vtroq; pede [g] calceatus. Vnde illud [Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, euangelizantiũ bona.] Qui autem curam lucrandorum refugit aliorum, discalceati illius non figuratum [h] significauit, sed in se impletum portabit opprobrium.

Esa. 52. Rom. 10.

¶ *Hic verba B. Augustini, & in summam redacta, & interdum mutata sunt, quod alijs etiam locis est adnotatum.*

ɑ ¶ Euangelizandi.] *Sequebatur in vulgatis*, & baptizandi: *quæ sunt expuncta, quia in manuscriptis non leguntur, sicut neque in originali.*

Item Gregorius Papa in regesto, lib. 6. epistola 5. siue capite 169. Cyriaco episcopo.

Preces an inducant simoniam.

a ¶ *Rogauerit.*] Ergo videtur q preces inducant simoniã, vt hic, & 1. q. 1. sunt nonnulli. Et dici cõsueuit, q si preces fiũt pro digno, nõ inducũt simoniã, vt 1. q. 1. quibusdã. in fi. hoc verũ est si nõ sint cõsanguinei sui, vt extra de ætate & quali. cuã. in fi. Io. Nõ credo q preces cõsanguineorũ inducãt simoniã si fiãt p digno, vt 1. q. 1. latorem. & maxime cum quis possit pro se rogare si dignus est, vt extra de sim. ma. nec illa decre. tuam. contradicit si bene inspiciatur. B.

b ¶ *Vt deteriora.*] Color est rhetoric⁹, quando dicit quod dicit se velle tacere: & dicitur præoccupatio.

Apostolica.] Casvs. Statuitur in hoc c. ne quis iure hereditario sibi vendicet vel postulet ecclesias, præbendas, præposituras, capellanias, vel aliqua ecclesiastica officia: qđ si qs pręsũpserit, careat eisdem in perpetuum.

Filius sacerdotis ecclesiã paternã habere nõ potest.

c ¶ *Præbendas.*] Episcopo non licet filios instituere in paternis ecclesijs. extra de fi. presby. prælennũ. nisi per mediã personam, vt extra eo. ex transmissa. præbendam autem potest habere in eadem ecclesia, si est legitimus. extra eo. ti. ad hæc. sed licet sit legitimus, beneficiũ tñ paternũ non põt habere: sicut hic dicit. sed illegitimus in eadẽ ecclesia sęculari esse nõ potest canonicus, vt extra eo. tit. ad abolendã. tamen per illam constitutionẽ videtur q etiã legitimus non possit habere beneficium cũ patre. & hoc intelligas de omnibus descendẽtibus. arg. extra de iure pat. consuluit 1. extra de sollu. ad decorem. & ff. de verb. sig. filij. Forte aliud in collateralibus & ascendentibus. ar. de pæ. dis. 1. pœnæ. licet sit ar. cõtra extra de insti. ad decorẽ. Io. Sed certe potest probabiliter dici, q hoc non extenditur ad nepotes: quia pœnę sunt restringẽdæ. ff. de lib. & posthu. cum quidam. in fi. nec semper nomine filiorum nepotes intelliguntur, vt insti. qui dare tut. pos. in fi. tit. B. Sed quid de illo qui renunciat, vt detur alij forte consanguineo? Hanc renunciationem Papa approbat extra de offi. dele. ex parte 1. Sed dic q ibi fuit pura renunciatio.

ʃ Vbi secũdũ vetere cõpilationẽ erat illud verbũ, ne potum, quod hodie est sublatum. Arc.

His omnibvs. Casvs. Soluit Grat. dictam contrarietatem, dicens q tractare cum fratribus de electione successoris licet, sed eligere non licet. Exemplũ vero Petri non debet trahi ad consequentiam, nisi ab his qui talem vellent eligere successorem, qualis fuit Clemens. verum quia consueuerant eligere consanguineos & malos: constitutum est vt clerici vel patroni eligant prælatos tales qui Deo digne seruire valeant. quod si facere recusauerint: iure ab ecclesia repudientur, quod probat per seq. cap.

d ¶ *Beatus.*] Sed numquid adhuc Papa posset facere sibi successorem? Non: quia hoc esset immutare statutum ecclesiæ, vt 25. q. 1. quæ ad perpetuam. & quia statutum facit in id tempus, in quo nõ est futurus iudex. ff. de iuris. om. iudi. cum qui.

Olim.] Hæc est 2. pars. q. in qua redarguit electos & dignos q nolũt recipere prælationẽ: & hoc facit p 4. auctor. Io. de Fã. Casvs. In veteri lege præcipiebatur, q frater duceret vxorem fratris sui defuncti, vt ei sobolem suscitaret, quæ soboles defuncti fratris diceretur: quod si recusabat, in faciẽ eius conspuebatur, & discalceabatur vno pede. Exinde domus eius vocabaẽ domus discalceati. Sic vnusquisq; prędicator debet Christo, qui pro nobis mortuus est, filios suscitare: q Christiani à Christo vocent. Quod si recuset, respuit ab ecclesia tãquã vno pede discalceatus: & portabit opprobriũ illius non figuratũ, sed figurans: quia hoc significat opprobriũ illius. qui vero hoc adimplet, vtroque pede dicit calceat⁹.

e ¶ *Sobolem.*] tamen istius erat carnalis filius: sed erat filius mortui legalis, vt 56. di. Ismael. & Matthæus ponit carnales patres vbi dicit, qui genuit. Et Lucas ponit legales, cum dicit, qui fuit. duos enim habebat patres huiusmodi filius, carnalem & legalem.

Christi patres fuerunt duplices.

f ¶ *Nomine.*] idest, filium mortui.

g ¶ *Vtroque pede.*] quia & de se curat, & de proximo.

h ¶ *Non figuratum.*] Sed etiã signũ & figurã. & hoc est dicere, factum istius signũ est & figuræ & figurati. Vel hoc vult dicere, q factũ istius nõ significat factũ illius, sed factũ istius significauit factum illius. Vel ideo dicit hoc, qa in facto istius cõplet illa figura

Sub. quia factũ istius & res & significatũ, factũ illi⁹ figura & signũ & factũ istius, &c. vt sequitur.

IN scripturis.] C a s v s. Quidam cum eligebantur ad prælaturas, recusabant eas, dicentes se velle esse in cōtemplatione. Sed Gre. dicit, quod ex hoc se magis esse dignos ostendunt: quia sicut ambientibus magis est, dignitas deneganda: sic est renuentibus concedenda. Et docet quòd qui eliguntur ad dignitates, & ad officiū prędican-

b ¶ Fugientibus.] sic 40. dist. ante omnia. C. de epis. & cle. si quemquam. & i. 74. dist. episcopus. contra. Sed illud de penitus inuito: sed ab initio aliquis debet cogi vt consentiat: nam nullus eligendus est nisi ab initio dissentiat. 1. q. 6. c. vlt. tepide tamen debet dissentire, sicut femina. 32. q. 2. honorantur. alias si diceret, nolo, cum forte vellet: faceret cōtra conscientiam. extra de præsumptio. c. vlt. vel si forte diceret, nō sum dignus. licet Hug. dixerit quod possit simulare se nō esse idoneū. arg. 22. q. 2. vtilem.

Electiōi qualiter consentiendum est

c ¶ Scriptum est.] in epistola ad Hebræos.

d ¶ Et rursus.] in secunda epistola ad Corinthios.

e ¶ Minime.] Ergo qui se dignum credit, & prælaturam sibi oblatā non recipit, mortaliter peccat, vt i. ea. c. prox. & i. c. qui episcopatū.

f ¶ Opere.] Arg. diuersarū personarū sententiam vtramque tenere. 22. q. 2. beatus. & de consecra. dist. 2. quotidie. & 35. q. 5. ad sedem. Item arg. pro diuersis consuetudinibus. 12. dist. illud. 31. dist. aliter. & de consecra. dist. 4. de trina. Item arg. pro diuersitate testium, extra de verb. signi. nihil obest. & de pœni. dist. 1. periculosæ. 23. q. 7. quicumque. i. dist. 5. ad eius. & extra de testi. cum tu his.

g ¶ Plene.] Ecce responsio illius qui ad episcopatum petitur, non dicet expresse nolo: quia tunc mentiretur. 22. q. 2. cum humilitatis. nec debet se statim ingerere: sed dicat vt dixit Martinus episcopus, Nolens volo, & volens nolo. 16 quæst. 1. vos autem.

Electus per quæ verba consentire debet.

h ¶ Purgatum.] Argu. pro H. quod promouendus debet episcopo cōfiteri crimen, & episcopus debet eum purgare, idest, secum dispensare. Esaias enim adhuc immundus obtulit se: & postea fuit purgatus. Item est hic arg. quod si aliquis eligitur, qui adhuc est in mortali peccato, quod ideo non est vitiosa electio si ipse velit corrigi: vt i. 50. dist. quid est. Item est hic arg. quod duo simul possunt eligi, vt si vnus succumbat, alter obtineat, vt dixi i. 61. dist. sine.

Promouendus crimen suum confiteri debet.

† Ar. ad hoc 50 di. qd est. 24. q. 3. dixit.

¶ Locus regiminis sicut desiderantibus est negandus, ita fugientibus est offerendus. C. X.

Ino p. 5. c. 350.
† al. scriptis

IN scripturis † vestris vos magnopere requiem quæsisse narratis: sed per hoc ad pastoralem solicitudinem vos congrue venisse ª ostenditis: quia, sicut locus regiminis desiderantibus negandus est; ita fugientibus ᵇ offerendus. ¶ Et sicut scriptum est ᶜ [Nec quisquam sibi sumit honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron:] † & rursus ᵈ idem prædicator egregius dicit [Si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro omnibus mortuus est Christus, vt & qui viuunt, iam non sibi viuant; sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit:] & pastori sanctæ ecclesiæ dicitur [Simon Ioānis amas me? Pasce oues meas:] ex quibus verbis colligitur; quia si is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit pascere, ostendit se pastorem summum minime ᵉ amare. Si enim vnigenitus patris pro explenda vtilitate omnium de secreto patris egressus est ad publicum nostrum; nos quid dicturi sumus, si secretum nostrum præponimus vtilitati proximorum? ¶ Quies itaque nobis ex corde appetenda est, & tamen pro multorum lucro aliquando postponēda. Nam, sicut toto desiderio debemus occupationem fugere; ita, si desit, qui prædicet, occupationis onus libenti necesse est humero † subire. Quod ex duorum prophetarum opere ᶠ docemur, quorum vnus prædicationis officium vitare conatus est, & alter appetijt. Nam mittenti se Domino Hieremias respondit dicens. [A, a, a, Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum.] Et cum omnipotens Deus personam ad prædicandum quæreret dicēs [Quem mittā, & quis ibit nobis?] vltro se obtulit Esaias dicens. [Ecce ego: mitte me.] En ab vtrisque exterius diuersa vox prodijt: sed non à diuerso dilectionis fonte manauit. Duo quippe sunt præcepta charitatis; Dei uidelicet amor, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodesse proximis cupiens Esaias officium prædicationis appetijt †. Per contemplatiuam vero Hieremias amori conditoris sui sedulo inhærere desiderans, ne mitti ad prædicandum debeat, contradicit. Quod ergo laudabiliter vnus appetijt; hoc laudabiliter alter expauit: iste, ne tacitæ contemplationis lucra loquendo perderet: ille, ne damna studiosi operis tacendo sentiret. sed hoc in vtrisque est subtiliter intuendum: quia & is, qui recusauit, plene ᵍ non restitit: & is, qui mitti voluit, ante se per altaris calculum purgatum ʰ vidit: ne, aut non purgatus adire quisquam sacrá ministeria audeat; aut quem superna gratia elegit, sub humilitatis specie superbe contradicat.

Heb. 5. Num. 25.
2. Cor. 5.
Io. 21.
† al. animo
Hier. 1.
Esa. 6.

† Cō cor. tex. in Emili. iol. itē cord. §. fi. decuriones. ff. q d cuiusq; vniuer.

† Cōcor tex. in l. 3. § fi. C. de primipi. libro 12. & l. 2. ff. ad municipa.

Et Aug. serm. 5. ad fratres in eremo.

Idem in Moralibus, lib. 35. c. 13. ad c. 42. Iob.

¶ Locus electionis in vita, dignitatis semper sit in necessitate. C. X.

Poly. l. 6 tit. 22.
† al. habeat

SCiendum summopere est, quòd obedientia aliquando si de ⁱ suo aliquid habeat, nulla est: aliquando autem, si de suo aliquid non habuerit † ᵏ, minima. Nam cum huius mundi successus præcipitur, cum locus superior imperatur; is, qui ad percipienda hæc obedit, obedientiæ sibi virtutem euacuat, si ad hæc etiam ex proprio desiderio anhelat. Neque enim se sub obedientia dirigit, qui ad accipienda hu-

dicandi, nō debent renuere, si digni sunt. Quod tribus rationibus vel auctoritatibus probat: & hoc in prima parte. In secunda parte ostendit quod quietē contemplationis debemus desiderare: sed cū necesse est, postponenda est propter multorū vtilitatē. Quod probat duobus exēplis, scilicet exēplo Hieremiæ, qui cum inuitaretur ad prædicādū, dixit: A, a, a, Domine, nescio loqui, quia puer ego sum. Et exēplo Esaiæ, qui de contēplatione obtulit se dicens: Ecce ego: mitte me. Sed sciēdū, quod ibi non fuerit cōtrarij: quia Hieremias non ex toto recusauit, sed timuit subire officium prædicandi. Nec Esaias ante missus est quàm se per altaris calculum purgatum vidit, idest, per carbonem sumptum de altari, vbi erat ignis perpetuus ad opus sacrificij. Prima auctoritas vel ratio est ibi, *Et sicut scriptum est*, &c. Secunda ibi, *Et rursus*. Tertia ibi, *Et pastori*. Secunda pars incipit ibi, *Quies itaque*, &c.

a ¶ Venisse.] per electionem. vel forte volebant recusare.

SCiendum.] C a s v s. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quòd cum quis inuitatur ad dignitatem & ad prospera, & obediat, si anhelanter aspiret, nulla est talis obedientia, quæ non habet meritum: quia de suo proprio motu habet, & de ambitione. Si vero incitatur ad opprobria & contumelias, & non obedit libenter, nullum habet meritum ea obedientia. In secunda parte commendat Greg. obedientiam, eam victimis vitæ præponendo, & vituperat inobedientiam, eam idololatriæ comparando. Secunda pars incipit ibi, *Et paulo superius.*]

i ¶ Si de suo.] idest, ex ambitione. ponitur enim in mala significatione, vt 3. q. 9 pura.

k ¶ Non habuerit.] de propria voluntate.

a ¶ Pro-

a ¶ *Propria.*] Hic patet ratio quare episcopo inuito non potest clericus eius vocari ad episcopatum, vt 63. d. si litteras. sed inuito eo fit monachus. 19. q. 2. duæ. quia iste præsumitur facere ex ambitione, & facit ad suum commodum: ille nequaquam.

Clericus inuito episcopo nõ fit episcopus, sed bene monachus.

b ¶ *Inuitus.*] Arg. quod remunerari non debemus de eo quod inuiti facimus, vt 13. q. 2. quam præposterũ. 10. q. 1. illud. & 32. q. 5. ille.

ad eorum comparationem ceteri grex dicantur. & hoc probat per sex auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Petrus elegit Clementem sibi successorem: & docuit quod prælatus debet esse doctus, & irreprehensibilis ad instar Clementis, vt animas rudes docendo pro capacitate audientium possit

ius vitæ prospera libidini propriæ a ambitionis seruit. Rursus, cum mundi despectus præcipitur, cum probra adipisci, & cõtumeliæ iubentur; nisi ex se ipso animus hæc appetat, obedientia sibi meritum minuit: quia ad ea, quæ in hac vita despecta sunt, inuitus b nolensque descendit. *& paulo superius.* ¶ Obedientia quippe victimis iure præponitur: quia per victimas aliena caro, per obedientiam vero voluntas propria mactatur. Tanto igitur quisque Deum citius placat, quanto ante eius oculos repressa arbitrij sui superbia, gladio præcepti se immolat. Quo contra, ariolandi peccatum inobedientia c dicitur, vt quanta sit virtus obedientiæ, demonstretur. Ex aduerso d igitur melius ostenditur, quid de eius laude sentiatur. Si enim [Quasi ariolandi peccatum est repugnare, & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere,] sola est e, quæ fidei meritum possidet, obedientia †: sine qua quisque infidelis esse conuincitur, etiam si fidelis esse videatur.

C. 12. 1. Reg. 15.

Ibidem.

† abest ab orig.

Item Augustinus lib. 19. de ciuitate Dei, c. 19.

¶ Qui præesse, & non prodesse desiderat, episcopari non debet. C. XI.

Ansl. 6. c. 28. 1. Tim. 3.

QVi f episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Exponere voluit, quid sit episcopatus: quia nomen est operis, non honoris. Græcum est enim atque inde ductum vocabulum, quòd ille, qui præficitur, eis, quibus præficitur, superintendit, curam eorum scilicet gerens. ἐπί, quippe, super; σκόπος vero, intentio, est. Ergo episcopos a, si velimus, latine superintendentes possumus dicere: vt intelligat non se esse episcopum, qui præesse dilexerit, non prodesse. Itaque g à studio cognoscendæ veritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet otium. Locus vero superior, sine quo regi populus non potest, & si ita teneatur, atque administretur, vt decet; tamen non decenter appetitur h. Quamobrem otium sanctum quærit charitas veritatis: negotium iustum suscipit necessitas charitatis: quam sarcinam si nullus imponit percipiendæ; atque intuendæ vacandum est veritati: si autem imponitur; suscipienda est propter charitatis necessitatem: sed nec sic omnimodo veritatis delectatio deserenda est; ne subtrahatur illa suauitas i, & opprimatur β k iusta necessitas.

a ¶ Episcopos.] *Apud sanctum Augustinum, & Anselmum legitur* ἐπισκοπεῖν, si velimus latine, superintendere possumus dicere.

β ¶ Opprimatur.] *In originali est*, & opprimat ista necessitas: *sed ob glossam non est emendatum.*

Item Petrus,

In epist. 1. Clementis ad Iacobum.

¶ Pro ingenio discentium doctor moderetur verba doctrinæ. C. XII.

OPortet eum, qui docet, & instruit animas rudes, esse talem, vt pro ingenio l discentium semetipsum possit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo ipse præcipue apprime m esse eruditus, & doctus n, irreprehensibilis, maturus, pauidus † o: sicut ipsi probastis, † fore p hunc Clementem post me.

† al. impauidus. † al. probabitis.

Item eiusdem.

In eadem epist.

¶ Qui omnibus præest, singulos releuare contendat. C. XIII.

CLemens, tamquam qui omnibus præesse te noueris, singulos, prout potueris, iuua q; & singulos releua r, qui & singulorum onus & solicitudinem portas.

c ¶ *Inobedientia.*] In hoc patet quod inobedientia æquiparatur hæresi, vt dixi 4. q. 1. in sum.

d ¶ *Ex aduerso*] idest, ex eo quod vnum contrarium commendatur, aliud vituperatur, vt 3. de pæni. dist. s. §. econtrario & no. hic quod optima est probatio quæ fit per suum contrarium, vt hic, & 1. q. 1. c. 1. & 13. q. 2. animæ. & ff. de of. eius cui manda. est iurisdic. l. 1.

Probatio quæ fit per suum contrarium, est optima.

e ¶ *Sola est.*] idest, necessaria. sic 5. dist. 8. c. si solus.

QVi episcopatum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponit Aug. litterã Apostoli, Qui episcopatũ desiderat, &c. & dicit quod episcopatus est nomen laboris, & nõ honoris tantum, vt ille, qui præficitur, pro subiectis debeat laborare: & si præesse voluerit, & nõ prodesse, episcopum se putare nõ debet. In secũda parte dicitur quod otiũ contemplationis est desiderandũ: dignitas autem nõ est petẽda. sed si propter necessitatẽ imponatur, est suscipienda pro plurimorum vtilitate: ita tamen, vt ex toto contemplatio nõ deseratur. Secũda pars incipit ibi, *Itaque à studio cognoscendæ.*

f ¶ *Qui episcopatum.*] idest, episcopari, idest, præesse vt prosit, nõ vt præsit, vt 40. dist. multi. imperare ergo & desiderare possumus episcopatum, vt 59. dist. si officia. 72. distin. in singulis. & 1. q. 1. non est putanda.

Episcopatũ desiderare possumus.

g ¶ *Itaque.*] Dixit quod quis potest desiderare episcopatũ: modo dicit qualiter, scilicet vt nõ ingerat se. ff. de procu. l. quæ omnia.

h ¶ *Appetitur.*] Argu. quod aliquis seipsum non debet eligere si potestas in eum sit translata. 7. eo. in scripturis. & 16. q. 1. vos autem. quia inter conferentem & eum cui confertur, erit distantia, vt extra de bapt. debitum. simile extra de iure patro. per nostras. & extra de institu. cum ad nostram. tamen potest se coeligere. vt extra de elect. cum in iure.

Eligere seipsum nemo potest.

i ¶ *Suauitas.*] contemplationis.

k ¶ *Et opprimatur*] idest, vt contemplatio eum penitus non impediat, qui forte nimis vult esse intentus contemplationi.

OPortet.] Hæc est tertia pars q. in qua ostendit magister quales debent esse qui eliguntur vt præsint alijs, scilicet tales quod sit instruere. Sequentia duo cap. plana sunt.

l ¶ *Pro ingenio.*] simile 43. dist. sit rector.

m ¶ *Apprime.*] idest, valde.

n ¶ *Et doctus*] Quæ sacerdotes vel episcopi scire debeant, habes 38. dist. nulli. & c. seq. sufficit tamen mediocris scientia, vt extra de elec. cum nobis.

o ¶ *Pauidus.*] idest, timens peccare.

p ¶ *Fore.*] idest, futurum esse.

q CLemens.] ¶ *Iuua.*] largus enim erit. 86. dist. fratrem.

r ¶ *Releua.*] Ar. iudicẽ potius debere seruare misericordiã, quam rigorem

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.

In comment. ad ea verba [& cõstituas per ciuitates.] Luc. 10.

¶ Contra Christum faciunt, qui gratia, non meritis gradum ecclesiasticum tribuunt. C. XIIII.

QVi vos spernit, me spernit. Ex quo manifestum est eos, qui Apostoli lege contempta, ecclesiasticum gradum non merito voluerint alicui deferre, sed gratia, contra Christum facere; qui qualis in ecclesia presbyter constituendus sit, per Apostolum suum in sequentibus executus est.

Origenes hom. 6 ad cap. 8. Leuitici.

Item Hieronymus in libro Leuitici.

¶ *In hoc & duobus sequentibus capitibus pro Origene citatur B. Hieronymus harum homiliarũ interpres. Quod cur fieri potuerit, supra dist. 36. c. si quis, est adnotatum.*

¶ Ad sacerdotium non eligatur, nisi qui cæteris & sanctior, & doctior habetur. C. XV.

Leuit. 8. † al. attestante. 1. Tim. 3. † al. quæ

LIcet ergo Dominus de constituendo principe præcepisset [a], & Dominus elegisset; tamen conuocatur etiam synagoga. Requiritur enim in ordinando sacerdote, & præsentia populi [b], vt sciant omnes, & certi sint, quia qui præstantior [c] est ex omni populo, qui doctior, qui sanctior, qui in omni virtute eminentior, ille eligitur ad sacerdotiũ, & hoc astante † populo [d] ne qua postmodum retractatio [e] cuiquam, ne quis scrupulus resideret. Hoc est autem, quod & Apostolus præcepit in ordinatione sacerdotis dicens [Oportet autem illum, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt.] Ego tamen, & amplius aliquid video in eo, quod dicit, [quia conuocauit Moyses omnem synagogam:] & puto, quòd conuocare synagogam hoc sit, colligere omnes animi, & in vnum congregare virtutes: vt cum sermo de sacerdotalibus sacramentis habetur, vigilent omnes animi virtutes, & intentæ sint, vt nihil in eis sapientiæ, nihil scientiæ, nihil desit industriæ: sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis congregatio sanctarum cogitationum: vt quid sit pontifex [f], quid vnctio, quid † indumenta [g] eius, conferens intra sacrarium cordis sui, possit aduertere.

Origenes hom. 22. ad c. 27. Nũ.

Idem ex libro Numerorum.

¶ Populi gubernatio diuina electione præfertur. C. XVI.

† al. permittitur

SI ergo tantus ille, ac talis Moyses non permittit † iudicio suo de eligendo principe populi, de constituendo successore,

---

1 Ad hoc facit q̃d le. & not. 1. 22 q. 4. innocens. in fine.

rigorẽ 1, vt 45. dist. licet. & 50. dist. ponderet. in fi. quia statim non debet punire, sed tenetur sæpius remittere, vt 45. dist. licet. & 26. q. 7. alligant.

LIcet.] CASVS. Hoc cap. diuidit in duas partes. In prima parte dr̃, q electio plati fieri debet in præsentia populi, ne aliqua postea retractatio fiat, & vt sciant oẽs quis sanctior & melior ad epatum eligit. Et hoc probat exemplo Moysi, q in electione Iosue totã congregauit synagogã, & auctoritate Pauli. In secunda parte dr̃, q congregare synagogam siue populũ est, qñ prælatus & electus congregat oẽs virtutes animi simul & sensus, & bonas cogitationes, scientiam & bonos mores, vt ille electus intra se conferens intelligere possit quid sit pontifex, quid vnctio, quid indumeta episcopi. Secunda pars incipit ibi, *Ego tamen.*

a ¶ *Præcepisset.*] Arg. q quãque licet iudici excedere fines mandati, dum tñ alias sua nihil contineat iniqui arg. extra de sent. & re iudi. cautam. Nam q datr ad eligendũ, põt postulare, vt extra de elec. in causis 2. & de renun. post translationẽ. in princ. Et procurator datus ad rem vendicandã, potest agere ad exhibendũ. ff. de procur. ad rẽ mobilem. sufficit enim q fiat id quod est vicinum mandato, licet ipsum non sit mandatum, vt ff. iud. sol. tam tñ. §. vlti. ff mand. l. vlti. Item arg. q licet contradicere rescripto vel mandato principis quandoque. extra de off. deleg. ea parte. quia licet mandet soli episcopo, quod det alicui præbendam: tamen non facit hoc sine consensu canonicorum, vt not. 7. q. 1. petijsti.

2 Vbi de hoc & 61. dist. nullus. in gl. 2. in fi. & 21. q. 4. inno. & in fine.

Principis mãdato. § de ce re licet.

b ¶ *Etiam populi.*] s. dist. 63. plebs Diotrensis. & c. nosse. & c. vlti. & 8. 1. q. 5. ordinationes.

c ¶ *Qui p. astantior*] Hic comparatiua temperat H. sm cum sufficit q bonus eligatur. est autem aliquis bonus eo ipso q non est malus, vt extra de præsump. dudũ. & ff. de leg. 2. cũ pater. § rogo. nec eñ maior bonitas vnius alij debet facere præiudicium, 21. 3. q. 9.

Electio facta de bono an valeat ubi melius est.

necesse. & 5. q. 1. teneamus. & C. de stat. & imag. l. vlti. Si autem aliquis de alia ecclesia eligitur, ipse debet optimus esse, sicut si tutor de eadẽ ciuitate sumitur, satis est si est bonus: si de alia, tunc erit optimus ff. de tut. & cur. dat. diuus. Alij dicũt 3 meliorẽ semper esse præferendum. vnde si pauciores volunt eligere optimũ, maior pars minus bonũ, si maior pars appellat, tenet eorum appellatio. nã iustam causam assignãt, vt extra de his quæ fiũt à maio. parte c. cum in cunctis. sed si illi elegerint, cassanda est eorũ electio, cũ semper optimum debuerunt eligere, vt 63. di. metropolitano. 61. dist. nec emeritus. 75. dist. cap. vlti. 74. dist. episcoporum. nõ obst. 16. q. vlti. monasterium. vbi dicitur, sufficit q nõ sit malus, quia illud intelligunt cum alius ibi melior non est. in monachis etiã obtinet quòd semper melior est eligendus. in auth. de mona. § vlti. coll. 1. ego magis adhæreo opinioni H. nam cum non sit vitiũ in eligentibus, nec in electo, quare erit electio cassanda? nam appellatio non debet cassare nisi ea quæ iniusta facta sunt. extra de re-stit. spol. audit. & extra de elec. cum nobis. Item si bonus nulle potest eligi, ergo contra illam electionem non admittitur appellatio: quia contra ea quæ perpetuo decreto sancita vel statuta sunt, non admittitur appellatio. ff. de appel. reci. vel non. l. penul. & vlti. non enim est quærendum de meritis personæ, cum maior sit numerus ex vna parte quam ex altera, vt extra de elec. audiũ. sic vides in simili. nam semper de eadem ecclesia debet prælatus eligi. si tamen maior pars eligat de ecclesia aliena, licet post appellationem, præualet electio maioris partis, cum altera pars nemiñem eligit, vt extra de elec. cum inter R. immo ex aliorum opinione sequeretur, quòd quilibet peccaret bene faciendo, quia bene posset meliorem rem facere: & magister peccat in legendo, quia posset melius facere, scilicet orare.

3 Secundum L. cuius fuit tota ista gl. vsque ibi, magis, &c.

d ¶ *Populo.*] ergo in his quæ publice facta sunt, non põt ꝫdici. 54. dist. nulli. 87. dist. si expositus. 16. dist. quod dicitis. & cum in principio electionis quis consensit, postea non auditur contradicens. 3. dist. 4 in istis. & J. ead. q. 2. dilectissimi.

e ¶ *Retractatio*] Per hoc vr̃, q populus possit retractare electionem, quæ fit in eius absentia, cum excipere possit ꝫ electum, vt 53. dist. illud. cu eis inuitis non sit dandus eps. vt 63. dist. c. vlti. Sed hoc non concedo, vt dixi 62. dist. cap. 1.

Electioni an possit populus contradicere.

f ¶ *Pontifex.*] vel eius officium. 36. dist. si quis vult.

g ¶ *Quid indumenta.*] 43. dist. sit rector discretus.

SI ergo.] CASVS. Probat Hierony. in hoc cap q nulli licet sibi eligere successorem. arg. à mi. nori, quia si non licuit Moysi, q tantus erat, multo minus licebit alijs, nisi Deus alicui aliquid reuelaret, sicut fecit Moysi, qui de præcepto Domini Iosue corã populo sibi successorem elegit. Et hoc in prima parte. In secunda parte dicitur, q gubernatio populi tali debet concedi, qui spiritum Dei in se habeat, & præcepta Dei in conspectu suo, & qui sit notus & familiaris Moysi, id est, Deo, & instructus in lege Dei. Secunda pars incipit ibi, *Gubernatio populi.*

a ¶ *Quis erit.*] Argu. quòd non licet minori quod maiori non licet. 22.q.5. si Paulus.
b ¶ *Clamoribus.*] sic ergo electio quæ fit ad clamorem populi, nõ valet, vt hic, & extra de elec. Osi'. & est simile C. de poe. l. decurio num. sic 22.q.4. vnusquisq; . qui enim ad clamorem populi manu mittit aliquem, vĩ coactus manumittere. C. qui manumit. non pos. l. 2. & ff. qui & a quib. si priuatus. Quandoq; ad vocem populi aliquid fit. 28. dist. de Syracusanæ. 50. dist. constitueretur. attamen ad clamorem populi remittitur alicui poena. ff. de sica. l. penul. De hoc not. 61. dist. miramur.
c ¶ *Qui se idoneũ.*] Ar. nullus potest se eligere. ĩ. ca. in scripturis.
d ¶ *Acclamatio.*] ĩ. c. proxi. §. Sed ibi bonũ testimoniũ populi auditur: hic vero strepitus negatur. 5. q. 4. in loco.

vbi dicitur, q non est potestas nisi à Deo iubente vel sinente. 16. q. 5. nec mirum. sed non approbat ¹, sed permittit eos regnare. si. 6. q. 1. ex merito.
h ¶ *Et non per me.*] comprobantẽ, sed tñ iubentem. Et ita est arg. q quãque aliquid iubemus quod nõ approbamus & est arg. ꝯ ea quæ per improbitatem obtinentur, q illa dicuntur fieri inuito dante, vt extra de rescrip. si quãdo. & C. de pe. bo. subla. l. 1. & 7. q. 1. scias. vbi habes, q qui inuitus aliquid facit, potius dicitur pati quam facere, vt ĩ. dist. 6. testamentum.
i ¶ *Per consilium.*] id est, approbationem.

Electio ad clamorẽ populi non debet fieri.

¹ Vbi de hoc & 7. q. 5. sunt qui opes, in prin. ibi videas.

¹ Scilicet omnẽ potestatẽ: quia aliqua est mala. sed tñ permittit Deus regnare eã propter peccata populi. Vnde Iob. Facit Deus regnare hypocritã propter prouersitatẽ populi, subintelligitur puniẽdam vel vindicandam, secundum H. & Lau.

quis erit ᵃ, qui audeat, vel ex plebe, quæ sæpe clamoribus ᵇ ad † gratiã, aut ad pretium fortasse excitatis moueri solet; vel ex ipsis etiam sacerdotibus, quis erit, qui se idoneum ᶜ ad hoc iudicet, nisi si cui oranti, & petenti à Domino reueletur! sicut & Deus dicit ad Moysem [Assume ad temetipsum Iesum filium Naue hominem, qui habet spiritum Dei in semetipso, & impones manus tuas super eum: & statues eum coram Eleazaro sacerdote: & præcepta ei dato in conspectu totius synagogæ, & præcipe de ipso coram eis: & dabis claritatem tuam super illum, vt audiant illum filij Israel.] Audis euidenter ordinationem principis populi tam manifeste descriptam, vt pene expositione non egeat? Nulla hic populi acclamatio ᵈ, nulla consanguinitatis ratio, nulla propinquitatis habita contemplatio est. Propinquis, agrorum, & prædiorum relinquatur hereditas. Gubernatio populi illi tradatur, quem Deus elegerit; homini scilicet tali, qui habet, sicut scriptum audistis, in semetipso spiritum Dei, & præcepta Dei in conspectu eius sunt, & qui Moysi valde notus, & familiaris sit: id est, in quo sit claritas legis, & scientia, vt possint eum audire filii Israel.

† *al. aut gratia, aut pretio fortasse excitata*

Num. 27.

Item Gregorius clero, & ciuibus Neapolitanis, lib. 8. ep. 40.

¶ Non ex fauore, sed ex iudicio debet venire electio. C. XVII.

NEe nonum ᵉ, nec reprehensibile ᶠ est in eligendo episcopo populi se vota in duas partes diuidere: sed graue est quando in huiusmodi causis non ex iudicio, sed ex solo fauore venit electio.

Ansl. 6. c. 9. Polyc. l. 2. tit. 1.

Cum autem gubernatio populi ei tradi iubetur, quem Deus elegerit; datur intelligi, quòd aliquando quibusdam traditur, quos Deus non elegit.

ĩ. si ergo.

Vnde Hieronymus.

¶ Non ex arbitrio Dei aliquando datur princeps ecclesiæ. C. XVIII.

Origenes hom. 4. in lib. Iudicum, & glossa ordin. ad c. 4. Iudic.

ᵃ AVdacter fortassis aliquid dicimus: tamen quod scriptum est, dicimus. Non semper princeps populi †, & ecclesiæ iudex per Dei arbitrium ᵍ datur: sed prout merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in conspectu Domini; dantur nobis principes secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi namque quod Dominus dixit [Fecerunt sibi regem, & non per me ʰ: principem, & non per consilium ⁱ meum.] Et hoc dictum videtur de Saul illo: quem vtique ipse Dominus elegerat, & regem fieri iusserat. Sed quoniam non secundum voluntatem Dei, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus; negat eum cum sua voluntate, vel consilio constitutum. Tale ergo aliquid intelligamus etiam in ecclesiis fieri: quòd pro meritis populi, aut in verbo, & opere potens à Deo tribuitur rector ecclesiæ: aut si malignum faciat populus, in conspectu Domini ᵃ; talis ecclesiæ iudex datur, sub quo famem & sitim populus patiatur, non famem panis, neque sitim aquæ, sed famem audiendi verbum Domini.

† *al. populo*

Osee. 8.

Amos. 8.

ᵃ ¶ Domini.] *In vulgatis sequebatur*, & tales perseuerent, *quæ sunt inducta auctoritate manuscriptorũ, homiliæ ipsius, & glossæ ordinariæ. In vno autem manuscripto sunt glossa interlinearis.*

Item Augustinus tractatu 46. ad c. 10. Ioannis.

¶ Non sunt filij sed mercenarij, qui honorem ab hominibus appetunt. C. XIX.

SVnt in ecclesia quidam præpositi, de quibus Paulus apostolus dicit [sua quærentes, non quæ Iesu Christi.] Quid est [sua quæren-

Ansl. 7. c. 146.

Phil. 2.

N *Ee nonum.*] CASVS. Neapolitani non solum discordabant in electione archiepi, sed etiam eligebãt aliquos non cõsiderata bonitate, sed potius amore & cõsanguinitate. quare Greg. scribit eis dicens nõ esse nouũ nec reprehensibile vota eligẽtium se i duas partes diuidere; sed tunc est reprehensibile cum electio non prouenit ex iudicio, sed ex fauore.
e ¶ *Nec nonum.*] simile 63 dist. nosse. quia quot sunt hoïes, tot sunt sententiæ: quot sunt fines, tot sunt opiniones. ĩ. de consecr. dist. 4. sicut in sacramentis. & ff. de recep. arbi. itẽ si vnus. § principaliter.
f ¶ *Nec reprehensibile.*] si non est reprehensibile, quare ergo cassat electionẽ q̃ fit i schismate? vt extra de elec. quia ².

² Dic q tũc nõ est reprehensibile cũ vtraque pars mouetur bono zelo. arg. 65. di. c. 1. 70. di. si duo. Ar.

CVM AVTEM. CASVS. Supra in hoc cap. si ergo. dictum est, q gubernatio populi traditur illi quẽ Deus elegit, de quo colligit a sensu ꝯtrario, q aliquando traditur dignitas illis quos non elegit Deus, vt ĩ. c. proxi.

A *Vdacter.*] Hæc est 4. pars q. in qua dicit q quandoq; dat Deus malos prælatos propter peccatũ populi. & hoc probat per cap. illud & sequens. 10. de. Fano.

CASVS. Hieronymus docet in hoc c. q prælatus ecclesiæ quãq; dat bonus; quãq; malus propter meritis subditorũ. hic probat exẽplo Saulis, q non fuit electus Deo iubente, sed prout mala merita populi exigebant, fuit electus Deo permittente. Elegerat permittendo, & elegerat per Samuelem ad instãtiam populi petentis. Fieri iusserat non secundum voluntatem Dei spontaneam, sed extortam.
g ¶ *Arbitrium.*] approbatum, ne sit contra ĩ. 23. q. 1. quid culpat.

S *Vnt in ecclesia.*] CASVS. Augustinus dicit, q quidam prælati sunt in ecclesia, qui seruiunt Deo non propter Deũ, sed propter tempora-

tēporalia cōmoda, qui magis dicendi sunt mercenarii, quàm prælati. & ita datur intelligi, quòd Deo tantum permittente tales eliguntur. Sequens §. per se patet.

a ¶ *Propter hæc.*] arg. pro re temporali nō esse seruiendum alicui, nisi secundario, vt 75. dist. cap. vlti. & 61. dist. quid proderit. & 74. dist.

Qualis.] CASVS. Dicitur hic, quòd non solum episcopi, presbyteri, & diaconi, sed & quilibet clericus inferioris ordinis debet præcellere laicos in sermone, & vitæ conuersatione: quia vbi laici sunt meliores, nulla potest esse ædificatio.

d ¶ *Maiorem.*] sic s. 96. dist. quis dubitet. & s. dist. 61. statuimus. & c. quid proderit. vnde quidā discipuli in hoc decepti nimis festinant ad cathedrā, & dum delectātur in loco gloriæ, fiunt aliis auctores ruinæ, vt 48 dis. quoniam. cum magister faciat cathedram, non cathedra magistrum, vt 40. dist. c. vlt. magistri enim moribus, & scientia, & facundia debent alios præcedere, vt C. de profes. & medi. magistros. lib. 10. & erit talis magister cuius comparatione sui discipuli paleæ dicantur, vt 25. di. §. criminis.

Cathedra nō facit magistrum.

e ¶ *Meliores. &c.*] id est clericos esse deteriores quàm laicos. sufficit. n. clerico, si est bonus.

tes?] non Christum gratis diligentes, non Deum propter Deum quærentes, temporalia cōmoda sectantes, lucris inhiantes, honores ab hominibus appetentes. Hæc quando amantur a præposito, & propter hæc[a] seruitur Deo; quisquis talis est; mercenarius est: inter filios se non computet.

Non ergo qui præficiuntur, semper ceteris meliores intelliguntur. Vnde Hieronymus ad Titum, c. 1.

In comm. ad eū locū [Siquis est sine crimine]

¶ Ex electione non præficiuntur episcopi, sed comprobantur. C. XX.

ILlud inferendum est aduersum eos, qui de episcopatu intumescit, & putant se non dispensationem Christi, sed imperium cōsecutos: quia non statim omnibus his meliores[b] sint, quicumque episcopi non fuerint ordinati, & ex eo, quòd ipsi electi sunt, se magis existiment comprobatos: sed intelligant propterea quosdam à sacerdotio remotos; quia eos vitia liberorum impedierint. si autem peccata filiorum iustum ab episcopatu prohibent[c]; quanto magis vnusquisque se considerans, & sciens, quia potentes potenter tormenta patientur, retrahet se ab hoc, non tam honore, quam onere, & aliorum locum, qui magis digni sunt, non ambiet occupare?

Sap. 6.

Item eiusdem ad Titum, c. 2.

In comm. ad locum [Nemo te contemnat.]

¶ Pro gradu sui officij quemque meliorem esse oportet. C. XXI.

QValis enim ædificatio erit discipuli, si se intelligat magistro esse maiorem[d]? Vnde non solum episcopi, presbyteri, & diaconi debent magnopere prouidere, vt cunctum populum, cui præsident, conuersatione, sermone, & sciētia præcedant; verum etiam, & inferior gradus, exorcistæ, lectores, æditui, acolythi[a], & omnes omnino, qui domui Dei seruiunt: Quia vehementer ecclesiam Christi destruit meliores[e] laicos esse, quàm clericos.

a ¶ Acolythi.] *Est hæc dictio in omnibus vetustis Gratiani exemplaribus, quæ tamen apud B. Hieronymum non legitur.*

Idem ad Titum, c. 1.

In comm. ad ea verba [Sed hospitalem.]

Matt. 12.

¶ Populus iudicabit episcopum sua officia non agentem. C. XXII.

VEreor[f], ne quomodo Regina Austri veniens à finibus terræ audire sapiētiam Salomonis iudicatura[g] est homines temporis sui, & viri Niniuitæ acta pœnitentia ad prædicationem Ionæ condemnabunt[h] eos[i], qui maiorem Iona saluatorem audire contempserunt; sic plurimi in populis episcopos iudicent[k] subtrahentes se ab ecclesiastico gradu, & ea, quæ episcopo non conueniunt exercentes.

Item Ambrosius in increpatione ad populum, serm. 83.

¶ Qui clericos suos non corrigit, populum corrigere non valet. C. XXIII.

QVid autem ego vos arguo, cum possitis me vno sermone conuincere[l]? conuincor enim, cum in hac parte clericos vobis magis video negligentes. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres[m] emendare non possim? aut qua fiducia succenseam[n] laicis, cum à consortibus pudoris verecundia conticescam? Ego autem fratres non de omnibus loquor: sunt certe quidam dēuoti, sunt & alij negligentes. Ego neminem[o] nomino: conscientia sua vnumquemque conueniat.

VEreor.] CASVS. Dicit Hierony. se timere ne plures laicorum iudicēt episcopos male sua officia exercentes per comparationē melioris vitæ, sicut regina Austri, quæ venit de finibus terræ audire sapientiā Salomonis, iudicatura est homines sui temporis in die iudicii cōparatione melioris vitæ, & Niniuitæ conuersi ad prædicationem Ionæ, iudicaturi sunt illos Iudæos, qui Christum maiorem Iona contempserunt.

f ¶ *Vereor.*] id est, verecundor.

g ¶ *Iudicatura.*] non potestate iudicii, quia illius feminæ nō habet. 3 q. 7. §. tria. ff. de regulis iur. l. 2.

Dicit iudicaturam in die iudicij comparatione melioris vitæ.

h ¶ *Condemnabunt.*] melius viuendo.

i ¶ *Eos.*] s. Iudæos.

k ¶ *Iudicent.*] s. dist. 21. c. vlt. contra s. dist. 21. nolite. contra 6. q. 1. oues. contra. sed non dicuntur subditi corrigere siue iudicare prælatos potestate officii: sed vitæ comparatione, vt 2. q. 1. nonne.

QVid autem.] CASVS. Ambro. cum increparet populū delinquentē, dixit, quòd populus poterat eum conuincere vno sermone, & sibi pudorem inferre, cū clericos habeat incorrigibiles, quos emendare non possit, nec eos vult nominare, cum peccata eorum sint latentia, sed vnusquisque consulat suam conscientiam.

dist. consuluit. & 59. dist. c. si officia.

ILlud.] CASVS. Quidam putabant se esse vel effici meliores eo ipso, quòd eligebantur ad epatum: sed Hieronymus dicit, quòd propter hoc non sunt meliores. & ostendit, quòd si quis scit se esse indignū, non debet recipere dignitatem: quia quanto potentior est, tanto magis punietur. & quòd indignus dignitatem recipere non debeat, probatur exemplo patris, qui propter delicta filiorum repellitur à dignitate.

b ¶ *Meliores.*] arg. quòd non plus debet pro aliquo præsumi ideo quia habet dignitaté. 40. dist. nō loca. & c. multi. & 2. q. 7. quæritur. & di. 9. ego solus. ar. cōtra 11. q. 3. absit. & 61. dist. miramur. in fi.

Sub quòd fa sit peccatum proprium. arg. 7. q. 1. §. cum autem. ver. tali.

c ¶ *Prohibent.*] propter negligétiam, vt s. 47. dist. §. necesse.

l ¶ *Conuincere.*] & suborem incutere ex hoc, quòd laici meliores sunt clericis. non enim posset ob hoc reprehendi. 47 distin. quod ad nos. quia non criminis relatione, sed innocentia reus purgatur. ff. de pub. iud. is qui.

Reus innocētia purgatur.

m *Cum fratres.*] aliàs socii dicuntur. 10. q. 3. cauendum.

n ¶ *Succenseam*] id est, irascar.

o ¶ *Neminem.*] cōtra, s. 5. q. 5. nō vos. sed hic loquitur quādo crimen non potest probari, ibi quando potest. occulta enim crimina

non habent vindictam.6.q.1.si omnia.22.dist.erubescant.

N *Ec sufficere.*] Casvs. Quidam prælati putabant sufficere si adæquarentur laicis,& negligentibus in fide,vel in operibus: sed dicit Beda hoc non sufficere,nisi præcellant eos scientia & doctrina.

a *Credendi.*] Quantum ad articulos fidei. laicis tamen sufficit pictura pro doctrina. de conse.dist.3. perlatum.

Ne ergo. Casvs. Concludit Gratianus ex supradictis dicens: ne prælati malos sibi eligerent successores, ideo statutum est, vt nemo sibi eligat successorem.

Item Beda super Matthæum.

Simile qddã auctor operis imperf. in Matth. hom.40.

¶ Episcopo ad salutem non sufficit moribus,& vita populo adæquari. C. XXIIII.

NEc sufficere nobis ad salutem arbitremur, si turbis negligentium, vel quorumlibet indoctorum, fide, vel actibus adæquemur; quibus sacris litteris vnica est credendi [a] pariter & viuendi regula præscripta.

Ne ergo (vt supra dictum est) tales sui officij successores aliquis sibi quæreret; prohibentur episcopi alterum pro se successorem sibi statuere, ac designatis nominibus in locum suum alium subrogare. T.Apostolica.

QVÆSTIO SECVNDA.

QVòd autem amicorum patrocinia [b] in aliquorum electione conualescere non debeant, auctoritate beati Gregorij Papæ probatur, qui in secundo libro Regesti, indict. 11. epistola 22. sen. cap. 61. scribit Antonio subdiacono dicens.

Q *Vòd autem.*] Casvs. Hic ponitur secunda quæstio, vbi quæritur an amicorum patrocinia conualescere debeant in electione aliquorum. Et certe si consistant in pecunia vel obsequio, simonia est, vt s.1.q.1.sunt nonnulli. In precibus distinguitur. aut enim sunt carnales, aut spirituales. Carnales pro digno non inducunt simoniam, vt prima quæstione prima, quibusdam. pro indigno sic, vt prima quæstione prima, de ordinationibus. Spirituales vero valent, nec per eas inducitur simonia, vt prima quæstione prima, latorem. In obsequio etiam consuevit distingui, vtrum sit honestum vel non:& si honestum, vtrum exprimatur, vel deducatur in pactum, quod seruiat vt præbenda sibi conferatur.

¶ In electione episcopi non munerum datio, nec aliquorum patrocinia conualescant. C. I.

Polyc.l.2.tit.3. Iuo p.5.c.129.

ILlud quidem præ omnibus tibi curæ sit, vt in hac electione nec datio quibuscumque modis interueniat præmiorum, nec quarumlibet personarum patrocinia [c] conualescant. Nam, si quorumdam patrocinio [d] fuerit quisquam electus, voluntatibus eorum, cum fuerit ordinatus, obedire, reuerentia exigente, compellitur [e]: sicque fit, vt & res illius minuantur ecclesiæ,& ordo ecclesiasticus non seruetur. Talem ergo, te admonente, personam debet sibi eligere, quæ nullius incongruæ voluntati deseruiat; sed vita, ac moribus decorata, tanto ordine digna valeat inueniri.

Idem ad clerum Mediolanensem, lib.2. Indict.11. epist.29. sen.c.68.

¶ In electione antistitis communi vtilitati, non suo lucro quisque prospiciat. C. II.

Polyc. ibid. Iuo p.5.c.130.

DIlectissimi filij, officij nostri censura commoniti suademus, vt in hac suscipiendi antistitis causa nullus vestrum, neglecta vtilitate communi, suo lucro prospiciat; ne, si quisquam propria commoda appetit, friuola æstimatione fallatur: quia nec libero [f] iudicio præferendam sibi personam examinat mens, quã cupiditas ligat. Pensantes igitur, quæ cunctis expediunt, ei, quem vobis diuina gratia prætulerit, integerrimam semper in omnibus obedientiam præbete. Iudicari [g] namque à vobis vltra non debet semel prælatus: sed tanto nunc subtiliter iudicandus est, quanto postmodum iudicandus non est.

b *Patrocinia.*] patrocinia aut consistunt in pecunia, vel obsequio: & tunc sit simonia: aut in precibus:& tunc aut sunt carnales, aut spirituales. si spirituales, valent: nec per eas simonia committitur [1], vt prima quæstione prima, latorem. carnales etiã pro digno sunt recipiendæ, vt 1.q.1.quibusdam. in fi. sed preces carnales pro indigno factæ, inducunt simoniã.1.q.1.de ordinationib.& dic vt s.c. Moyses.

Simonia an inducatur per amicorũ patrocinia.

1 Ad idẽ 50. dist. clerico vbi de hoc.

I *Llud.* Casvs. Præcepit Gregorius Antonio subdiacono, cũ quædã episcopalis ecclesia vacaret, vt nullã personã eligi permittat per pecuniã vel per preces carnales amicorũ: quia qui taliter sublimantur, illis compelluntur obedire quorum preces, vel pecunia interuenerunt:& sic per eos res ecclesiæ dilapidantur. Talis ergo in illa ecclesia eligatur persona, quæ sit vita & moribus decorata,& tanto ordine digna.

c *Patrocinia.*] nisi dignus sit ille pro quo petitur, vt s. 1. q. 1. nullus itaque.& c.pueri.& c.quibusdam.in fi.

d *Patrocinio.*] sed nonne suffragium patris prodest filio. ff. quod cuiusque vniuersi.illud? Sed illud quantum ad numerum eligentiũ.

e *Compellitur.*] quia ad antidora tenetur, vt ff. de pet. here. sed & si 8.consuluit.& 83.dist. nihil.& extra de testa.cum in officiis. humanum enim est, vt quis exhibeat ei reuerentiam à quo percepit beneficium, vt 16.q.2.visis.

Beneficij collatori reuerẽtia debetur.

D *Ilectissimi filij.*] Casvs. Vacante ecclesia Mediolanen. vnusquisque clericorum nitebatur amicũ suum præficere inspectis tantum vtilitate propria,& neglecta communi. sed docet Gregorius, vt hoc nõ faciant, ne friuola æstimatione fraudentur, siue fallantur: quia mens quam cupiditas ligat, personã præferendam nõ examinat iudicio recto: quare præcipit, vt ante electionem subtiliter iudicantes talẽ eligant, cui debeant semper obedire: quia post electionem non poterunt iudicare de ipso.

f *Libero.*] sic 83. dist.nihil.sic 11.q.3.quattuor.

Additio. Et c.pauper.per quæ iura & hic habet arg. quod iudex pecunia vel alia affectione corruptus non potest recte iudicare secundum Hugo.

g *Iudicari.*] arg. quod electum quem semel comprobasti, non potes postea reprobare [2], vt j.3 2.q.5.hæredus.ar.extra de his, quæ fi.á maio.parte cap.ex ore.in fin.s.distin.4.erit.& c.in ulti.s.ead. quæst.proxi.c.licet.simile ff.de decur.l.pe. in fin.& arg.ff.de pact. dot. conuenire.ff.de neg. gest. Pomponius. argum. contra. C. de lib.causa.non idcirco.& l.non mutant.& C. de profes.& medi.l. grammaticos.lib.10. extra de elect. cum dilectus. contra vbi pœnitentia non æquiualet electioni, contra id quod est ff. de pup. s ego. §.1.Sol.electus semel approbatus non potest amplius reprobari ab eligentibus, nisi ex causa noua, vel de nouo ad eorum notitiam veniente. tunc enim bene potest ab eis reprobari, vt extra de offi.deleg.insinuante.& extra de excep.pastoralis.& ff. de mune.& ho.vt gradatim.§.reprobari.& ita intelligitur illa decret.& illa lex, grammaticos.

Electus semel approbatus, an possit postea reprobari.

2 Ar. ad hoc extra de despon. impu. de illis 1. §.vl ti. vbi de hoc. & extra de tu gu.ad nostrã. ibi videas in glo.ij. Ad idẽ extra à lib.6.6 cle.nulli.

Quid

Quòd autem] Hic intitulatur tertia quæstio, qua quæritur, vtrum sit simoniacum præstare canonicis iuramentum post electionem pro indemnitate rerum ecclesiæ. Et respondet quod non, nisi ante electionem pepigit, quod post electionem præstaret iuramentum, vt. ead. Artaldus. Si vero ante electionem iuret, vel pactum faciat, simonia est, vt j. ea. c. talia. & hæc vera sunt, cum minoribus & subiectis præstatur iuramentum. præstare autem superiori ante electionem, non videtur simonia: arg. s. 100. dist. optatum.

QVÆSTIO III.

Qvòd autem [a] *simoniacus habendus non sit, qui post electionem pro indemnitate ecclesiæ iuramentum præstitit; facile probatur. Aliud est enim ante electionem iuramentũ facere, vel se facturũ pacisci ad hoc vt eligatur: aliud est, nulla præcedente conuentione post electionẽ huiusce modi iuramentum offerre. Illud ab officio tamquam munus impensum deijcit: hoc autem consecrando nullum impedimentum generat.*

De priori casu scribit Pelagius Papa clero Catinensi.

Qui in episcopum eligitur, de rebus ecclesiasticis aliquam securitatem nulli faciat. C. I.

Ans. l. 6. c. 40. Polyc. l. 2. tit. 3.

ii PEr singulas [e] prouincias episcopos singulos scire oportet, episcopū metropolitanum, qui præest, curam & solicitudinē totius prouinciæ [f] suscepisse. Propter quod ad metropolitanā ciuitatē ab his, qui causas habent, concurratur. Quapropter placuit eū, & honore præcellere, & nihil vltra sine ipso reliquos episcopos agere secūdū antiquum patrum nostrorum canonem, nisi hoc tantū, quod vnicuique ecclesiæ per suam diœcesim cōpetit. Vnumquemque enim episcopum oportet habere suæ diœcesis potestatē, ut regat, & gubernet secundū competētē singulis [g] reuerentiā, & prouidentiam gerat omnis regionis, quæ sub ipsius est ciuitate: ita ut etiā ordinare ei presbyteros, & diaconos proba Apo. can. 34.

a ¶ *Moderatio tua.*] Permittitur hic episcopo dispensatio canonis vel criminis pœnalis, sicut est I. 1. q. 5. c. vlt. in fi. sed non permitteretur si simoniace fuissent ordinati. 1. q. 1. erga. de pœnitentialibus nō est dubium, quia hoc potest quilibet sacerdos, vt 26. q. 7. tēpora pœnitudinis.

Quod aūt.] Casus. Hic intitulatur 3. quæstio, qua quęritur, an archiepiscopus posit absoluere vel damnare clericos sui suffraganei illo inconsulto: & certum est quod non, nisi cū appellatur ad eum: vel habetur de consuetudine: vel si eps decederet, & res arbitrio archiepi dispēsari voluerint clerici, vt ī c. conquestus. vel nisi episcopus sit negligēs, vt ī.e. cum simus. vel nisi cōtrouersia sit inter epm & suum clericum, vt ī. 11. q. 1. si clericus. vel nisi dissēsio est de electiōe episcopi, vt ī. 63. dist. si forte. Sed hoc hodie corrigit p cōstitutionē Innocentij Papæ. Sed quia cōmunia negotia puinciæ, vt synodū cōgregare, epm examinare potest facere: nō tamen sine cōsensu aliorū, vt ī. c. 1. 2. 3. & 4. & 5. Et procedit hoc ordine, Primo pbat superficialiter, quod archieps potest absoluere & dānare parochianos sui suffraganei illo inconsulto, vsq; ad §. *Sed cotra* deinde pbat cōtrariū vsq; ad §. *Sola.* in quo tractat de excellentia Papæ: & hoc vsque ad §. *vltimū.* in quo soluit cōtrarietatē. Dicit ergo quod sicut ecclesiæ totius epatus sont in potestate epi, sic ecclesię totius archiepatus sont in potestate archiepi: ita quod epo nō licet aliquid agere sine consilio metropolitani: sed intellige in ijs quæ pertinent ad generalem statū prouinciæ totius episcopatus.

b ¶ *Quod autem.*] Metropolitanus episcopo inconsulto nō potest iudicare clericos suos, nisi in casibus specialibus, scilicet quando causa per appellationē defertur ad ipsum, vt infra ea. conquestus. vel nisi causa sit inter episcopū & clericum, vt 11. q. 1. si clericus. Item cum dissensio est de electione episcopi, vt 63. dist. c. vlt. hoc vero non tenet hodie per id quod est extra de ele. quia propter 3. Item cum suffraganeus est negligens, vt ī. ea. cum simus. Item omnia male acta potest punire & retractare, vt 26. q. 5. quicumque. & 13. dist. de his. Item si de consuetudine aliquid obtinuit: aut si episcopus decesit, vt ī. ea. conquestus. Aliter de specialibus negotijs episcopatuum se non potest metropolitanus intromittere: sed communia negotia, quæ non magis pertinent ad vnum quam ad alium: sed ad statum totius prouinciæ, vt congregare synodum, examinare episcopum & ordinare, hoc potest; non tamen sine consilio aliorum episcoporum, vt infra ead. c. 1. 2. 3. 4. & 5.

P ¶ *Er singulas.*] Casus. Dicitur hic quod episcopi in singulis prouincijs debent recognoscere suum metropolitanum, sibi obediendo: & nihil agere de communibus negotijs sine metropolitani consilio. Similiter nec metropolitano licet sine consilio episcoporum aliquid facere de negotijs communibus.

c ¶ *Cognoscere*] idest, reuereri, idest, diligere, vt ibi. Non noui chiepm appelletur: sine cuius cōsilio episcopi nihil agere possunt nisi de his quæ ad proprias eorum parochias spectant: & econuerso metropolitanus sine consilio episcoporum nihil agere potest.

e ¶ *Per singulas.*] Simile 2. q. 7. metropolitanum.

f ¶ *Totius prouinciæ.*] Hic videtur quod archieps est iudex ordinarius totius prouinciæ [4]. nam habet procurationem & visitationē totius diœcesis, vt extra de præscri. cū ex officij. & quia vnus est iudex prouinciæ, vt 7. q. 1. in apib'. ex quo enī archieps est iudex epi, ergo est iudex diœcesis suæ. arg. ff. de pecu. leg. si seruus meus. Nā ex eo quod vicarius est in peculio ordinarij, ergo & peculium vicarij, vt ibi dicit: & præterea hic dicit quod omnes qui causas habent, cōcurrāt ad metropolitanum. Itē quia determinat causas delatas ad ipsum per querelam, vt 10. q. 3. quia cognouimus. Sed licet posset dici quod sit ordinarius, se tamen nō potest intromittere de causis subditorū, nisi in casibus exceptis, vt extra de offi. ordi. pastoralis. in princ. si tamen ferat sententiā aliquam in subditos suffraganei sui, bene tenet: cum sit iudex ipsorū. arg. in authen. de defen. ciui. §. & iudicare. & §. seq. vbi dicitur, quod præses vel maiores iudices non possunt ferre sententiam vltra summam ccc. aureorum. si tamen tulerint, tenet. vt ibi innuitur. H. dicit non tenere talem sententiam, cum metropolitanus fert in subditos suffraganei: quia metropolitanus iudex alienus est respectu subditorū suffraganeorū, vt 6. q. 3. scitote. & 3. q. 6. peregrina. sicut absoluere non pōt nisi appelletur ad eum. extra de sniā excom. per tuas. extra de offi. deleg. cum contingat. Item quia dicitur quidquid fecerit, irritum est, vt ī. ea. nullus. Hoc scias quòd de causis episcopi potest per solam querelam cognoscere. 11. q. 1. si clericus aduersus. Ioan. quod dicit H. verum est, vt extra de of. ord. pastoralis. B.

g ¶ *Singulis.*] Potest ergo anathematizare aliquem inconsulto metropolita-

Quod not. ī.e. c. 1. in gl. 2. in fi.

Idem tenet Ber. in l. Item omnes. §. recte. ff. de iur.

Metropolitanus clericos suffraganei iudicare non potest.

Versi. vt in collatione habita eligat, &c. quasi dicat, licet cognitio electionū & electorum pertineat ad metropolitanū: non tamē ginstificatio: sed eū eliger in quem omnes, &c. vt ibi Archidia.

4 Hoc verū est secundum L. vt no. 3. q. 6. c. 3. in glo. a. vbi dixi de hoc. Archi. Archiepiscopus an sit iudex ordinarius totius prouinciæ.

tropolitano: immo & quilibet sacerdos inscio suo episcopo, vt extra de of. ordi. cum ab ecclesiarum. nec tenet quod legitur 11. q. 3. nemo episcoporum.

NISI FORTE. CASVS. Dictum est supra, quod archiepiscopo nihil agere licet sine consilio episcoporum. quod verum est, nisi.

cipue illa quæ præcipit œconomos debere esse in vnaquaque ecclesia: quod si metropolitanus facere neglexerit, licentiam habeant episcopi in sua ecclesia œconomum ordinare. & econuerso. Idem seruandum est in monasterijs.

a ¶ Oeconomos.] Oeconomus dicitur cui res ecclesiæ gubernanda mandatur, vt C. de sacrosa. eccle. iubemus. Oeconomus quid.

b ¶ Oeconomum.] qui clericus erit: & de proprio clero debet esse. 89. dist. cap. quia. & 16. q. 7. in nona actione. De hoc notatur 16. q. 7. quoniam.

c ¶ Episcopis.] Ergo sicut superiores inferiorum, sic inferiores superiorum supplent defectum, vt extra de concel. præben. & eccle. nõ vacan. nulla. & 89. dist. volumus.

bili iudicio liceat, & de singulis ipsius regionis causis cum moderatione, & pondere disceptare. Vltra autem nihil agere permittitur citra Metropolitani episcopi conscientiam [a]: nec metropolitanus sine ceterorum aliquid gerat consilio sacerdotum.

a ¶ Conscientiam.] Græce est, δίχα τοῦ μητροπόλεως ἐπισκόπου, μὴ δὲ αὐτὸν ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης, itaque eadem voce γνώμης vtitur canon tam in consensu metropolitani, quàm suffraganeorum. Sed ob multas varietates placuit apponi verba græca cum versione noua.

Τοὺς καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπους εἰδέναι χρὴ, τὸν ἐν τῇ μητροπόλει προεστῶτα ἐπίσκοπον, καὶ τὴν φροντίδα ἀναδέχεσθαι πάσης τῆς ἐπαρχίας, διὰ τὸ ἐν τῇ μητροπόλει πανταχόθεν συντρέχειν πάντας τοὺς τὰ πράγματα ἔχοντας. ὅθεν ἔδοξε καὶ τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι αὐτὸν, μηδέν τε πράττειν περιττὸν τοὺς λοιποὺς ἐπισκόπους ἄνευ αὐτοῦ, κατὰ τὸν ἀρχαῖον κρατήσαντα τῶν πατέρων ἡμῶν κανόνα, ἢ ταῦτα μόνα, ὅσα τῇ ἑκάστου ἐπιβάλλει παροικίᾳ, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις: ἕκαστον γὰρ ἐπίσκοπον ἐξουσίαν ἔχειν τῆς ἑαυτοῦ παροικίας, διοικεῖν τε κατὰ τὴν ἑκάστῳ ἐπιβάλλουσαν εὐλάβειαν, καὶ πρόνοιαν ποιεῖσθαι πάσης τῆς χώρας τῆς ὑπὸ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν, ὡς καὶ χειροτονεῖν πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, καὶ μετὰ κρίσεως ἕκαστα διαλαμβάνειν. περαιτέρω δὲ μηδὲν πράττειν ἐπιχειρεῖν, δίχα τοῦ τῆς μητροπόλεως ἐπισκόπου: μὴ δὲ αὐτὸν, ἄνευ τῆς τῶν λοιπῶν γνώμης.

Episcopos, qui in vnaquaque prouincia sunt, nosse oportet eum, qui metropoli præest, vniuersæ quoque prouinciæ curam suscipere, eo quòd in metropoli vndique conueniunt omnes, quicumque negotia habent. Quapropter placuit, & honore ipsum præcellere, & reliquos episcopos nihil aliud † sine ipso facere (secundum veterem, qui viguit, patrum nostrorum canonem) quam ea sola, quæcumque ad cuiusque parochiam, subiectasque parochiæ regiones pertinent: In cuiusque enim episcopi potestate esse propriam ipsius parochiam, vt eam administret pro ea, quæ cuique conuenit, integritate, & vniuersæ regioni, quæ suæ ciuitati subiecta est, prospiciat, consulatque: ita vt & presbyteros, diaconosque ordinet, & singula quæque cum iudicio explicet: Præterea vero nihil quidquam facere aggrediantur, sine metropolitani episcopi, neque ipse sine reliquorum sententia.

† περιττὸν

PROBATVR. CASVS. Adhuc probat, quod archiepiscopus inconsulto suffraganeo suum possit parochianum absoluere, exemplo Pauli metropolitani Corinthiorum, qui Corinthium fornicatorem tradidit satanæ: & postea reconciliauit.

d ¶ Corinthium.] & in hoc suppleuit negligentiam Apollinis, vt j. ea cap. vlti.

Nisi forte episcopi ipsi œconomos in ecclesia sua ordinare cõtempserint. Vnde in septima synodo, c. xi. legitur.

SED CONTRA. Nunc probat Gratianus cõtrarium, scilicet quod metropolitanus nõ potest disponere de negotijs episcoporum sine cõsensu ipsorum. & omnia c. vsque ad §. Sola intelliguntur de communibus negotijs, vel de specialibus, cum epi nõ sunt negligẽtes, sed diligenter agunt quæ debet. H.

¶ Metropolitanus constituat œconomos, quos episcopus habere neglexerit. C. III.

Iuo p. 5. c. 374. Conc. Chalced. c. 26. j. dist. 89. quia in quibusdam. & j. 16. q. 7. quoniam in quibusdam.

CVm simus debitores omnes sacras regulas custodire; & eam, quæ dicit in vnaquaque ecclesia œconomos [a] esse debere, modis omnibus inuiolabilem custodire debemus. Et, si quidem vnusquisque metropolitanus in sua ecclesia constituerit œconomum [b]; bene vtique est. Sin autem; ex auctoritate propria Constantinopoleos episcopis [c] licentia est præponendi œconomos in eius ecclesia. Similiter & metropolitanis, si episcopi, qui sub eis sunt, non sategerint œconomos statuere in suis ecclesijs. Id ipsum autem seruandum est etiam in monasterijs.

SALVO.] CASVS. Quæsitum fuit ab eugenio vtrum archiepiscopus possit cognoscere de causis criminalibus episcoporum sine consensu aliorum episcoporum, & respondetur quod non: saluo Romanæ ecclesiæ priuilegio.

1. Cor. 5. 2. Cor. 2.

Probatur illud idem exemplo Apostoli, qui fornicatorem Corinthium [d] impænitentem satanæ tradidit: postea pænitentem ecclesiæ reconciliauit, hæc tantum scribens Corinthijs in prima, & secunda epistola, vt excommunicato non communicarent, & reconciliato socia charitate copularentur. Sed contra probatur auctoritate multorum.

e ¶ Saluo.] Debet quis ius suum protestari, ne fiat ei præiudicium. sic 28. dist. diacon. & 7. q. 1. pontifices. ff. quibus mod. pig. vel hypo. sol. l. si debitor. §. si in venditione.

& Iulius c. 4.

Ait enim Higinus Papa, epist. 1. c. 2.

¶ Metropolitanus sine episcoporum consensu, vel præsentia alicuius eorum non audiat causas. C. IIII.

ADDITIO. Ad hoc facit C. de his qui spõ. mune. sub. l. 1. lib. 10. sed argu. contra. ff. de cond. insti. quod quis. ff. de act. & obli. obligationum. §. placet. de hoc le. & no. 28. di. c. 1.

Burch. l. 1. c. 65. Ivo p. 5. c. 99. & 174. † al. causas eorum

SAluo [e] in omnibus Romanæ ecclesiæ priuilegio, nullus metropolitanus absque ceterorum omnium comprouincialium episcoporum instantia [f], aliquorum [g] audiat causas † [h]: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in conspectu eorum omnium uentilatæ; & ipse, si fecerit, coerceatur à fratribus.

f ¶ Instantia.] idest, præsentia.

nisi episcopi post annuntiationem contempserint in suis ecclesijs œconomos ordinare, vt probatur sequenti capitulo.

CVm simus.] CASVS. Statutum fuit in synodo Constãtinopolitana, vt omnes regulæ sanctorum patrũ custodiãtur: & præ

g ¶ Aliquorum.] scilicet episcoporum.

h ¶ Causas.] scilicet criminales, vt 3. q. 8. suggero. Et no. quod cum causa est inter clericum & episcopum, quod metropolitanus in synodo cõprouinciali tractabit causam. 11. q. 1. si clericus. nisi velis dicere, quod ho

Causa inter epm & clericum coram quo debeat tractari.

q hodie solus metropolitanus obtinet vicem synodi quantum ad illud. 18.dist.c.1.& 10.q.3.quia. De hoc dixi 6.q.2.episcopus.

A *Archiepiscopus.*] CASVS. Anicius Papa statuit vt archieps de causis episcoporũ aut cõmunibus, scilicet criminalib' nihil agat sine consilio suorum suffraganeorũ, nec epi sine consesu archiepiscopi aliqd agãt, nisi quantum ad suas parochias pertinet.

a *Archiepiscop'.*] Hoc cap. exponit præmissa.

S *I autem.*] CASVS. Quæsitum fuit si archiepiscopus superbe vult de causis criminalibus vel ciuilibus episcoporum cognoscere sine eorum volontate, vel eos in aliquo grauaret quid sit faciendũ, & respondetur, q corrigi debet a suffraganeis: & si fuerit incorrigibilis, significet Papæ, quatenus per ipsũ hic puniatur, vt ceteri timorem habeant.

Metropolitanus à suffraganeis reprehendi potest.

b *Inobediens.*] Hic habemus q metropolitanus potest coerceri à suffraganeis. sic ff.eo. saluo. in fi. simile 63. di. Salonitanę. Sed qualiter subditi possunt eũ coercere? Respondet. reprehẽdere † possũt ex charitate. 2.q.7. præsumunt. & c. sequitur. Iste autem qui defert querelam ad metropolitanũ, sine appellatione, patiatur dispendiũ litis arg. in authen. coll. 3. de defen. ciui. circa mediũ. §. non habente. in fi. hoc ideo, quia traxit aduersariũ suum ad alienom iudice, vt 11. q.1. inolita. lo.

† Dic q est triplex reprehensio; vt no. ff. 21. di. nolite. in fi.

copus non est archiepiscopi vicarius. Quid de hoc iuris sit, dixi 55. dist. perlectis.

e *Irritum.*] idest, irritandum. si dicas quòd habet iurisdictionem ordinariam prouinciæ, sed si fiet proprie, tunc erit hic argu. quòd metropolitanus non habet iurisdictionem ordinariam totius

Item Anicetus Papa episcopis Galliæ, c.1.

¶ De eodem. C. V.

ARchiepiscopus a nihil de episcoporum causis, aut de alijs cõmunibus, iuxta statuta Apostolorum, absque cunctorum illorum agat consilio; nec ille, nisi quãtum ad suas parochias pertinet, sine suo: quoniam tali gaudet concordia altissimus, & gloriatur in mẽbris suis. Can. Apost. 34.

Item in eadem epistola, c.3.

¶ De eodem. C. VI.

SI antem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omniũ comprouincialium præsentia, vel consilio episcoporum, aut eorum, aut alias causas, (nisi eas tantum, quæ ad propriam suam parochiam pertinent) agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus districte corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si vero incorrigibilis, eisque inobediens b apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia episcopornm iudicia referri † præcepta sunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & ceteri timorem habeant.

Poly. l. 2. tit. 14. Burc. l. 1. c. 63. Pann. l. 4. c. 16.

† al. terminare

Item Calixtus Papa episcopis Galliæ, epist. 2. c. 3.

Concor. Lucius epist. 1. c. 3.

¶ De eodem. C. VII.

NVllus primas, vel metropolitanus diœcesani ecclesiam, vel parochiam, aut aliquem c de eius parochia præsumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid d agere, absque eius consilio, vel iudicio: sed hoc obseruet, quod ab Apostolis, ac patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum: id est, siquis metropolitanus episcopus (nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet parochiam) sine consilio, & voluntate omnium comprouincialium episcoporum extra aliquid agere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit; & quod egerit, irritum e habeatur, & vacuum. Sed quidquid de prouincialium coepiscoporum causis, eorumque ecclesiarũ, & clericorum, atque sæcularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit, hoc communi † consensu comprouincialium agatur pontificum; nec aliquo dominationis fastu, sed humillima atque concordi administratione, sicut Dominus ait, [Non veni ministrari, sed ministrare.] & alibi [Qui maior est vestrum, erit minister vester.] Similiter, & ipsi comprouinciales episcopi cuncta cum eius consilio (nisi quantum ad parochias proprias pertinet) agant, iuxta sanctorum constituta patrum. *& infra.* Vt vno animo, vno ore concorditer sancta glorificetur Trinitas in sæcula.

Poly. ibidem. 6. Burc. l. 1. c. 60. Ioo p. 5. c. 10 & p 14. c. 72. Pan. l. 4. c. 17. Ansl. 3. c. 88.

† al. cum omniũ

Matt. 20. Matt. 23.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricensi archiepiscopo.

¶ In suffraganei parochia nihil absque eius consilio metropolitanus agat. C. VIII.

COnquestus est Apostolatui nostro frater noster Sigedodus archiepiscopus Narbonensis, quòd clericos suos eo inuito ad iudicium tuum venire compellas, & de rebus ad ecclesiam suam pertinentibus prouinciæ. Quid iuris sit de hoc, notaui ff. c. 2.

Iuo p. 5. c. 56. Pann. l. 4. c. 29.

N *Vllus.*] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. Prima pars loquitur de specialibus negotijs suffraganeorum. Secunda pars de communibus. Dicitur ergo in prima, q nullus primas vel metropolitanus debet se intromittere de specialibus negotijs sui suffraganei absque eius licentia vel voluntate: quod si fecerit, irritum erit quidquid fiet, & ipse deponetur. In secunda parte dicitur, quòd primas vel metropolitaous non debet agere causas criminales, vel commonia negotia sine consensu episcoporum, nec ipsi sine consensu metropolitani vel primatis debeot aliquid agere, nisi de his quæ pertinent ad propriam parochiam, vt omnia concorditer fiant. Secunda pars incipit ibi, *Sed quidquid.*

c *Aliquem.*] Licet non possit iudicare de ecclesia suffraganei, potest tamen de episcopo iudicare. 11. q. 1. si clericus. Et sic fallit illa regula: Si vinco vincentem te, multo fortius vinco te. ff. de diuer. & tempor. præscrip. de accessionibus. §. 1. item fallit. ff. qui potio. in pigno. habeto. Claudius. & libertus liberti mei, non est meus libertus, vt ff. de verb. significat. Modestinus. & non omnes quæ sunt cũ sorore mea, sorores meæ sunt. 81. dist. legitur.

Si vinco vincẽtem te, vinco te: quandoque fallit.

d *Vel aliquid.*] Ergo nec absoluere potest excommunicatum à suffraganeo suo. extra de sent. excom. per tuas. episcopus tamen absoluere potest excommunicatum ab archidiacono: quia archidiaconus est vicarius episcopi, vt extra de of. archid. c. 1. sed episcopus non est archiepiscopi vicarius.

Archiepiscopus ab epo nõ absoluit excõis.

C *Onquestus est.*] CASVS. Archieps Narbonensis conquerebatur de Rodulpho patriarcha Bituricen. qui erat suus patriarcha, q ipse cõpellebat clericos suos eo inuito ad suum iudiciũ venire: & res ad suam ecclesiã pertinentes eo incõsulto disponebat. Præcipit ergo sibi Nicolaus vt de cetero hoc nõ faciat, nisi fuerit ad ipsũ appellatũ vel nisi mortuo epo clerici voluerint res ecclesiæ dispẽsari p ipsum: qa primates nil priuilegij super epos habẽt, nisi quantũ canones cõcedunt, vel cõsuetudo antiqua: vel nisi Romana ecclesia aliquẽ voluerit suo priuilegio decorare. *Epo scribit.* hæc sunt verba Bedæ. *Et angelo Ephesi, &c.* sunt verba Ioannis. Vnde melius esset ibi principium capituli, vt dicit Hug. Dicit ergo Beda exponens verba Ioannis, & dicit q Io. scribit illi epo de cuius manu Ioannes requirebat peccata subditorũ eius, vt esset diligens: ne sine eius consilio de suis subditis iudicaret, nisi esset negligẽs.

f *Archiepiscopus.*] Hic patet q archiepi subsunt primatibus & patriarchis, vt 21. dist. c. 1. & 65. dist. de persona. 17. dist. multis.

Archiepiscopi subsunt patriarchis.

a S *Primo-*

a ¶ *Prouocauerint.*] Hic patet ꝙ nec archiepiſcopus, nec primas poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum epiſcoporum, niſi per appellationẽ deuoluantur ad ipſum. 11. q. 1. peruenit. & extra de of. deleg. cũ non ignoretis. Idem dico in legato Papæ, vt dixi 2. q. 6. c. 3. præter hos caſus eſt alter 12. diſt. de his. Itẽ cũ abſolutus ab archie-

munia prædi. venditor. Argu. contra. 10. q. 3. quia. Item ratione diuturnitatis probatur negatiua: quia aliter non probatur. ff. de proba. ſi arbiter. Item diuturnitas conſtituit ius. ff. de aqua quo. & æſti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. & extra de his quæ fi. à præla. ſi. conſen. c. ea noſcitur. & arg. 3. q. 6. hoc quippe. Item conſuetudo dat iuriſdictionem, vt C. de eman. li. l. vlt. & ext. de arb. dilecti. Item cõſuetudo dat priuilegiũ [1], vt hic, & 64. diſt. quia. Arg contra. 93. diſt. illud. 100. diſt. contra mo rem. hoc proſecutus ſum. 8. diſt. 8. fruſtra.

Archiepiſcopus de cauſis ſubditorũ epiſcopi cognoſcere non poteſt.

1 Iſtud, itẽ, reſpicit textũ. nã in iſto caſu & ſequẽti bus archiepiſcopus eſt iu dex cõpetẽs.

bus, eo inconſulto, quaſi iure patriarchatus tui diſponas: cum hoc nec antiquitas (cui patres ſanxerunt reuerentiam) habeat; & auctoritas ſacrorum canonum penitus interdicat: niſi forte pro cauſis, quæ apud ſe terminare non poſſunt, ad te quaſi ad patriarcham ſuum prouocauerint [a]; vel ſi epiſcopus ſuus deceſſerit, res eccleſiæ ſuæ iudicio tuo [b] diſpenſare voluerint. Primates enim vel patriarchas nihil priuilegij habere præ ceteris epiſcopis, niſi quantum ſacri canones [c] concedunt, & priſca conſuetudo [d] illis antiquitus contulit, definimus: ita vt ſecundum Nicænas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſijs: præterquam ſi Apoſtolica ſedes aliquam eccleſiam, vel ipſius rectorem quolibet ſpeciali [e] priuilegio decreuerit honorare.

Glo. ordi. ad eũ locum Apoc. 2.

Item Beda ſuper Apocalypſim [& Angelo [f] eccleſia Epheſi ſcribe.]

¶ De eodem. C. IX.

EPiſcopo [g] ſcribit, de cuius manu peccata ſubditorum requirit: ne ſine eius conſenſu, ſubditos iudicare debeat.

¶ *In gloſſa ordinaria ſic legitur,* & Angelo,] id eſt epiſcopo ſcribit: de mano cuius peccata ſubditorum requirit, & ſine cuius conſenſu ſubditos iudicare non præſumit ipſe Ioannes.

Sola enim Romana eccleſia, ſua auctoritate valet iudicare de omnibus; de ea vero nulli iudicare permittitur.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epiſtola, cuius initium [Propoſueramus.]

¶ Apoſtolicæ ſedis iudicium à nemine eſt retractandum. C. X.

Anſ. l. 4. c. 75. Iuo p. 5. c. 19. Pann. l. 4. c. 21.

PAtet [h] profecto ſedis Apoſtolicæ (cuius auctoritate maior non eſt) iudicium à nemine fore retractandum: neque cuiquam de eius licere iudicare [i] iudicio: iuxta quod [k] Innocentius Papa Ruffo, & ceteris epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens ait [Nemo vmquam Apoſtolico culmini (de cuius iudicio non licet retractare) manus obuias audacter intulit [l]: nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari,] & beatus Papa Gelaſius. [Nec de eius iudicio: (id eſt Romanæ eccleſiæ) canones vmquam præceperunt iudicari: ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui: cuius potius ſequenda decreta mandarunt.]

ſ. ea. ipſi ſunt [§. nec de eius.

¶ Caput hoc apud ceteros omnes collectores, multis verbis omiſſis in ſummam quamdã redactũ eſt.
¶ Innocentius.] In epiſtola Nicolai, & apud reliquos collectores eſt, Bonifacius. Verum neque in Bonifacij, neque in Innocentij epiſtolis inuentum eſt quod hic affertur. In ea vero epiſtola Nicolaus refert etiam alia quædam ex epiſtola Bonifacij ad epiſcopos per Theſſaliam.

In tomis conc.

Item Athanaſius patriarcha Papæ Felici ſecundo.

¶ Ab alijs damnatos, vel excommunicatos Apoſtolica ſoluit auctoritas. C. XI.

Iuo p. 5. c. 15.

FVit ſemper veſtræ ſanctæ Apoſtolicæ ſedi licentia iniuſte [m] damnatos, vel excommunicatos poteſtatiue ſua auctoritate reſtituere, & ſua eis omnia reddere, & illos, qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, Apoſtolico punire priuilegio: ſicut etiam noſtris, & anterioribus cognouimus actum temporibus.

Item ibidem paulo inferius.

¶ De eodem. C. XII.

Leo ibidem.

† al. conſiſtens

ANtiquis regulis ſancitum † eſt, vt quidquid [n] (quamuis in remotis, aut in longinquo poſitis prouincijs) ſuper epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductum,

e ¶ *Speciali.*] Ergo Papa in totum poteſt auferre priuilegium vni eccleſiæ, & alij concedere, vt 16. q. 2. frater noſter.

1 Aliàs, conſuetudo pacificatur priuilegio. extra de iu. nouit. vbi de hoc.

f ¶ *Et angelo.*] Hæc ſunt verba Io. in Apoc. & deberet eſſe initiũ c.

g ¶ *Epiſcopo.*] Hæc ſũt verba Bedæ.

SOLA. CASVS. Hactenus oſtenſum eſt ꝙ archiepiſcopi & primates ſubiectos ſuffraganeorum ſuorum iudicare non poſſunt illis inconſultis, niſi in caſibus conceſſis. ne autẽ credatur idẽ eſſe in Papa, dicit nũc aliud eſſe in eo. Sola enim Ro. ecc. põt de oĩbus iudicare: ſed nullus de ea põt iudicare. & ad hoc inducuntur c. ſeq.

PAtet.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ nullus debet tractare vel iudicare de iudicio ſe. Apo. quia firmũ debet eſſe quod ipſa iudicat. Et hoc probat Nicolaus duobus exemplis, ſ. Ion. & Gelaſij.

h ¶ *Patet.*] Ab hoc loco vſque in finem agitur de excellentia Papæ. & omnia cap. quaſi idem dicunt.

i ¶ *Iudicare.*] nam talis crimen ſacrilegij incurrit, vt 17. q. 4. §. qui autem.

k ¶ *Innocentius.*] Familiaris eſt hæc probatio, ꝙ vnꝰ Papa iducit alium in teſtem: ſed hoc ideo, quia de ipſorum teſtimonio non eſt dubitandum [3]: ſicut Dominus mala Sodomæ per angelos probauit. 2. q. 1. Deus.

Papa Papam inducit in teſtem.

3 Ad hoc 8. q. 3. talia.

l ¶ *Intulit.*] Qui manus intulit præpoſito, vel contumax eſt erga ducem vel præſidem, capite punitur. ff. de re mil. l. omne. §. 1. & 2. irreuerens miles, & contumelia parentis capite punitur. 86. diſt. non ſatis. in fi.

chieſpo non vult parere epõ. extra de of. ord. ad reprimendã. Itẽ cũ eſt cauſa inter epiſcopum & clericum. 11. q. 1. ſi clericus. & 3. 6. q. 2. cap. 2. & hoc cum epiſcopus eſt reus. ſed ſi eſt actor, non videtur quòd archiepiſcopus ſit iudex rei, vt ext. de offi. ord. paſtoralis. Item cum epiſcopus non vult abſoluere excommunicatum, vt extra de ap. qua fronte. Item cum archiepiſcopus prouinciam viſitat. extra de præſcrip. cum ex officij. ſed illud non dico eſſe generale, niſi vt dixi 3. ea. q. 2. nullus primas. Item cum euidens eſt ſententiã epiſcopi iniuſtam eſſe. extra de app. ſolicitudinem.

b ¶ *Iudicio ſuo.*] aliter enim non poteſt. 12. q. 2. non liceat.

c ¶ *Canones.*] ſic 18. q. 2. hoc tantum.

Conſuetudo multa tribuit.

d ¶ *Conſuetudo.*] Ergo ratione conſuetudinis poteſt aliquid peti, vt 18. q. 2. ſeruitium. ff. de pub. & vect. licitatio. §. cæſum. ff. com-

FVit.] CASVS. Dicitur in hoc quòd ſemper fuit licentia ſedi Apo. iniuſte damnatos vel excommunicatos reſtituere: & eos qui iniuſte damnat vel excommunicat punire.

m ¶ *Iniuſte.*] & iuſte. 35. q. 9. Gregorius.

ANtiquis.] CASVS. In regulis antiquis fuit conſtitutum, vt ſiue in prouincia remota ſiue in vicina quis appellet in cauſa ciuili vel criminali, nihil debeat innouari antequã cauſa ad Apoſtolicũ deferaẽ, vt p ipſũ ſentẽtia cõfirmetẽ vel infirmetẽ. Seq. c. patet.

n ¶ *Vt quidquid.*] id eſt, vt ſi appellatur Romã, vel à remotis vel à vicinis partibus: nil attẽtaretur ante ſentẽtiã Papæ. 3. di. 17. multis

a *Et euo*

a ¶ *Nemo*] Nisi se alicuius iudicio submittat, vt 2.q.7.nos si. & in causa hæresis. 40.dist.si Papa.& cũ submittit se cõfessori suo, tenetur ei parere:& ligabit eũ sententia illius. Ar.cõtra est qđ dicitur de dedicatione ecclesiarũ, extra de pœn.& remis. quod aũt. Item cum Papa peccat, potest eius peccatũ etiã ecclesiæ denũtiari secundum admonitionẽ Euãgelij, vt ĩ. 2. q. 2. si peccauerit. hoc determinatur: 40.dist.si Papa.

Papa confessori suo parere debet.

b ¶ *Neque ab omni clero*] Arg. ꝙ concilium nõ põt Papã iudicare, vt extra de ele. significasti. vnde si totus mũdus sententiaret in aliquo negotio contra Papam, videtur ꝙ sententiæ Papæ standum esset, vt 24.q.1.hæc est fides. Ar.contra: quia orbis maior est vrbe. 93. dist.legimus.

Aliorum.] CASVS. Quæritum fuit à Symmacho vtrũ causa sedis Apo. posset ab hominibus iudicari. Qui respondet, dicẽs ꝙ Deus aliorũ causas voluit ꝑ hoies terminari: sed Romanũ Pontificẽ suo examini reseruauit: apud quem non habebit aliquis de allegationis nitore subsidium: quia idẽ scilicet Deus erit iudex & testis. sed alij oẽs a Papa iudicãtur, cui per Petrũ datæ sunt claues ligandi & soluendi: cũ ipse sit caput omniũ, & auxiliũ omnium, vt dicitur p Isaiam prophetã. Seq. duo cap. plana sunt.

c ¶ *Formidinẽ.*] immo sine venia debet puniri, sicut diabolus, qui maximus cõparatione aliorũ creatus est, vt ĩ. de pœ.di. 2. principiũ.

Papa delinquẽs debet sine venia puniri.

d ¶ *Replicabo.*] hoc est dicere, cum ipse sit maior omnibus, grauius punitur cum peccat. 81.q.3.præcipue.

e ¶ *Sanctorum.*] idest, in sanctis concilijs cõfirmantur.

f ¶ *Prophetam.*] Esaiã.

g ¶ *Si hæc humiliatur.*] de arca foederis loquitur propheta quam Iudæi ferebãt ad bella.

h ¶ *Acta*] ¶ *Corrũpunt.*] 6.q.1.ex merito,& c.deteriores.

i ¶ *Ipsi sunt canones.*] sicut Imperator est lex animata in terris, vt in auth. de consulibus. in ꝓ.coll.4.

i De istis habetur supra 93.dist.§.ecce.2.q.7.§ de his etiam.24 q.1.quoniam in qua significabitur sedes Romana.

Cuncta.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ ecclesia Romana de omnibus iudicat: ipsa vero a nemine iudicatur. Item ꝙ ad Papam de omni parte mundi appellatur: ab eo vero nullus appellat. In secunda parte dicitur, ꝙ ecclesia Romana semper habuit potestatem & habebat quoslibet absoluere & damnare nulla synodo congregata. Secunda pars incipit ibi, *Sed nec illa*. Seq.cap planum est.

k ¶ *De qualibet*] Ergo à legato appellatur, vt extra de sen.& re iudi.c.vlti. & extra de offi. leg. licet. Sed numquid a laico appellatur ad Papam? Non, nisi in his quæ spectant ad iurisdictionem ecclesiæ, vt extra de ap.si duobus.

l ¶ *Nemo.*] A principe enim & à senatu appellari non valet, vt ff. a quibus ap.non lil. 1.

vt huius auctoritate iuxta a quod fuisset faciendum, pronuntiatio infirmaretur, aut firmaretur.

a ¶ Iuxta quod.] *Ino legis*, iuxta quod fuisset pronuntiatio, infirmaretur, aut firmaretur. *In corpore conciliorum*, iusta quæ fuisset pronuntiatio,&c.

Item Innocentius Papa.

Siluester in cõc. Romano, c. 20.

¶ Prima sede, nullius iudicio subiaceat. C. XIII.

Poly.l.2.tit.16. Deusdedit p.3. Ansl.l.1.c.19.& l.4.c.39. Pann.l.4.c.5.

NEmo a iudicabit primam sedem iustitiam a temperare desiderantem. Neque enim ab Augusto, neque b ab omni clero, neque à regibus, neque à populo iudex iudicabitur.

a *In omnibus vetustis Gratiani exemplaribus citatur ex Innocentio. Sed fere eadem habentur in concilio Romano sub Siluestro, c. 20. & ex ipso citant indicati collectores.*

a ¶ Iustitiam temperare desiderantem.] *Sic etiam in Pannormia ex Siluestro. Sed in vulgata conciliis editione est*, quoniam omnes sedes a prima sede iustitiam desiderant temperari.

Item Symmachus Papa.

In lib. Ennodij.

¶ De eodem. C. XIIII.

Poly.ibidem. Ansl.l.1.c.24. Iuo p.5.c.10. Pann.l.4.c.8.

ALiorum hominum causas Deus voluit homines terminare; sed sedis illius præsulis † suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Voluit beati Petri apostoli successores cælo tantum debere innocentiam, & subtilissimi discussoris indagini inuiolatam exhibere conscientiam. Nolite æstimare eas animas inquisitionis † non habere formidinem c, quas Deus præ ceteris suo reseruauit examini. Non habet apud illum reus de allegationis nitore subsidium, quando ipsorum factorum vtitur eo teste, quo iudice. Dicas fortitan, omnium animarum talis erit in illa disceptatione conditio: replicabo d, vni dictum, [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & quæcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis.] Et rursus sanctorum e voce patet, Pontificum dignitatem sedis eius, factam toto orbe venerabilem: dum illi, quidquid fidelium est vbique, submittitur: dum totius corporis caput esse designatur. De hac mihi videtur dictum per prophetam f [Si hæc humiliatur g; ad cuius confugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam vestram?

† al. præsulem

† al. de inquisitoribus

Matt. 16.

Isa. 10.

Item Anterus Papa ad episcopos prouinciarum Batica, & Toletana.

¶ De eodem. C. XV.

Poly.ibidem. Ansl.l.1.c.53. § 6.q.1.c. 10.ex merito cũ seq.

FActa subditorum iudicantur à nobis: nostra vero iudicat Deus. *& infra.* ¶ Deteriores sunt qui vitam, moresque bonorum corrumpunt h, his, qui substantias aliorum prædiaque diripiunt.

Item Gelasius Papa ad Faustum legatum.

Nicolaus ad Michaelem, epist. 7.

¶ De eodem. C. XVI.

Ansl.l.2.c.56. Iuo p.5.c.9.

IPsi sunt canones i, qui appellationes totius ecclesiæ ad huius sedis examen voluere deferri. Ab ipsa vero nusquam prorsus appellari debere sanxerunt: ac per hoc illam de tota ecclesia iudicare; ipsam ad nullius commeare iudicium: nec de eius vmquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt non oportere dissolui, cuius potius decreta sequenda mandarunt.

§.ea.patet in fin.

Idem omnibus episcopis.

In epist. ad epos per Dardaniam constitutos.

¶ De eodem. C. XVII.

Poly.l.1.tit.8. Ansl.l.1.c.47.& l.2.c.16 & 24. Pann.l.4.c.9

CVncta per mundum nouit ecclesia, quòd sacrosancta Romana ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet k mundi parte appellandum est; ab illa autem nemo l est appellare permissus. ¶ Sed nec illa prætermisimus, quòd Apostolica sedes sine vlla synodo præcedente, & soluendi, quos synodus inique damnauerat, & damnandi, nulla existente synodo, quos oportuit, habuit facultatem: & ho

FRatres.] Casus. Episcopi Hispaniæ auctoritate regū quosdam iniuste damnauerant, quos Sixtus Papa restituit, & præcepit eis, vt omnia eis integre reddant, nisi ipsi & principes eorum velint ab ecclesia separari.

NVnc vero] Casus. Gualbertus patriarcha antistitem Cumen-

Romam venerit, consecrabit eum.

a ¶ Priuilegium.] Rescriptum Apostolicum sic interpretaberis, vt nullū afferat præiudiciū, vt hic & extra de consue. cum olim. in fi. 63. dist. quanto. hic 99. dist. ecce. C. de eman. nec auus [1].

PEr principalem.] Casus. Dicitur in hoc c. q Apostolicus habet potestatē de qualibet parte mundi monachos vel clericos seculares ad se vocare, & opportunitatib. exigentibus inuitare ad ordinem vel dignitatem vel officium aliquod.

nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce & tenuit semper, & tenebit.

¶ *Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habentur in epistola Gelasii ad episcopos per Dardaniam, sed non eodem ordine composita. Caput autem sequens, in quo multa huius ipsius capitis verba continentur, in eadem epistola eodem prorsus modo habetur. Itaque fieri potest, vt ex alia epistola caput hoc sumptum sit, quæ non extat: aut Gratianus hæc duo tanquam diuersa capitula referat, quòd apud antiquiores etiam collectiones distincta reperiret. In epistola etiam Nicolai ad episcopos Galliæ, quæ nuper est impressa in appendice bibliothecæ, hoc citatur ex Gelasio.*

Idem episcopis per Dardaniam constitutis.

De eodem. C. XVIII.

CVncta per mundum nouit ecclesia, quoniam quorumlibet sententijs ligata pontificum, sedes beati Petri apostoli ius habeat resoluendi; vt pote, quæ de omni ecclesia fas habeat iudicandi, &c.

Item Sixtus Papa secundus Hispanorum episcopis, epist. 2. c. 4.

¶ De eodem. C. XIX.

Ans. l. 2. c. 15. Polyc. l. 1. tit. 8. Burc. l. 1. c. 192. Iuo p. 5. c. 247.

FRatres, quos timore terreno iniuste damnastis, scitote à nobis iuste esse restitutos: quibus ex sancti Petri & Apostolica auctoritate omnia, quæ eis ablata sunt, integerrime reddi præcipimus, si non vultis & vos, & principes vestri à collegio nostro, & membris ecclesiæ separari.

Item Stephanus episcopus Gualberto Patriarchæ.

¶ Cuiuslibet ecclesiæ clericos Papa valet ordinare. C. XX.

Ans. l. 6. c. 31. Iuo. par. 5. c. 13.

NVnc vero iterato tibi scribimus, nolentes alicuius ecclesiæ priuilegium [a] infringere, licet Apostolica prærogatiua possimus de qualibet ecclesia clericum ordinare: desine iam cuiuspiam zelo Cumensis [¶] ecclesiæ antistitem protelare: quia si protelaueris, & eum consecrare iam toties monitus non maturaueris; proculdubio ad nos veniens, consecratus abibit.

¶ Cumensis.] *Sic etiam Anselmus, sed apud Iuonē plenius,* Desine iam cuiuspiam zelo electum à clero, & expetitum à populo Liutuardum Cumensi ecclesiæ antistitem protelare.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epistola, cuius initium [Proposueramus.]

¶ De eodem. C. XXI.

8. i. q. 1. Ans. l. 1. c. 72. & l. 2. c. 14.

PEr principalem [b] beatorum apostolorum Petri & Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem, ius habemus, non solum monachos, verum etiam quoslibet clericos de quacumque diœcesi, cum necesse fuerit, ad nos [c] conuocare, atque ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

Sed aliud est, quod ex temeritate assumitur præsumptionis: aliud quod ex necessitate geritur charitatis. Cum suffraganei archiepiscoporum, subditis suis ad malum fauere cœperint, atque circa eorum correctiones, negligentes [d] extiterint; tunc licet metropolitanis præter illorum voluntatem, & ligandos damnare, & reconciliandos absoluere. Cum vero episcopi zelo diuinæ charitatis accensi, bonos verbo & exēplo ædificant, & malorum vitia aspera increpatione redarguunt, absque talium consilio non licet metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, vel disponere. Vnde in fine capituli Martini Papa non simpliciter dictum est [nihil agat] sed cum determinatione [nil præsumptiue assumat absque eorum consilio] vt vitium præsumptionis videatur improbatum, non officium charitatis. Sic & Apostolus, quia Corinthios vidit negligentes circa correctionem fornicatoris, sua auctoritate illum damnauit. Ioannes vero, quia episcopum Ephesiorum vidit paratum ad corrigenda vitia subditorum, sine eius auctoritate illos corrigere noluit: sed illum tantum de eorum correctione admonuit.

§. ead. per singulas 1.

§. cum simus. §. probatur.

§. episcopo.

b ¶ Per principalem.] Hoc cap. est 8. i. q. 1. c. per principalem. post principium.

c ¶ Ad nos.] sicut Papa priuat aliquem clerico suo, eadem ratione potest Imperator aliquē priuare seruo suo. C. qui ex cau. seru. pro præ. liber. accipi. l. 1. Item alicui potest rem suam auferre, vt C. de quadr. præ. bene. Similiter auferre potest & Papa beneficium. 59. dist. in memor. am. Itē pōt alicui auferre ius præsentandi, etiam legatus Papæ, vt extra de off. leg. dilectus. & extra de concess. præb. & ec. nō va. quia dimericatē & episcopum deponere. Sed nūquid omnes simul à Nou., quia sic vniuersalem ecclesiam turbaret, quod esse non debet. 2. q. 7. & si illa.

SED ALIVD. Casus. §. probauit Gra. q archiepiscopus potest iudicare parochianum sui suffraganei eo inconsulto: postea probauit contrarium. Nunc autem soluit dicens, q quando suffraganei fauent subditis suis ad malum, & circa eos sunt negligentes in corrigendo, potest tunc archiepiscopus soluere vel ligare à suis suffraganeis. quādo vero sunt solliciti circa subiectos, non potest tunc eis inconsultis. Et hanc solutionē probat auctoritate Martini & duobus exēplis, scilicet Pauli & Ioan.

d ¶ Negligentes.] Magister dicit, q quam cito negligens est prælatus in corrigēdo, sine omni admonitione auferetur ei iudicium [4] vel iurisdictio. hic §. ea. cum simus. hic extra de ac. sicut olim. & ex eo q non valet iudex procedere, videtur quod statim expirauit sua potestas, vt extra de off. deleg. cum super. & C. de appel. ex eo. & C. de of. præfec. orien. si quos. & extra de fo. compet. ex transmissa Arg. contra §. ead. nunc vero. & extra de stat. monac. in singulis.

mensis ecclesiæ consecrare nolebat, sed Stephanus scripsit ei vt eū consecraret. & quia eum adhuc non consecrabat, iterum scribit ei præcipiens vt eum debeat consecrare: & si non fecerit, dicit q si

[1] Ad idē 85. dist. c. 1. in fi. vbi de hoc & 25. q. 2. ita nostrum. in princ. ibi videas.

Beneficium potest auferre Papa.

Prælato negligenti auferatur iurisdictio.

[4] Sed Ho. intelligit post admonitionem.

Vidam laicus.] CASVS. In superiori causa dictū est quid iuris habet archiep̄s super suffraganeis suis. Nunc vero supponit x. causam, in qua ostendit Grat. qd iuris habeat ep̄s in ecclesijs sui ep̄atus. Et vt hoc competētius agat, proponit thema, de quo tres elicit quæstiones.

b Sub monasterij.] i. quasi ibi vellt monasterium construere.
c Vbi congregatio.] sed quot homines faciunt collegium monachorum? Respond. duo vel tres, vt extra de elect. c. 1. secundum leges tres. ff. de uerb. sig. Neratius. Sed decem homines faciunt populum, ut 10. q. 3. unio. ff. ui bono. rapt. prætor. §. 1. & decem oues gregem, licet quattuor uel quinque porci gregem faciant. ff. de abigeis, oues. Sed duo non faciunt familiam, ut ff. de uerb. signi. si detestatio. in fi.

CAVSA DECIMA.

Vidam laicus[a] basilicam à se factam à diœcesana lege segregare quærit: episcopus ecclesiam cum omni dote sua ad suam dispositionem pertinere contendit: tandem euincit episcopus, & per parochias militibus comitatus crudeliter desæuit: quæ ecclesiæ sunt, tanquam sibi debita, vsurpare contendit.

1 Modò primum quæritur, an basilica cum omni dote sua ad episcopi ordinationem pertineat.
2 Secundo, an res ecclesiarum episcopis vsurpare liceat.
3 Tertio, quid nomine cathedratici à suis sacerdotibus exigere valeat.

QVÆSTIO PRIMA.

De prima quæstione sic definitur in concilio Ilerdensi, c. 3.

¶ Basilica, quæ consecratur, à diœcesana lege non segregatur. C. I.

SI ex laicis quispiam à se factam basilicam consecrari desiderat: nequaquam eam sub monasterij[b] specie vbi congregatio[c] non colligitur[a], à diœcesana lege audeat segregare.

a ¶ Colligitur.] In concilio impresso, at manuscripto sequitur, vel regula ab episcopo non constituitur.

Item ex concilio Toletano 3. c. 19.

¶ Ecclesiæ cum dotibus suis in episcopi potestate consistant. C. II.

SIc quidam contra omnem† auctoritatem ecclesias, quas ædificauerint, postulant consecrare, vt dotem, quam eidem ecclesiæ contulerint, censeant ad episcopi ordinationem non pertinere[d]. Quod factum taliter in præterito corrigatur, vt & in futuro, ne fiat prohi-

Et in Vormatien. c. 6. & 55. & in Moguntino sub Arnulpho, c. 4. In Trosl. c. 6 Burch. l. 3. c. 20 Iuo p. 3. c. 23. Pann. l. 2. c. 12.

† al. canonū

a ¶ Quidam laicus.] Lex dioecesana consistit in recipiendo vel cathedraticum, vel tertiam partem decimarū, vel quartam, vel hospitiū. Lex iurisdictionis, cōsistit in conferendo. potest enim cōferre sacramēta, coercere delicta, de causis cognoscere. Quinque lex diœcesana comprehēdit etiā legē iurisdictionis, vt extra de præscri. auditis. quātum ad legem iurisdictionis subsunt ep̄o & ecclesiæ, & monasteria omnia. 18. q. 2. hoc tantum. & c. monasteria. & c. cognouimus. & 16. q. 1. interdicimus. quantū ad legem diœcesianam solæ sæculares, vt ī. ea. d. his. & c. antiquos 16. q. 2. statuim. sed regulares ecclesię vel monasteria nō, vt hic & c. 4. & 16. q. 1. cū p vtilitate. & 18. q. 2. q̄ sit necessariō. cathedraticū enim non soluunt. ī. ea. q. 3. inter cetera. nec partē decimarum. 16. q. 1. cū pro vtilitate. c. q̄m & c. decimas. nec ep̄ūm ad missas publicas recipiunt. 18. q. 2. luminoso. & c. dudum. præstant tñ seruitium ep̄o, vel ex prima institutione, vt 18. q. 2. Eleutherius. vel etiam ratione visitationis, vt extra de præscrip. cū ex officij. vel quod debetur ex cōsuetudine, vt 18. q. 2. seruitium. Capellæ vero monachorum subsunt episcopo quantū ad vtramque legem. 16. q. 2. sane. & extra de priui. cum & plantare in ecclesijs. nisi pleno iure fuerint monasterijs collatæ. sed de hoc dicemus 16. q. 1. in prin.

Lex diœcesana & iurisdictionis in quibus consistant,

De prima quæstione.] Hæc q. diuidit in 4 partes, in quarum prima probat magister per 2. aucto. q ecclesia cū omnib⁹ suis rebus debet esse sub potestate ep̄i & de rebus ecclesiæ, s. decimis, & primitijs, & de quib⁹ debet ep̄s habere tertiam vel quartam, vel mediam secundum diuersas consuetudines. Secunda ibi, Si autem. Tertia ibi, Visitantes. Quarta ibi, Quia sacerdos. Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatē prima quæstio, in qua quæritur, an ecclesia cum omni dote sua pertineat ad dispositionem ep̄i. Et est dicēdum q omnes ecclesiæ præter monasteria subsunt ep̄o quo ad legem diœcesanam, & quo ad legem iurisdictionis, vt ī. ea. q. fere per totum. & 16. q. 7. omnes basilicæ. sed monasteria exempta sunt a lege diœcesana, vt ī. ead. c. 1. & q. 3 inter & 16. q. 1. cum pro vtilitate. & hoc ī fauorem religionis. sed nō sunt exempta a lege iurisdictionis, vt 16. q. 1. interdicimus. Idem est de capellis monasteriorum. Est autem lex diœcesana qua episcopus recipit cathedraticum[1], tertiam s. vel quartam partem decimationum secundum diuersas consuetudines, & qua vocat clericos ad synodum vel exequias. Lex iurisdictionis est qua ep̄i potest clericos ordinare, altaria & ecclesias & virgines consecrare, corrigere, suspendere, cognoscere de causis ciuilibus & criminalibus, & generaliter ad suā iurisdictionem pertinet omnia sacramenta conferre.

1 Quod non præscribitur secundum id quod not. 15. q. 7. quiscumque. in gl. 1. in fi.

SI ex laicis.] CASVS. Quidam laicus capellam quandam cōstruxit, & cum peteret eam consecrari, volebat eam non subesse episcopo quantum ad legē diœcesanam, sicut nec mon. steria. Quæsitum fuit in concilio Ilerdeñ. an hoc fieri posset. Et respōdetur q non, sine voluntate episcopi.

SIc quidam.] CASVS. Quidam postulabant ecclesias, quas ædificauerant sic consecrari, ut dos earum ad episcopi ordinationem non pertineret. quare quæsitum fuit in concilio Toletano qd super hoc fieri debeat Et respondetur, q si tale quid factum est in præterito, corrigatur; & statuitur ut decetero non fiat, sed omnia sint in potestate episcopi.

d ¶ Non pertinere.] hic habes q contractus tenet, sed pactum oppositum in contractu contra naturam contractus non tenet. sic extra de cond. appo. c. 1. & 16. q. 1. si quis laicus. & extra qui cle. uel uo. insinuante. sic ī. de conse. dist. 1. si quis basilicam. Sed obijcitur, nonne quilibet in traditione rei suæ potest ponere legem quam uult, etiam cum tradit rem ecclesiæ, ut extra de cond. appo. uerum. 18. q. 2 Eleutherius. Item laicus potest prædium dare ecclesiæ, & in eo censum retinere. 11. q. 1. si tributū. 23. q. ult. tributū. Similiter patronus potest petere seruitium quod institutum est sibi ab episcopo ante consecrationem. extra de iu. pa. cap. præterea. Quidam dicunt, q hic loquitur in eo casu quando primo dedit pure, sed postea uoluit adducere conditionem, quod non licet, quia perfecta donatio non recipit conditionem, ut C. de don. quæ sub modo. l. perfecta. & 32. q. ult. c. unico. in fin. Alij dicunt, q dos ecclesiæ spectat ad ius publicum, ut s. 1. dist. ius publicum. sed ius publicum pacto priuatorum tolli non potest[a]. ff. de pact. ius publicum. extra de fo. compe. si diligenti. Tu breuiter dicas, quòd illud pactum est contra naturam illius contractus, & est contra leges. nam secundum iura res omnes ecclesiasticæ ad ordinationem episcopi spectant, ut ī. ea. nouerint. aliàs si non obuiat honestati uel iuri, licite potest pactum quod approbatum est præmissis canonibus apponi, ut in præmissis casibus. nam quilibet in traditione rei suæ potest apponere legem quam vult. ff. de pa. l. in traditionibus.

Ecclesiæ concedens aliquid non possit illud ab episcopi administratione eximere.

a Sub. & sic nō obstat lex prædic. In traditionibus quæ loquitur q pactū iuri publico non derogat arg. ff. de pact. in traditionibus. Acc.

a ¶ Ad

a ¶ *Ad episcopi.*] in ecclesiis autem monachorum abbati presbyteri respondebunt in temporalibus, episcopo in spiritualibus, vt 16. q. 2. sane. & extra de cap. mo. in ecclesiis. prælati, vt extra de offi. ordin. cum ab ecclesiarum. & J. q. 2. c. pen.

c ¶ *Quæcumque*] *Animæ*] 12. q. 1. præcipimus. & 18. q. 2. cognouimus.

d ¶ *Nouerint.*] *Nullam*] J. 17. q. 4. sunt qui. J. 16. q. 7. decreuimus. §. Sed ibi habent potestatẽ tñ defendendi ecclesias.

¶ *Decretum.*] CASVS. Hoc c. cum tribus sequẽtibus fere eudẽ habẽt casum, s. q̃ ecclesiæ cum omnibus suis rebus debent esse in potestate episcopi, vt de eis disponat & ordinet secundum quod fuerit disponendum & ordinandum, visitando eas tempore opportuno.

b ¶ *Cum dotibus.*] nihil tamẽ de eis disponet citra consensum prælati, vt extra de offi. ordin. cum ab ecclesiarum.

beatur: sed omnia secundum constitutionem antiquam ad episcopi ordinationem, & potestatem pertineant.

a ¶ Taliter.] *Sic est in antiquioribus editionibus, & duobus vaticanis conciliorum codicibus: sed in Coloniensi quattuor tomorum editione, & in codice Lucensi Regio, & in concilio Vormaciensi, & Moguntino, & in Panormia hoc modo*, quod factum, & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur.

Item ex concilio secundo Cabilonensi.

¶ Ecclesiæ, & omnia iura earum ad ordinationem episcopi pertinent. C. III.

Burc. l. 3. c. 146. Iuo p. 3. c. 211. DEcretum est, vt omnes ecclesiæ cum dotibus [b] suis, & decimis, & omnibus suis [a], in episcopi potestate consistant, atque ad ordinationem suam semper pertineant.

a ¶ Suis.] *in vulgatis sequebatur*, iuribus, *quæ vox abest ab omnibus collatis manuscriptis. Apud Iuonem, & Burchardum est*, omnibus rebus suis.

Item Leo Papa quartus in epistola ad episcopos Britanniæ, c. 2

¶ Vnaquæque parochia, episcopi prouisione regatur. C. IIII.

REgenda est vnaquæque parochia sub prouisione, ac tuitione episcopi per sacerdotes, vel ceteros clericos, quos ipse cum Dei timore prouiderit, cui iure pertinere videtur, & circumire, vt sibi necessariũ visum fuerit ecclesiastica vtilitate cogente.

Item ex concilio Antiocheno, c. 24.

¶ Iudicio & potestate episcopi res ecclesiasticæ gubernentur. C. V.

12. q. 1. præcipimus.] ex can. Apost. 41. QVæcumque [c] res ecclesiæ sunt, conuenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia prouidet, atque iudicat, gubernari, & dispensari cum iudicio & potestate episcopi, cui totius plebis animæ [c] videntur esse commissæ.

a ¶ Quæcumque.] *græce significantius*, τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάττεσθαι δεῖν καλῶς ἔχειν, *idest*, recte habet, quæ ecclesiæ sunt, ipsi ecclesiæ seruari oportere.

Item ex concilio Toletano 4. c. 32.

¶ Basilicarum conditores in rebus ecclesiarum nullam potestatem se habere cognoscant. C. VI.

Poly. l. 3. tit. 12. Burc. l. 3. c. 203. Iuo p. 3. c. 255. Pann. l. 2. c. 4. NOuerint conditores basilicarum, in rebus, quas eisdem ecclesijs conferunt, nullam [d] se potestatem habere: sed iuxta canonũ instituta, sicut ecclesiã, ita & dotẽ eius ad ordinationẽ episcopi pertinere.

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 17.

¶ De eodem. C. VII.

Poly. l. 3. tit. 11. Burc. l. 3. c. 136. Iuo p. 3. c. 202. Pann. l. 2. c. 61. DE his, quæ parochijs in terris, vineis, mãcipijs, atque peculijs quicumque fideles obtulerint, antiquorum canonum statuta seruentur, vt omnia in episcopi potestate consistant: De his tamẽ, quæ altario accesserint, tertia [e] pars fideliter episcopis deferatur.

Item ex eodem, c. 16.

¶ De his, quæ altario deferuntur, medietatem sibi vendicet episcopus. C. VIII.

ANtiquos canones relegentes, priora statuta credimus renouanda: vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem [f] sibi episcopus vendicet, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus clerus accipiat; tam de proprijs prædijs, quàm de omni commoditate in episcoporum potestate durantibus.

Item ex concilio Toletano.

¶ *In libro manuscripto priuilegiorum ecclesiæ Toletanæ refertur hoc, tamquam caput 15. quarti concilij Toletani: sed in duobus ipsius exemplaribus ex Hispania missis non habetur; Burchardus, & Iuo citant ex concilio Triburiensi tempore Arnulphi regis.*

¶ *De his.*] CASVS. Dicitur in hoc ca. q̃ oia bona ecclesiarũ mobilia & immobilia i eporum potestate cõsistunt; ita q̃ tertia pars oblationũ episcopo reseruetur. Quid autẽ iuris sit de hoc, in apparatu dicetur.

e ¶ *Tertia.*] alibi dicitur, q̃ nihil habeat præter cathedraticum, vt J. ea. q. 3. c. 1. alias de medietate, vt J. c. prox. No. ergo q̃ tẽpore primitiuo cum pauperes essent episcopi, statutũ fuit vt episcopi de episcopalibus ecclesijs, & omnibus bonis ecclesiæ sumerent medietatem, vt in cap. seq. sed in omnibus parochialibus ecclesiis tertiã. 16. q. 1. cõstitutum. procedente tẽpore ea parochialibus tñ tertiam oblationum & decimarũ haberent, vt J. ea. c. decreuimus. postmodũ quartã. 12. q. 2. vobis. & c. concesso. & c. quattuor. Hodie autem nec tertiã partẽ parochialiũ habebunt nisi ad fabricã reparandã, nec illam habebunt nisi velint fabricam reparare, vt J. q. 3. c. 1. & 3. Vel dic. q̃ secundum consuetudinem ista dantur, vt extra d̃ sepul. certificari. hodie autem cũ sint diuites, nihil habebunt præter cathedraticum, vt J. q. 3. c. 1. Ioan. parochialis ecclesia tantum habet quartã decimarum, & eps aliam p̃ se, alias quartas duas retinet episcopus pro fabrica & pauperibus, vt 12. q. 2. concesso. & c. seq. de aliis redditibus nihil habet de consuetudine generali & p̃scripta episcopus, licet prædicta c. & alia videãtur dicere contrarium, & ita fuit sententiatũ pro episcopo Bononiẽsi cõtra ecclesiam sancti Io. in Persiceto. & hoc videtur expressum 12. q. 2. vobis. B.

¶ *Antiquos.*] CASVS. Statutum fuit in Aurelian. concilio, vt eps habeat medietatẽ oblationũ matricis ecclesiæ, & clerici eiusdẽ ecclesiæ aliã medietatem habebunt. Idem est de fructibus prædiorũ, & in omni vtilitate ecclesiæ, ita quòd prædia & bona ecclesiæ in episcopi potestate consistant.

f ¶ *Medietatem.*] secundum distinctionem decre. extra de testa. requisiti.

1 Sub. hoc autem dicit, q̃ non habẽt potestatẽ dilapidationis. secũdum L. & hic adde quod no. 16. q. 7. præ meatis. in gl. vlti. de cõsec. dis. 1. si quis basilicam.

2 De hac mano. extra de cẽsi. cũ olim. vbi Hn. de hoc notando ponit hãc sententiam, & eam attribuit Bart. pro. ain. q̃ ita ad litteram sensit sicut hic dĩ per Bar.

R *Elata.*] CASVS. Quidam epi negligebant suas parochias visitare singulis annis ad prædicandũ, vel confirmandos pueros: procurationes tamen exigebant ac si ecclesias visitarent. quod ex auaritia & negligentia procedebat. & ideo statutum fuit in concilio Toletano, vt hoc de cetero non faciant epi, sed solicite & diligenter suos greges visitent, cupiditatem vitantes, & negligentiam dimittentes.

a *Aliquo pretio.*] si isti parochiales ita soluerunt aliquos denarios aliquot annis, nũquid eps postea potest ad procurationẽ petendã redire? & sic, extra de cẽs. olim. ar. ℥. ff. quemadmodum seru. amit. si communẽ. vbi dicitur, ꝙ qui vna seruitute vtitur pro alia, perdit primam. Sed quid si partẽ procurationis recepit ali quos annis, nũquid per partem intelligitur retinuisse totum? videtur ꝙ sic. ℥. de pœ. di. 1. vulgatis. ff. quemadmodũ ser. amit. si stillicidiũ. §. vlt. & l. seq. vbi dicitur, ꝙ per partem retinere totũ videtur. ff. de ser. rusti. præd. vna est via. ar. cõtra. extra de præscr. auditis. extra de capel. mo. dilectus. Breuiter respondeas, ꝙ in procuratione nulla currit præscriptio. extra de præsc. cum ex officii. vnde siue partem soluerit, siue nihil, semper potest petere procurationem, vt no. in prædi. c. cum ex officii.

Præscribi nõ potest procuratio.

b *Redimant.*] tamen redimi potest procuratio, vt ℥. ea. q. 3. relatũ.

c *Parare.*] vel præparare.

Sed loquitur de ea visitatione, quam habet episcopus in re sua, vel secundum consuetudinem loci dicitur.

VISITANTES Hæc est tertia pars q. in qua dicitur vt hic & in seq. c. continetur. Io. de Fan.

CASVS. Dictum est ℥. ꝙ epi debent ecclesias visitare. Nunc au-

sup verbo presbyteros. & ita eam ponit. Io. de Fant.

¶ De episcopis, qui diœcesim suam visitare contemnunt, & ad redimendas mansiones, quæ visitantibus debentur, clericos cogunt. C. IX.

Burc. l. 1. c. 229. Iuo p. 5. c. 341.

R Elata † est coram sancta synodo querimonia plebium, quòd sint quidam episcopi nolentes ad prædicandum, vel ad confirmandũ suas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt, vt mansiones, quibus in profectione vti debuerant, aliquo † pretio a redimant b, qui parare c debebãt. Quæ duplex infamia, negligentiæ, & auaritiæ, sanctæ synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis vltra exerceat id cupiditatis ingenium, & vt solicitiores sint episcopi de suis gregibus visitandis.

† al. Delata

† al. alio

Item ex concilio Tarraconensi, c. 8.

¶ Annuis vicibus ecclesiæ ab episcopis visitentur. C. X.

Burc. l. 3. c. 33. Iuo p. 3. c. 38.

D Ecreuimus, vt antiquæ consuetudinis ordo seruetur, & annuis vicibus ab episcopo diœceses visitentur; &, si qua forte basilica fuerit reperta destituta, ordinatori a d eius reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus, per antiquam traditionem, vt accipiatur ab episcopis, nouimus esse statutum.

a Ordinatori.] *In exemplaribus concilij impressis, & manuscriptis, apud Burchardum, & Iuonem legitur*, ordinatione ipsius: *sed ob glossam non est mutatum. Reliqua vero ex ijsdem sunt emendata. Burchardus autem, & Iuo addunt præterea in extremo*, ex principibus nouimus statutum.

2 *Si autem episcopus inualetudine impeditus diœceses suas per semet ipsum visitare non poterit, visitationis officium committat alijs.*

Vnde in concilio Toletano quarto, c. 35. legitur.

¶ Inualetudine grauatus episcopus, visitationis officium alijs committat. C. XI.

Burc. l. 1. c. 87. Iuo p. 5. c. 193.

E Piscopum per cunctas diœceses, parochiasq; suas per singulos annos e ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæque basilica in reparatione sui indigeat. Quòd si ipse aut langnore detentus, aut alijs occupationibus implicatus id explere nequiuerit; presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui reditus basilicarum, & reparationes, & ministrantium vitam inquirant.

3 *Visitantes autem episcopi, quid à clericis suis exquirere debeãt, & quid eos docere, in concilio Bracharensi secundo, c. 1. sic statutum legitur.*

¶ Quæ visitantes episcopi à clericis suis exquirere debeant. C. XII.

Burc. l. 1. c. 85. Iuo p. 1. c. 75. & p. 5. c. 191.

P Lacuit omnibus episcopis, ut per singulas ecclesias episcopi, & per diœceses ambulantes primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant, vel Missarum, & qualiter quæque officia in ecclesia peragant. Et, si recte quidem inuenerint, Deo gratias agant; sin autem minime; docere debent ignaros f, & hoc modis omnibus præcipere, sicut antiqui canones iubent, ut ante uiginti dies g baptismi, ad purgationem h exorcismi concurrant catechumeni, in quibus uiginti diebus omnino † catechumeni symbolum, quod est [Credo in Deum patrem omnipotentem] specialiter doceantur. Postquam ergo in his suos clericos discusserint, uel docuerint episcopi, alia die i, conuocata

De conf. dist. 4. Ante viginti.

† al. omnes

D *Ecreuimus.*] CASVS. Statuitur hic vt episcopi singulis annis suas ecclesias visitent, & si qua basilica fuerit destructa, præcipiatur ordinatori suo, vt eã debeat reparare. de omnibus autem reditibus episcopus tertiam tollat.

d *Ordinatori.*] id est, sacerdoti. & hoc verum est si partem fabricæ recepit. ℥. ea. q. 3. vnio. aliter non tenetur: sed tamen conferre debet cum aliis, vt 16. q. 1. si monachus. extra de ec. ædi. de his.

SI AVTEM Hæc est secunda pars q. 3. in qua dicitur, vt hic & in seq. c. continetur. Io. de Fan.

CASVS. ℥. in cap decreuimus. & c. relata. dictũ est, ꝙ epi debent suas parochias visitare. sed nũc Gra. dicit, ꝙ si est valetudine impeditus, officium visitationis alijs iniungat.

E *Piscopum.*] CASVS. Statutum fuit in concilio Toletano, vt epi suas parochias visitẽt: qđ si nõ pñt, presbyteros bonos vel diaconos mittãt, qui omnia diligenter inquirant, scilicet basilicarum reparationem, & vitam sacerdotum.

e *Annos.*] cum necessaria causa subest, tunc singulis annis põt visitare, vt hic, & ℥. e. q. 3. cauendũ. immo tunc qñcumque & quotiescumq; opus est, potest omnes ecclesias visitare, vt extra de of. arch. mandamus. sed si nõ est necessitas, de triennio in triennium visitabit, vt extra de of. arch. vt archidiaconus. vel hodie bis in anno, vt extra de censi. cum venerabilis. Sed qualiter i istud mandatur alijs, cum istud sit officium archidiaconi, vt 25. dist. perlectis?

autem dicit Grat. quid episcopi debent docere, & quid à presbyteris requirere cum suas parochias visitant.

P *Lacuit.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In j. parte dicitur, ꝙ epi suas parochias visitantes, prima die debent à clericis exigere, qualiter baptisma & Missam & cetera officia peragant: & si bene inuenerint, Deo gratias agant: alioquin ignaros instruant. Ordinent etiam, vt catechumeni ante xx. dies baptismi ad purgationem exorcismi veniant, in quibus discant, Credo in Deum. In secunda die debent docere laicos, vt fugiant idololatriam, & omnia mortalia crimina; & quod sibi nolunt fieri, alijs ne faciant, vt fidem rectam teneant, & hoc facto ad alium locum pergant.

f *Ignaros.*] ar. contra illos qui statim suspendunt simplices sacerdotes, ut 38. dist. sedulo 3. & c. quando. item ar. pro illo qui cõsecutus est præbendã dũ finxit se sciolum. i. simulatorẽ scientiæ.

g *Dies.*] Pascha.

h *Purgationem.*] non tamen statim purgantur uitia: sed sunt signa futuræ purgationis. ℥. de conse. dist. 4. sicut.

i *Alia die.*] ℥. ea. q. 3. contra. inter cetera. in fi. ubi dicitur, ꝙ tantum

i D hoc no. eo. tit. c. 1. & 18. q. 2. quatuor. Arch.

Visitatio quoties fieri debet.

i Ista qđ melius esset gl. per se signata

i Ad idem 19. q. 2. † gallicanũ. magis enim monendo q̃ cõminando, &c. 45. dist. licet. 3. & 2. & 44. dist. comessationes. 17. q. 1. d̃ viduis. Archid.

tantum per unam diem morabitur in qualibet basilica. sed dic, quod uno die erit cum sacerdote, altero cum populo.

Q *Via.*] Hæc est quarta pars q. in qua dicitur, & probatur quòd laici non debent accipere oblationes de altaribus vel crucibus, quæ deferuntur sacerdotibus ratione officij, cum laici pro

nymo quid de his deberet fieri. Et rñdet, quod debent excõicari, vt ceteri metu terreantur: quia cum non orent pro populo, oblationes populo comedere non debent.

a ¶ *Comedere.*] hic habes decimas appellari non solum ipsa iura, sed etiam ipsos prouentus, & quod etiam prouentus nõ possunt concedi laicis. ar. contra extra ne prælati vices suas. c. ult. Sed dic vt dicitur 1. q. 3. si quis obiecerit. quod ad tempus potest decima laicis cõcedi, non tamen in perpetuum.

plebe ipsius ecclesiæ, doceant illos, vt errores fugiant idolorum, vel diuersa crimina, id est, homicidium, adulterium, periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera; & quod nolunt sibi fieri, alteri ne faciant, & vt credant resurrectionem omnium hominum, & diẽ iudicij, in quo vnusquisque secundum opera sua recepturus sit. Et sic postea episcopus de ecclesia illa proficiscatur ad aliam.

Tomo. 4.

Item Hieronymus in epistola ad Damasum Papam de oblationibus altaris.

¶ Oblationes ecclesiæ laicis vsurpare non licet. C. XII.

Polyc. l. 3. tit. 9.

Q Via sacerdotes pro omnibus orare debẽt [a], quorum eleemosynas, & oblationes accipiunt; qua fronte præsumũt laici oblationes, quas Christiani pro peccatis suis offerunt, vel comedere [a], vel alijs concedere, cum ipsi non debeant ex [β] officio suo pro populo orare? Ob hoc Papa gloriose mittere oportet illos præsumptores in excommunicationem perpetuam, vt & ceteri metum habeant, & amplius hæc in ecclesia ne fiant.

α. ¶ Debẽt.] *In vulgatis, & in epistola impressa legitur,* solent: *sed in plerisque manuscriptis Gratiani exemplaribus, & Polycarpo,* debent. *Sic etiã Lupus in regula Monachorũ ex Hieronymi scriptis collecta, c. de contemplatione, oratione, & lectione,* sacerdotes quoque pro omnibus orare debent, quorum eleemosynas, oblationesque recipiunt.

β ¶ Ex officio suo.] *Hæc absunt à plerisque codicibus Gratiani, & epistola ipsa, & Polycarpo.*

Item Calixtus Papa secundus [γ].

γ ¶ Secundus.] *Additum hoc est ex plerisque vetustis. Neque vero primus esse potest, cuius tempore nondum Pantheon vocabatur templum sanctæ Mariæ rotundæ. Bonifacius enim fuit, qui tempore Phocæ Imperatoris illud beatæ Mariæ, & omnibus sanctis dicauit.*

Minime auferantur a laicis oblationes altaribus, vel crucibus factæ. C. XIIII.

Poly. l. 3. tit. 9.

S Anctorum patrum canonibus consona sancientes, oblationes [b] de sacratissimo & reuerendissimo altari beati Petri, & Saluatoris, & sanctæ Mariæ rotundæ, aut alijs ecclesiarũ altaribus siue crucibus, à laicis auferri penitus interdicimus, & sub districtione [c] anathematis prohibemus, & ecclesias a laicis incastellari [d], aut in seruitutem redigi auctoritate Apostolica prohibemus.

Item Damasus Papa.

¶ Ecclesiarum oblationes sub laicorum dominio non detineantur. C. XV.

Poly. ibidem. al. vigere

H Anc consuetudinem, quæ contra sanctam ecclesiam catholicam augeri † videtur, omnino interdicimus; vt nullo modo vmquam oblationes, quæ intra sanctam ecclesiam offeruntur, sub dominio laicorum detineantur: sed tantummodo sacerdotibus, qui quotidie Domino seruire videntur, liceat comedere, & bibere: quia in vetere testamẽto prohibuit Dominus panes sanctos comedere [e] filijs Israel, nisi tantummodo Aaron [f], & filijs eius: qui panes longe erãt ab istis panibus, qui nunc in sancta ecclesia offeruntur: quia illi sub vmbra legis erant; qui vero modo sub gratia spiritus sancti, toto mundo Euangelio coruscante lucidiores esse videntur. Qua fronte, aut qua conscientia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro alijs Deo preces offerre? quia prauum est, & contra Dominicum præceptum, & detrimentum animæ suæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione conceditur. Quia omnibus sanctis patribus, nostrisque prioribus placuit hanc sanctionem fieri; & nos similiter in eisdem persistere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc, quod constitutum est, si in perpetua damnatione noluerit persistere. Si quis vero contra hanc regulam nostram, & contra regulam sanctorum cccxviij. patrum, qui in Niceno concilio hoc constituerunt, temerarius præsumptor fuerit, & de cetero oblationes de sacris ecclesijs auferre molitus fuerit; sub anathematis uinculo sit colligatus, & condemnatus. Responderunt omnes, fiat, fiat.

1. Reg. 21.

Præmissis auctoritatibus, ecclesia cum omnibus rebus suis ad episco-

S *Anctorum.*] Casus. Calixtus Papa duo in hoc c. prohibet, s. ne laici de altari alicuius ecclesiæ oblationes auferant, & vt ecclesiæ à laicis non incastellentur, vel in seruitutẽ redigantur.

b ¶ *Oblationes.*] laici ergo possunt cogi ad oblationes. 16. q. 1. statuimus. sicut ad decimas & primitias. 16. q. 1. reuertimini.

c ¶ *Et sub districtione.*] de hoc dic vt 63. dist. Salonitanæ.

d ¶ *Incastellari.*] vt inde fiãt propugnacula. Additio. Hoc intellige, secũdum quod habetur extra de cust. Euch. c. 2. & ad hoc 12. q. 1. necessaria. & c. nulla. Archid.

H *Anc consuetudinẽ.*] Casus. Damasus prohibet in hoc c. ne Romani auferant oblationes d' altaribus, & comedant: sed solũ sacerdotibus relinquãt, qui quotidie pro nobis orãt. & hoc probat exẽplo veteris testamenti, vbi solum sacerdotibus permittebãt panes propositionis comedere. Si quis vero contra cõstitutũ cccxviij. patrum Niceni cõcilij venerit, anathematis vinculo sit obligatus.

e ¶ *Comedere.*] arg. quod clerici concubinarij nõ debent comedere bona ecclesiæ. 32. dist. præter hoc. Arg. contra 32. distin. si qui vero. & 32. dist. omnino.

f ¶ *Aaron.*] illi uero sacerdotes sem per comedebant panem aureũ: quia quolibet sabbato ponebantur eis illi xij. panes quod fuerũt dicti panes propositionis. Sed nũquid de illo pane poterant pascere familiã suam, uel etiam canes suos? non: sed tantum in necessitatibus poterant, quia tunc etiam alijs licebat comedere eos. unde Dauid & Abimelech excusantur, ut 25. Panes propositionis.

pro se vix orare possint. Ioan. de Fant.

Casus. Laici in ciuitate Romana auferebant oblationes de altaribus, & comedebant. quare Damasus Papa quæsiuit a Hieronymo quid de his deberet fieri. Et rñdet, quod debent excõicari, vt ceteri metu terreantur: quia cum non orent pro populo, oblationes populo comedere non debent.

q. 1. §. si ergo. & §. his ita responderur.

PRÆMISSIS. Casus. Infert Gra. ex supradictis, quod ecclesiæ, & oblationes, & res ecclesiæ in episcopi potestate consistunt.

S *Ed cum in episcoporum.*] Hæc q. diuiditur in 4. partes: in quarũ prima probat, q res ecclesiæ non sunt alienandæ nisi in casibus quos ponit Secunda ibi, *Perpetua*. Tertia ibi, *Episcopus habeat*. Quarta ibi, *Si vero*. Ioan. de Fant.

d ¶ *Hoc ius.*] quod est. C. de sacrosan. eccl. iubemus. quod loquitur tantum de Constantinopolitana ecclesia.
e ¶ *Immobilibus.*] consensu tamẽ Imperatoris possunt alienari. ∫. e. præcaria. in Auth. de alie. & emphy. §. sanctissimas. coll. 9.
f ¶ *Ab imperiali.*] ecce casus vnus in quo in nullo casu possunt alie-

Ecclesiæ res aliquãdo nullo modo possunt alienari.

pi ordinationem pertinere mostrantur, & tam ecclesia, quàm oblationes, & facultates earum, à laicorum dispositione probantur esse immunes.

QVÆSTIO SECVNDA.

1 pa S *Ed cum*[a] *in episcoporum potestate facultates ecclesiæ constituta esse dicantur; potestas dispensandi intelligenda est, non distrahendi, vel dilapidandi.*

Vnde in Agathensi concilio, c. 7. legitur.

¶ Res ecclesiæ aliquo modo episcopis alienare non licet. C. I.

C Asellas, vel mancipiola ecclesiæ, episcopi (sicut prisca canonum præcepit auctoritas) vel vasa ministerij, quasi commendata fideli præposito, integro ecclesiæ iure possideant: id est, vt neque vendere, neque per quoscumque contractus res, vnde pauperes[b] viuunt, alienare præsumant[a].

a ¶ Præsumant.] *In aliquot melioribus Gratiani codicibus post hoc verbum sequitur §. q si necessitas. vsque in finem, (qui nunc habetur. ∫. ead. ad finem Palea, huiusmodi.) & sic legit, qui casum scripsit.*

Codicis lib. 1. titulo de sacrosanctis ecclesiis, lege [sancimus nemini.] tit. 2. le. 17.
Imp. Iustinianus [exceptá videlicet causa captiuitatis.]
Impp. Leo & Anthemius. tit. 2. le. iubem⁹, ver. scientes.

¶ De eodem. C. II.

E A enim, quæ ad beatissimæ ecclesiæ iura pertinent, vel post hac forte peruenerint, tamquam ipsam sacrosanctam, & religiosam ecclesiam, intacta conuenit venerabiliter custodiri.

Constitutio noua.

Hoc ius[d] porrectum est ad omnem venerabilem locum, omneque collegium, quod actio pia constituit, vt nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuo seruetur in his rebus immobilibus[e], quæ ab imperiali[f] domo prædictis locis applicantur. In ceteris eatenus excipitur, si debitũ vrget. ¶ Præterea, si habeat superflua vasa, eũ debitrix sit, nec aliunde soluere valet, ne quid immobile alienetur, vel distrahatur; ea gestis habitis coram eo, cuius est loci ordinatio, integra, vel alijs locis venerabilibus oblata dentur, vel conflata[g] cuilibet alij vendantur. Qui autem hæc acceperit contra† hanc obseruationem; ijsdem pœnis subiaceat, quæ in rebus immobilibus proditæ sunt: si autẽ debitum ex mobilibus solui non ualet; primo res immobiles specialiter dentur pignori, quarum fructus creditor sibi reputet tam in sortem[h], quàm in vsuras, vsq; ad quartã centesimæ[i]. Quòd si nolit creditor ita accipere; tũc ordinator domus apud eum, à quo ordinatur, habitis absq; dispẽdio[k],

eo. tit. auth. hoc ius, Iulian⁹ antec. const. 7. c. 1.
auth. præterea] eod. tit. Iulianus const. 120. §. fin.
† al. citra Auth. hoc ius] ∫. citat.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. qua quæritur an epõ liceat auferre, distrahere, vel dilapidare res ecclesię. & certe dilapidare non põt, nec etiã alienare, nisi in casibus cõcessis à iure. & hoc probatur p seq. c.
a ¶ *Sed cum.*] quæritur an liceat episcopo vsurpare res ecclesiæ. Hæc q. non habet dubitationem: quia cõstat, q nõ potest vsurpare.

C *Asellas.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, q omnia bona ecclesiarũ mobilia & immobilia debent esse in potestate eporum, ita vt non liceat eis vendere directa venditione, vel indirecta: nisi immin̄ẽte necessitate vel vtilitate ecclesiæ, qua primitus comprobata fiat vẽditio coram duobus vel tribus vicinis episcopis subscribentibus vẽditioni cum alijs clericis. Si vero aliter fiat, irrita erit venditio. In secunda parte dicitur, q episcopus potest peregrinis, vel clericis concedere in vsum possessiones minus vtiles saluo iure ecclesiæ. Secunda pars ibi, *Minus vero vtiles*. Indirecta est quando solus vsusfructus alienatur. Et scias, q hodie coram proprio episcopo põt fieri alienatio.
b ¶ *Pauperes.*] q2 quidquid habet ecclesia, pauperum est. 16. q. 1. quoniam quidquid.
c ¶ *Excepta.*] 12. q. 2. sacrorum.

E *A enim.*] CASVS. Lex ista loquitur tantum de possessionibus ecclesiæ Constantinopolitanæ, cuius possessiones habitæ, vel habendæ debent intactæ custodiri sicut propria ecclesia.

. HOC IVS. Casus. ∫. in I. antiqua iubemus. cuius pars hic ponitur. I. ea enim, dictum fuit, q possessiones Constantinopolitanę ecclesiæ alienari non possunt. Sed Iustinianus hoc ius extendit ad omnẽ locũ venerabilem super rebus immobilibus donatis ab Imperatore loco venerabili, quę nullo modo possunt alienari. In alijs aũt rebus hæc forma seruetur, vt si debitum vrget, vendantur primo mobilia. I. granum & huiusmodi[1], deinde vasa non consecrata, postea consecrata vendantur locis venerabilibus, vel conflata cuilibet, gestis omnibus habitis coram epõ. aliter autem facta vẽditio irrita erit. Si vero de rebus mobilibus debitum solui nõ põt, obligentur res immobilis pignori creditori, qui reputet fructus tã in sortem, q̃ in vsuras vsque ad quartam centesimæ. quod si creditor nolit recipere, iurabit œconomus coram episcopo, & maiori parte clericorum ibi seruientiũ consentiente, q debitũ ex mobilibus solui nõ potest. postea per viginti dies prædiũ exponatur venale: et si nullus emere velit, detur creditori in solutum re districte æstimata, addita in pretio decima parte totius æstimationis, & hoc fiat cũ consensu epi & maioris partis capituli. Illud aũt prædiũ sit mediocre, & creditor sit talis qui probare possit pecuniam esse versam in vtilitatem ecclesiæ, & aliter venditio facta non tenet, neque valet. Sed hodie ex toto hoc nõ seruatur de consuetudine.

1 Adde q prohibitus alienare, põt res ecclesiæ alienare quæ seruari non possunt. not. gl. hic in c. 1. de cler. ægro. lib. 6. & in l. lex quæ tuto res. in fi. C. de adm. tuto.

alienari res, itẽ in alio casu non possunt alienari ob aliquam causam. I. cum sub ea conditione datæ essent ecclesiæ, vt non alienentur, in Auth. de alie. & emph. §. sanctissimas. coll. 9. & extra de cõdi. appo. c. verum. sed hoc non est verum. non enim valet hoc pactum, cum sit contra legem[a] Dei, vt 12. q. 2. aurum.

a Sub. & priuata dispositio, vt extra de test. requisisti.

g ¶ *Conflata.*] quia ad profanos vsus non debent redigi, vt ∫. de consec. dist. 1. in sancta. & 12. q. 2. aurum. tamen in necessitate potest obligari ad tabernam, & sub eadem forma, vt extra de pig. c. 1. Dicunt tamẽ quidam, q nec obligari possunt, cum sint res sacræ. C. quæ res pign. obli. non pos. l. 4. & dicunt ibi non esse nexum pignoris, sed solum detentionem habet quousque reddatur ei sua pecunia, sicut alias pignus detineri potest pro ea pecunia pro qua non est obligatum, vt C. etiam ob chirographariam pec. l. vnica. Idem potest dici de libero homine qui obligatur, vt no. 23. q. vlt. vt pridem.
g ¶ *Conflata.*] extra de pigno. nullus. ∫. 12. q. 2. aurum.
h ¶ *In sortem.*] litteræ est præposteratio. prius enim computat in vsuram, quam in sortem, vt ff. de sol. in his. §. vlt. nisi dicas, q hoc aliter sit in fauorem ecclesiæ.
i ¶ *Centesima.*] vsura dicitur centesima, quæ æquiparatur sorti in anno.

Vsura centesimæ.

e ¶ *Absque dispendio.*] id est, quòd ecclesia nil dat tabellioni, sed solus emptor, sicut est in contractu dementis & furiosi. Cod. de episc. aud. l. penul.

a ¶ Ser.

a ¶ *Seruientium.*] Arg. contra. 63. dist. quanto.
b ¶ *Vt plus*] quid si offerat plus quàm valet? tunc tantū iustum pretium recipiet, licet lex dicat q contrahentes possunt se inuicē fallere ff. de minori. in causæ. sed ecclesia in suis contractibus non debet dolum facere, vt extra de dona. per tuas.

SED ET PERMVTARE. CASVS. Dicit hic q ecclesia potest permutare cū principe pro re maiori vel æquali, imperiali rescripto super hoc pcedente. Itē potest & cū alia ecclesia cū vtriusque indemnitate, habito consensu eorum qui supra leguntur.
i ¶ *Recte.*] si prædium vnius alij est vicinum, vt in authē. de eccle. titu. §. si autem. coll. 9. & extra de rerum permu. ad quæstiones.

Di-

Ial. scribere

gestis, iuret (maiore parte ibidem seruientium [a]consentiente) & debitum vrgere [b] nec ex mobilibus solui posse. Quo subsecuto, per viginti dies rem ecclesiæ venalem esse publice notum sit, vt plus [b]offerenti detur, pretio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res emptori non conceditur, & hoc inscribatur, nihil esse factum in ea re ad damnum diuinæ domus. Emptore vero non inuento, res æstimata districte [c] creditori detur in solutum [d], addita [e]in pretio vniuersæ æstimationis decima parte, & accedēte cōsensu ordinatoris, & maioris partis ibidem seruientium. Sit tamen ea res mediocris inter ceteras, inspecta ipsius qualitate, & quantitate, & onere. Et is creditor hic intelligatur, qui quod credidit, probat [f]in vtilitatem diuinæ domus processisse [g]. ¶ Sicut autē alienatio rerū ecclesiæ interdicitur, ita prohibetur, ne qua sterilis ei detur possessio, aut alioquin onerosa [h], veluti fiscalium nomine, vel onere. ¶ Item prædium propter onus fiscale inutile alienatur, gestis, vt supra, conficiendis, eodem iuramento præstito: id est, quòd alia de causa nō alienatur, nisi, vt immunitas eiusdem venerandæ domus seruetur. ¶ Sed & permutare principi licet pro re maiore, meliore, vel æquali, si resp. hoc exposcit, & pragmatica forma super hoc præcedente. ¶ Item sibi inuicem recte [i]permutant cum vtriusque indemnitate, eorum scilicet consensu interueniente, qui supra referuntur. 2 ¶ Perpetua quoque emphyteusis in his permittitur rebus [k], si res in eorum geratur præsentia, quibus hoc adsignatur lege, iurantibus his, quorum interest, ex eo contractu nihil ad læsionem diuinæ domus effici: solito reditu ipsius rei, qui fuit, cum diuino iuri dedicaretur, non minuendo [l], nisi in sextam [m] partem: aut si ob cladem deminuta fuerit, tunc pro constante nunc pensione [n]in emphyteusim detur. Quòd si res pretiosa quidem est, parum tamen, aut nihil præstat pensionum, res subtiliter [o]æstimanda est, vt ex hac pensio iusta constituatur. Ea tamen sola dentur in emphyteusim, quæ ad hoc congrua videntur œconomo, & alijs gubernatoribus. ¶ Qui rem huiusmodi conductam, vel in emphyteusim acceptam fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonem per biēnium [p]non soluerit, hac lege repelli potest, vt tamen soluat totius temporis [q]pensionem, & id, in quo rem læsit, resarciat, non repetiturus, si quid impendit [r]nomine meliorationis. ¶ Si quas vero ruinas habent memoratæ diuinæ domus, quas reædificare non valent; & hæ in emphyteusim dentur perpetuam, emphyteuta viuo materia habitationis depositæ domus, vt pensio deminuatur in tertiam partē ab ea, quæ stantibus adhuc ædificijs colligebatur, aut prius eo reædi-

Authen. sequēti

Authen. Item prædium.

Authen. sed & permutare.
Burc. l. 3. c. 165.
Iuo p. 3. c. 184.
Authen. sequēti
Iul. nouel. 54.
Iuo. p. 3. c. 189.
Authē. ppetua.

Authē. qui rem. eod. tit.

Authen. si quas.

PERPETVA. Hæc est 2. pars q. i qua loqt de emphyteusi, & ponit quid iuris sit, & similiter, de precarijs, & ponit hic s 2. articulos. Ioan. de Fant.

CASVS. Dicit hic, q possessio ecclesiæ pot dari in emphyteusim pperpetuā si fiat in pñtia epi, & clericorū, oeconomo iurante nihil ad læsionē diuinæ domus fieri, nec pensio diminuat nisi in sextā partē de eo qd poterat haberi, cū res sit donata ecclesiæ. sed si res sit diminuta pp cladē, accipiatur pensio quanta potest haberi. si vero res sit pretiosa, de qua parū vel nihil pēsionis habeat, re subtiliter æstimata, iusta pēsio tribuatur s & ea tñ res det i emphyteusim, quę vr idonea ad hoc œconomo, & alijs gubernatoribus ecclesiæ.

PERPETVA. vl que ad xxx. an. insti. de ppe. & tēp. ac. i prin. vel perpetua, i. quā diu viuit. ff. p locio. l. 1. & §. e. precariæ. vel perpetua, i. quādiu pēsio soluit, vt insti. locati. §. adeo. sicut excōicatio dr ppetua, i. quousq; pænitet, vt §. ea. q. 1. q. 2. & 17. q. 1. de viduis. vel vsq; ad tertiā generationē, vt in authē. de non alie. aut permu. §. emphyteusim. & §. quia vero Leonis. coll. 2.

Perpetuū dr multipliciter.

c ¶ *Districte.*] s. vt consideretur quantum inde posset colligi in xxv. annis, & pro tanto vendatur, vt in authen. de ecc. tit. coll. 9. §. si autem hæres.
d ¶ *In solutum.*] hic inuito creditore aliud pro alio soluitur, cō. ff. si cer. pet. l. 2. Item datur ei res mediocris in solutum cum optima dari debeat. C. de sol. authē. nisi. Item q tenet probare pecuniā versam esse in vtilitatē ecclesiæ. & sic in tribus onerat creditor: & ideo ei additur decima pars, licet hoc aliter alij intelligāt, vt si res valebat decem, q ei vendenda sit pro vndecim.
e ¶ *Addita.*] hoc est fauore ecclesiæ, sicut aliàs fauore libertatis quis cogitur rem suam vendere. 54. dist. fraternitatem.
f ¶ *Probat.*] Sed nūquid creditor ita curiosus erit, vt semp teneatur scire ad quem vsum cōuertatur hæc pecunia: sed sm hoc nullus inueniet qui cum ecclesia ɔtraheret, vt ff. de mino. verum, §. si locuplet. & l. q si minor. Sed dic q sufficit pbare q ecclesia tūc tēporis [1]egebat pecunia, vt ff. de exerci. Lucius. ne si nimia subtilitate circa res ecclesiarum laboremus, illa subtilitas eis in perniciem vertatur, vt C. ad Treb. l. penul. in prin. C. de verb. signi. l. 3. in fi. est tamen arg. contra. ff. de in rem verso, q si seruus. §. penul.
g ¶ *Processisse.*] si. extra depositi, grauis.
SICVT. CASVS. Dicitur hic, q sicut res ecclesiæ alienari non debent, sic etiam prohibetur ne sterilis possessio vel tributaria ecclesiæ tribuatur.
h ¶ *Onerosa.*] quæ plus habet incommodi quàm commodi. res enim transfertur cum onere suo, vt 16. q. 1. si quis laicus.
PRAEDIVM. CASVS. Dicit hic, q si ecclesia habet pdiū inutile pp onus fiscalium, potest illud alienare habitis gestis, vt supra dictum est, scilicet præstito iuramento, q non alienet nisi vt immunitas ecclesiæ seruetur. Immunitas, id est, indemnitas.

Creditor aliqñ oneratur.

[1] Idē sentit hic L. dicens q in hoc casu sic est procedendū cōtra ecclesiam sicut contra minorem, vt dicitur super illa l. C. si aduer. cre. l. 1. ne si nimia, &c. vt sequit in gl. secundum L.

alie. aut permu. §. emphyteusim. & §. quia vero Leonis. coll. 2. [2]
k ¶ *In his permittitur rebus.*] id est, in rebus non multum vtilibus.
l ¶ *Non minuendo.*] i. si est minuenda, non est plus minuenda.
m ¶ *Sextam.*] non remouet quin plus possit dari.
n ¶ *Nunc pensione.*] i. quanta pensio nunc potest [3]haberi.
o ¶ *Subtiliter.*] i. vt cōsideret quantū in viginti annis inde colligatur, vt in authē. de non alie. aut permu. §. quia vero Leonis, coll. 2.
QVI REM. CASVS. Aliquis rem ecclesiasticam conductam vel in emphyteusim acceptam fecit deteriorē, vel pensionē per biēnium non soluit. quærebatur quam pœnam pati debeat. Et respondetur q expelli potest de possessione, ita q soluat totius præteriti temporis pensionem, & damnum rei restituat, non petiturus si quid impenderit nomine meliorationis.
p ¶ *Per biennium.*] hoc est enim priuilegium ecclesiæ, vt statim expellat colonum non soluentem pensionem, vt arg. extra de iureiu. peruenit. & c. querelā. idem est in colono fisci. ff. de pub. & vec. l. vectigalia. inter priuatos requiritur trienniū [4] C. de iure emphy. l. 2. in locatione biennium, vt ff. loca. quærn. §. inter.
q ¶ *Temporis.*] præteriti, secundum alios futuri in odium istius, & in fauorem ecclesiæ.
r ¶ *Impendit.*] sed huic obstat 54. dist. generalis. & extra de in integ. resti. c. 1. sed ibi bona fide fecit sumptus, hic mala fide. 12. q. 2. c. Vulteranæ.
SI QVAS. CASVS. Ecclesia domos habet ruinosas, quas qdam in emphyteusim vult recipere. Quærit pro quāta pensione debeant dari. Et rñ. q si cōductor vult vti materia destructæ domus, s. lapidibus & lignis, pēsio nō debet minui nisi in tertiā partē ab ea q̄ extantibus adhuc habitationibus haberi poterat. Si vero vult domos reædificare, dabit ea pensio, quæ inde poterat haberi

[2] Hæc glo. sicut iacet ponunt Go. & H. extra de reb. ec. el. nō alié. c. nulli.

[3] Scilicet eo tempore quo debet dari in emphyteusim. Hug.

Emphyteuta nō soluēs canonem, expellitur.

[4] De hac materia plene not. extra de dila. litteræ, & de loca. & condu. potuit. & de reli. do. constitutus.

ante reædificationē, & ex eo ꝙ modo plꝰ inde haberi potest quàm antiquitus dabit medietatem arbitrio boni viri. ita vꝫ sentire H. & etiam Ben.

a Ex additis.] de nouo, id est, medietas quæ accrescit, dabitur cū antiqua pensione. Alij dicunt ꝙ medietas antiquæ & medietas nouæ dabitur.

b Medietas.] eius q̄ accrescit.

QVI VERO C. Casvs. Hic tractatur de quattuor generibus hominum recipientiū res ecclesiæ citra legis formā, scilicet de emptore, donatario, creditore, & emphyteuta, qui omnes debent res restituere cum omni incremēto medij temporis, & pretiū quod dedit, ab ecclesia nō repetet, sed ab eo qui alienauit. Donatarius autem rē cum omni causa restituat, & aliud tantūdē. Creditor rē restituet, & pecuniā suam nō recuperabit. Emphyteuta vero cadet à re conducta, nec quod dedit repetet, & soluet pēsionem temporis præteriti, & quod soluere in præsenti tenebatur ac si iure contraxisset.

SED MELIVS. Hæc verba nō sunt de auctoritate, sed Guarnerius apposuit ea de lege. C. de sa. san. eccl. sancimus nemini. Sed hoc corrigitur hodie per cap. 12. q. 2. Vulteranæ. & in authē. de nō alien. §. quia vero Leonis, coll. 2.

c Non gratuito.] vt emptor.

d Incremento.] i. omnes fructus perceptos medio tempore. 12. q. 2. non liceat.

e Venerabilem.] vt 12. q. 2. diaconi. & cap. si qs. & c. qquid. C. de res vendi. si mancipiū.

f Aliud.] contra. 12. q. 2. diaconi. vbi sufficit ꝙ tantūdem restituatur, sed ibi loquitur de alienatore, hic de eo cui est alienatum.

g Sed melius.] hoc apposuit Guarnerius de lege quę est C. de sa. san. ec. sancimus nemini. sed corrigit. in authē. coll. 2. de no. alie. §. qa vero Leonis. & per canonē 12. q. 2. Vulteranæ. vñ siue bona fide siue mala accepit, habet regressum ad auctorem suum, vt ex. de reb. ecc. nō alie. ad audientiā. licet sit arg. ꝫ C. de euic. si fundum. vbi dr̄, ꝙ malæ fidei possessor nō aliter habet regressum ad suum auctorem, nisi sit sibi cautum de euictione. Dicunt tñ quidam, ꝙ si est malæ fidei possessor ille q recipit, tunc nec aduersus ecclesiam nec aduersus alienantem habet actionem, vt 16. q. 3. vniuersas. si est bonæ fidei possessor, habet actionem aduersus eum tantum qui alienauit, vt 12. q. 2. Vulteranæ. melius est vt dicas siue bona fide siue mala contraxerit, semper habet actionem aduersus alienantem.

Et sic si valebat x. cū erat ruinosa, & modo valet xl. additio est in xxx. & sic habebit xxx. pro pensione. Pe.

x Idē sentit B. in casu, & per eadē iura hic. ꝫ. proxi. allega. Arg.

y Vt Marti. q ī hoc casu est secutus Guar. & idē sentiūt L. & Go. B. & In. q omnes ita no. ī prædic. decre. ad audientiā. Arg.

ficante, ex additis[a] illis per æstimationem pensionibus, medietas[b] detur religiosæ domui. Nam priore casu, ab initio emphyteusis præstanda est pensio. ¶ Qui vero res iam dictas non gratuito[c] alienationis titulo citra formam legis accepit, rem quidem cum omni incremento[d] medii temporis restituat: eius autem quod dedit, nullam actionem contra venerabilem[e] locum, sed aduersus eum, qui alienauit, habet. Donatarius autem & rem cum omni causa, & fructum restituat, & aliud[f] tantumdem. Creditor quoque restituta re pignorata, crediti actionem contra solum pignoris datorem habeat. Emphyteusis acceptor, & ab ea cadat, nec, quod dedit, repetat: immo statim soluat, quod soluturus esset vnoquoque anno, si iure contraxisset. ¶ Sed melius[g] dicitur omnimodo denegandas esse actiones huiusmodi acceptori, Imp. Leo. ¶ Si œconomus ecclesiæ prospexerit expedire, vt desideranti cuiquam certarum possessionum, atque prædiorum (urbanorum scilicet, siue rusticorum) ad ius ecclesiasticum pertinentium, temporalis vsus fructus possessio pro ipsius petitione præstetur[h]: tunc eius temporis, quod inter vtrosque conuenerit, siue in diem vitæ suæ ab eo, qui desiderat, postuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus, atque conscribat, per quæ & tempus, intra quod hoc præstari placuerit, statuatur, & manifestum sit, quod quisque acceperit ad inuicem.

Authē. qui res. Iuo p. 3. c. 185.

eod. tit. le. iubemus. §. sane ne omnis.

PALEA. C. III.

Huiusmodi beneficii gratia, præstando quidem ecclesiastici prædij pro tempore vsum fructum, post statutum autem tempus, & placitum[†] ipsorum redituum proprietate ad dominium & ius ecclesiasticum recurrente firmiter: ita scilicet, vt siue completo spatio, quod fuerit inter eos constitutū, seu mortis suæ tempore (si hoc quoque conuenerit) is, qui possessionem ecclesiasticam, & certorum reddituum vsum fructum habendi gratia interueniēte pacto susceperit, nō minus, quàm alterius tantæ quantitatis, quantam acceperat, reditus cum ipsorum prædiorum dominio, & rebus immobilibus, eorumque colonis, & mancipijs ecclesiæ derelinquat. Nisi enim hac conditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus nō valere. ¶ Nam[i] hæc vsus præstatio locum habet in omni domo religiosa. Quo finito res vtraque pleno iure perueniat in domum iam dictam; nec tributis quidem grauata maioribus sit ea res, quæ datur inuicem; & eiusdem reditus sit. ¶ Quibuscumq; modis hoc ius alijs permittitur; interdicitur certis personis res huiusmodi accipere, vt œconomo eiusque cognatis[k]. Quòd si necessitas compulerit, vt pro ecclesiæ necessitate, aut vtilitate, vel in vsufructu, vel in directa venditione aliquid distrahatur; apud duos[l], vel tres comprouinciales, vel vicinos episcopos causa, qua necesse sit vēdi, primitus cōprobetur, vt habita discussione sacerdotali, eorū subscriptione[†] quæ facta fuerit venditio, vel transactio[m], corroboretur. Aliter facta venditio, vel transactio nō valebit.[n]

Ibidē continuo

† al. placitum tēporū proprietate

Auth. Hæc vsus eod. tit.

Auth. quibuscūque

In conc. Agatēsi, c. 7.

† al. proscriptione

SI OECONOMVS. Casvs. Aliquis volebat habere vsum fructum in domo vel agro ecclesiæ vsque ad certum tempus, vel toto tempore vitæ suæ; quærebat qualiter hoc fieri deberet? Et rñdetur si œconomus hoc viderit expedire ecclesiæ, pacta cum eo ineat vtrum ad certum tempus vel toto tempore vitæ suę rem ecclesiæ velit habere, & hoc redigetur in scripturam; & secundum ꝙ conuenerit, dabit sibi œconomus rē ecclesiæ. & ille qui accipit rem ecclesiæ, debet facere pactum vt finito tempore vsque ad certum tempus, vel vsque ad mortem suam. nō potest hoc facere nisi statim prædium suum æque bonum per omnia cōferat ecclesiæ quo ad proprietatem, & sic vsque ad statutū tp̄s remanebit vtrumque prædium quo ad vsum fructum. postea vtrumque perueniat ad ecclesiam pleno iure. Sed primus casus quem posui melius litteram exponit, & sensum comprehendit.

h Præstetur.] si. extra de his quæ fiunt à præla. sine consen. c. cum Apostolica. & c. seq. ibi, Perpetua firmitate.

NAM HAEC VSVS. Casvs. In hac authen. dr̄ ꝙ pcaria de qua fit mētio ī. ca. si œconumꝰ. pōt fieri à qualibet ecclesiastica vt tp̄e finito res vtraq; pueniat ad ecclesiā pleno iure; & res quę datur inuicē, nō debet eē grauata tributis maioribus, quam precariam œconomus non potest facere sibi nec consanguineis suis.

k Cognatis.] Et sic damnosum est alicui officium suum, vt 7. q. 1. constitutum.

l Duos.] Hodie sufficit solus consensus ep̄i cum canonicis. 12. q. 2. fine. & si res venalis est in parochia alterius, ille interponet decretum, vt C. de præd. & alijs reb. mino. l. si prædium. & ex. de fo. cop. sane. Io. quod non credo verum, cum sufficiat consensus episcopi cum capitulo 12. q. 2. sine exceptione. B.

l Vel transactio.] id est, permutatio.

m Non valebit.] arg. non valere contractū nisi adsit subscriptio. extra

extra de his quæ fi. à præl.c.1.96.dist. bene quidem. 12. quæst. 2. sine exceptione.

a ¶ *Saluo iure.*] id est, vt non intelligatur esse perpetua donatio; sed temporalis 1, vt no.16.q. 1. possessiones. sed si ecclesiæ daretur: tunc intelligeretur esse perpetua, vt extra de his quæ fi. à præla. sine consen. cap. cum Apostolica. in fi. & c. seq.

P *Recariæ.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod precariæ debẽt fieri hoc modo: Si rusticus dat proprietatem sui fundi tm, & retinet vsumfructũ sibi, accipiat ab ecclesia vsumfructum duorũ fundorũ suo nomine tm, & nõ filiorum. Si vero dat ecclesiæ proprietatem statim pleno iure, accipiat ab ecclesia vsumfructũ trium fundorum nomine suo tm, & nõ filiorum. In 2. parte dicit, quod nulla potestas debet cogere ecclesiã precariã facere, cum nemo debeat cogi de suo facere beneficium. In tertia parte di, quod sine licentia Regis non debet fieri commutatio rerum vel seruorũ ecclesiæ. Secunda pars incipit ibi, *Decreuit.* Tertia ibi, *Nec commutationes.*

† Vt scilicet cessante inopia ad ecclesiã reuertatur, vt dixi 16. q. 1. possessiões.

& infra. ¶ Minus vero vtiles possessiones peregrinis, vel clericis saluo iure [a] ecclesiæ in vsum præstari permittimus.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus, in quibus pauca sunt paleæ, continenter post vltima verba superioris capitis sequuntur sine vlla distinctione verba huius; quemadmodũ & in ipsa lege codicis. In duobus autem vetustissimis, in quibus fere nulla sunt palea, deest prior pars huius capitis vsque ad vers.* completo spatio: *cetera vero leguntur coniuncte cum superioribus, vsque ad vers.* quòd si necessitas. *Nam hic versiculus in iisdem exemplaribus, non hoc loco, sed supra ead. c.* casellas, *habetur, vt ibi est notatum.*

a ¶ Nam.] *Hæc vox non est in authentica; & in vetustis Gratiani codicibus pro illa vox est N.C. & significatur, nouella constitutio.*

In concilio Meldensi, c.22. Io à diectis capitul. c.37. Poly.l.3.tit. 14. Burc.l.3.c.167. Iuo p.3.c. 228.

Item ex concilio Mediomatricis.

¶ Ecclesiasticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant. C. IIII.

PRecariæ [b] à nemine de rebus ecclesiasticis fieri præsumãtur: nisi quantũ de qualitate conuenienti datur ex proprio; duplũ [c] accipiatur ex rebus ecclesiæ, in suo tantum, qui dederit, nomine, si res proprias & ecclesiasticas vsufructuario tenere voluerit. Si autem res proprias ad præsens dimiserit; ex rebus ecclesiasticis triplũ fructuario vsu in suo tantum quis † nomine sumat: quia sic eas quemque tractare oportet, vt rerum ecclesiasticarum dispensatorem, non vt propriarum largitorem [β]. ¶ Decreuit etiam sancta synodus, & imperialis auctoritas denuntiauit, vt à nulla potestate quis cogatur facere precariam de rebus proprie Deo & sanctis eius dicatis: cum ratio & vsus obtineat neminem, cui † non vult contra vtilitatem, & rationem cogi [γ] [d], de proprio facere beneficium. ¶ Nec commutationes [e] rerum, vel mancipiorum ecclesiasticorum quælibet persona sine licentia, & consensu regio † facere præsumat.

† al. quisque

Burc.l.3.c.168. Iuo p.3.c. 220.

† al. qui

Burc.l.3.c. 172. Iuo p.3. c. 233.

† religionis] Iuo

b ¶ *Precariæ.*] precariæ hic dicuntur quã præstationes vsusfructus, in recompensationẽ eius proprietatis, quæ datur ecclesiæ. præterea precaria est quidã cõtractus affinis emphyteusi: sed in hoc differt, quod de quinquennio in quinquennium renouatur, vt in palea seq. & extra de eo. c. 1. quãdoque est precarium quod precibus ad vtendu alicui datur, & illud reuocari potest quãcumque, non obstante aliquo pacto, vt ff. de preca. cum precario. & extra eo. c. vlt.

Precariæ precaria, & precarium, differunt.

¶ *Citatur hic canon ex concilio Mediomatricis, à Burchardo autem & Iuone ex concilio Belluacensi, præter vltimum versiculum,* Nec commutationes, *quem citant ex Matisconensi. In concilio et Meldensi, c.22. refertur ex eodem concilio Belluacensi. Extat in capitularibus editis anno quarto regni Caroli regis, & Ludouici Imperatoris filii in villa Colonia, c.37. non est autem mutatum titulus, quia potius idem in omnibus illis conciliis repeti: quod in Germanicis & Gallicis, quæ extãt, sæpe factum cognoscitur. Aliquid etiam de precariis habetur in concilio Rhemensi, c. 36. & 37. & in concilio Moguntino sub Arnulpho, c.20.*

β ¶ Largitorem.] *In concilio Meldensi, & capitularibus post hoc verbum sequitur continenter,* & à nulla potestate quis cogatur, &c. *sine verbis illis hic interiectis, quorum tamen similia asseruntur à Burchardo & Iuone ad versi.* Nec commutationes.

γ ¶ Cogi.] *Sic in omnibus vetustis codicibus Gratiani, & adest glossa: sed in concilio Meldensi, & capitulari, & apud Burchardum, & Iuonem est,* præsitum.

c ¶ *Duplum.*] videtur contradicere illi. 2. ea. si œconomus. vbi dicitur quod tãtũdem dari debet; sed lex illa benignior ẽ canone [1]; vel canon loquitur in eo casu cum senex est vel debilis, quod recipit rem ecclesiæ.

1 Vel dic, quod loquit, quã ecclesia dat, quod pôt facere in duplum, & non vltra; ibi quã ipse dat ecclesiæ, vbi nõ cogit vltra tantumdẽ, & ita canon benignior est. Vel dic, vt sequitur in gl. secũdum Io. de Fan.

d ¶ *Cogi.*] sed fallit, vt 7.q.1. omnis. & vbi aliquis alius prodest, & sibi non nocet, vt ff. de aqua plu. ar. in summa. §. item varus. & 86. dist. palce.

e ¶ *Nec commutationes.*] hoc intelligas de rebus collatis ecclesiæ ab Imperatore, vt 2. ca. hoc ius. in princ. vel loquitur secundum sua tẽpora.

In Meldensi, c. 22 in fine. ex. d' pcariis, c.j. Burc.l.3.c. 169. Iuo p 3.c. 230.

Item ex concilio Belluacensi.

¶ De eodem. PALEA. C. V.

ij PRecariæ de quinquennio in quinquennium secundum antiquã consuetudinem, & auctoritatem renouentur.

[*Item ex concilio Carthaginensi* [δ].]

δ ¶ Carthaginensi.] *Etiam in Decretalibus tit. de precariis, citatur ex concilio Carthaginensi: sed in nullo ipsorum est inuentum. potuit esse alicuius illarum prouinciarum concilii. extat autem in legibus Longobardicis. lib.3. tit.8. l.2.*

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

ext. de precariis

DE precarijs, quæ a rectoribus ecclesiarum irrationabiliter fiebãt, & se, suosque successores pœna graui obligabant, ut facta ipsorum nequiuissent dissoluere; præcipimus, ut nemo successor in antecessoris sui pœna sit obligatus: sed suæ prouidentiæ sit cõcessum, ut si antecessor eius res ecclesiæ irrationabiliter distribuit, ab eo ad ius ecclesiæ eiusdem reuocentur.

In capitul. Martini Bracharẽsis ex cõc. Antioch. c.25.

Item ex concilio Martini Papæ, c.16.

¶ Res ecclesiæ dispensandi potestatem habeat episcopus. C. VII.

12. q. 1. eps ecclesiasticarum,

3 EPiscopus habeat potestatem in rebus ecclesiæ, ut dispenset necessitatem habentibus cum omni reuerentia, & timore Dei. Parti-

E *Piscopus habeat.*] Hæc est tertia pars huius quæstionis. CASVS. Statutũ fuit in concilio Martini Papæ, quod eps debet dispensare res ecclesiæ cũ reuerentia & timore, & ĩ de suscipiat quantũ sibi & suis fuerit necessariũ: si vero res ecclesię vsurpauerit, vel cõsanguineis dederit, eas pauperibus subtrahendo, sit obnoxius cõcilio, & corrigatur. Sequẽs §. patet.

a ¶ *In-*

cipare etiam eum oportet, quæ necessaria sunt: Si tamen ipse, aut qui cum eo sunt, fratres indiguerint[a] aliquo: vt necessitatem nullo modo patiantur secundum sanctum Apostolum dicentem [Victu[b], & tegumento, his contenti sumus.] Si autem res ecclesiasticas episcopus in suas voluntates vsurpare voluerit, & loca ecclesiæ, & fructus agrorum non cum presbyterorum, vel diaconorum consilio contaminauerit † aut fratribus[c], vel filijs, vel quibuscumque propinquis suis dederit potestatem, vt per eos latenter lædantur res ecclesiæ; tunc oportet obnoxium esse concilio. sinautem[α] episcopus, vel qui cum eo sunt, presbyteri[d], aut diaconi accusentur, quia ea, quæ vel ex reditu, vel ex quolibet actu[β] ecclesiæ veniunt, in sinus suos colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt; hos corripi oportet, secundum quod ordinatum fuerit à sancto concilio.

5.Tim.6.

† ita minauerit] codex regius

α ¶ Sinautem.] *In capitulis habetur, similiter; sed melior videtur lectio duorum vetustorum Gratiani codicum, sin aliter: propius enim accedit ad græcam concilij Antiocheni, c. 25. vnde hoc sumptum est:* εἰ δὲ καὶ ἄλλως, *id est, si autem & aliter, vt* ꝭ. 12. q. 1. c. episcopus.

β ¶ Actu.] *Hæc vox in simili re habetur.* ꝭ. 12. q. 2. *vulteranæ.* Vulteranæ ecclesiæ actus, vel patrimonium, *græce est,* ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας προφάσεως ἐκκλησιαστικῆς. *id est*, vel etiam ex qualibet alia causa, & occasione ecclesiastica.

4 *Si vero[e] contra hanc prohibitionem, aliquam † de rebus ecclesiæ episcopum vendere contigerit & res ipsæ ecclesiæ restauranda, & ipse gradu suo deijciendus decernitur.*

† al. aliqua

Vnde in eodem concilio Martini Papæ, c. 14. legitur.

In iisdē capitu.

¶ De episcopo, qui nulla necessitate res ecclesiæ vendit. C. VIII.

SI quis episcopus nulla ecclesiasticæ rationis necessitate compulsus, in clero[γ] suo, aut vbi forte nō est[f] presbyter, de rebus ecclesiasticis aliquid præsumpserit vendere; & res ipsas ecclesiæ propriæ restaurare cogatur, & in iudicio episcoporum deijciatur auditus, &[δ] conuictus, & tamquam furti, aut latrocinij reus suo priuetur honore[g].

Burc. l. 1. c. 215. & l. 3. c. 151. Iuo p. 3. c. 172. & 242. & p. 5. c. 319.

γ ¶ In clero suo.] *In codice Lucensi regio legitur,* inscio clero.

δ ¶ Et conuictus.] *hæ duæ voces non sunt in capitulo Martini, neque apud Burchardum, neque apud Iuonem parte tertia. Parte autem quinta abest præterea vox,* auditus: *vetustis tamen omnibus Gratiani codicibus conuenit cum vulgatis.*

QVÆSTIO III.

QVid vero[h] nomine cathedratici episcopus exigere debeat, in secundo concilio Bracharensi, capitulo secundo legitur.

¶ Præter honorem cathedratici nihil episcopus per dioeceses exigat. C. I.

PLacuit, vt nullus episcoporum per suas dioeceses ambulans, præter honorem cathedræ suæ, id est duos solidos[i], aliud aliquid per ecclesias tollat: neque tertiam[k] partem ex quacumque oblatione populi in ecclesijs parochialibus requirat: sed illa tertia pars pro luminaribus ecclesiæ, vel reparatione seruetur, & singulis annis epi-

a ¶ *Indiguerint.*] no. qualiter exponitur hoc verbū, indiguerint. vt arctetur tantum ad victum & vestitum [1], argu. contra extra de præben. de monachis.

b ¶ *Victu.*] qui tamen melior vel peior dandus est secundum qualitatem personarum, vt 41. distin. non cogantur. Et nomine cibariorum non intelliguntur vestimenta; sed nomine alimentorum intelliguntur vestes [2] & habitatio, vt ff. de alimen. le. l. vlt. & l. antepe.

c ¶ *Aut fratribus.*] præsumitur enim, quod hoc carnali amore faciat, vt 89. distin. decenter. sic ꝭ. ead. nam hæc visa. sic extra de app. postremo. sic econuerso consanguinitas quandoque elidit suspicionē, vt extra de coha. cle. & mu. à nobis.

d ¶ *Presbyteri.*] æque puniuntur illi qui non resistunt, scilicet officiati, sicut ipse episcopus, vt C. de app. quoniam. & 2. q. 7. qua propter.

e ¶ *Si vero.*] quarta pars, in qua dicitur, vt in c. sequen. cōtinetur. Io. de Fan.

SI quis episcopus.] CASVS. Quæritum fuit quam pœnam debeat pati episcopus, qui alienat rem ecclesiæ nulla necessitate cogente, vel qui alienat res vacantis ecclesiæ, quod intelligit Hug. nulla necessitate cogente. Et respondet, quod conuictus debet rem restituere, & postea deponi.

f ¶ *Non est.*] quis forte mortuus est: quia sede vacante non potest alienari res ecclesiastica, ita. 12 q. 2. si qua de rebus. & melius extra ne se. va. nuuit [3], tamē H. dicit, quod sede sacerdotali vacā:e, auctoritate episcopi pōt fieri alienatio, vt 71. dist. fraternitatem. & ꝭ. ea. q. 1. decretum. & est argu. pro ipso. C. qui admi. ad bo. pos. bonorum. Sed ecclesia episcopali vacante, clerici nihil possunt alienare. Item pater hic, quod episcopus nihil potest alienare sine consensu sacerdotis. 12. q. 2. placuit. & c. abbatibus.

g ¶ *Honore.*] pœna enim alienatoris indebite, est depositio. 12. q. 2. Vulteranæ. & c. abbatibus. & c. Apostolicos. 18. q. 4. nullus.

QVid vero.] Hæc q. diuiditur in duas partes. In 1. ponit 5. aucto. per quas probat de cathedratico, & de alijs. Secunda ibi, *Cathedraticum.* Io. de Fan.

CASVS. Hic ponitur 3. q. qua quæritur, quid episcopus exigere debeat nomine cathedratici. & respōdet, quod duos solidos, ut ꝭ. ead. illud. præterquā à monasterio, ut ꝭ. ead. inter cetera. hi autem duo solidi erunt illius monetæ, quæ frequentatur in regione, ut ff. de leg. 3. nummis. Item procurationes potest petere tempore visitationis, ut ꝭ. ead. q. 1. relata. Item collectas imponere, ut ext. de cen. cum Apostolus. Item præter cathedraticum medietatem uel tertiam partem oblationum, ut ꝭ. ea. §. cathedraticum.

h ¶ *Quid vero.*] duos solidos a qualibet ecclesia potest epūs petere [4] nomine cathedratici pterquā a monasterio, ut ꝭ. ea. inter. pōt pō in necessitate a clericis collectā petere. extra de cen. cū Apostolus. appellatur & quandoque synodaticū, ut extra de cen. olim. qm frequenter in synodo dantur. isti aūt denarij erūt secundū cōem monetā regionis, ut ff. de le. 3. nummis. & si plures monetæ sunt forte, meliores dabuntur. extra de iureiu. quanto. in fi. uel saltem mediocres, ut extra de censi. ex parte. Itē præter cathedraticum potest episcopus petere moderatam procurationem, ut ꝭ. c. inter.

PLacuit.] CASVS. Tria prohibētur in hoc c. s. quod epūs nihil debet tollere a parochialibus ecclesijs pter duos solidos noie cathedratici, neqꝫ tertiam partem oblationū tollat, sed seruetur reparationi ecclesiæ: neque cogat clericos sibi in aliquibus operibus seruili more seruire; quia legitur in epistola Petri prima, neque ut dominantes, &c.

i ¶ *Duos solidos*] ad plus [5], minus enim quandoque datur, ut extra de cen. olim. & ꝭ. ea. nec numerus. Et forte solidus hic appellatur aureus, ut C. de sportu. l. 2. & insti. de pœna temere litigantium. in fine.

k ¶ *Tertiam.*] ꝭ. ea. q. 1. de his. & c. decreuimus. ꝭ. ꝭ. 12. q. 3. c. ult. & ꝭ.

[1] De hoc & lag. & no. 12. q. 1. epaccclesiasticarum. Alimētorum nomine cōprehendūtur vestes & habitatio.

[2] Adde quid veniat appellatiōe alimētorū. gl. in l. cū hi. §. qui tā sigit. ff. de trā sa. Bar. in l. la gatis. ff de ali. & ciba. le. Cōsanguinitas elidit suspicionem.

[3] Et extra de re. eccl. non alien. dudū, vbi est expressum. Archi.

[4] Cathedratici nomine quid exigēdū est. De hoc no. extra de offi. ord. cōquerēte, ibi videas.

[5] Infra ea. inter cetera. sic extra de off. ord. cōquerēte. ibi aut. quare dicat cathedraticū & quare synodaticum.

&.J.ea vnio.Solu.tertiam habet, cũ vult hoc onus fabricæ subire.
a ¶ *Episcopo inde ratio fiat.*] per archidiaconũ de redditibus & possessionibus ecclesiæ, vt 25. dist. perlectis.
P *Riscis*] CASVS. Antiquitus episcopus tollebat tertiam de parochianis ecclesijs, cui etiam suæ plenissime sufficiebant, & ideo statutum fuit in concilio Emeritensi, vt nullus episcopus Lusitanæ prouinciæ cui sua sufficiant, illam tertiam auferre præsumat: sed relinquat reparationi ecclesiæ.
b ¶ *Tertiam.*] Potest hoc intelligi de tertia, quæ debetur ipsi fabricæ. Alij dicunt de tertia illa, quæ debetur ipsi episcopo, vt illã nõ debeat habere, ex quo abundantissimè velit onus fabricæ subire.
V *Nio.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, q si epi volunt recipere tertiã partem oblationũ vel decimationum à parochianis suis, subire debent onus fabricæ reparandæ. si vero eas relinquat ecclesijs sollicitudine episcoporũ reparent basilicæ a presbyteris. si autẽ ecclesiæ nulla indigent reparatione, accipiant epi illas tertias si volunt: sed vltra nihil. In secunda parte dicitur, q plures ecclesiæ non committantur vni presbytero. In tertia parte dicitur, q ecclesia quæ habet x. parochianos, habeat propriũ sacerdotẽ: illa vero quæ minus habet, alijs coniungatur ecclesijs: & qui hanc constitutionẽ despexerint, per duos mẽses excommunicentur. Secunda pars incipit ibi, *Sed & hoc necessarium.* Tertia ibi, *Ea scilicet ratione.*

scopo inde ratio fiat [a]. Nam si tertiam partem illam episcopus tollat, lumen, & sarta tecta abstulit ecclesiæ. Similiter & parochiales clerici seruili more in aliquibus operibus episcopo † seruire non cogantur: quia scriptum est [Neque vt dominantes in clero.]

† al. episcopi
1. Pet. 5.

Item ex concilio Emeritensi, c. 16.

¶ Basilicarum reparationi proficiat tertia, quam episcopus accipere consueuerat. C. II.

† al. quippe
† al. parochitanis
† al. sequeretur] oct.

PRiscis quidem † canonibus erat decretum, vt episcopus de parochianis † ecclesijs tertiam [b] consequeretur †, cui sua plenissime sufficere [*] possunt. Placuit huic sancto concilio, vt nullus prouinciæ Lusitanæ episcopus sententiæ huius terminum excedat, nec à qualibet parochiana ecclesia tertiam auferre præsumat: sed quæ [#] exinde consequi poterat, totum in reparatione ipsarum basilicarũ proficiat.

¶ *Caput hoc in codicibus Gratiani etiam manuscriptis corrupte citabatur ex concilio Merech. Est autem in Emeritensi, c. 16. cuius concilij duo exemplaria ad S. D. N. Gregorium XIII. missa sunt. Huius concilij, & capitis meminit Innocentius tertius in epistolis Romæ impressis, lib. 2. epistola Petro Compostellano scripta, his verbis,* Emeritense vero concilium authenticum esse multis rationibus astruebas, tũ quia cum alijs cõcilijs continetur in libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexander Papa per interlocutorem authenticum comprobauit; tum quia de ipso concilio sumptum est caput [Priscis quidem canonibus.] quod cõtinetur in corpore Decretorum.
* ¶ Sufficere possunt] *Sublata est negatio, quæ erat in vulgatis, quoniam & ab vtroque exemplari concilij & à vetustis Gratiani codicibus abest: & hoc modo magis communis cum ratione legit.*
¶ Sed quæ exinde.] *In exemplaribus concilij legitur.* Sed quæque exinde consequi poterat; totum in reparatione ipsarum basilicarum proficiat.

Item ex concilio Toletano 16. c. 4.

¶ Non accipiant episcopi tertiam partem, nisi dirutas ecclesias reparare voluerint. C. III.

† al. adunationis

VNio nostræ congregationis † decernit, atque instituit, vt tertias [c]; quas antiqui canones de parochijs suis habendas episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis episcopis dirutæ ecclesiæ reparentur. Sin vero eas maluerint cedere; ab earumdem ecclesiarum cultoribus sub cura & solicitudine sui pontificis, reparatio eisdem est adhibenda basilicis. Quòd si omnes ecclesiæ aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erant, reparatæ extiterint; secundum antiquorum canonum instituta, si tertias sibi debitas vnusquisque episcopus assequi voluerit, facultas illi omnimoda [d] erit: ita videlicet, vt citra ipsas tertias nullus episcoporum quidpiam pro regijs [e] inquisitionibus à parochianis † ecclesijs exigat, nihilque de prædijs ipsarum ecclesiarum cuiquam causa stipendij dare præsumat. ¶ Sed & hoc necessario instituendum deligimus, vt plures ecclesiæ vni nequaquam committantur [f] presbytero: quia solus per totas ecclesias nec officium valet persoluere, nec populis sacerdotali iure occurrere; sed nec rebus earum necessariam curam impendere: ea scilicet ratione, vt ecclesia, quæ vsq; ad decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem; quæ vero minus decem, mancipia [g] habuerit, alijs coniũgatur ecclesijs. Si quis sane episcoporum hanc nostram constitutionem paruipenderit, ipatijs duorum mensium se nouerit excommunicatione mulctari [y].

† al. parochitanis

¶ *Caput hoc est pars quarti canonis concilij 16. Toletani, cuius duo exemplaria missa sunt ex Hispania: ex quibus nonnulla sunt in hoc capite emendata, & addita. Habitum vero est concilium hoc Æra DCCXXXI. cum illud Emeritense habitum fuerit Æra DCCIIII.*
y ¶ Mulctari.] *In concilio sequitur,* ita nempe, vt postquam ab excommunicationis interdicto ad ordinis sui remeauerit locum, cunctas huius canonis sanctiones modis omnibus studeat adimplere.

c ¶ *Tertias.*] H. intelligit hoc de tertia oblationũ, nõ de tertia decimationũ. sed contra eũ est tex. extra de præscrip. de quarta. Alij dicũt q episcopus hodie nullã habebit tertiã, nisi in duobus casibus. vnus, si vult reparare ecclesiã: & alius, si incumbit onus regale, vt hic dicitur. Sed verius est, q eps ad suum cõmodũ hẽt vnã tertiã per se: & aliam quã põt tenere si vult subire onus fabricæ: habebit præterea partẽ oblationũ tẽpore dedicatiõis, vt j. c. nec numerus. & 18. q. 2. Eleutherius. Sed quid si episcopus partem fabricæ recepit: deinde cũ egueat ecclesia reparatione, velit ecclesiæ cedere tertiã illã? dicu q nõ potest [1]: Io. sicut nec vsufructuarius potest in tali casu vsufructum cedere ff. de vsufruct. sed cũ vsufructua r°. & l. seq. ff. de aqua plu. arcen. si cum quo. Male dicit Io. quoniam reparare debet episcop' ecclesiam, postquã habet quartam fabricæ: quia res transit cũ onere suo, vt 16. q. 1. si quis laicus.

Tertia oblationũ an pertineat ad episcopum.

[1] Sub. sed eps cõpellit debet reparare, vt in l. hic alleg. secundum L. nisi forte necessitate coegisset. ff de aqua plu. arc. l. cau.

d ¶ *Omnimoda.*] Hic apparet q illam tertiã potest episcop' in suos vsus conuertere, cum ecclesia non eget reparatione. sed forte contrarium est 7. q. 3. vobis. vbi dicitur q annuatim reseruabitur. Sol. ibi loquitur de illa parte, quæ pertinet ad reparationem ep'alis ecclesiæ: hic vero de tertia parochialis ecclesiæ.
e ¶ *Pro regijs*] Arg. q pro itinere ad Papam, vel ad Regem, non possunt episcopi vltra statutum petere, vt extra de cens. cum Apostolus. & 16. q. 1. § placet.
f ¶ *Committantur.*] Hic est casus vbi aliquis potest habere plures ecclesias. Alij casus sunt notati 21. quæst. 1. in summa quæstionis. & cap. relatio.
g ¶ *Mancipia.*] Cum ergo decem faciant plebem, patet intellectus illius cap. 3. 2. q. 5. presbyter si a plebe.

Illud

Illud.] CASVS. Præcepit Pelagius Cresconio illustri defensori Siciliæ, vt non permittat episcopis Siciliæ petere à parochijs suæ diœcesis vltra duos solidos nomine cathedratici: nec conuiuia nimis magna sibi per eos fieri.

Quia.] CASVS. Quidam eps visitando parochias suas in clericos crudeliter sæuiebãt eos angarijs & indictionibus fatigãdo. sup hoc vero facta q̃rimonia in cõcilio Toletano cõstitutũ est, vt de cetero talia nõ faciãt, & q̃ hactenus præsumpta sunt, in futurũ denegẽtur. si vero cõtra hoc venire præsumpserint, apud metro-

Item Pelagius Cresconio illustri.

¶ De eodem. C. IIII.

ILlud te volumus modis omnibus custodire, ne qui episcoporum Siciliæ de parochijs ad se pertinentibus nomine cathedratici amplius quàm duos solidos præsumant accipere; neque cõpellere presbyteros, aut clerum parochiarũ suarũ supra uires [a] suas eis cõuiuia præparare. Iuo p. 3. c. 136.

Item Gelasius Papa Fabiano episcopo.

¶ Baptizandis numerus non imponatur: nec cathedraticum vltra vetustum morem exigatur. C. V.

NEc numerus [b] baptizandis iuste creditur imponendus; cum quanti petierint, vel ad regenerationem festinauerint, non sint pro alterius voluntate repellendi. Et ideo frater carissime huiusmodi superfluam cõstitutionem modis omnibus remouebis, vt vnusquisque, aut in vicina sibi ecclesia, aut in electa [c] pro suę mentis baptizetur arbitrio. Cathedraticum etiam non amplius quàm vetusti moris esse constiterit, ab eius loci presbytero noueris exigendum: & de his, quæ die dedicationis fuerint offerentium deuotione collata, consuetudinem [d], quę generaliter omnibus ecclesiis est præscripta, seruabis.

Cathedraticum, quod his auctoritatibus episcopis permittitur exigere, præter medietatem, vel tertiam partem oblationum, quæ etiam pro varia ecclesiarum consuetudine ex præmissis auctoritatibus episcopo debetur, intelligendum est: nec illa pars oblationum omnium generaliter intelligenda est; sed vel anniuersaria dedicationis, vel quorumdam etiam solennium dierum, prout inter episcopum & sacerdotem tempore dedicationis conuenerit. De his vero episcopis, qui per parochias suos crudeliter desæuiunt, sic est statutum in tertio concilio Toletano, c. 20.

¶ Vltra morem antiquum à parochianis presbyteris episcopi nil exigant. C. VI.

QVia cognouimus episcopos per parochias suas non sacerdotaliter, sed crudeliter desæuire, & dum scriptum sit. [Forma estote gregi, neque vt dominantes in clero;] exactiones diœcesi suæ, vel damna infligant: Ideo censemus (excepto quod veterum [e] constitutiones a parochijs habere iubẽt episcopos) vt alia, quæ illis hucusque præsumpta [f] sunt, denegẽtur; hoc est, neque in angarijs presbyteri, aut diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus: ne videamur in ecclesia Dei exactores potius, quàm Dei pontifices nominari. Hi vero clerici, tam locales, quàm diœcesani, qui se ab episcopo grauari cognouerint, querelas suas ad metropolitanum deferre non differant, & metropolitanus non moretur eiusmodi præsumptiones coercere †.

Iuo p. 3. c. 137. 1. Pet. 5.

† al. districte coercere

a ¶ Supra vires.] ne victũ longi temporis breuis hora consumat. extra de censi. cũ Apostolus. & secũdũ quosdã à pauperibus nil petet, vt 1. q. 2. placuit. ar. ꝯ. e. cauẽdũ. sed hoc nõ est verũ: quia si aliquis vltra vires fuerit grauatus, fiet collectio ab alijs vicinis ecclesijs, vt extra de censi. cum instantia. & c. procurationes. non autem dabit epo nisi lac ad bibẽdũ: ne ieiuniorum doctrinã iubentibus buccis prædicet, vt 35. dist. ecce. & c. ecclesię. Nec bibet vltra tertiam vicem, vt 44. dist. in illa palea, quando presbyter. & comedet lardũ vel carnes vaccinas vel vervecinas cum aceto, vt C. de ero. mili. an. l. 1. lib. 12. arg. ꝯ. 41. dist. nõ cogantur. & c. eps.

Episcopo visitanti, dandũ est lac ad bibendum.

NEc numerus.] CASVS. Fabian⁹ episcopus quæsiuit de tribus a Gelasio Papa. Primo, vtrum certus numerus pecuniæ sit imponendus baptizandis. Et respondet q; nõ: ne baptizandi a baptismi gratia repellantur. Secundo, vtrum sit exigendum pro cathedratico vltra antiquã consuetudinem. Et respondet q; non. Tertio quã partẽ debeat recipere episcopus de oblationibus, quæ offeruntur in die dedicationis. Et respondet q; consuetudo illa debet seruari quæ omnibus ecclesijs est præscripta.

b ¶ Nec numerus.] Forte consuetudo fuerat q; secundum numerũ baptizandorum tantũ vel plus recipiebatur: quod erat iniquum, vt 1. quæst. 1. baptizandis. & cap. placuit. Ioan.

c ¶ Aut in electa.] contrariũ est ꝯ. 13. q. 1. c. 1. vbi dicitur, q; ideo parochiæ sunt distinctæ, ne aliquis iura alterius vsurpet. Ad hoc dicunt quidã, q; hoc capitulũ loquitur secundum ea tẽpora quando nõdum parochiæ erant distinctæ. sed hoc stare non potest [1] quia Dionysius qui distinxit diœceses, diu præcessit Gelasium cuius istud c. est. Dicas ergo q; loquitur de Iudæis & paganis, & transeuntibus, & talibus qui non habent certum domicilium. q; enim hic de pueris non loquatur, patet ex eo quod dicitur, aut in electa. ipsi enim non possunt eligere.

Diœceses sunt tũ à Dionysio distinctæ. [1] Ad hoc qđ not. gl. supra 99. dist. c. 1.

d ¶ Consuetudinem.] Secundum quod conuenitur cum episcopo tempore dedicationis. 18. q. 2. Eleutherius.

CATHEDRATICVM. Hæc est 2. pars q. in qua loquitur de pcurationibus & de exactionib⁹. & dicit q; pcuratio vna sola dicit esse in anno: & exactio nulla, nisi a iure pmissa. extra de cẽs. cum Apostolus. & hoc probat per v. auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Gra. dicit q; eps accepit cathedraticum præter medietatẽ vel tertiã partẽ oblationũ q̃ offerunt in die anniuersariæ dedicationis, vel alteri⁹ solẽnitatis, put cõuenerit inter epm & sacerdotẽ.

DE HIS VERO. Dictum est s. de visitatione episcoporũ. Sed quia quidam crudeliter sæuiendo parochias visitabant, ideo nunc ostendit Grat. quid super hoc tenendum sit.

tropolitanũ clerici cõquerãtur: qui sine mora præsũptiones debet remouere. Angariis. Angariæ sũt onera q̃ psonis imponũt: pangariæ possessionib⁹. Indictionibus. i. illicitis exactionib⁹ vel cõditiõib⁹.

e ¶ Quod veterũ.] nihil ergo potest eps petere ab aliquo, nisi ostendat per canones illud sibi debitũ [2], vt 9. q. 3. cõquestus. 18. q. 2. c. 1.

f ¶ Præsumpta.] No. q; longinqua vsurpatio nõ facit ius, vt 93. dis. illud. 100. dis. cõtra morẽ. 24. q. 1. schisma. extra de sim. cũ in ecclesia & c. nõ satis. 1. q. 1. nullus eps. 2. extra de præscrip. causam. Item ar. no. q; sua auctoritate qs potest detinere quod de iure nõ præstitit, licet illud diu soluerit, vt C. đ agri. & cẽsib⁹. l. 1. tẽpus enim nõ inducit obligationẽ. extra de cẽs. peruenit. ff. de act. & obli. obligationũ fere. §. placet. prætor enim nõ tuetur iniquã possessionẽ. ff. de publ. cum spolus. [3] si res. non enim sufficit possedisse nisi causam possessionis pbet. extra de præscri. si diligenti. ff. de itin. actuq; priua. l. vlt. licet enim longissimo tẽpore aliquid gratis prestitũ sit, in hoc nõ currit præscriptio, vt 16. q. 3. clerici. & c. si eps. C. de præscrip. xxx. vel xxxx. an. male. Arg. contra. 18. q. 2. seruitiũ. nã libertas non dandi decimã præscribitur [3], extra de præsc. de quarta. Item ar. cõtra. 1. q. 3. quæsitũ. nec cogitur quis causam possessionis probare. ff. si ser. ven. si quis diuturno. Sol. nec in lõga nec in lõgissima præscriptione sufficit allegare diuturnã possessionem, nisi aliquã causam possidendi alleget. Sed allegata causa, cũ de tẽpore cõstat, præsu-

[1] Ar. cõtra ad hoc 25. q. 2. amputato. Ar. ad hoc ꝯ. 16. q. 1. nullis epotũ. vbi de hoc. Arch.

[2] Obligatio nõ inducitur tempore.

[3] Sub. cũ aliquali titulo. qđ dic vt no. extra de p̃scr. si diligẽti. in gl. ex hoc videtur. Arch. Possessio sine causa possidẽdi nõ sufficit ad præscriptionem.

præsumitur esse debitum.arg. 12.dist. illa. tamen non tenetur probare causam siue titulum possidendi: quia potest esse q; non habet de hoc instrumenta nec testes, nec est hoc in memoria hominum, vt 3.q.6.hæc quippe.lo. T. dicit contra: quia sufficit si dicat, præscripsi, nisi præsumptio sit contra eum 1.

1 De hac materia no. eos 16.q.3. dilectis Archi.

b ¶ Socios.] Hic dicuntur clerici socij episcopi, alibi fratres, vt 95.dist. olim.& 8.q.1.quid autem.

c ¶ Scandalizent.] exigendo vltra licitum, vt 11.q.3.nolite.

d ¶ Sumptus.] Videtur ergo q; si habet sumptus vnde possit expendere, non debet alios grauare.nam potius videntur hæc peti ex gratia quam de iure, vt extra de cen. cum Apostolus. & ea quæ domi consueuit expendere, debet expendere cum est in via 2, vt in auth.de man.princ.§.illud.colla.3. & in auth. vt iud. sine quoquo suffraga.§.nulli.coll.2. sed non est ita, vt extra de simo.cum sit Romana. in parte decisa.

2 Sed Go.parat cōtra q & in ciuitate manēs,& visitās potest exigere procurationes. extra de censi.venerabili, Arch.

Item ex concilio Cabilonensi 2.c.14.

¶ A parochianis stipendia non nisi cum charitate episcopi exigant. C. VII.

CAuendum est, ne cum episcopi parochias suas peragrant, quamdam damnosam erga subditos a, seu erga socios b tyrannidem exerceant, nec(quod absit)cum charitate, sed cum quadam iudiciaria inuectione † stipendia ab eis exigant. Obseruandum etiam modis omnibus, ut si quando eis peragrandæ parochiæ necessitas incumbit; in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione uerbi Dei, in lucris animarum potius, quàm in deprædandis, & spoliandis hominibus,& scandalizandis fratribus operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum à fratribus, aut subditis aliquid accipiendum est; hoc summopere obseruare debent, ne quem scandalizent c, aut grauent. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est, ut & uerbi Dei prædicator, ubi proprij sumptus d desunt, à fratribus accipiat, & item fratres, illius potentia non grauentur, exemplo apostoli Pauli, qui, ne quem grauaret, arte & manibus uictum quærebat.

† gl. inuentione

2. Thess. 3.

Item ex concilio Toletano septimo, c.4.

¶ Vltra duos solidos à parochianis ecclesijs episcopus non præsumat accipere. C. VIII.

INter cetera denique, quæ communi consensu nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam parochialiū † presbyterorum Galliæ a prouinciæ solertissime discernere decuit, quas contra pontificum suorum rapacitates necessitas, ut comperimus, tandem compulit in publicum examen deferri. Hi enim pontifices, ut euidens inquisitio patefecit, indiscreto moderamine parochianas † ecclesias prægrauantes, dum in exactionibus superflui † frequenter existunt, pene usque ad exinanitionem extremæ uirtutis quasdam basilicas perduxisse probantur. Ne ergo fiat de cetero, quod constat hactenus inordinate præsumptum; non amplius quàm duos solidos unusquisque episcoporum præfatæ prouinciæ per singulas diœcesis suæ basilicas iuxta synodum Bracharensem annua illatione sibi expetat inferri: monasteriorū e tamen basilicis ab hac solutionis † f pensione seiunctis. ¶ Cū uero episcopus diœcesim uisitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec umquam quinquagenariū g β numerum euectionis excedat, aut amplius, quàm una die per unamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Quicumque uero pontificum eorumdem aliter, quàm decernimus, agendum præsumpserit, correptioni proculdubio canonum subiacebit, tamquam constitutorum synodalium transgressor, & priscorum patrum edictorum † corruptor.

† al. parochianorū
Ans. l.7.c.196.
† al. parochitanas
† al. superfluis frequentes
s. ead. placuit.
† al. solutione pensionis
Burc. l.1.c.86.
Iuo p.5.c.192.
† al. edicti

a ¶ Galliæ.] *In conciliis impressis, & aliquot Gratiani exemplaribus legitur,* Galliciæ. *In aliis autem, & emendatioribus, atque in codice conciliorum Lucensi regio habetur,* Gallicanę prouinciæ. *Nam eo tempore archiepiscopus Narbonensis, & eius prouinciæ episcopi ad synodos Toletanas conueniebant; quod ex subscriptionibus Toletani tertii apparet. In eo enim Nigetius Narbonensis metropolitanus, Sergius episcopus Carcassonensis, & Nebridius episcopus Agathensis, & procuratores Magalonensis & Nemausensis episcoporum subscribunt. Eiusdem quoque metropolitani, & ipsius prouinciæ episcoporum subscriptiones in quarto & sexto Toletanis conciliis impressis leguntur, ut illa, quæ in manuscriptis habentur, omittantur.*

β ¶ Quinquagenarium.] *In variis editionibus huius concilii legitur,* quinarium. *Verum in codice Lucensi regio, uno Vaticano, & altero Bibliotheca Dominicanæ manuscriptis, & vetustis exemplaribus Gratiani, & Burchardo, & Iuone est,* quinquagenarium. *Et hanc lectionem secutus est Innocentius iii. in concilio Lateranensi, c.cum Apostolus. extra de censi. & exact.*

Item Gregorius episcopis Siciliæ, lib. xi. epist. 20.

¶ Sacerdotes ab episcopis suis vltra modum non grauentur. C. IX.

REl atum est nobis sanctæ memoriæ decessoris mei temporibus per seruum Dei diaconum, qui tunc ecclesiastici patrimonij curā ges-

[Glossa marginalis:]

INter cetera.] CASVS. Episcopi Galliæ cum visitabant parochias suas, sæuas rapacitates in suos subditos exercebāt, centum vel ducentas equitaturas secum ducendo:& ab eis vltra duos solidos pro cathedratico, & prandia nimis magna exigebāt: & in ecclesia per duos vel per plures dies morabant, ita quod ecclesias vsq; ad exinanitionem perducebāt:& ideo statuit conciliū Toletanū, ne vltra duos solidos exigant pro cathedratico, a quo monasteria sunt exēpta.& vltra quinquagīta equitaturas nō ducant: nec amplius quam vna die in basilica morentur. episcopus vero qui cōtra hoc fecerit, correctioni canonum subiacebit.

e ¶ Monasteriorum.] J. 16 q.2.cap. & 2.contra j. 16.q. 1. cum pro vtilitate. j. 18.q.2 q̄ fit. & cap. seruitiū. cōtra.

f ¶ Solutionis.] Ipsa enim monasteria à lege diœcesana sunt exempta, vt hic.& 16.q.1.cū pro vtilitate.& 18.q.2. quā in fit. sed eorum capellæ non, vt extra de capel.mona.c.vlt.& penul.& extra de præbēdis, de monachis.

Monasteria sunt exēpta à lege diœcesana.

g ¶ Quinquagenariū.] Hodie numerus singulorum in euectionibus est taxatus, vt extra de censi. cum Apostolus. nec numerus ibi taxatus recipiendus est si ecclesia grauet, vt ibidem dicitur, & ex. de exc.pl.cū ad quorūdā. extra de pœnis.c.pe. 3

Visitatio sit cōtentus euectionibus à iure taxatis.

CAuendum.] CASVS. Quidam epi dum visitarēt ecclesias suas, siue parochias pro confirmandis pueris,& pro delictis corrigēdis: intendebant potius dominationi & spoliationi, quam lucris animarum: & in stipendijs exigendis sacerdotes scandalizabant. quare Cabilonense concilium statuit vt de cetero episcopi non faciant hoc: sed si proprij sumptus desint eis, à clericis cum charitate accipiant: nec grauent aliquem vel scandalizent. & hoc probat auctoritate Apostoli.

a ¶ Subditos.] scilicet laicos.

los ergo q superflui sūt pōt remouere sacerdos 3: q.x si habēs serui tutē adaquādi certū numerū pecorū: si plus ducis ad aquam q̄ debeas, superflua possunt a domino remoueri, vt ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. Trebatius. Itē si causa ꝓprij cōmodi venit ad ecclesiā, de ꝓprio viuat, vt C. de sta.& ima. l. vl. Hęc allegatio forte hodie nō tenet: q si aliqs fuerit supra vires grauatus, alij vicini sacerdotes tenentur conferre, vt dixi ī.c. illud.& extra de censi. procurationes.

3 Etiā & episcopū potest remouere. ar. ff. de aqua quotid. & æsti. l. 1. §. item quæritur. Ar.

REl atum.] CASVS. Episcopi Siciliæ graues & onerosi erant ecclesiis suis cū eas visitabant, tandem mediante legato antecessoris

cessoris Greg. qui in Sicilia ecclesiasticum patrimonium gubernabat, facta est compositio inter episcopos & clericos, vt certa summa daretur episcopis quolibet anno cũ ecclesias visitarent: quam quia episcopi non seruabant, præcepit Gregorius vt omnia seruentur, nec subiectis suis graues in aliquo existant.

cimis & primitijs, & de iur. pat. & de vsuris. In quibus omnibus causis numquam clericus debet conueniri sub iudice. nisi sub iudice ecclesiastico, vt ĩ. e. nullus eps. & c. clerici. nisi in causa feudi, vt extra de iud. ceterũ. & nisi sit incorrigibilis, vt dist. 17. non licuit. & in causa reconuentionis, vt ĩ. 3. q. 8. cuius in agendo. & nisi Papa de-

sit, fuisse dispositum, vt sacerdotes per vniuersas vestras diœceses constituti, quoties ad consignandos infantes egredimini, ultra modum grauari minime debuissent. Summa [a] enim præfixa fuerat, uobis, ut audio, consentientibus, quæ ab eisdem sacerdotibus pro labore [b] clericorum [c] dari debuisset. Atque hoc, quod tunc placuit, sicut nunc dicitur, minime custoditur. Vnde fraternitatem uestram admoneo, ut subiectis uestris non graues studeatis existere.

Item Pelagius Crescentio Illustri.

¶ Secundum loci mediocritatem episcopis conuiuia parentur. C. X.

Illud magnitudinem tuam minime uolumus ignorare, quòd Syracusanæ ciuitatis episcopus inter alia, quæ in cautionum suarum pagina spopondit, hoc etiam specialiter sub interpositione pœnæ [d] legitime promisisse legitur; numquam se à quolibet suæ diœcesis presbytero ultra duos solidos cathedratici nomine petiturum, nec per quamlibet aliam occasionem quidquam in eius se dispendio esse gesturum. Quod magnitudo tua, non solum à prædicto episcopo, sed de omnium episcoporum Siciliæ personis competenti sollicitudine custodire non desinat; nec ipsa quoque prandia enormia fieri, sed secundum mediocritatem uniuscuiusque loci episcopo ad consignationem uenienti susceptionis præparari conuiuium: quia nec eo prætextu pauperibus incuti damna uolumus, aut qualibet ratione permittimus.

Ansl. 6. c. 171. Poly. l. 4. tit. 21.

CAVSA VNDECIMA.

Clericus aduersus clericum quæstionem de prædijs agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere uoluit: reus non nisi ante iudicem ecclesiasticum stare volebat; actor vero potentia ciuilis iudicis illũ à possessione sua deiecit. Quo audito episcopus eũ ab officio suspendit: ille contempto episcopi sententia officium suum administrauit. Hoc comperto episcopus, sine spe restitutionis in eũ sententiã dedit.

1 *Hic primũ quæritur, utrũ clericus ante ciuilem iudicẽ sit producẽdus.*
2 *Secundo, si producendus non est, an hac culpa sit digna suspensione.*
3 *Tertio, si digno non fuerit, an contemptorem sententiæ sui episcopi irreparabiliter oporteat deponi.*

QVÆSTIO PRIMA.

Quòd clericus [e] apud sæculares iudices accusandus non sit, Caius Papa, epist. ad Felicem episcopum, cap. 2. scribit dicens.

Pactio en in spiritualibus interueniente, potest. Verum est hoc, dũmodo sit licita, vt 28. quæst. 2. Eleutherius. secũdũ L. de hoc dixi 1. q. 2. quàm pio. de hoc not. 300. di. in ca. Archid.

a ¶ *Summa.*] ĩ. ea q. 1. relata. ar. q pactio interuenire põt in spiritualib9, vt hic, & 18. q. 2. Eleutherius. 12. q. 2. c. quicumque. extra de deci. ex multiplici. quandoque enim prohibetur trãsigi vel paci sci. si tamẽ fiat auctoritate iudicis, tenet, vt extra de præben. nisi ff. de his qui no. infa. furti. §. pactus. ff. de transactio. cũ hi. §. si cui. Sed quare recipitur pecunia pro actu cõsecrandi, vt hic dicitur, & extra de simo. cum sit Romana. & non pro actu baptizandi? ideo dico, ne aliqui propter paupertatem vel auaritiã se subtrahant a baptismo, vt 1. quæst. 1. baptizandis.

b ¶ *Pro labore.*] ĩ. 1. q. 3. c. vlt. ĩ. 12. q. 2. charitatem.

c ¶ *Clericorum.*] qui laborant cum episcopo in visitatione.

Illud.] Casvs. Syracusanæ ciuitatis episcopus cum à Papa ordinabatur, sub interpositione legitimæ pœnæ promisit specialiter quòd ab aliquo clerico suæ diœcesis vltra duos solidos pro cathedratico nihil esset petiturus. Præcepit ergo Gre. Crescentio illustri vt faciat hoc obseruari, nõ solum ab episcopo Syracusanæ ciuitatis, sed etiam ab omnibus alijs Siciliæ epis: nec ipsa prandia enormia fieri sinat, sed secũ(dum) mediocritatem cuiuscumque loci visitanti episcopo ea faciat præparari: ne sub hoc prætextu damna pauperibus inferantur.

d ¶ *Pœna.*] Nota q aliquis sub pœna potest obligari in spiritualibus, vt 23. dist. quamquam. 16. q. 1. statuimus. 1. q. vlt. quoties.

Clericus.] Casvs. In superiori causa ostensum est, quòd ecclesiæ cum omnibus suis possessionibus ad dispositionẽ pertinent episcoporũ: sed quia posset aliquis dubitare sub quo iudice clerici debeant conueniri, sub ecclesiastico, s. an sub sæculari: ideo Grat. hanc 11. causam subnectit, in qua ostendit clericos sub ecclesiastico iudice esse conueniendos: quod vt competentius ostendat, thema proponit; de quo tres elicit quæstiones.

Quod clericus.] Hæc q. diuiditur in tres partes. In prima probat per 24. auctoritates, q epũs & quilibet cleric9 per clericos est iudicandus, & nõ per laicos, nisi forsan esset incorrigibilis: quia actor debet sequi forum rei. Secunda ibi, *His ita.* Tertia ibi, *Econtra.* Io. de Fan.

Casvs. Hic intitulatur prima quæstio, qua quæritur, an cleric9 ante ciuilem iudicẽ sit producendus. Et distinguas q causarũ alia est criminalis, alia ciuilis, alia spiritualis. Criminalis est vbi de crimine agitur. Ciuilis, vbi de possessionibus & pecunia agitur. Spiritualis, vbi tractatur de rebus spiritualibus. s. de electione, de de-

delegaret causam spiritualẽ, vel aliã laico, vt ĩ. 10. q. 3. illud. Laicus vero sub iudice sæculari debet conueniri, vt ĩ. ea. experientiæ. nisi in sex casibus, Vel si conueniat epm sup rebus spiritualibus, vt extra de deci. quoniam. & 35. q. 6. eps. Vel si conueniatur laicus de crimine ecclesiastico, vt ĩ. ea. si quis cũ clerico. & 6. q. 2. c. 1. Vel nisi sint rusticæ ecclesiæ, vt 89. dist. indicatum. Vel si iudex sæcularis est negligens, vt 23. q. 5. administratores. & q. 2. dominus noster. Vel nisi sit raptor rerum ecclesiæ, vt extra de fo. com. cum sit generale. Vel si suspect9 fuerit iudex sæcularis. Vel si habeatur querela contra episcopum, vt in auth. vt diffe. iudi. coll. 11. §. 1. & 2. Et procedit hoc ordine in hac quæstione. Primo probat, q clerici non sunt conueniendi coram iudice sæculari, vsque ad §. *Cum ergo his.* Deinde probat contrarium, scilicet q in ciuili causa corã sæculari iudice sunt conueniendi, in criminali coram ecclesiastico: quod allegando dicit. Tandem dat solutionem in §. *Quia ergo.* in fi. Primum ergo cap. huius q. planum est.

e ¶ *Quod clericus.*] Causarum alia ecclesiastica, alia sæcularis. Ecclesiasticarũ alia spiritualis, alia criminalis, alia ciuilis. Spiritualis est vbi agitur de decimis vel matrimonijs. Criminalis vbi agitur de crimine ecclesiastico, scilicet hæresis vel vsurarũ: cuius examinatio spectat ad iudicẽ ecclesiasticũ, vt ĩ. ea. si quis cũ clerico. & 6. q. 2. c. 1. Alia est ciuilis siue pecuniaria, vbi agitur de rebus temporalibus.

Causa est duplex.

Causa secularis est duplex.

poralibus. arg. ad hanc dist. 16. q. 1. frater. Item secularium alia est ciuilis, alia est criminalis, in his omnibus numquam conuenitur clericus, nisi sub ecclesiastico iudice, vt ℥. ca. nullus episcopus. nisi in tribus casibus, vt in causa feudi, vt extra de iud. ceterum. & nisi sit incorrigibilis, vt 17. dist. nec licuit. Item & in causa reconuentionis. 3. quitur cum talis nõ vult gaudere priuilegio clericali: quia forte sit maritus viduæ nam tunc perdit priuilegiũ, vt 84. dist. quisquis clericus. Idem dico de seruientibus & mancipijs clericorũ, vt 89. dist. indicatum & idem priuilegium habet familia quod dominus, vt extra de Iudæ. ad liberãdã. quia libertus forũ patroni sequitur.

Idem dicit hic L. cuius fuit maior pars huius glo. & hoc dicit motus canone eodẽ, scilicet indicatum. Vxor sequitur forũ viri.

¶ Apud sæcularem iudicem nullus clericus conueniatur. C. I.

† al. reliquos

NEmo vmquam episcopum apud iudicem sæcularem, aut alios † clericos accusare præsumat.

P A L E A. C. II.

Extra de foro compet. c. 2. Capit. l. 6. c. 154. & l. 7. c. 139. Burc. l. 16. c. 22.

† al. minores † al. seniores † al. permissu

NVllus iudicum, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut iuniores † ecclesiæ, sine licentia † pontificis per se distringat, aut condemnare præsumat. Quòd si fecerit, ab ecclesia, cui iniuriam irrogare dignoscitur, tamdiu sit sequestratus, quousq; reatum suum agnoscat, & emendet.

¶ *Apud Burchardum, & in aliquot Gratiani codicibus ex ijs, qui hanc paleam habent, & in Decretalibus tit. de foro competenti, c. 2. citatur ex concilio Parisiensi c. 10. Verum in concilio Rhemensi Trosleiano, c. 6. refertur ex capitularibus: in quibus habetur bis, idest lib. 6. c. 154. & lib. 7. c. 139. Simile quid legitur in concilio Aurelianensi 4. c. 10. & Antisiodorensi c. 43.*

Item Marcellinus Papa, epist. 2.

¶ De eodem. C. III.

Et in conc. Aurelian. 3. c. 31. Ans. l. 3. c. 22. Pann. l. 4. c. 31. † al. secularem iudicium 2. q. 7. laico.

CLericum [a] cuiuslibet ordinis absque pontificis [b] sui permissu nullus præsumat ad sæcularem † iudicem attrahere: nec laico quemlibet clericum liceat accusare.

a ¶ Clericum.] *In epistola Marcellini secunda, & concilio Aurelianensi 3. vbi hoc repetitur, & in Panormia sic legitur,* clericus cuiuslibet ordinis absque pontificis sui permissu nullum præsumat, &c. *Verum ob glossas, & citationes doctorum nihil est mutatum.*

Item ex Nicæno concilio.

¶ *In concilio Niceno hodie canon hic non habetur: sed fuisse olim plures canones illius concilij supra dist. 16. c.* septuaginta *est adnotatum. Quorum partem refert Iulius in rescripto contra orientales, vbi numero 34. habetur hoc caput. & ex eo citatur in Polycarpo.*

¶ Ab eis quisque iudicandus est, quos sibi iudices elegerit. C. IIII.

Poly l. 5. tit. 4. Pann. l. 4. c. 109.

IVdices autem alij esse non debent, quàm quos ipse, qui impetitur [c], elegerit; aut quos suo cum consensu hæc sancta sedes, aut eius primates [d] auctoritate huius sanctæ sedis delegauerint.

Item Valentinianus, Theodosius, & Arcadius Imppp.

¶ Ad sæcularia iudicia nullus clericus est pertrahendus. C. V.

In cod. Theodo. l. 16. tit. de episc. audien. c. vlt. Ans. l. 3. c. 109. Poly. l. 3. tit. 19. 12. q. 1. futuram. & 11. q. 1. sacerdotibus. Hist. ecclesiast. lib. 10. c. 2. Rufino auctore.

† al. quia Dei solius iudicio reseruamini

COntinua lege sancimus, vt nullus episcoporum, vel eorum, qui ecclesiæ necessitatibus seruiunt, ad iudicia, siue ordinariorum [e], siue extraordinariorum iudicum pertrahatur. Habent illi suos iudices; nec quidquam his, publicis est commune cum legibus [f], *item.* ¶ Cõstantinus Imperator præsidens [a] in sancta synodo, quæ apud Nicæam congregata erat, cum querelam quorumdam conspiceret coram se delatam, ait. Vos a nemine diiudicari potestis: quia ad † Dei [g] solius iudicium reseruamini.

a ¶ Præsidens.] *quàm humiliter ibi se gesserit Constantinus, docent Eusebius 3. lib. de vita ipsius c. 10. Socrates l. 1. c. 5. Theodoretus l. 1. c. 7.*

[*Item ex concilio Matisconensi primo, c. 8.*]

¶ De eodem. P A L E A. C. VI.

Burc. l. 16. c. 21.

NVllus clericus alium clericum ad iudicem sęcularem accusare, aut ad causam dicendam trahere quocumque modo præsu-

[gloss continues:] rũ ad muni. assumptio. 12. q. 1. ecclesiarum seruos. Item vxores clericorum: quia sortiuntur forum vxor ex persona viri, vt ff. de iuris. om. iudi. cum quædam. & eodem gaudet priuilegio vxor & filius quo clericus, vt C. de epis. & cle. l. 1. & 2. sed illa quæ non est legitima vxor, non sortitur forum à persona viri. ff. ad muni. de iure. §. vlt. Ioan. quod dicit de cõiugato, falsum est, vt extra de cle. coniug. Ioannes. & forte idem est in deposito, cum sit exauctoratus, vt 50. dist. accedens. B.

b ¶ *Absque pontificis.*] Hodie nec cũ consensu epi potest, vt extra de fo. compe. si diligenti, alias ab officio suspẽditur, vt 3. q. 6. non liceat. præterea causam perdit, vt j. ea. molita. & cap. placuit.

IVdices.] C a s v s. Reus & actor contendebãt de iudicibus eligendis quæritur est in Nicæno concilio ad cuius petitionem debeant dari? Et respondet, q illi iudices debẽt dari quos reus elegerit, supple cum consensu alterius partis, vel illi quos sedes Apostolica vel eius primates delegauerint.

c ¶ *Qui impetitur.*] Arg. iudices esse dandos ad arbitrium rei, vt hic, & 15. q. 7. si autem. & 3. q. 6. peregrina. & 4. q. 1. quisquis. Sed contra. ff. de iud. obseruandum. vbi dicitur, q ille iudex non est dandus quem altera pars nominatim petit. Sed potes ibi illud, altera, intelligere de actore, non de reo ℥. Vel dic. si non possunt concordare actor & reus, tunc dabuntur secundum petitionem rei, vel supple in omnibus illis illud, & actoris. Vel dic q hoc c. loquitur in criminali causa. tunc enim ex pluribus episcopis potest eligere reus quem vult, vt 3. q. 8. accusatores.

Iudex an possit dari ad arbitrium rei.

[1] Huic solutiõi ob. extra de of. dele cũ B. vbi eligit actor.

d ¶ *Primates.*] idest, episcopi, qui concilium celebrant auctoritate Papæ [4].

[4] Vnde non intelligas in hoc demonstrare Nicęnã synodum: illa enim non habuit primates: vel cũ dicitur, hæc sancta sedes, intelligitur de sede Romana. Arch.

COntinua.] C a s v s. Valentinianus, Theodosius, & Arcadius constituerunt hac lege præsente, vt nec episcopus, nec clericus protrahatur ad iudicem sæcularem ordinarium vel delegatum. Similiter Constantinus Imperator præsidens in Nicæna synodo, cum quidam coram eo de clericis conquererentur, ait clericos a nullo laico, sed ab ecclesia iudicandos.

e ¶ *Ordinariorum.*] idest, ad ordinarios, vel delegatos ab Imperatore.

f ¶ *Cum legibus.*] quæ dicunt clericum posse trahi ad ciuilem iudicem, vt j. ea. si quis cum clerico.

g ¶ *Quia ad Dei.*] idest, clericorum, qui dij appellantur, vt j. ea. sacerdotibus.

Laicus non cõuenitur coram iudice ecclesiastico nisi in quinque casibus.

3. q. 8. cuius in agendo. Alios casus posui j. e. clericũ nullus. Similiter nec laicus potest conueniri sub ecclesiastico iudice nisi in casibus v. vt si conueniat ipsum super rebus spiritualibus, vt extra de iud. c. 2. & 3. Vel nisi iudice eccle hæ conueniantur, vt 89. dist. iudicatum. extra de app. si duobus. Vel vbi aliquis rapuerit res ecclesiæ. tunc potius ex consuetudine quam de iure conuenitur sub clerico. extra de fo. compe. cum sit & c. si clericus. Ite si iudex laicus est negligens. extra de fo. compe. ex transmissa. & 13. q. 5. administratores. Vel si suspectus fuerit iudex secularis. Vel si haberetur querela cõtra ipsum, potest adiri ecclesiasticus iudex, vt in authe. vt differ. iud. colla. 9. §. 1. & 2. & §. pe. Non tamen propter negligentiam ecclesiastici iudicis clericus potest conueniri coram laico iudice, vt extra de iud. qualiter. in fi.

1 Cũ adhuc habeat characteré. ar. 32. q. 7. licite.

CLericum] C a s v s. Duo in hoc c. prohibentur: scilicet vt nullus clericum ad iudicem sæcularem trahat, maxime sine consensu sui episcopi. Item q nulli laico liceat clericum accusare.

a ¶ *Clericum.*] etiam depositum [1], vt 81. dist. dictũ. Nec enĩ coniugatum. j. e. dist. si qui vero. Nec ob. extra de apostata. c. 1. quia ibi loquitur

Nullus

N *Vllus episcopus*] C a s v s. Statuit Bonifacius Papa, vt nullus episcopus producatur in ciuili vel criminali causa ad ciuilem iudicem vel militarem. si vero iudex hoc iubere audeat, amittet omnia bona sua, & à dignitate repelletur siue deponetur. Quæ autem sequuntur, plana sunt vsque ibi, *Episcopus non flagitetur*.

Honore, idest, iure prætorio: vel honore iudicis, vel litigatoris. *Excepta*, idest, priuilegiata: vel excepta ab hac necessitate per leges.

Citatio nulla non arctat citatum. c ¶ *Vel exhibeatur*.] Sed numquid tenetur venire, & allegare forum, vt certa de ap. cum paratis? non: quia citatio nulla est. Nam vbi quis citari non potest vel ratione personæ, vel ratione temporis vel causæ: non tenetur venire, vt notaui 3. q. 2. si episcopus. & quæst. 1. cap. 2. & ff. de fer. l. 2.

b ¶ *Cinguli*.] Nota quod ecclesiasticus iudex priuat etiam laicum sua dignitate, vt 32. q. 5. præceptum. in fi.

c T ¶ *Estimonium*.] ¶ *Recipiat*.] in causa criminali, vt extra de testi. de cetero.

d ¶ *In publico*.] scilicet foro sæculari: ne fit contra dist. 23. c. illud & 15. q. 5. c. 1.

¶ Præcipue est ista cap. de se expurgante loquitur, hæc aute de teste loquitur. Arch.

e ¶ *Nec honore*.] idest, iure prætorio.

f ¶ *Ad testimonium*.] a iudice sæculari.

g ¶ *Excepta*] ab hac necessitate.

Episcopus iurans non tenetur sacra tangere. h ¶ *Iureiurando*.] Hæc sunt verba Gratiani: nec dicit uerum. nam episcopi bene tenentur iurare, ut 2. quæst. 4. nullam. & 3. quæst. 9. hortamur. sed hoc est priuilegium eius, quòd non tangit Euangelium, sed tantum a longe manu eleuat versus ipsum. uidetur tamen quòd secundū canones tenetur tangere Euangelium, ut 2. q. 7. quoties. Ioan. Quod non debeat tangere, hodie determinatur extra de iur. calu. c. ult. B.

EPISCOPVS NON FLAGITETVR. C a s v s. Statuit Iustinianus in hoc cap. ut iudex mittat aliquem de suis ministris ad episcopum, ut propositis sacrosanctis Euangelijs dicat ueritatem prout nouerit secundum quod decet sacerdotes. Et a principio usque ibi, *Sed iudex*. uerba sunt Gratiani: qui credidit quod episcopus non debet iurare: sed certe iurat, sed librum non tangit manibus: sed manibus extensis super librum iurat: sicut feci fieri in causa patriarchæ Gradensi. & episcopi Venetorum, qui iurauerunt de ueritate dicenda: in qua assessor fui.

i ¶ *Iudex mittat*.] Extra de testi. qui testium. ff. de iureiuran. ad personas.

mat: sed omne negotium clericorum, aut [a] in episcopi sui, aut presbyterorum cum archidiaconi præsentia finiatur. Quód si quis clericus hoc adimplere distulerit, si minor fuerit, vno minus de quadraginta ictus † accipiat: si vero honoratior, triginta dierū inclusione mulctetur. †al. ictibus

a ¶ Aut in episcopi sui.] *In concilio Matisconensi legitur*, aut in episcopi sui, aut in presbyteri, aut in archidiaconi præsentia finiatur. *verum in prima collectione Decretalium Bernardi, tit. de foro competenti, c. 2. caput hoc refertur eodem modo atque in hac palea*.

Item Marcellinus [a] *epistola secunda, ad episcopos orientales*.

a ¶ Item Marcellinus.] *In vulgatis citabatur ex Bonifacio ad episcopos Galliæ, sed in aliquot vetustis legitur* Marcel. *Est enim hoc caput in secunda epistola Marcellini, & ipsi tribuit Iuo: frequentius autem est, quod in vetustis Gratiani exemplaribus, & à Burchardo & Iuone citatur ex Bonifacio ad episcopos Gallos; vt ibi etiam dicitur*.

¶ De eodem. P A L E A. C. VII.

QVæcumque contentiones inter Christianos ortæ fuerint, ad ecclesiam deferantur, & ab ecclesiasticis viris terminentur. Et si [7] obedire noluerint, quousque obediant, à liminibus ecclesiæ excludantur. Burc. l. 3. c. 139. Iuo p. 3. c. 105.

7 ¶ Et si obedire.] *Hinc vsque ad finem non leguntur in ipsa epistola: sunt tamen apud Burchardum & Iuonem*.

Item Bonifacius ad episcopos Galliæ.

¶ *Hoc adscribebatur Marcello: sed, vt dictum est in proxima superiore notatione, in vetustis codicibus Gratiani, & apud Burchardum, & Iuonem parte 5. c. 278. tribuitur Bonifacio: & sic est mutatum. Fere eadem habentur apud Iulianum antecessorem nouell. 123. c. 10. quod in alijs, quæ nomine Bonifacij citantur, solet euenire. Et Iuo eadem parte, c 369. hoc ipsum caput citat ex libro constitutionum, additis nonnullis verbis, quæ sunt apud Iulianum*.

¶ Neque pro ciuili, neque pro criminali causa episcopus apud ciuilem iudicem producatur. C. VIII.

iij NVllus episcopus neque pro ciuili, neque pro criminali causa apud quemuis iudicem siue ciuilem, siue militarem producatur, vel exhibeatur [a]. Magistratus enim, qui hoc iubere ausus fuerit, amissionis cinguli [b] condemnatione plectetur. Authē. null⁹ epis cod. de epis, & clericis. Burc. l. 2. c. 168. Iuo p. 5. c. 278. & 369.

Item Siluester Papa in synodo Romana, c. 14.

¶ Qui libet clericus non est in publico examinandus. C. IX.

TEstimonium clerici aduersus laicum nemo recipiat [c]: nemo enim † clericum quemlibet in publico [d] examinare præsumat, nisi in ecclesia. Burc. l. 2. c. 204. Iuo p. 6. c. 278. Pann. l. 4. c. 89. †al. etiam

¶ *In Synodo Romana sub Siluestro, c. 14. & in Pannormia legitur eodē modo atq; apud Gratianū, ac propterea nihil est mutatum. Verum in epilogo eiusdem concilij habetur*, Testimonium laici aduersus clericum nemo recipiat. *Et eodem modo legitur in capitulis Hadriani, c. 72. in concilio Triburiensi, c. 4. & ex ipso apud Burchardum & Iuonem*.

Item codicis lib. primo, titulo de episcopis & clericis. Imperator Theodosius [*Nec honore* [e], *nec legibus episcopus ad testimonium dicendum flagitetur.*] ¶ *Item dixit.* [*Episcopum ad testimonium* [f] *dicendum admitti non decet. Nam & persona dehonoratur* †, *& dignitas sacerdotis excepta* † [g] *confundetur.*] Tit. 3. le. 7. & in cod. Theodos. li. 11. tit. 39. Ibidem. †al. subhonoratur †al. exempta

Nouella constitutio.

[*Episcopus non flagitetur ad testimonium iureiurando* [h], *sed Euangelijs tantum coram positis.*] ¶ *Item* [*Sed iudex mittat* [i] *ad eum ex suis ministris, vt propositis sacrosanctis Euangelijs, secundum quod decet sacerdotes, dicat quæ nouerit.*] Nouella 123. §. præterea nulli] apud Iulianū nouel. 123. c. 9. Iuo p. 5. c. 369. Auth. sed iudex cod. de epis & clericis.

h ¶ Iureiurando.] *Dictio hæc non est in nouella. Et verba græca, quæ ad hoc faciunt, sunt hæc*, οὐδενὶ δὲ τῶν ἀρχόντων ἐξέσται τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀναγκάζειν εἰς δικαστήριον παραγγέλλειν ἐπὶ τῷ δοῦναι μαρτυρίαν. *idest*, Præterea nulli magistratuū licebit Dei amantissimos epos cogere, ut perhibendi testimonij causa in ius prodeant.

Item Siluester in epilogo concilij Romani.

¶ Clericus ad ciuilem iudicem clericum perducens anathema sit. C. X.

SI quis clericus accusans clericum in curiam introierit, anathema sit.

Subaudiendum est, si publicorum iudiciorum cognitionem petierit: episcopale namque iudicium nihil obest ab Imperatore postulare.

Vnde in Carthaginensi concilio octauo legitur. In Mileuitano c. 19. & in Afric. c. 91.

¶ *In antiquis etiam codicibus citatur Carthaginense octauum, quo nomine videtur significari concilium Mileuitanum, in quo caput hoc extat c. 19*.

Placuit.] CASVS. Dicitur hic quod si aliquis ingreditur ad Imperatorem vt ibi contra aliquem clericum causam tractet criminalē, deponi debet: si vero rogat Imperatorem vt scribat episcopo quod sibi iustitiam seruet, non punitur.
a ¶ Petierit.] ergo ex sola porrectione libelli perdit quis causam . . & co. nisi coram clericis fiat conueniendi clerici, sic, &c.

Christianis.] CASVS. Hoc c. & sequēs de eadē materia loquunt. Quidā manumisit duos seruos, scilicet, Faustinianum & Siluestrū in pueritia sua, & eo viuente facti sunt clerici, post mortē cuius manumissoris Theodora & filij sui cōabant trahere illos ante iudicē sæcularē per archidiaconū Grumentinū, quod hoc a rege impetrauerat, vt ī seruitutem redigerent, super quo cū conquesti fuissent, præcepit Pa. Ezec. comiti in hoc c. Christianis, vt si aduersarij eorum ad iudices delegatos à Pa. venire contēpserint, eos à violentia tueat. Depenso, i. transmisso. In c. sequenti delegat cām Crispino & Sabino epis, narrando eis totū factum, & præcepit eis vt citēt ad suū iudiciū quosquis illos volūt erit conuenire. Per eorum absentiam, i. dum essent absentes. Moderatoris, i. iudicis sæcularis. Promisit, iste archidiaconus quod ipsi starent iudicio sæculari. Calcatis, id est, spreto iure ecclesiastico & humano.
d ¶ Cælestem militem.] Clerici enim milites Christi sunt 2.23.q. vlt. reprehensibile.
e ¶ Contempserint.] si non veniunt ad iudiciū isti actores, in optione rei est an velit vt circūducat edictum, vel quod admittant probationes suæ, sed iudex auditis probationibus suis nō pronunciabit eum liberū, sed seruū illius non esse, nisi euidentissimas probationes habeat, vt ff. de li. cau. diui fratres. vel iudex potest imponere actoribus perpetuum silentium. C. de ing. ma. l. diffamari.
f ¶ Refugit.] sic 74. dist. honoratus. & 3. q. 9. decreuimus.
g ¶ Siluester. Viuente.] hoc multum facit pro eis cum pater eos non reuocauit, vt filij non possint reuocare, vt ff. de prob. Procula.
h ¶ Patris.] sm legem antiquam heres qui non adimplebat voluntatē defuncti, omni successione priuabat C. de fideic. l. vlt. hodie autem hoc tenet in extraneo herede: sed si filius institutus heres non implet voluntatem defuncti, priuatur successione, relicta tū sibi legitima, vt C. de fideicō authē. amplius. & forte lex præualet in hoc casu huic canoni. Innoc. tū idem dicit qd hic dr, extra de vot. & vo. redem. licet. in fi. vnde potest dici quod canon iste corrigat authenticam.

Quod præcedit non bene colligitur ex textu, licet dicat quod priuetur honore: & secūdū hoc non ob. qd seq.

¶ Proprio priuatur honore publici iudicij cognitionem ab Imperatore postulans. C. XI.

Placuit, vt quicumque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit a, honore proprio priuetur. Si autem episcopale b iudicium ab Imperatore postulauerit, nihil ei obsit.

Sic & sequentes c auctoritates intelligendæ sunt, quibus clericorum causas non nisi clerici cognoscere iubentur.

† al. Zeio.

Vnde Gelasius Papa scribit Ezechia † comiti.

¶ A sæculari iudice clericus non est iudicandus. C. XII.

ĵ. ead. Siluester.

Christianis gratum semper debet esse quod ab eorum poscitur dignitate præstandum: quia Deo seruientibus beneficium negare non conuenit. Siluester itaque atque Faustinianus, qui se à cunabulis clericos confitentur, à Theodora se opprimi per violentiam conqueruntur: quia dicūt se ingenuos, atque Deo auctore, pristinæ conditionis nexibus absolutos, in sortem deterrimæ iterum seruitutis addici, & per auctoritatem regiam contra leges publicas, cum clericali cingulo tenerentur adstricti, per archidiaconum vrbis Grumentinæ esse conuentos; cum constet eum, qui cælestem d militem pulsat, non nisi eius forum debere sectari. Et ideo dilecte filii depenso salutationis affatu, supradictos clericos tibi commendo, vt si ad delegatorum iudicium, eorum aduersarij † venire contempserint e, sublimitatis tuæ tuitione vallentur: ne quid illis, aut surreptio, aut inimica legibus violentia necessitatis imponat: quia, qui iudicium refugit f, apparet eum de iustitia diffisum.

† al. aduersaria venire cōtēpserit

a Vel ecclesiæ. 50. di. clericum.

† al. Crisp.

Idem Crispino †, & Sabino episcopis.

¶ Non nisi ad episcoporum iudicium clericus vocetur. C. XIII.

Iuo p. 6. c. 58.

Siluester, & Faustinianus ecclesiæ Grumentinæ clerici lacrymosa nobis insinuatione conquesti sunt, libertatem sibi domini sui benignitate concessam, heredum eius oppressione pulsari, sibique in clericatus officio pene à cunabulis seruientibus, etiam manumissore viuente g, in eodem actu nihilominus constitutus, diuinis ministerijs † impendere seruitium non licere, cum (si petitionem veritas subsequatur) contra patris h, & auctoris sui factum venientibus, vt indignis, hereditas legibus auferatur: nec eis liceat hereditatem capientibus contra auctoris sui prosilire iudicium. Et ideo, fratres charissimi, quoniam se etiam ab archidiacono dictæ ecclesiæ queruntur oppressos, qui per eorum absentiam moderatoris iudicium promisit eos esse secuturos, calcatis omnibus rationibus †, & contra leges diuinas, & publicas pulsatis forum suum putauit auferri; in vestro i iudicio, quis quis ille est qui clericum lacessit, adueniat: vt ecclesiæ iura quæ vetusti principes assidua sanctione firmauerūt, impetitis clericis nō negētur.

† al. mysterijs

ĵ. ea. Christianis

† abest à multis

b Quibus se probarent ingenuos. ff. de li. cau. ordinata. sed idē l.

Item Alexander omnibus orthodoxis per diuersas prouincias Christo Domino famulantibus, epist. 1. c. 1.

¶ Ante iudicem ciuilem sacerdotes non accusentur. C. XIIII.

Polyc. l. 5. tit. 2.

Relatum est ad huius sanctæ & Apostolicæ sedis apicem (cui summarum dispositiones causarum, & omnium negotia ecclesiarum ab ipso Domino tradita sunt, quasi ad caput, ipso dicente principi apostolorum Petro [Tu es Petrus, & super hanc petram

Matt. 16.

& sic est cōtra. ff. de in ius vo. si libertus. & ff. rem ra. ha. l. amplius. vbi habes quod nō incidit in pœna si desistat ab agēdo. Sic ergo videtur quod quandoque confugitur ad sæcularem iudicem propter desidiam ecclesiastici iudicis, vt 16. q. 7. filius. sicut econuerso recurritur ad ecclesiasticum iudicem à sæculari, vt ĵ. 23. q. vlt. sæpe. & c. his. & c. si vobis. & extra de foro comp. licet. & c. ex transmissa. sed non est hoc verum, vt extra de iud. qualiter. in fine.
b ¶ Episcopale.] in his quæ spectant ad iudicium Imperatoris, vt extra de foro cōpe. verum. Vel intellige quod Imperator rogat episcopum cognoscere de causa.
SIC ET SEQVENTES. CASVS. Superiores auctoritates prohibent clericum ante iudicem sæcularem protrahendum sic & sequentes auctoritates sunt intelligendæ.
c ¶ Sic & sequentes.] id est, sicut præmissæ auctoritates dicunt, quod

Iudice ecclesiastico negligente nō recurrit ad sæcularem.

Heres non adimplēs defuncti voluntatem qualiter punitur.

i ¶ In vestro] auctoritate enim episcopi voluntas defunctorum mandatur executioni. extra de testa. si heredes.

Relatum.] CASVS. Apostolus præcepit causas Christianorū ad ecclesias deferri: sed relatum fuit ad Apostolicam sedem, quod quidā æmuli Christi, & insidiatores ecclesiæ sacerdotes apud sæculares iudices accusabant: quare etiā Papa scripsit omnibus Christianis, quòd tales accusatores præuaricantur in Deum, & nō obediunt præceptis eius.

Vbi de hoc & intelligūt quidā hoc tātum in testibus ad pias causas, vt possit tet in eo qd legi. & no. ex tra eod. tit. c. cum. vers. cū igit. & c. non g ié. in fi. At.

a ¶ *Christianorum.*] hoc obtinuit scđm primitiuum statū ecclesiæ: vt 2. q. 5 si quis presbyter & 95. dist. ecce. Vnde adhuc secundum legem si iudex secularis est suspectus, eps ei adiungitur, vel causa transfertur ad iudicē ecclesiasticum, vt in auth. vt diffe. iu. § si ibi. coll. 9. in criminalibus causis tñ scilicet sanguinis, non sunt clerici iudices. 23. q. vlt. his à quibus.

vel clericus conuictus fuerit, deponi debet, & curiæ tradi, id est, à seculari potestate capi permittitur, vt recipiat pœnam prout inique gessit.

f ¶ *Si quis.*] In his tribus cap. ponit q clericus à laico potest iudicari, cum est incorrigibilis.

Con-

ædificabo ecclesiam meam]) quòd quidam æmuli Christi, eiusque sanctæ ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare præsumant: cum magis Apostolus Christianorum.[a] causas ad ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter præuaricantes præuaricati sunt in Deum suum, & non obediunt præceptis eius. 1. Cor. 6.

Item Pelagius Benegesto Defensori.

¶ Actor forum rei sequatur. C. X V.

EXperientiæ tuæ præsenti auctoritate mandamus, vt in causis, in quibus quælibet ecclesiastici officij persona loco petitoris existit, quemquam laicum pulsatura apud suæ prouinciæ iudicem suas proponere actiones nō deserat †. In ijs vero negotijs, in quibus ecclesiastici officij persona pulsatur, totius submoto pulsationis obstaculo, ad episcopi, vel presbyterorum[b] in loco, vbi quæstio vertitur, constitutorum occurrat indifferenter examen.

† Tex. est p hoc in l. 1., & l. in criminali. C. de iurisd. om. iud. & l. fi. C. vbi in rē act. non deb.

Item † Sergio cancellario.

† al. Idem

¶ De eodem. C. X V I.

SI quisquam clericus, siue inferioris, siue potioris gradus petitor extitat. & contra laicam personam suas dirigat actiones; iste modis omnibus non alibi, quam apud prouinciæ iudicem negotium suum dicturus occurrat. Si quis autem laicus clericum cuiuscumque gradus duxerit esse pulsandum, ad episcoporum iudicium in eadem ciuitate, vel territorio constitutorum proponat eas, quas se habere existimat, actiones Quem ordinem legibus per omnia conuenientem; atque consentaneum demonstrari illa regula[c] manifestat, quæ præcepit actorem forum semper sequi pulsati. Clericis vero pulsatis in episcopali iudicio forum competere, principalium quoque sanctionum designat auctoritas.

3. q. 6. neminē.

Item in concilio Agathensi, c. 32. legitur.

¶ Episcopo non permittente apud sæcularem iudicem clericus pulsari non debet. C. X V I I.

ij CLericum nullus præsumat apud sæcularem[d] iudicem, episcopo non permittente, pulsare: sed si pulsatus fuerit, non respondeat, vel † proponat[e]: nec audeat criminale negotium in sæculari iudicio proponere.

Iuo p. 6. c. 367. J. ead. clericum nullus.

† al. nec

¶ *In concilio Agathensi c. 32. in prima parte legitur,* clericus nec quemquam præsumat, &c. *& posterior eiusdem capitis pars (quæ habetur supra 5. q. 6. c. fin.) in qua quasi ex aduerso, agitur de laicis, qui ecclesiam, vel clericum vexant, ostendit in priore dictum esse de clericis, qui sine permissu episcopi suo laicos pulsarent, & cum originali concordat Iuo.*

Item Pius Papa epistola secunda.

¶ Clericus suo inobediens episcopo depositus curiæ tradatur. C. X V I I I.

ij SI quis[f] sacerdotum, vel reliquorū clericorum suo episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei parauerit, aut contumeliā[g], aut calumniam, aut[α] conuicia intulerit, & conuinci potuerit; mox[h] depositus[β] curiæ tradatur, & recipiat[γ] quod inique gessit.

Poly. l. 4. tit. 34. Ans. l. 8. c. 17. Iuo p. 5. c. 243.

α ¶ Aut conuicia intulerit.] *Sic etiam in vetustis, & apud Anselmum, & Polycarpum: sed in epistola ipsa, & apud Iuonem non habentur illa verba.*

β ¶ Depositus.] *abest ista dictio ab originali, & Iuone.*

γ ¶ Et recipiat.] *In epistola, Polycarpo, & apud Anselmum legitur.* Qui autem facit iniuriā, recipiat hoc, quod inique gessit.

E ¶ *Xperientiæ.*] CASVS. Dicit in hoc cap. q si aliqs clericus vult laicum couenire, apud iudicem prouinciæ seculare, suas accusationes proponat. & si laicus vult clericū conuenire, ad epm propriū recurrat, vel ad synodū constitutam, vbi quæstio vertitur, id est, vbi est res de qua agit, vel vbi crimen quod intenditur, est cōmissum. Idē dr in sequenti cap. in quo supradicta probantur per regulam legis præcipientis actorem sequi forum rei.

b ¶ *Presbyterorū.*] hoc intelligit H. cum causa his delegatur, ab epo: alias eps solus iudex est ordinarius, vt j. eade persona. Vel expone vel pro &, vt 15. q. 7. epi. vel dic q prælatus quilibet, qui ex electione habet prælaturam, habet etiam iurisdictione, vt extra de offi ord. cum ab ecclesiarum. extra de elect. c. 1. sed qui non est electus ab vniuersitate vel collegio, non est iudex ordinatus. iudicem enim facit aut consensus populi, vt 93. dist. legimus. in fi. & in auth. de defen. ciui. § interim. collā. 3. aut consuetudo vt 9. q. 3. cōquestus. C. de eman. l. 1. & l. fi.

Iudicem duo faciunt.

c ¶ *SI quisquam.* ¶ Regula.] quę est 3. 3. q. 6. neminem. C. de iurisdictione omnium iudicum. iuris ordinem.

C ¶ *Lericum.*] CASVS. Statutum fuit in concil. Agathēs. vt nullus conueniat clericū apud iudicem sęcularem. & si conuentus fuerit, non respondeat vel proponat excipiendo, nec causam criminalē crimir aliter agendo coram iudice sęculari proponat clericus.

Clericus coram sęculari quandoque conuenitur.

d ¶ *Secularem.*] nisi in casibus exceptis in tum ma. Item excipitur si Papa delegat laico causam spiritualē, vt 10. q. 3. illud. item forte cū succedit clericus laico, vt ff. de iud. heres absens. quod falsum est. Item fm quosdam cū tenetur de euictione, sequitur forū emptoris ff. de iud. venditor. sed hoc nō est verū: 18 quia per hoc non fit de foro illius, licet praestet ei auctoritatem.

e ¶ *Vel proponat*] id est, excipiat.

Illi°. Immo licet non sit ex° principalis, tñ q2 eū in eodē foro defendit, sic de illius foro quantum ad hoc. Adde Pe. Anch. reper. cap. ca q. de regul. iur. in 6.

S ¶ *I quis sacerdotum.*] CASVS. Quia fecit G. mentionem de clerico non conueniendo coram iudice sæculari ideo Grat. ponit casum in his tribus capitulis, in quibus potest à laico iudicari. I. cum est incorrigibilis. Est ergo casus huius cap. Quinque maleficia commerat Papa in hoc cap. super quibus si sacerdos

g ¶ *Contumeliam.*] si illa non tantum episcopum, sed etiam ecclesiam eius tangat, alias non posset cum pro sua contumelia excommunicare, 23. q. 4. inter.

h ¶ *Mox depositus.*] si sit de nouo contumax, vt extra de iud. cum non ab homine. Vel dic q iste casus est specialis vbi aliquis statim traditur curiæ, sicut est in falsario, vt extra de fal. ad falsariorum. Vel dic, traditur curiæ, id est, permittitur tradi, ita quòd ecclesia non tenetur eum defendere. Item in tertio casu, traditur curiæ, scilicet in crimine hæresis, vt in constitutione Innocentij, excommunicamus. Qualiter hoc verbum exponatur, habes extra de verb. sig. nouimus.

Etiam de hoc no. 3. q. 7. si quis ab episcopo.

Clericus statim traditur curiæ secula ri in aliquib° casibus.

P Etimus.] Casus. Quidam episcopus multoties monitus nolebat reddere plebem quam inuaserat: quare quidam episcopi petebant in concilio Carthaginensi, vt per rectorem prouinciæ expellatur. Et respondet Aurelius episcopus: Nulla fit ei iniuria si per sæcularẽ potestatem expellatur, ex quo admonitus nõ desistit. Postea

Et in Africano, c. 15.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 38.

¶ Principali cogatur auctoritate, qui plebem inuasam non vult deserere. C. XIX.

al. quoniam — PEtimus, vt dignemini dare fiduciam[a], qua † necessitate ipsa cogēte liberum sit nobis rectorem prouinciæ secundum statuta gloriosissimorum principum adnersus illum adire, qui [*] plebem, quam inuaserat, vsque hodie commonitus, secundum quod statutum fuerat, relinquere contemnit: vt qui miti admonitioni sanctitatis vestræ acquiescere noluit, & emendare illicitum, auctoritate iudiciaria protinus excludatur[b]. Aurelius episcopus dixit. Seruata forma disciplinæ, non æstimabitur appetitus[c], si à vestra charitate modeste † cõuentus, recedere detrectauerit; cùm fuerit, suo contemptu, & contumacia faciente, etiã auctoritate iudiciaria conuentus. Honoratus & Vrbanus episcopi dixerunt. Hoc enim omnibus placet. Ab vniuersis episcopis dictum est Iustum est, Placet.

al. modestius

* ¶ Qui plebem.] *Hæc vsque ad vers. contemnit, sunt à collectore ex verbis in eodem capite præcedentibus huc comportata, ne illa omnia referenda essent.*

Item Gregorius Papa.

¶ A principibus corrigantur, quos ecclesia corrigere non valet. C. XX.

Ans. l. 12. c. 42. Poly. l. 1. tit. 15. — ISTud est[d], quod à vobis popoſcimus, & nunc iterum postulamus, vt Paulinum Aquileiensem, pseudoepiscopum, & illum Mediolanensem episcopum ad clementissimum principem sub digna custodia dirigatis; vt & iste, qui episcopus esse nullatenus potest, quia cõtra omnem canonicam consuetudinem factus est, alios vltra non perdat; & ille, qui contra morem antiquum eum ordinare præsumpsit, canonum vindictæ subiaceat.

¶ *Hoc capitulum in Polycarpo refertur sine auctoris nomine. In libro autem septimo, titulo quinto simile quiddam refertur ex Gelasio ad Ioannem magistrũ militum: sed in eo libro sæpe pro Pelagio scribitur Gelasius. Anselmus quidem integram epistolam, Pelagij refert, cuius prior pars est hoc caput, posterior vero cap. nec licuit ĩ dist. 17.*

Et in Vormaciẽ. si, c. 74. — *Item in concilio Chalcedonensi, c. 18.*

¶ Proprium gradum amittant clerici coniurantes, vel conspirantes. C. XXI.

COniurationum[e], & conspirationum crimen (quod apud Græcos dicitur φρατρία[f]) publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi. Hoc multo magis in sancta Dei ecclesia ne fiat, conuenit abdicari. Si qui vero clerici, vel monachi inuenti fuerint coniurantes, aut conspirantes, aut phratrias, vel factiones componentes aliquas suis episcopis, aut clericis alijs; omnino cadant de proprio gradu.

7. ca. si q clerici.

Item Calixtus Papa episcopis Galliæ, epist. 2.

¶ Clerici conspirantes, proprio amisso gradu, retrudantur in carcerem, ceteri excommunicentur. C. XXII.

Poly. l. 4. tit. 30. Ans. l. 8. c. 18. Burc. l. 10. c. 64. Iuo p. 12. c. 85. & p. 6. c. 346. — COnspirationum crimina vestris in partibus vigere audiuimus, & plebes contra episcopos suos conspirare nobis manifestum est: cuius criminis astutia non solum inter Christianos abominabilis est, sed etiam inter ethnicos, & ab exteris legibus prohibita. Et idcirco huius criminis reos non solum ecclesiasticæ, sed etiam sæculi damnant leges: & non solum conspirantes, sed etiam consentientes eis. Antecessores vero nostri cum plurima turba episcoporum, quicumque eorum in sacerdotali honore sunt positi, aut existunt clerici, honore quo vtuntur, carere† præceperunt: ceteros vero communione priuari, & ab ecclesia extorres fieri iusserunt, omnesque simul vtriusque ordinis viros infames esse censuerunt; & non solum facientes, sed & eis consentientes.

al. cadere

flea Honoratus & Vrbanus epi dixerunt: Hoc omnibus placet. *Fiduciam.* i. licentiam & auctoritatem. *Appetitus.* i. iniuste expulsus, vel appetitus nomen, id est, cupiditas nocendi.

a ¶ *Fiduciam.*] id est, auctoritatem.

b ¶ *Excludatur.*] arg. q si quis auctoritate iudicis mittitur in possessionem, & aduersarius eum non admittat, qui nec attendit excommunicationẽ, videtur, q manu militari ei possit auferri res, vt 23. q. 5. principes. 24. q. 3. de illicita. 17. distin. nec licuit. & est expressum. ff. ne vis fiat ei qui in possess. si quis mitlus. ff. de rei vendi. qui restituere. hodie tamen talis efficitur possessor post annum, vt extra de do. & contu. contingit, & cõcordat leg. ff. de bo. auct. iud. pos. quamuis.

c ¶ *Appetitus.*] id est, iniuria lacessitus.

I *Stud est.*] Casus. Mediolan. & Aquilegien. nisi se adinuicẽ consecrabant, ita quod ordinator semper deberet ire ad ecclesiam ordinandi, & ibi eum ordinare, & cum vterque esset schismaticus, Mediolanensis Aquilegien. ordinauit contra consuetudinem antiquam & comprobatã a Papa: quia eum ad se vocauit. quare Greg. præcepit cuidam nobili, vt vtrumque illorum capiat, & ad pijssimum principem sub digna custodia dirigat puniendos.

d ¶ *Istud est.*] Casum huius cap. etiam habes 24. q. 1. pudenda.

C *Oniurationum.*] Casus. In hoc c. prohibetur per leges sæculares, & multo fortius per ecclesiasticas, ne coniuratio vel conspiratio fiat cõtra suos prælatos vel alios: & qui fecerit, si clericus est, deponatur,

e ¶ *Coniurationum.*] hæc quattuor c. idẽ dicunt, q coniuratores deponuntur si clerici sunt; si laici, excommunicantur.

f ¶ *Phratrias.*] A phares, quod est diuisio: inde Pharisæi. ĩ. 46. distinct. seditionarios. & 3. q. 4. conspiratores. & 7. q. 1. denique.

C *Onspirationum.*] Casus. Dicitur in hoc c. q conspirationes abominabiles sunt non solum inter Christianos, sed etiam inter ethnicos; quas leges sæculi & ecclesiasticæ dãnant, & eis consentientibus. Sequens c. planũ est. Similiter illud c. si qui clericorum. de eadẽ materia loquitur. & per te videbis casum, qui planus est. Et eandem pœnam imponit Beneuen. etiam in istis quattuor c. vnum pro omnibus. & breuem ponit casum. *Labatur.* id est, elidatur, vel multa relinquatur. Supra sacras leges, id est, contra sacras.

Militari manu potest ꝗque alicui res auferri.

a S*I qui clericorum.*] [a] *Aut sacramento.*] Coniurationes, quæ fiũt super licita re, licitæ sunt ad probandũ malũ, & illicitũ, ut 36. q. 7. sane. 1. q. 1. concussionis. 22. q. 1. c. 1. sed super re illicita non teneat: ut hic. Quidam tñ dicũt q omnis cõiuratio si est occulta, est illicita. prohibentur ergo fraternitates, quæ sunt ad malum. sic C. de monopo. l. vnica. sed bonæ fraternitates admittuntur. 42. dist. si quis despicit.

b [b] *Præsumptio*] id est, temeritas. Quidam tñ hic scripserunt, q hæc præsumptio sit iuris, cõtra quam non admittitur probatio. secus si præsumptio sit facti.

agri ecclesiæ non soluant tributum, q possit Imperator vendicare agros illos, vt hic, & C. de episco. & cle. de his. nam omnia bona illorum qui tenentur alicui soluere tributum, sunt illi iure pignoris obligata. C. in quib. cau. pig. ta. cõtra. l. 1. Sed istud non est verum: quia tantum intelligitur de proprijs prædijs patrimonialibus

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 18.

¶ Clerici aut monachi coniurantes, proprio priuentur honore. C. XXIII.

SI qui clerici, aut monachi reperti fuerint cõiurantes, aut cõspirantes, aut insidias ponẽtes episcopis, aut clericis †; gradu proprio penitus abijciantur.

¶ *Hic canon est pars canonis 18. concilij Chalcedonensis, qui paulo aliter de coniuratione, integer ex alia refertur versione.*

Item ex concilio Toletano.

¶ De eodem. C. XXIIII.

SI clerici, aut monachi inuenti fuerint conspirantes, aut per coniurationem calumniam machinantes episcopis, vel clericis; proprium amittant gradum.

Iuo etiam & auctor Polycarpi citat ex Toletano: sed in nullo est inuentum, & est idem canon cũ priore, verbis tantum mutatis.

Item ex concilio Aurelianensi 3. c. 21.

¶ De eodem. C. XXV.

SI qui clericorum (vt nuper multis locis per superbiã, diabolo instigante, actum fuisse perpatuit) rebelli auctoritate se in vnũ cõiuratione intercedente collegerint, &c, aut sacramenta [a] inter se data, aut chartulam conscriptam fuisse patuerit; nullis excusationibus hæc præsumptio [b] elabatur †: sed re detecta, cum in synodum ventum fuerit, in præsumptores iuxta personarum & ordinum qualitatem, à pontificibus, qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur: quia sicut charitas ex præceptis diuinis † corde, non chartulæ conscriptione, vel coniurationibus est exhibenda; ita quæ † supra sacras admittuntur scripturas, auctoritate & districtione pontificali sunt reprimenda.

Item Innocentius Papa ad Victricium Rhothomagensem, epist. 2. c. 3.

¶ Inter clericos & laicos causæ exortæ ab episcopis audiantur. C. XXVI.

SI quæ causæ [c], vel contentiones inter clericos, vel [a] inter laicos & clericos, tã superioris ordinis, quàm etiã inferioris fuerint exortæ; placuit, vt secundum synodum Nicænam congregatis omnibus † eiusdem prouinciæ episcopis iudicium [β] terminetur.

a ¶ Vel inter.] *Sic in editione conciliorum tribus tomis. In illa autẽ quatuor tomorũ absunt hæc,* vel inter laicos & clericos. *In Gratiani codicibus legebatur,* q cẽtiones inter clericos & laicos.

β ¶ Iudicium.] *In aliquot editionibus ipsius epistolæ, apud Anselmum, in capitularibus, & in epistola Nicolai episcopis Galliæ in appendice bibliothecæ sanctorum Patrum, in qua caput hoc refertur, legitur,* iurgium.

Cum ergo his omnibus auctoritatibus clerici ante ciuilem iudicem denegentur producendi, cum (nisi prius depositi, vel nudati fuerint) curiæ nõ sint repræsentandi; patet, q ad sæcularia iudicia clerici nõ sunt pertrahẽdi.

2 *His ita respondetur. Clerici* [d] *ex officio, episcopo sunt suppositi: ex possessionibus prædiorum, Imperatori sunt obnoxij. Ab episcopo vnctionem, decimationes, & primitias accipiunt: ab Imperatore vero prædiorum possessiones nanciscuntur. Vnde Augustinus ait super Ioannem [Quo iure villas defendis? diuino, an humano?] require in principio: vbi differentia signatur inter ius naturale, & ius constitutionis. Quia ergo, vt prædia possideantur, Imperiali lege factum est; patet, quòd clerici ex prædiorum possessionibus Imperatori sunt obnoxij.*

Item Ambrosius cõtra Auxẽtium in oratione de tradendis basilicis.

¶ Imperatori tributum ecclesia denegare non debet. C. XXVII.

SI tributum petit Imperator, non negamus; agri [e] ecclesiæ soluunt † tributum. Si agros desiderat Imperator, potestatem [f] habet vendicandorum. *Ac paucis interiectis.* ¶ Tollant eos, si libitum est: Imperatori non dono, sed non nego [g].

S*I quæ causa.*] Casus. Dicitur in hoc c. q si causa vel cõtẽtio vertitur inter laicos actores, & clericos reos, recurrendum est ad synodum eporum, vt ibi terminetur, sicut synodus Nicæna diffinit. & hoc intellige cũ causæ sunt difficiles, vel intellige hoc de causis spiritualibus, vel de crimine ecclesiastico, vbi quilibet debet conueniri coram iudice ecclesiastico tñ.

c [c] *Si quæ causa.*] hoc c. loquitur de crimine ecclesiastico, vel de rebus spiritualibus, & de causis gñalibus ad totam prouinciam pertinentibus 3.

CVM ERGO HIS. Casus. Vsque ad locum istum probauit, q clerici sunt conueniendi sub iudice ecclesiastico. Nunc vero concludit q clerici ad sæcularia iudicia non sunt ptrahẽdi, cum prædictæ auctoritates negẽt eos ante ciuilem iudicẽ cõueniendos, nec sunt tradendi curiæ, nisi depositi sint primo. Postea respondet sophistice, l. q clerici qui ex possessionibus sunt Imperatori subiecti: ex spiritualib9 debent epo respõdere. & ad hoc probandum inducit auctoritatẽ Augustini. & ad hoc etiam inducit sequẽtia capitula, quorũ primũ patet.

HIS ITA. Hæc est 2 pars q. in qua probat magister superficialiter. s. allegando, q in spiritualibus causis debet tñ clericus coram clerico respondere: in alijs autẽ ciuilibus coram iudice sæculari. & hoc probare videtur p q. canones. Io. de Fan.

d [d] *Clerici.*] allegando hoc dicit.

e S*I tributum*] [e] *Agri.*] s. 23. q. vlti. secundum. contra. Sed ibi loquitur de his prædijs, in quibus fundata est ecclesia vel officinæ eius, quæ debent esse liberæ, vt extra de censi. sancitum.

f [f] *Potestatem.*] de facto, non de iure: nã si sine auctoritate principis vel alterius quis detineat res ecclesiæ, sacrilegus est nisi restituat. 12. q. 2. quisquis. 16. q. 1. in canonibus. Videtur tamen, quòd si bus aliquorum, vel clericorum, vel laicorum. Licet enim prædia ecclesiæ cessent á tributo, non ideo possunt vendicari, vt 16. q. 1. §. nouarum.

g [g] *Non nego.*] corporaliter me opponendo: quia pro temporalibus me morti opponere non debeo: pro altaribus libenter immolabor. 23. q. vlt. conuenior.

Coniuratio an sit licita.

Adde an & quales coniurationes, vel conspirationes prohibeantur, not. in l. non dubium. ff. de capti. & in l. 1. ff. de collegiis. Bar. 11. hac edictali. §. consuetudinis. de pa. se. col. 9.

Hanc opinio. alij colligunt ex eo, qd j. in text. dicitur, quia si charitas, &c. & ex verbis in eradicẽte. Arch.

9. q. 3. archiepiscopus cum c. seq.

Ecclesiæ prædia, de quib9 tributum nõ soluitur, an possint ab Imperatore vendicari.

Et videtur, qd dicã in §. dic. l. 16 q. 1. placet. Arch.

§. ead. coniurationum.
Poly. l. 4. tit. 34.
Burc. l. 10. c. 68.
Iuo p. 12. c. 87.
† al. conclericis

Poly. ibidem
Burc. l. 10. c. 69.
Iuo p. 12. c. 88.
Ans. l. 8. c. 18.

† al. præualeat]
al. præualeatur]
† al. Dominicis
† al. quod admittitur, est reprimendum.
Capi. l. 6. c. 187.

Ans. l. 2. c. 53.
C. 5. conc. Nic.
† abest a nonnullis conciliorũ editionibus

dist. 8. quo iure.

l. 5. epistolarum post epist. 32.

† al. soluunt

a ¶ *Magnum.*] Casvs. Ambro. in hoc c. ostendit, quod tributum est soluendum sublimioribus potestatibus exemplo Christi, & duabus auctoritatibus, vna scilicet Apostoli, & alia Petri.

a ¶ *Subiecti.*] tributũ est probatio subiectionis. extra de censi. c. 2. Sed arg. contra extra de priuil. recepimus. verum est, quod est signum subiectionis, licet non plena probatio.

b ¶ *Soluit.*] non ex debito, sed ne scandalizaret alios, vt 28. q. 1. iam nunc.

c ¶ *Omnis anima.*] subdita peccato. Christus enim nemini fuit subiectus. 23. q. 3. in prin.

d ¶ *Sine regi.*] hæc verba interpretatur Innocen. extra de maio. & obed. solitæ.

e ¶ *Epistola prima Clementis.*] i. missa Clementi à Petro: sicut dicitur instrumentum meum quod mei causa factum est. ff. de eden. prætor. §. 1. & dicitur etiam epistula illius cui est missa: tamen cum dist. ff. de fur. eum qui. §. ult.

Te quidem.] Casvs. Casum hunc sic intelligit Hugo: Petrus misit epistolam ad Clementem, in qua docet eum, vt irreprehensibiliter viuat, & vt sæcularia negotia vitet, non fideiussor, non litium aduocatus, non iudex sæcularium negotiorum fiat, sed tantũ insistat verbo Dei, laici vero sæcularia negotia tractẽt. vnde H. sic exponit illud verbũ, *ex epistola Clementis*, id est, missa ad Clementem. Alij dicunt, quod missa fuit ad aliquẽ episcopum, vnde Beneuẽt. sic ponit hunc casum. Clemens Papa misit ad Iacobum Hierosolymitanum archiepm quandã epistolam, cuius pars est hoc c. in qua Clemens ostendit qualiter Petrus sibi Clementi loquebatur. s. vt irreprehensibiliter viueret: & sæcularia negotia uitaret, nõ fideiussor, non aduocatus, nõ iudex sæcularium negotiorũ esset, sed tñ insisteret verbo Dei, laici vero sæcularia negotia expedirent.

Idem in commentarijs ad c. 5. Lucæ, lib. 4. c. penultimo.

¶ Potestatibus tributa non sunt deneganda. C. XXVIII.

MAgnum quidem est, & spiritale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatibus docentur debere esse subiecti [a]: ne quis constitutionem terreni regis putet esse soluendam. Si enim censum Dei filius soluit [b], quis tu tantus es, qui non putes esse soluendum?

Matt. 17.

Item Apostolus [*Omnis anima* [c] *sublimioribus potestatibus subdita sit.*]

Rom. 13.

item Petrus apostolus generaliter omnibus fidelibus scribit, [*Estote subditi dominis vestris, siue regi* [d], *quasi præcellenti, siue ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem vere bonorum.*]

1. Pet. 2.

Item ex epistola prima Clementis [e] *ad Iacobum fratrem Domini.*

Inducit Petrus loquẽs Clemẽti

¶ De sæcularibus negotijs episcopus cognoscere non debet. C. XXIX.

TE quidem oportet irreprehensibiliter viuere, & summo studio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abijcias: ne fideiussor [f] existas: ne aduocatus [g] litium fias: neve in vlla aliqua occupatione prorsus inueniaris mundialis negotij occasione perplexus. Neque enim iudicem [h], aut cognitorem sæcularium negotiorum hodie te ordinare vult Christus: ne præfocatus præsentibus hominum curis non possis verbo Dei vacare, & secundum veritatis regulam secernere bonos à malis. Ista namque opera, quæ tibi minus congruere superius exposuimus, exhibeant sibi inuicem uacantes [a] laici: & te nemo occupet ab his studijs, per quæ salus omnibus datur.

a ¶ Vacantes laici.] *In epistola Clementis legitur, dicentes, id est, laici: sed Gratianus etiam j. post paleam, clericus nullum. eodem modo legit atque hic.*

Item ibidem continenter.

¶ In his, quæ ad communis vitæ usum pertinent, laici sibi inuicem opitulari debent. C. XXX.

SIcut enim tibi impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studijs, sollicitudines suscipere sæculares; ita & vnicuique laicorum peccatũ est; nisi inuicem sibi etiam in his, quæ ad communis vitæ vsum [i] pertinent, operam fideliter dederint. Te vero securum facere ex his [k], quibus non debes insistare [l], omnes communiter elaborent. Quod si forte à semetipsis hoc laici non intelligunt; per diaconos [m] edocẽdi sunt, vt tibi solius ecclesiæ sollicitudines derelinquant.

vacare] orig.

Ex his omnibus datur intelligi, quòd in ciuili causa clericus ante ciuilem iudicem conueniendus est. Sicut enim ecclesiasticarum legum ecclesiasticus iudex est administrator; ita & ciuilium non nisi ciuilis debet esse executor. Sicut enim ille solus [n] *habet ius interpretandi canones, qui habet potestatẽ condendi eos; ita ille solus ciuiliũ legũ debet esse interpres, qui eis ius, & auctoritatem impertit. In criminali vero causa non nisi ante episcopum est clericus examinandus. Et hoc est illud, quod legibus & canonibus supra definitum est: vt in criminali videlicet causa ante ciuilem iudicem nullus clericus producatur, nisi forte cum consensu episcopi sui velut si: quando incorrigibiles inueniuntur, tunc detracto eis officio, curiæ tradendi sunt.*

f ¶ *Ne fideiussor.*] clericus regulariter nõ debet fideiubere, vt hic, & extra de fideius. clericus. nisi necessitas sit. tũc n. ex pietate tenetur subuenire alij, vt 86. di. non satis. Itẽ clerici possunt fideiubere pro ecclesiis suis, vt in Auth. de sanc. episc. §. alium autem. coll. 9. Item inter se mutuo fideiubẽt cũ percutiunt, vt C. de epi. & cle. l. oẽs. §. i hac. Item nec adscriptitius ex ne potest fideiubere. C. loca. curialis. & si clericus fideiuberet, pñt dici, quod non tenet fideiussio nisi tali priuilegio suo renũciet: nã fideiussor pro nõ dato habeñ, nisi priuilegio suo renũciet, vt ff. si qs i ius voc. non ierit. l. 1. Vel dic, quod licet nõ debeat fideiubere, si tñ fideiusserit, tenet obligatio, vt extra de fideiu. c. peruenit. & c. constitutus.

Clericus an possit fideiubere.

g ¶ *Ne aduocatus.*] quod prohibetur sacerdotib. vt j. 14. q. 5. denique. & 15. q. 2. c. 1.

h ¶ *Iudicem.*] contra j. 13. q. vlti. c. sæpe. & c. his a quibus. sed dic, quod possunt tractare de illis temporalibus quæ spectant ad ecclesiam.

Sicut enim.] Casvs. Docet Petrus, quod sicut impiũ est si Clemẽs neglecta prædicatione suscipiat curas sæculares: ita pctũ est si in sæcularibus laici vicissim sibi nõ subueniant: quod si p se nõ intelligant, p diaconos edoceantur.

i ¶ *Usum.*] arg. quod peccat qui non recipit arbitrium, & qui non cõponit inter partes. 90. dist. præcipimus.

Forte non est verum in seruo, quod non potest esse arbiter. vt 3. q. 7. si quis vero. & idẽ forte in monacho, cum seruus dicatur, vt no. 12. q. 1. nõ dicatis. in gl. nunquid pauper, &c.

k ¶ *Ex his.*] id est, ab his.

l ¶ *Insistare.*] id est, intendere. j. 90. dist. præcipimus.

m ¶ *Per diaconos.*] arg. quod diaconi debent laicis exponere, & instruere modum viuendi. 25. dist. audire.

EX HIS OMNIBVS. Casvs. Concludit Grat. ex supradictis, quod clericus in ciuili causa corã sæculari iudice est conueniendus; quia sicut iudex ecclesiasticus legum ecclesiasticarum est executor, & eas solus facit, condit & interpretatur; sic iudex ciuilis leges ciuiles exequitur, & eas solus facit & interpretatur. In criminali vero causa clericus apud ecclesiasticum iudicem est tantum conueniendus, nisi de consensu episcopi sui ad sæcularem iudicem pertrahatur cum incorrigibilis reperitur. & hoc allegando dicit Gratianus, nisi forte hoc vltimum, ad quod inducit sequens capitulum.

n ¶ *Sicut enim ille solus.*] nam vnde ius prodiit, ab eo interpretatio requiritur, vt extra de sent. excom. inter. quiq; legatus Papæ interpretatur rescriptum Papæ. extra de postu. prælato. ad hæc, vltra medium. & extra de sequestra. ad hoc. iudex etiam interpretatur

Interpretatio est triplex.

Christus nemini fuit subiectus.

Quod sic debeat exponi patet ex sequẽ. c. vbi Petrus loquitur Clementi & è de eadem epistola, sm Hu.

tatur legẽ. vt ff. de legi. nam vt ait. sed non potest interpretari sententiam suam, nisi sit præses prouinciæ ff. de app. ab executore. similiter consuetudo interpretatur legem, vt extra de uerb. sig. abbate. Interpretatio quædam est probabilis, & non necessaria, vt magistri, vt C. de profes. qui in vrbe Cõstantinopo. l. vnica. Quædam est necessaria, sed non gñalis, vt iudicis, vt ff. de legi. nam vt ait. Quędam est probabilis, necessaria & gñalis; sed non est in scriptis redigẽda, vt ꝯsuetudinis, vt ff. de leg. si de interpretatione. & extra de verbo. sig. abbate. Quædam probabilis necessaria & in scriptis redigenda, vt principis, vt C. de legi. l. 1. & l. vlt.

d ¶ *Omnia mihi licent.*] tunc non expedit id, quod licitum est, qñ vsus ipsius aliis infert impedimentum, vt 28. q. 1. sic enim. Licet quod fidelis discedat ab infideli, sed non expedit, vt ibi dicitur. Vel aliter. mihi licet mea repetere, sed non expedit ad vitam consequendam, quia scandalizantur illi à quibus repetuntur. vel

Omnia licet, sed non expediunt.

† Ar. ad hoc 14. q. 1. §. 4.

Vnde Fabianus Papa ait epistola 2. episcopis orientalibus.

¶ Qui episcopo insidiatur, semotus á clero curiæ tradatur. C. XXXI.

STatuimus, vt si quis clericorum suis episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut cõspirator fuerit; mox ante examinatum iudiciũ submotus à clero, curiæ tradatur; cui diebus vitæ suæ deseruiat, & infamis absque vlla restitutionis spe permaneat. Ansl. 9. c. 159. Poly. l. 4. tit. 31.

Quia ergo iste non in criminali, sed in ciuili causa clericum ante ciuilem iudicem produxit; non est iudicandus transgressor canonum, nec est dicendus pertraxisse reum ad iudicem non suum; quia de ciuili causa non nisi iudex ciuilis cognoscere debet.

Econtra ea, quæ in actoris defensione dicta sunt, verisimilia quidem videntur, sed pondere † carent. Sacris enim canonibus, & forensibus legibus, tam in ciuili, quàm in criminali causa clericus ad ciuilem iudicem pertrahendus negatur. Vnde in epistola prima Clementis ad Iacobũ legitur.

† al. pondere veritatis

¶ Fratres apud presbyteros iudicentur. C. XXXII.

iii SI qui ex fratribus [b] negotia habent inter se, apud cognitores sæculi non iudicentur: sed apud presbyteros ecclesiæ, quidquid illud est, dirimatur. Poly. l. 5. tit. 1. Iuo p. 6. c. 341. Ans. l. 6. c. 158.

Item Siluester Papa in epilogo concilij Romani.

Et in concilio sp... 10. c. 16.

¶ Nullus clericus propter aliquam causam intret curiam. C. XXXIII.

iiij NVllus clericus, vel diaconus, vel presbyter propter quamlibet causam intret in curiam, nec ante iudicem ciuilem [a] causam dicere præsumat. Pann. l. 4. c. 30.

a ¶ Ciuilem.] *In epilogo synodi Romanę sub Siluestro, vnde hoc videtur sumptum, legitur, cinctum: cingulo enim milites, ac magistratus ab Imperatore donabantur.*

Item Leo Papa ad Rusticum, epist. 90. al. 92. c. 9.

¶ Ecclesiasticum non forense iudicium pænitens expetat. C. XXXIIII.

ALiud quidem est, debita iuste reposcere; aliud, propria perfectionis amore contemnere. Sed illicitorũ veniã postulantem [c] oportet etiam à multis licitis abstinere, dicente Apostolo [Omnia mihi licent [d], sed non omnia expediunt.] Vnde si quis pænitens [e] habet causam, quam negligere forte non debeat, melius expetit ecclesiasticum [f] quàm forense iudicium. ꝗ. de pæn. dist. 5. c. aliud. 1. Cor. 6.

Non ait propter criminalem tantum, sed generaliter propter quamlibet [g] causam, tam ciuilem, quàm criminalem intelligens.

Vnde Theodosius Imperator †.

† Cod. Theodos. l. 16. de epali iudicio, le. 1. §. quicumq; ext. de iudic. e. nouit, Capitul. l. 6. c. 281. Ans. l. 3. c. 108. Iuo p. 16. c. 12. a.

¶ Cuicomque licet sacrosanctæ sedis antistitis iudicium eligere. C. XXXV.

QVicumque [h] litem habens, siue possessor, siue petitor fuerit, vel

Tatuimus.] C A S V S. Quæritum est á Fabiano quam pœnã debet pati clericus, si infestus fuerit epo suo, vel insidiator. Et rñdet, ꝙ ante examinantẽ iudicem debet deponi, & cunctis diebus vitæ suæ curiæ tradi seruiturus, & infamis permaneat absque vlla spe restitutionis. Vel ante examinatum iudicium, id est, ante ꝗ̃ causa examinetur. & hoc quando notorium erat.

a *Mox ante.*] non intelligas, ꝙ hæc dictio, ante, ibi notet aliquod tẽpus: sed est sensus, ante, id est, ante examinantẽ iudice, siue coram examinante. Vel loquitur cum est notoriũ crimẽ. sic C. de desen. ciui. defensores.

Sic fumis ... procidamus ... Deo, id est, coram Deo, secũdũ Reg.

QVIA ERGO. C A S V S. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Grat. sophistice ostendens, ꝙ ille clericus de quo facta est mentio in themate, non est transgressor canonum, si & alium clericum non in criminali, sed in ciuili ad iudicem trahat sæcularem. nam tantum ciuilis iudex de ciuili eã cognoscere debet. In secunda parte dat veram solutionẽ dicens, ꝙ ea quæ dicta sunt pro actore, quamuis videãtur verisimilia, tñ pondere carent, quoniam ẽm canones & leges seculares clericus nec in ciuili nec in criminali causa ad sæcularem iudicẽ sit pertrahendus. quod probat per oĩa sequentia cap. vsq; ad §. *Ex his omnibus.* Secunda pars incipit ibi, *Ecclesia.* Sequentia duo capitula patent.

ECONTRA. Hæc est tertia pars quæstio. in qua probatur, ꝙ in omni causa, siue ciuili siue criminali per proprium epm clericus iudicetur. & hoc probat per 14. ca. in quibus punit etiam cõtemptores. Io. de Fant.

b *Si quis ex fratribus.*] Fratres hic vocat clericos, vel etiã omnes Christianos [a], & loquitur secũdum antiqua tempora, vt §. ca. relatum.

a Infra ead. q. 3. ad mentem.

A *Liud quidem.*] C A S V S. Quidã laicus solẽniter pænitẽs causã habebat cũ alio laico. Quæsitũ est a Leone Papa vtrũ petere debet iudicem ecclesiasticum, vel sæcularem? Et rñdet, qui vult de illicitis veniam postulare, vt sit perfectus, debet a multis illicitis abstinere: verumtñ si causam non vult negligere, melius recurret ad ecclesiasticum iudicem, quàm forensem. Intellige si reus cõsentit, vel intellige cum pænitens solenniter conueniebatur.

c ¶ *Postulantem.*] pænitentes. n. sub regula ecclesiastica viuere debẽt, vt hic, & ꝗ. ea. de psona. & ꝗ. de pæ. dist. 5. cõtrariũ. & c. falsas.

vel sic: Omnes cibi liciti sunt, sed non expediunt propter infirmos fratres, qui tñc quosdam cibos reprobabant. vel sic. Licitum est prædicatori sumere sumptus ab illis quibus prędicat: sed non expedit propter Corinthios qui auari erant.

e ¶ *Pænitens.*] scilicet solenniter, & loquitur de actore pænitente, & cum est de voluntate rei, vel loquitur cum ipse pænitens conuenitur.

f ¶ *Ecclesiasticum.*] supple vel reus: quia de actore minus videbatur.

g ¶ *Quamlibet.*] ꝗ. in c. nullus episcopus.

Q *Vicumque.*] C A S V S. Hæc lex diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, ꝙ quicũq; litẽ habet siue actor, siue reus, põt appellare à iudice sæculari ad epm ante lite cõtestatam vel sniam, etiam aduersario refragãte cui debent apostoli dari cũ gestis causæ. In secunda parte dicitur, ꝙ causæ terminatæ per epos retractari non debent. In tertia parte dicitur, ꝙ vbi vnus solus eps fert testimonium, alius contra ipsum nõ audiatur: sed habeatur firmũ & incorruptũ quod per os epale profertur. Secunda pars est ibi, *Omnes.* Tertia ibi, *Testimonium.* Et not. ꝙ hæc lex est tota abrogata, nec habet locum hodie.

h ¶ *Quicumq;.*] ꝗ. in hac lege quinq; notantur, Primũ, ꝙ a iudice sæculari appellatur ad epm. Secundũ ꝙ ante sentẽtiã appellatur. Ter-

Tertiũ, q ab eporũ snia non appellaẽ. Quartũ, q vnius epi testimonio fides adhibeẽ. Quintum, q alij non audiunẽ post testimonium epi. Prima pars tollitur per id extra de appel. si duobus. Secunda per id. 2.q.6. non ita. Tertia per id. 2.q.6. omnis oppressus. Quarta per id 6.q.2. si tantum. & cap. placuit. Quinta per id qd testimonium solius epi non valet. 4.q 3.§. iurisiurandi. Et licet hæc lex sit abrogata, sm Inno. arg. ea ea extra de iud. nouit. non vt cõfirmet eam, sed vt ostendat quantam affectionem Imperatores habuerunt erga sacerdotium.

sui Imperij vt legẽ illã teneant quã ad interrogata Ablauij ducis illi & omnibus transmisit, extractã de 17. Theodosij Imperatoris libro, hanc inquam sententiã. *Quicumque litem habens, &c.* Et nota q talis confirmatio nulla est, cũ per legem istam Longobardam quæ est inualida, aliam confirmet inualidã. vnum enĩ inualidum aliud inualidũ confirmare non põt. & non loquiẽ de Longobarda, quæ nũc est, quia in ea hoc non inueniẽ, sed in ea quæ est in Gallia.

Ial. inter initia — In †initio litis, vel decursis [a] temporum curriculis, siue cũ negotium peroratur, siue cum iam cœperit promi sententia, iudicium elegerit
Ial. legis — sacrosanctæ sedis †antistitis; illico sine aliqua dubitatione, etiam si
Ial. epi cum — alia pars refragatur, ad episcoporum † iudicium cum [b] sermone litigantium dirigatur [a].

a ¶Dirigatur.] *In cod. Theodosiano, lib. 16. tit. de episcopali iudicio, l. prima, quæ repetitur lib. 6 capitul c. 281. & in concilio tertio Valentino sub Lothario, & apud Iuonem, & Anselmum sequuntur hæc,* Multa enim quæ in iudicio captiosæ præscriptionis auricula non patiuntur, inuestigat, & promit sacrosanctæ religionis auctoritas, *ac statim adnectitur cap. sequens,* omnes itaque causæ.

Item ibidem.

Capitul. ibidem
Ans. ibidem
Iuo ibidem
Pann. l. 5. c. 23.

C. XXXVI.

OMnes itaque causæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, episcoporum sententijs terminatæ, perpetuo stabilitatis iure firmẽtur; nec vlterius liceat retractare negotium, quod episcoporum sententia deciderit. ¶ Testimonium etiam, ab vno licet episcopo perhibitum, omnes iudices indubitanter accipiant; nec alius audiatur,
Ial. testimonio — cum testimonium †episcopi à qualibet parte fuerit repromissum. Illud est enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorruptum, quod à sacrosancto homine conscientia mentis illibatæ protulerit. Hoc nos edicto salubri aliquando censuimus: hoc perpetua lege firmamus, malitiosa litium semina comprimentes.

Hæc si quis antiquata contendat, quia in Iustiniani codice non inueniuntur ita inserta; per Carolum renouata cognoscat, qui in suis capitularibus [c] *l. 6. c. 281. ait inter cetera.*

C. XXXVII.

Ans. ibidem — VOlumus, atque præcipimus, vt omnes ditioni nostræ, Deo auxiliante, subiecti, tam Romani, quàm Franci, Alemani, Bauari, Burgundiones, Saxones, Turingi, Frisones, Galli, Brittones, Longobardi, Guascones, Beneuentani, Ghoti, Hispani, ceterique nobis subiecti omnes quocumque videantur legis vinculo constricti, vel consuetudinario [d] more connexi, hanc sententiam, quam ex sextodecimo Theodosij Imperatoris libro, capitulo videlicet vndecimo, ad interrogata Ablauij Ducis illi, & omnibus rescriptam [a] sumpsimus, & inter nostra capitula pro lege tenendam consultu omnium fidelium nostrorum tam clericorum, quàm & laicorum posuimus, lege † cuncti perpetua teneant, id est, Quicumque litem habens, siue possessor, siue petitor fuerit, & c. [vt supra.]

¶lege cunctis perpetuo tenendam] orig. l. ea. c. qcumq;.

a ¶Rescriptam sumpsimus.] *Sic est emendatum ex capitulari. Antea legebatur,* per scriptutam misimus.

Item Gregorius lib 11. epist. 54. Ioanni defensori eunti in Hispaniam monendo dicit.

¶ Presbyter apud episcopum tantum iudicari debet.

C. XXXVIII.

Ans. l. 3. c. 95. — DE persona [e] presbyteri hoc attendendum est; quia, si quam causam habuit, non ab alio [f] teneri, sed episcopus ipsius adiri debuit: sicut nouella constitutio manifestat, quæ loquitur de sanctissimis, & Deo amabilibus, ac reuerentissimis episcopis, clericis, & monachis [Imp. Iustinianus Augustus Petro gloriosissimo præfecto [a] prætorio. Si quis contra aliquem clericum, aut monachum [g]

Nouella 123. §. si quis contra. Apud Iulian. cap. 32.

c ¶Capitularibus.] id est, in Longobarda, non tamen inuenitur quæ in ea nunc est, sed in Gallia.

d VOlumus. ¶ Vel cõsuetudinario.] extra de eo qui mit. in pos. c. 3.

DE persona.] CASVS. Quidã presbyter Hispanus accusatus fuit coram iudice sęculari, & cõuictus ab aduersario, expulsus est ab ecclesia sua, & i exilium missus. quod cum significatũ esset Greg. delegauit hanc causam In. defensori suo in Hispaniã, docens, q non debuit accusari nisi coram epo suo. Et ad hoc pbandum inducit legẽ Iustiniani, in qua cauetur, q quæcunq; sit persona ecclesiastica, non nisi sub proprio epo debet coueniri: cuius sententiæ si altera partium non acquieseat, iudex sęcularis eã debet executioni mandare. & si quis obijciat q lex hæc loquiẽ de clerico, & nõ de presbytero, sciat q noĩe clericorũ presbyteri & diaconi continẽtur, sicut superius in eadem constitutione legitur, cuius verba infra ponuntur.

e ¶De persona.] de hac habes 2.q.1. in prin.

f ¶Non ab alio.] id est, non a contrario. quandoque enim ab inferiori potest iudicari [1]. H. tn huic litterę adhæsit, qui dixit solum epum esse ordinarium iudicẽ clerici: & p hoc quod dicit, doceat prius, &c. Sed tu dicas q prælati ecclesiæ collegiatæ habene iurisdictionẽ, vt 15.q.4 cap. 1. extra de immu. eccle. non minus. extra de iud. c. 2. C. de iurisdic. om. iud. l. vlti. extra de of. ord. cum ab ecclesiarum. sed quod hic dicitur, prius doceat, &c. dicas priusquam sęcularem. Hug. tamen dixit solum episcopum habere potestatem excommunicandi, vt 26.q.2. visis. in fi. vbi dicit quòd excommunicatio sit mucro episcopalis. & quòd solus episcopus debeat de causis matrimonialibus cognoscere 35.q 6. multorum. & melius dicit noua constitutio. extra de excel. prælat. accedentibus. consuetudo tamen in talibus dat iurisdictionem, vt 9.q.3. conquestus. C. de eman. lib. l. 1.

Presbyter an possit ab inferiori episcopo iudicari.

1 Sed contra 16 q 2 visis. l fine. qđ dic vt plene no. Inn. extra de offi or. quãto & de præbẽ. I Lateranẽ. & no. per B. extra de prænil. cũ & plãtare. §. in ecclesijs.

a ¶Decursis] id est post litem contestatam [2].

b ¶Cum sermone.] id est allegationibus.

2 Sub. Ante conclusionẽ secundũ In. Vel ante diffinitiuã sententiam quã docuimq; secundũ Hug.

OMnes itaque.] HAEC SI QVIS. CASVS. Ne forte aliquis opponeret Grat. dicens supradicta esse antiquata: ideo Grat. rñdet dicens q Carolus ea per legem sequentem confirmauit, in qua præcepit Romanis & Francis, & omnibus hominibus

g ¶Aut monachum.] conuentum nomine monasterij ratione alicuius successionis, quæ obuenit monasterio per eum. alias non cope

tit actio ꝯ monachum, cum nihil habeat. vel intellige q̃ fideiussit de mandato ecclesiæ suæ, vel etiam sine mandato: sed pecunia est conuersa in vtilitaté ecclesiæ, vt noua constitutio dicit, q̃ quibusdā. extra de fideiuss. Si aūt monachus ꝯ aliquē deliquit, ipse monach⁹ conueniendus est, non ecclesia, vt 18.q.2.hoc tm̄. sicut seruus conuenitur q̃ deliquit, non eius dn̄s. C. de no xa. l. penul. & vlt. in fi. Primo autē loco castigatio monachi spectat ad abbatem, vt 24.q.3. corripiant. & extra de of. ordi. quāto extra de ap. reprehensibilis. vbi autem procedendū est sm̄ ordinem iuris, tunc solus ep̄s est iudex sm̄ H. vt hic dr̄. Alij dicunt q̃ abbas habet ordinariam iurisdictionem super monachos suos, & excōicare eos potest, vt extra de maio. & obed. cum in ecclesiis.

eam saltem habebunt coërctionem subdelegati. C. de sportul. l. 2. & ff. de of. eius cui manda. est iurisd. l. vlt. in fi.

g [g] *Interponere.*] hoc verum est in modicis vel minimis causis: nā maiores causæ episcoporum ad metropolitanum deseruantur, vt 6.q.4. si inter. 9.q.3. conquestus. & 80. dist. c. 1.

[1] Idē sentit In. extra de priuile. cum olim pp. in gl. & male. & i talicasu monachus etiā constituit ꝓcuratorē, vt ipse not. extra de rescri. cum dilecta. in princip.

aut diaconissam, aut monastriam, aut ascetriam [a] habeat aliquam actionem; doceat [b] prius sanctissimum episcopum, cui horum vnus quisque subiacet †. Ille vero causam inter eos diiudicet. Et si quidē vtraque pars his, quæ iudicata sunt non acquieuerit [β], iubemus per loci iudicem hæc † executioni perfecte mādari, &c.] Ne vero obijciatur, quia de clerico hoc loquitur, non de presbytero, sciendum est, quia superius in eadem constitutione lib. † cod. 1. legitur appellatione clericorum, etiam presbyteros, & diaconos contineri. Verba autē legis ista sunt [Presbyteros autem, & diaconos, & subdiaconos, cantores, & lectores, quos omnes clericos appellamus, & reliqua.]

† *adeat*] orig.

† *al. hoc*

In eadem Nouella §. presbyteros. apud Iulianum, c. 30.

al. Lt. c. idest, c. 51. nouellæ. Authē. de sāctissimis episcopis, Presbyteros

† Adde ad istud c. an epi fiot illustres & dic q̃ isti similes illustribus, vt ꝓbatur in l. ad similitudinē. & ibi Bal. C. de epis. & cle. proprie tamē sunt spectabiles secūdum Ale. de Imo. in gl. ru. col. a. ff. de iurisd. om. iu.

α [α] Præfecto prætorio.] *Græce est*, μαγίστρῳ θείων ἡμῶν ὀφφικίων *id est*, magistro diuinorum nostrorum officiorum.

β [β] Non acquieuerit.] *In Authentica de sanctiss. episcopis, & apud Iulianum abest negatio.*

Idem Gregorius lib. 9. epist. 32. Romano defensori Siciliæ.

¶ Clericus clericum ad publica iudicia non pertrahat. C. XXXIX.

PEruenit ad nos, quòd si quis contra clericos quoslibet causam habeat, despectis eorum episcopis eosdem clericos in tuo facias iudicio exhiberi. Quod si ita est, quia valde constat esse incongruum; hac tibi auctoritate præcipimus, vt denuo hoc facere non præsumas: sed si quis contra quemlibet clericum causam habuerit, episcopum ipsius adeat; vt aut ipse cognoscat, aut certe ab eo iudices deputentur: aut si forte ad arbitros eundum est, partes ad eligendos† iudices ab ipso executio [f] deputata compellat. Si quis vero clericus, vel laicus contra episcopum causam habuerit; tunc te interponere [g] debes, vt inter eos, aut ipse cognoscas, aut certe te admonente sibi iudices eligant. Nam si sua vnicuique episcopo iurisdictio non seruatur; quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus custodiri debuit ordo, confundatur?

† *eligendum iudicem*] orig.

Idem Ianuario episcopo Caralitano, lib. 3. epist. 26.

¶ A laicis iudicibus clerici non sunt opprimendi. C. XL.

FRatris & coepiscopi nostri Felicis & Ciriaci abbatis relatione cognouimus, quòd in insula Sardinia sacerdotes à laicis iudicibus opprimantur, & fraternitatem tuam ministri sui despiciant: dumque solum simplicitati [h] à vobis studetur, quantum videmus, disciplina negligitur.

Idem Gregorius Mauricio Imperatori, lib. 4. epist. 31. seu c. 75.

¶ Sacerdotes à Regibus sunt honorandi, non iudicandi. C. XLI.

SAcerdotibus autem non ex terrena potestate dominus noster citius indignetur; sed excellenti consideratione propter eum, cuius serui sunt, eis ita dominetur, vt etiam debitam reuerentiam impēdat. Nam in diuinis eloquijs sacerdotes aliquādo Dij, aliquando angeli vocantur. Nam & per Moysem de eo, qui ad iuramentum deducendus est, dicitur [Applica illum ad Deos] id est ad sacerdotes. Et rursus scri-

Nicolaus epist. 7. ad Michaelē Imp. c. 35.

Exo. 22.

a [a] *Aut ascetriam.*] i. inclusam, quæ semper assidue moratur ibi.

b [b] *Doceat.*] id est, adeat.

c [c] *Iudicem hoc.*] si ipsemet nō potest. & est simile C. de epis. audi. episcopale.

d [d] *Ne vero*] hæc sunt originaliter verba Gregorij.

PEruenit.] CASVS. In Sicilia erat quidam defensor Papę, nomine Roman⁹, q̃ despectis ep̄is cōpellebat clericos in suo iudicio laicis sedere. quod cum Grego. audiuit, præcepit ei ne decetero hoc faceret, sed sub proprio ep̄o conueniant, vt vel ipse cognoscat, vel det iudices delegatos, vel per executorem ipsius partes arbitros eligere compellantur, si alicui partium ep̄s fuerit suspectus. Si vero laicus vel clericus ꝯ ep̄m causam habuerit, tunc se interponere debet ille Roman⁹, vt vel ipse cognoscat, vel eo admonente iudices eligant. & si aliter fiat, ordo ecclesiasticus confunditur.

e [e] *Aut si forte.*] extra de foro cōpet. si q̃s ꝯ.

f [f] *Executio.*] id est, executor ad hoc deputatus, scilicet archidiaconus, vt 25. dist. perlectis. & extra de fo. comp. nullus [1]. Cum autē iudex accusatur, in optione actoris erat an vellet q̃ recusatus delegaret cām alijs, vel q̃ ptes cogerent ad eligendos iudices, vt extra de foro compe. licet. & c. si quis. Hodie autem si iudex recusatus fuerit, & probata fuerit causa recusationis, ad arbitrium recusatoris ipse qui recusatus fuerit, dabit iudices, vel transmittet negotium ad superiorem, vt in constit. cum speciali. extra de appel. Sed quæro an iudices delegati ab episcopo possint partes punire, si non venirent ad iudicium? Non videtur, quia solus delegatus à principe potest citare, vt in authen. de litig. §. omnem. coll. 8. nec alij possunt suas sententias mandare executioni, quam ordinarij vel delegati à principe, vt C. de bo. aucto. iud. possi. authē. & qui iurat. ff. de re iud. à diuo. & solus delegatus à principe potest mittere in possessionem. ff. de iurisd. om. iud. iubere. Potest tn̄ dici q̃ secundum iura nostra subdelegatus habet coërctionem, quia potest interdicere ecclesiam, vt extra de of. deleg. ex litteris. in fi. & secundum legem, modi-

Iudice recusato qd fiet.

[1] Ista decre. hodie est remota, & fuit in prima cōpilatione: & erat secunda dec. eiusdem ti. & est palea §. c. nullus clericus.

[1] Delegatus episcopi an possit citare.

FRatris.] CASVS. Ianuarius ep̄s Carolitanus intantū erat simplex, q̃ clerici sui eū despiciebant, & sacerdotes in Sardinia à secularibus iudicibus opprimebant. Quod cum Gregorius audiuisset per ep̄m Felicem & Ciriacum abbatem, præcepit ei vt hoc fieri nō permittat, ne dum simplicitati studet, disciplina negligat.

h [h] *Simplicitati.*] supra 39. dist. Petrus.

SAcerdotibus.] CASVS. Mauricius Imperator cōpellebat clericos sub se ridere: & eis debitam reuerentiam non impendebat. quare Grego. scribit contra ipsum, docens quòd omnes sacerdotes debet generaliter honorare, cum nesciatur qualis quisq; sit futurus in futuro iudicio: & q̃ ipsos debeat honorare, probat vna ratione, scilicet quia Deus vocauit eos deos, & Malachias propheta ipsos Angelos appellauit: & duobus exemplis, scilicet Constantini, & paganorum imperatorum, qui sacerdotibus sui temporis reuerentiam exhibuerunt. Ratio incipit ibi, *Nam in diuinis eloquijs.* Exemplum Constantini ibi, *Ecclesiastica quoque.* Exemplum paganorum est ibi, *Ante enim.*

a ¶ *Casus*

a ¶ *Custodiunt.*] id est, custodire debent, vt ¶. ea. q. 3. nolite.
b ¶ *Appellas.*] ergo ex sola appellatione nominis aliquis consequi tur ius: sic 2. q. 4. dicat. C. de lati. lib. tol. §. penul. extra de ꝑbum ptio. illud. insti. de ado. §. viti. arg. contra. 2. q. 1. multi. in fi. vbi dicit, ꝙ sola nominatio non sufficit. C. de prob. non epistolis. & l. fi. sis contestationē desistit, non incidit in pœnā, vt ¶. ea. c. proxi. & ff. rem rat. hab. amplius. & ff. de in ius voc. ¶. ius. licet sit arg. cōtra. C. de trāsac. si quis maior. ¶. ead. placuit. Et qđ dicit, quod causam perdit, dicunt quidam ipso iure, verius credo, ꝙ per sententiam, & hoc innuit hoc verbum, conuentus.

Ar. ad hoc ¶ 3. dist. dñs. vbi đ hoc. ar. contra. C. de test. ne q. C. de libe. cau. iubemus. Ar.

Ibidem.
Malach. 2.

ptum est [Dijs nō detrahes] scilicet sacerdotibus. Et propheta ait [Labia sacerdotis custodiunt[a] scientiam, & legem requirent ex ore eius; quia angelus Domini exercituum est.] Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorare, quibus in suo eloquio honorem tribuens, eos aut angelos, aut Deos ipse etiam appellat[b] Deus? Ecclesiastica quoque historia testatur; quia cum piæ memoriæ Constantino principi, scripto oblatæ accusationes contra episcopos fuissent, libellos quidem accusationis accepit, & eosdē, qui accusati fuerant, episcopos conuocans, in eorū conspectu libellos, quos acceperat, incendit[c], dicens. Vos Dij estis, à vero Deo constituti. Ite, & inter vos causas vestras discutite: quia dignum non est, vt iudicemus Deos. In qua tamen sententia sibi magis ex humilitate, quàm illis aliquid præstitit ex reuerentia impēsa. ¶ Ante eum quippe pagani in rep. principes fuerūt, qui verum Deum nescientes, Deos ligneos, & lapideos colebant, & tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid ergo mirum, si Christianus Imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dū pagani, vt prædiximus, principes, honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui Dijs ligneis & lapideis seruiebant? Hæc[a] ergo non tantum specialiter[d], quantum generaliter pro omnibus asserimus sacerdotibus: quoniam adhuc nescimus, quis in terribili iudicio Dei qualis futurus sit. Etenim Paulus egregius prædicator dicit: [Nolite iudicare ante tempus, donec veniat Dominus, & reliqua.] Nam sunt multa, quæ de iudicio illius homines ignorant: quia fortasse, quæ vos laudatis, ille reprehendet; & quæ uos reprehenditis, ille laudabit.

¶. ea. c. cōtinua. §. item Constantinus.
B. Aug. epist. 66.

1. Cor. 4.

a ¶ Hæc ergo.] *Sic etiam habet locus hic apud Nicolaum in epistola, cuius initium*, proposueramus: *sed in originali pro istis hæc leguntur*, Hæc ergo pietati dominorum nō pro me, sed pro cunctis sacerdotibus suggero. *Et multis interiectis, quæ hic non referuntur, subdit*. Nam adhuc nescimus, quis sibi, qualis sit. & Paulus egregius prædicator, &c. *perspicuè omnino integrum illum locum legere Apostolicæ libertatis plenum.*

Item ex concilio Mileuitano.

¶ *In concilio Mileuitano, quod habetur, nihil tale extat. Ex ipso tamen citatur etiam ab Innocentio 3. in c. si diligenti extra de foro compe. Habetur autem in Toletano. 3. c. 13.*

¶ Qua pœna feriatur clericus clericum ad secularia iudicia pertrahens. C. XLII.

In Tolet. 3. c. 13

INolita[e] præsumptio vsque adeo illicitis ausibus aditum patefecit, vt clerici conclericos suos, relicto pontifice[f] suo, ad iudicia publica pertrahant. Proinde statuimus hoc de cetero nō præsumi. Si quis hoc præsumpserit facere, conuentus[g] & causam perdat, & à communione efficiatur extraneus.

g ¶ Conuentus.] *dictio ista in nullo concilij exemplari aut impresso, aut manuscripto est inuenta.*

Et in côc. apud Palatiū Vermis habito, c. 18.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 9.

¶ Clericus apud ciuilem iudicem iudicari non debet. C. XLIII.

Iuo p. 6. c. 362.
§. item placuit.

ij PLacuit, vt quisquis episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, seu clericorum, cum in ecclesia ei crimen fuerit intenta-

f ¶ *Pontifice.*] hic manifeste habes, ꝙ in causa ecclesiastica neuter pōt adire alium iudicē, siue in ciuili, siue in criminali negotio: laici autem siue contentis ordinarii eligunt alium iudicē in ciuili negotio, vt ff. de iud. l. 1. C. de iurisd. om. iud. l. 1. sed nō in criminali, vt C. de iurisd. om. iud. in criali. ¶. ea. c. si quis cū clerico. sed in clerico requiritur cōsensus epi, & ēt proprius consensus. ar. hic, & 9. q. 2. c. 1. & ¶. e. clericū. & nullus. & c. inolita. & 6. q. 3. denique. & 3. q. 6. non liceat. extra de fo. comp. significasti. Et est triplex ratio quare laicus pōt, & non clericus: quia laicus pōt iurare sine licētia sui iudicis, sed clericus nō, vt extra de iur. cal. inhærentes. Sed nō posset coram laico litigare, nisi ibi iuraret. Itē ab alio epo nō pōt ordines accipe, ergo nec iudicium, quod maius est, vt 9. q. 2. nullus primas. Item nō pōt ab alio, q̄ a suo pīatu petere iudicium animæ, qđ est occultū, ergo multo fortius nec manifestū, vt de pæ. dist. 6. placuit. Item incouueniēs sam esset, ꝙ vnus eps iudicaret clericos alterius epi, qđ esse non debet, vt 9. q. 2. per totum. & sic omnes de vno epatu possent sibi aliū episcopū eligere in iudicē: nec renuntiare pōt clericus huic iuri. extra de fo. compe. si diligen. credo tñ, ꝙ licet non possunt renuntiare expresse, ꝙ tñ sponte, id est tacite possunt consentire in aliū iudicē[4], nā arbitrum sponte eligunt & iudicē delegatum, alioquin exsufflatum erit priuilegiū clericorū, ꝙ clericus pōt eligere coram quo iudice velit litigare. in cōsti. Fed. Auth. habita. C. ne fil pro pa. Item multa possum facere sponte, ad quæ nō possum me pactu adstringere. nam possum instituere aliquē hæredē, non tñ pacto ad hoc me adstringere possum, vt C. de pac. l. vlt. Itē tacite possum renuntiare foro, licet nō expresse, sicut tacite Papa renuntiat priuilegio suo, vt 2. q. 7. nos si. & q. 5. mandastis. Sicut tacite possum renuntiare exceptioni procuratoriæ cōtra militē, sed nō expresse, vt ff. de proc. filiusfa. §. veterani. similiter tacite possū renūtiare iuramētu cal. sed nō expresse. C. de iur. cal. l. 2. in fi. & ꝙ sponte possit tēdere, habes 3. q. 6. pulsatus. Io. Quidquid dicat Io. hoc tene, ꝙ in laicū nullo modo cōsentit clericus, vt extra de for. comp. si diligenti. nec in clericum sine consensu episcopi, vt extra de fo. comp. significasti. B.

Idē Bart. Bal. An. Cy. & Pau. de Castro in d. l. in criminali. in gl. alleg.
Clericus non possit in iudice non suū consentire.

4 Hoc non puto verū secundū Go. vt 3. q. 6. non liceat, vt ibi dixit Arch.

c ¶ *Incendit.*] hic vides, ꝙ iudex debet destruere libellum, qui nō est legitime compositus, vt 2. q. vlt. c. vlti.
d ¶ *Specialiter.*] pro bonis. sed etiā gñaliter pro bonis & malis[a], vel nō tm̃ pro præsentibus qui nunc accusantur, & non conuincuntur, sed etiam pro omnibus alijs. 15. q. 2. non æstimemus.
INolita.] CASVS. Relatum fuit in Mileuitano concilio, ꝙ clerici clericos suis episcopis relictis ad secularem iudicem trahebant; quare statuit concilium, vt hoc decetero non fiat: & si quis decetero præsumet, super hoc conuictus causam perdat, & etiam à communione repellatur. *Inolita*, id est, cōsueta. Et loquitur hoc capitulum de actore, sequens de reo.
e ¶ *Inolita.*] hoc c. de actore, & sequens de reo loquitur. Et no. ꝙ si actor traxerit reum ad iudicem non suum, perdit causam. sed si reus traxerit actorem, pro conuicto habetur, vt C. de iurisdic. om. iu. in criminali. hoc tamen intelligas lite contestata: quia si ante li-

a Secūdum H. bene inducitur auctoritas Apostoli, sed qđ sequitur fuit sola M. & B. I. si. secundū L.

Actoris punitio reum ad iudicē nō suum trahētis.

PLacuit.] CASVS. Aliquis clericus accusabatur de crimine, vel cōueniebatur ciuiliter coram iudice ecclesiastico: lite contesta-

stata maluit accusari vel cōueniri corā iudice sæculari: quærebatur in cōcilio Carthag. quā pœnā pati debeat. Rñdet, q in crīali causa, siue fuerit cōdemnatus siue absolutus, locū suū amittat. i. deponatur. In ciuili vero causa perdat, qđ euicit, id est, id in quo fuit absolutus, perdat: quia male de ecclesia sentit qui de sæculari iudicio auxilium poscit. Et nota, q Hug. & Beneuen. & Io. itelligūt hoc c. cum lis erat contestata corā ecclesiastico iudice. Sed certe ego credo, q posset intelligi cū nondum erat lis contestata coram eo. Sequēs vero c. planum est.

suos clericos. Similiter in modicis causis nō requiritur scriptura, vt in Auth. de man. prin. §. si tibi. coll. 3. Non obst. ā. 2. q. 1. in primis. vbi dicitur sñia nulla, quæ sine scripto profertur. illud enim tantum tenet in criminalibus & maioribus negotiis.

i Duorum.] hoc non tenet, vt 3. q. 3. §. spatium.

tum [c], vel ciuilis causa fuerit commota, si derelicto ecclesiastico iudicio, publicis iudicijs purgari [b] voluerit, etiam si pro ipso fuerit prolata sententia, locum [c] suum amittat. Et hoc in criminali actione. In ciuili vero perdat quod euicit, si locum suum obtinere maluerit: siquidem [a] ad eligendos iudices inique [d] de ecclesiæ consortio iudicat, qui de vniuersa ecclesia male sentiendo, de iudicio sæculari poscit auxiliū: cum priuatorum Christianorum causas Apostolus etiam ad ecclesiā deferri, atque ibi determinari præcipiat. 1. Cor. 6.

a Siquidem.] *In ceteris conciliorum editionibus, & vno Vaticano codice legitur,* siquidem ad eligendos iudices sibi de ecclesiæ consortio dubitat, vtleque ecclesiæ consortiū iudicat, qui de vniuersa, &c. *In recentiore autem quatuor tomorum editione hoc modo,* cui enim ad eligendos iudices vndique patet auctoritas, ipse se indignum fraterno consortio iudicat, qui de vniuersa, &c. *eodemque fere modo est in codice Lucensi Regio, & refertur in concilio apud Palatiū Vormis habito, c. 18.*

Item ex eodem.

¶ Clericus non accusetur, nisi ante ecclesiasticum iudicem. C. XLIIII.

DE diuersis ordinibus ecclesiæ seruientibus, si quis in causam criminis incurrerit, & abnuerit iudicium ecclesiasticum; debet periclitari [e]. Iuo ibidem initio capitis

¶ *Est summa capituli præcedentis, & in cōcilijs olim Coloniæ ac Lutetiæ impressis, duobus exemplaribus Vaticanis, & codice canonū omnino est loco summæ, nec multo aliter apud Iuonē p. 6. c. 362.*

Item constitutione 74. c. 1. Nouella 83. apud Iulianum.

¶ Qui cum clerico litigium habet, episcopum ipsius adeat. C. XLV.

ij SI quis cū clerico litigium habuerit, si quidem de causa pecuniaria, adeat prius episcopū, cuius iudicio clericus suppositus est. Ille enim sine damno [f], & sine dilatione competentem finem liti impositurus est. Sinautem noluerit [β] [g] episcopus litem dirimere; tunc ad ciuilem iudicem disceptatio causæ perueniat. Vbi autem episcopus causam dirimere vult; sine scriptura [h] omnia procedant, & diffinitiua sententia sine scriptis ab eo proferatur [γ]. ¶ Quòd si de criminali [δ] causa litigium emerserit; tunc competentes iudices in hac ciuitate, vel in prouincijs interpellati, consentaneum legibus terminum causæ imponant: ita tamen, vt disceptatio litis duorum [i] mensium spatium non excedat, à litis contestatione numerandum [ε]. *Item.* [¶ In criminalibus vero causis numquā sine scriptura procedere debet.] Non aliter autem puniatur [k] clericus, nisi obnoxius repertus, sacerdotio nudatus fuerit ab episcopo suo, vel clericatus honore. Sinautem crimen ecclesiasticum est; tunc secundum canones ab episcopo suo causæ examinatio, & pœna procedat, nullam communionem alijs iudicibus in huiusmodi causis habentibus. Iuo p. 6. c. 417. & p. 16. c. 150.

β Noluerit.] *Ita etiam apud Iulianum, & Iuonem, & sic legit auctor glossæ: sed in nouella ipsa Iustiniani additur*, vel non potuerit.

γ Proferatur.] *In nouella ipsa sequuntur hæc*, nisi forte partes voluerint, vt in scriptis ea inferatur. Quòd si, &c. *Apud Iuonem loco dictionis,* proferatur, *est,* inferatur; *quod suspicionem facit intermedia scriptoris vitio deesse.*

δ De criminali.] *In nouella Iustiniani additur*, ciuili tamen.

ε Numerandum.] *Quæ sequuntur vsque ad vers.* Non aliter, *neque in nouella, neque apud Iulianum, aut Iuonem, neque in vetustis Gratiani codicibus habentur: sed ob doctorum citationes non sunt expuncta.*

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 9.

¶ Clericus aduersus clericum negotium habens, sæcularia iudicia non exerceat. C. XLVI.

SI clericus aduersus clericū habeat negotiū, nō relinquat suū episcopum, & ad sæcularia iudicia non concurrat: sed prius negotium agi- ext. de foro cōpet. c. 1. Poly. l. 4. tit. 31. Burc. l. 2. c. 183. Iuo p. 6. c. 328.

a Inuentarum.] id est, obiectū. Et sic loquitur cū lis sit contestata. ADDITIO. Sic etiā intelligūt H. B. & Lau. Sed Bar. Brixien. dicit, Ego credo, q possit intelligi cū nondū lis fuerit cōtestata corā eo.

b Purgari.] per hoc patet, q loquit de reo: sed qđ dicit postea, euicit, intellige id in quo est absolutus.

c Locum suum amittat.] id est, deponatur.

d Inique.] contumeliam enim facit iudici, qui eo relicto vadit ad alterum, vt ff. de arbit. l. litigatores. similiter si q's rē deducit corā vno iudice & deducit postea corā aliogdit litē [*]. C. de asser. tol. l. 1. in fi.

e DE diuersis.] Periclitari.] i. dpōi.

SI quis cum clerico.] CASVS. Duo dicuntur in hac lege. Primo dicitur, q in pecuniaria causa actor debet clericū cōuenire coram epo suo: qui cām debet examinare sine damno sportularū, & sine dilatione. Sed si episcopus nō vult causam pecuniariam dirimere, ad sæculares iudices recurratur. Si vero vult eā dirimere sine scriptura oīa procedere debet, nisi ptes velint, q ipsa acta redigantur in scriptis. Secūdo dicitur, q in causa crīali de ciuili crimine recurrendū est ad iudices sæculares, q intra duos menses à tēpore litis cōtestatæ causam crīalem decidant, non tñ clericū puniāt, nisi pri⁹ ab epo suo fuerit degradatus. & hæc particula nō tenet. pro crimine vero ecclesiastico iñ ed iudicem ecclesiasticū recurratur. Secunda pars incipit ibi. *Quod si de criminali.*

* Idē tenēt Guli. de Cu. & l. nemo. post gl. C. de iuri, omni. iud. & Ang. in l. cū procurator. §. dominus. ff. de ope, no. nun. & l. quā uis. de damno infecto.

† Vt patet extra de iu. qua liter. in fin. Sed cōtra in Auth. đ sau. epis. §. si quis autē pro pecunia. vbi de hoc.

f Damno.] sportularum, ad quas clerici non tenentur, vt in Auth. de sanctis. epis. §. sportularum. coll. 9. ergo nec aduersarii ipsiorum teneri debent, vt C. de fruct. & lit. expen. l. vlti. §

g Noluerit.] illud nō tenet. Vel dic noluerit, id est, nō potuerit, quia forte talem causam non potest audire.

h Sine scriptura.] sine scriptura procedit eps cum iudicat inter

k Puniatur.] nec illud tenet, vt extra de iud. cū nō ab homine.

SI clericus.] CASVS. Quattuor articuli cōtinētur in hoc c. Primus est, q si clericus litē habeat aduersus clericum, coram suo epo cōqueratur. Secundus est, q si episcopus litem habeat contra suum clericum, coram arbitris ab vtraque parte electis negotium terminetur. Tertius est, quòd si clericus habeat causam aduersus suum

suum aut alium episcopum, recurrat ad synodum prouinciæ. Quartus est, quod si episcopus vel clericus litem habeat contra metropolitanum, pergat ad primatem, vel ad vrbem Constantinopolitanam. Secundus articulus incipit ibi, *Vel certe*. Tertius incipit ibi, *Et si clericus*. Quartus ibi, *Si vero contra ipsius prouinciæ*.

spol. conquerente. & extra de concess. preben. & eccle. non vacan. post electionem. Sed quis coget eum eligere arbitros? R. ponatur, episcopus, licet sit ei suspectus, vt extra de ap. secundo requiris. Item in alio casu cogit ipsum eligere arbitros, scilicet cum recusat eum vel delegatum ab eo, vt s. ea. peruenit.

Arbitros eligere quandoque cogûtur litigantes.

al. iudicetur

tetur apud proprium episcopum: vel certe ª si fuerit negotium ipsius episcopi, apud arbitros ex vtraque parte electos audiatur ᵇnegotium. Si quis vero contra hæc fecerit, canonum subiaceat correptionibus. ¶ Et si clericus aduersus suum, vel alium episcopum habeat causam, apud audientiam synodi ᶜ prouinciæ eius conquiratur. ¶ Si uero contra ipsius prouinciæ metropolitanum episcopum episcopus siue clericus habeat controuersiam, pergat ad ipsius diœcesis primatem, aut certe ad Constantinopolitanæ regiæ ciuitatis sedem, vt eorum ibi negotium exquiratur †.

al. terminetur

ª ¶ Vel certe si fuerit.] *Græcè est* ἤγουν γνώμῃ αὐτοῦ τοῦ ἐπισκόπου, παρ' οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλωνται, τὰ τῆς δίκης συγκροτείσθω, *id est*, vel certe ex ipsius episcopi sententia, apud eos, quos utraque pars voluerit, ea quæ ad iudicium pertinent, agitentur. *Nec longe aliter vertit Dionysius, cuius versionem attulerunt Burchardus, & Iuo, & Innocentius, extra de foro compet. c. 1. sententia vero, quæ hoc loco ex prisca versione affertur, habetur paulo post in ver.* Etsi clericus aduersus suum. *Quare non bene hæc inculcatur: sed ob glossam non est mutatum.*

[*Item ex concilio Agathensi, c. 32.*]

PALEA. C. XLVII.

§. ead. clericum nullus. Iuo p. 6. c. 367.

iij CLericum nullus præsumat apud sæcularem iudicem episcopo non permittente pulsare. Sed si pulsatus fuerit, non respondeat, nec proponat, nec audeat criminale negotium in iudicio sæculari proponere.

¶ *Abest à plerisque vetustis exemplaribus; & frustra bis repetitur, quòd plane idem habetur supra eadem c. clericum nullus. De lectionis autem varietate ibi notatum est.*

Ex his omnibus datur intelligi, quòd clericus ad publica iudicia nec in ciuili, nec in criminali causa est producendus: nisi forte ciuilem causam episcopus decidere noluerit, vel in criminali, sui honoris cingulo eum nudauerit. ¶ *Illud autem quod in epistola Clementis dictum est,* [*Non cognitorem sæcularium negotiorum te vult Deus esse,*] *ex episcopali vnctione intelligendum est. Non enim in episcopum vngitur, vt cognitor sæcularium negotiorum resideat, sed vt procurator animarum, & distributor spiritualium existat. Prohibetur ergo sæcularibus negotijs occupari, non ad tempus sequester fieri. Vel sæcularia iudicia, non de rebus sæcularibus, sed sæcularium virorum intelligenda sunt. Iudicia de rebus sæcularibus sæcularia appellantur, iuxta illud Apostoli* [*Sæcularia igitur iudicia si habueritis, contemptibiles, qui sunt in ecclesia, constituite.*] *Iudicia vero sæcularium, sæcularia appellantur, iuxta illud Apostoli in epistola Clementis: quod ex subsequentibus datur intelligi, cum dicitur.* [*Hæc opera, quæ tibi minus congruere diximus, exhibeant sibi inuicem vacantes laici.*] *Prohibentur ergo clerici à cognitione negotiorum sæcularium virorum, non sæcularium causarum. Negotia quippe clericorum, siue criminalia, siue ciuilia fuerint, non nisi apud ecclesiasticum iudicem ventilanda sunt.*

§. ea. te quidem.

1. Cor. 6.

§. ea. te quidem.

In capit. Hadriani, c. 31.

Vnde Hadrianus Papa ait c. 35.

¶ Non nisi in foro suo audiatur clericus. C. XLVIII.

Ans. l. 3. c. 88.

CLericus, siue laicus, si crimine, aut lite pulsatus fuerit, non alibi, quam in foro suo prouocatus audiatur.

Idem ibidem, c. 40.

¶ De eodem. C. XLIX.

Ans. ibidem. Deusdedit p. 3.

IN clericorum ᵈ causa, huiusmodi forma seruetur, ne quemquam eorum sententia a non suo iudice dicta constringat.

Res vero in litigio posita ante legitimum cognitionis euentum in nullam debet omnino transferri personam.

Vnde Gelasius Papa Quingesio ª *episcopo.*

ª ¶ Quingesio.] *In antiquis exemplaribus partim est ista vox, partim* Lucio, *partim* L. *partim* quinqu. g. lin. o.

b ᵇAudiatur.] supra 6. q. 2. episcopus. côtra, sed ibi soluitur.

c ᶜSynodi.] Ergo si habetur ciuilis causa contra episcopû, solus metropolitanus nô potest audire, vt hic, & 6. q. 4. si inter. sed forte hoc non tenet in maioribus causis: vel loquitur secundum antiqua tempora, quando pro singulis causis debeat concilium, vt j. ca. 4. q. 3. cap. 2. & 3.

EX ALIS OMNIBVS. Casus. Iste §. diuidit in duas partes. In prima parte concludit ex supradictis dicens, q ad sæcularem iudicem nec in ciuili, nec in criminali causa est clericus producendus, nisi episcopus ciui è causam decidere nolit, vel nisi in criminali clericus prius ab episcopo fuerit degradatus. sed male excipit Gratianus dicat allegando. In secunda parte respicit illud c. te quidem. & exponit duobus modis illud verbum: scilicet, non cognitorem sæcularium negotiorû te vult De⁹. & primo sic: non vult Deus te ordinare cognitorem sæcularium negotiorum, id est, nô vult te iungi in episcopatû ad hoc tantum vt sis cognitor sæcularium negotiorum: sed vt potius animarum lucris intendas: Non tamen prohibetur ad tempus negotia sæcularia terminare. Secundo exponit ita, vt sæcularia negotia intelligantur sæcularium virorum, quæ vacantes laici sibi debent ad inuicem exhibere. negotia vero sæcularia de rebus sæcularibus ecclesiæ & clericorum, siue sint criminalia siue ciuilia, non nisi apud episcopum sunt ventilanda. Secunda pars incipit ibi, *Illud autem*. Sequentia duo cap. patent.

d ᵈIN clericorum.] Supra 2. quæst. 1. in primis. in fi. extra de iudi. at si.

RES VERO. Casus. Quia supra in multis c. facta est mentio de rebus litigiosis, ideo Gratianus nûc docet, quòd res litigiosa non debet transferri ad aliquam personam ante sententiam diffinitiuam.

a ªArbitros.] Et hæc est ratio: quia metropolitanus non est iudex clericis: vnde sub eo non debet conueniri, nec coram episcopo debent conueniri: quia non potest esse actor & iudex, vt extra de resti. spol.

¶ In nullam transferatur personam res in litigio posita ante cognitionis euentum. C. I.

QVia [a] res in litigio [b] posita in nullam transferri potest omnino personam, donec legitimæ cognitionis euentu, cui potius debeatur, iudiciaria disceptatione possit agnosci; ex eadem re quispiā non sinatur exigere [c] pensiones: sed in eodem statu, re eadem posita, in quo videtur (sicut dictum est) ante constituta †, quisquis sibi putat quidpiam posse competere, iuridico pulset examine, præiudicijs omnibus inde submotis.

† al. consistentem litem

QVÆSTIO SECVNDA.

QVòd vero [d] culpa illa suspensione digna sit, ex capitulo illo Mileuitani concilij liquido constat. Si enim communione priuandus est, qui clericum ad ciuilem iudicem crediderit pertrahendum; multo magis suspensione dignus est, qui sui episcopi iudicium interpellantem ad iudicium sæculare pertrahere nō dubitauit.

§.q.1.inolita.

QVÆSTIO III.

SEd ponatur [e], quod hæc culpa suspensione digna non fuerit; quæritur, vtrum sit deponendus, qui officium contra prohibitionem episcopi celebrare ausus est. Sed quòd sententia episcopi siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda sit, Gregorius homilia 26. in Euangelia testatur dicens.

¶ Timenda est sententia pastoris. C. I.

SEntentia pastoris, siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est [f].

Ipsa prorsus B.Gregorij verba leguntur infra ead. c.Non solum.vers. vtrum iuste.

Item ex concilio Antiocheno †c.6.

† Et ī Aquisgrā. c 72. Burc.l.11.c.37. Iuo p. 14 c.a7. & 101. Pann l.5.c.101. Deusdedit p. 4.

¶ A suo episcopo excommunicatus, non est ab alio recipiendus. C. II.

SI quis à proprio episcopo excōmunicatus est; non eū prius ab alijs [g]

QVia res.] CASVS. Iste dupliciter poni solitus est. Et primo sic. Reus possidebat rem litigiosam; quæsitū est à Gelasio, vtrū actor possit exigere pensiones. Et respondetur q non ante legitimæ cognitionis euentum: sed res debet apud reum permanere, donec apparuerit cui res potius debeatur: & si quid factū fuerit lite pendente in præiudicium alterius partis, nihil valeat: & secundū hoc expone, *Ni finiatur*, supple nisi sit possessor. Potest etiā alio modo poni, vt Beneuentanus ponit. Cū de quadā re inter actorem & reū litigiū verteretur, nec aliquis eorum esset in possessione illius rei: quæsitum fuit quis debeat de illa re recipere & exigere pensionem. Et respondet Gelasius Papa, q nec actor, nec reus: sed res debet permanere in eodem statu, in quo posita est, vsque ad sententiam diffinitiuam: cassatis omnibus priuilegijs, vel rescriptis, quæ contra hoc possunt dari lite pendente.

a ¶ *Quia res.*] Nec etiā actionem potest quis cedere alij, postquam res est deducta in litigium, vt C.eo.l.2. nec valet priuilegiū impetratum tempore litis, vt extra de resc.causam. 16. q. 6. placuit. C. vnde vi. authoritatem C. de fund. & salutibus reipub.lib. 12 l. si qua. nec res litigiosa potest dedicari. ff. de litt. l. vlt. qui autem rem litigiosam alienat: & alienatio nulla est, & præterea punitur vēditor & emptor si sciuit rem litigiosam, vt extra vt lite penden. ecclesia. C.eo.l.vlt. In casibus tamen licite alienatur res litigiosa, scilicet ex causa dotis, vel transactionis, vel donationis propter nuptias, vel ex causa legati, vel diuisionis rerum hereditariarum, vt C. de litig l.vlt. Item licite alienatur res litigiosa, quæ seruari non potest. ff. famil.erciscun.alienationes. & ff. de peti.hered.diuus.

Litigiosa res certis in casibus alienari potest.

b ¶ *In litigio.*] Res dicitur litigiosa, de cuius dominio vel quasi causa vertitur inter petitorem & possessorem, vel iudiciaria conuentione, vel precibus principi oblatis, & per eum aduersario cognitis, vt in authen.de litig.in prin.colla.8. [1]

Litigiosa res quæ dicatur.

c ¶ *Exigere.*] Hoc intellige cum possessor est suspectus, alias possessor semper vtitur fructibus pendente lite. vt 16.q.4. volumus. extra vt lit.penden. à memoria.

1 Et uo quan ihē. q ponit C. de litig. authē. res litigiosa. in corporalib⁹ locū habet, vt pa ret in authē. de litigio. §. ad hoc. Hic adde qd not. extra vt lit.pen.c.2. I gl. pen. & de alie.iud.mu. cau.fa.c.1.& de resti.spol. turpe.Arch.

Quòd vero.] CASVS. Hic intitulatur secunda quæstio qua quæritur, an hæc culpa quòd clericus clericum aliquem inuitum trahit ad iudicem sæcularē, digna sit suspensione. Et respondetur q sic: nam si dignus est priuari communione, vt ī.ead.q.1. inolita. multo magis dignus est suspensione.

d ¶ *Quòd vero*] & est certum quòd sic.ī.ead.inolita.

Sed ponatur.] Hæc q. diuiditur in x. partes, in quarum prima probat per xx.cap. q sententia pastoris siue iusta, siue iniusta timenda est. Secunda ibi, *Verum hoc.* Tertia ibi, *Sed hoc.* Quarta ibi, *De his.* Quinta ibi, *Si ergo.* Sexta ibi, *Cum ergo.* Septima ibi, *Idem est.* Octaua ibi, *Quod autem.* Nona ibi, *Excommunicationis.* Decima ibi, *Presbyteris.* Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur tertia quæstio, vbi quæritur, si hæc culpa digna non sit suspensione, scilicet quòd propter hoc non debeat suspendi, quòd traxit clericum ad iudicem sæcularem; si tamen suspensus sit propter hoc, & post suspensionem diuina celebrauit: vtrum debeat deponi? Et respondet q sic, vt ī.ead. si quis presbyter. & cap. si quis episcopus. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæstione. Primo probat, q sententiæ episcopali parendum est, siue iusta, siue iniusta: & hoc vsque ad §. *Premissis.* Deinde probat contrarium, & respondet allegatis: tandem dat solutionem. Primum autem c.huius quæstionis planum est.

e ¶ *Sed ponatur*] Hic quærit an ille sit dignus depositione, qui excommunicatus vel suspensus celebrat? Et certe sic, vt ī.ea. si quis presbyter. & extra de cle.excō.mi.cap. 1. 2. & 3. & beneficio poterit priuari. eo.tit.c.fraternitati. nisi dispensetur cum eo, vt 63.dist. Salonitanæ. Magister tamen prosequitur aliam quæstionem, scilicet, vtrum sententia teneat siue iusta, siue iniusta. Tribus autem modis dicitur sententia iusta siue iniusta, vt ī.e.§. si ergo. scilicet ex animo, cum malo vel bono actu sententiat. Ex causa, scilicet cum certa causa subest vel non subest. Ex ordine cum seruatur vel prætermittitur ordo iuris. Item sententia [1] alia est condemnationis, alia excommunicationis, alia suspensionis, alia præcepti: quæ tamen impropriè dicitur sententia. Sententia condemnationis, semper tenet, nisi sit iniusta ex ordine: tunc non valet, vt 2.q. 6.diffinitiua [2] alias semper tenet, nisi appelletur ab ea. Item sententia excommunicationis ordinem requirit, & etiā causæ cognitionem, vt 2.q.1.nemo episcopus.extra de app.reprehensibilis.extra de sent.excom.sacro. siue tamen sit iniusta ex causa vel ex animo vel ex ordine, semper tenet, vt ī.ca. si episcopus. Forte nec releuatur per appellationem, nisi quo ad cognitionem, vt extra de sent.excom per tuas. Sententia autem mandati vel præcepti non ligat, nisi id quod præcipitur spectet ad officium præcipientis. 7.q. 1.quia frater noster. Primo autē probat Gra. vsque ad §. *Premissis.* ī.in c. si eps. q sententiæ episcopi etiam iniustæ sit parendum: deinde probat eam quemquam apud Deum non ligare. de hac materia plenius habetur 2.q. 1.in summa.

Sententia dicitur iusta vel iniusta tripliciter.

Sententia est multiplex.

[2] Sub. excepto etiam casibus positis sub ea. §.diffinitiua.

f ¶ *Sententia.*] ¶ *Timenda est.*] nisi in duobus casibus, scilicet cum sententia est post appellationem lata: & cum continet intolerabilem errorem. extra de senten. excomm. per tuas. tertium casum apponunt quidam, cum pro indebitis exactionibus aliquis excommunicatur, vt extra de excel. præla. cum à quorundam.

Excommunicationis sententia in duobus casibus non est timenda.

[3] Hanc sententiā sequitur Go. I hac decre. cum a quorundā. dicens q hic est casus specialis, in quo nō tenet sententia à suo iudice lata. Sed B Brix. ibi notat ꝯ intelligēs cū Ala. q illa decre. continet in dign. cuā.

Si quis à proprio.] CASVS. Quæsitū fuit in Niceno concilio, vtrum clerico à proprio epō excōmunicato sit ab alijs communicandum? & respondet q non: nisi à proprio episcopo fuerit absolutus, vel nisi in synodo satisfaciens fuerit reconciliatus: quod non solum circa clericos, sed etiam circa laicos est obseruandum.

g ¶ *Ab alijs.*] similiter q suspēsus est ab vno, suspensus est quan-

cum

tum ad omnes, vt 7. q. 1. ſi quis presbyter. & 4. q. 5. quiſquis.
b ¶ *Concilio.*] Hodie ſolus metropolitanus cognoſcit de cauſa excommunicationis, vt extra de ſent. excom. per tuas.
b ¶ *Quod ſtatuerit.*] ſcilicet ſynodus.
P *Recipue.*] Casus. Lotharius dimiſſa Theberga vxore legitima,

prælati quàm alij: quia grauius peccant: quia per eorum delicta exẽpla perditionis magis tranſmittuntur ad ſubditos, quàm per alios.
c ¶ *Puniuntur.*] infra 25. q. 1. nulli fas.
d ¶ *Duos.*] Ergo in cauſa denuntiationis idẽ poteſt eſſe iudex, accuſator & teſtis. extra de ſim. licet. itẽ é hic ar. quòd Euãgelica admonitio non ſolum habet locum in occultis, ſed etiam in manifeſtis. 2. q. 1. ſi peccauerit.

debere ſuſcipi, niſi aut à ſuo fuerit receptus epiſcopo, aut concilio facto epiſcopis [a] occurrat, & reſpõdeat, & ſi ſynodo ſatisfecerit, quòd ſtatuerit [b] ſub alia ſententia eum recipi. Quod etiam circa laicos, & presbyteros, & diaconos, & omnes, qui in clero sũt, cõuenit obſeruari.

(Marg.: *al. ſatisfecerit, ſtatuimus*)

a ¶ Epiſcopis.] *Apud auctores indicatos prior tantum pars huius canonis refertur, & ex verſione Dionyſii: quæ etiam in toto hoc loco longe melior eſt.* aut certe (*inquit*) ad ſynodum, quæ congregatur, occurrens pro ſe ſatisfaciat, & perſuadens concilio, ſententiam ſuſcipiat alteram. *Græce enim eſt,* πείσας τε τὴν σύνοδον, καταδέξοιτο ἑτέραν ἀπόφασιν.

Item Nicolaus Papa ad Lotharium Regem in epiſtola, cuius initium [Audito.]

¶ Excommunicationis meretur ſententiam, qui excommunicatis communicat. C. III.

(Marg.: Anſ. l. 3. c. 66. Regino chron. l. 2.)

PRæcipue Gualdradæ pellicis tuæ, & iamdudũ à te repudiatæ communionem declina: excommunicata eſt enim, & vſque ad præſentiam noſtram ab omni Chriſtianorum contubernio ſequeſtrata. Quãobrem cauendum eſt, ne cum ea pari mucrone percellaris ſententiæ, ac pro vnius mulierculæ paſſione vinctus, & obligatus ad perenne traharis exitium. Deterius quippe in populis prælati delinquunt: ac per hoc ipſi crudelius, quàm ceteri puniuntur [c] †, vt ait beatus Gregorius [Scire etenim prælati debent, quia ſi peruerſa vnquam perpetrãt, tot mortibus digni ſunt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exempla tranſmittunt. Vnde neceſſe eſt, vt tanto ſe cautius à culpa cuſtodiant, quanto per praua, quæ faciunt, non ſoli moriuntur.] *& infra.* ¶ Ceterum præcaue, ne quando nobis ſecundum Domini præceptũ duos [d], aut tres teſtes adhibeamus, immo vero, ne hoc ſanctæ eccleſiæ dicamus, & (quod non optamus) de cetero fias cunctis ſicut ethnicus, & publicanus.

(Marg.: † Cõcor. tex. in l. moris. §. iſte fere. ff. de pœn. & in l. iiciuo. C. de ſum. tri. — Paſtor. p. 3. c. 5. — Matt. 18.)

¶ *Sumptum eſt caput hoc ex epiſtola Nicolai, quæ incipit,* Audito reuertente miſſo veſtro. *& extat Romæ in monaſterio Dominicanorum. eſt autem quaſi in epitomen redactum, multis verbis omiſſis. Huius epiſtolæ bonam partem refert Regino libro ſecundo chronicorum.*

(Marg.: Et in Afri. c. 101.)

Item ex concilio Sardicenſi, c. 17.

¶ De eodem. C. IIII.

(Marg.: Poly. l. 7. tit. 1. Aut. l. 3. c. 71. Iuo p. 14. c. 15. Pann. l. 5. c. 117.)

SI epiſcopus quis forte iracundus [e] (quod eſſe non debet) cito [f] & aſpere [g] commoueatur aduerſus presbyterum, ſiue diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit; prouidendum eſt, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habet poteſtatem [h] is, qui abiectus eſt, vt epiſcopos finitimos interpellet [i], & cauſa eius audiatur, ac diligentius tractetur: quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille epiſcopus, qui aut iuſte, aut iniuſte eũ abiecit, patienter accipiat, vt negotium diſcutiatur: vt vel probetur ſententia eius à plurimis, vel emendetur. Tamen, priuſquam omnia diligenter, & fideliter examinẽtur; eum qui fuerit a communione ſeparatus, ante cognitionem nullus alius debet præſumere, vt communioni ſociet.

¶ *Canon hic eodem fere modo refertur in concilio Africano, c. 101. vſque ad verſ.* Tamen. *Sed Græcus Sardicenſis, qui eſt decimusquartus, paulo copioſior eſt, & aliquot locis diuerſa etiam ſententia. Propterea viſum eſt verba græca cum verſione noua apponere.*

Ὅσιος ἐπίσκοπος εἶπεν. τὸ δὲ πάντοτέ με κινοῦν ἀποσιωπῆσαι οὐκ ὀφείλω. εἴ τις ἐπίσκοπος ὀξύχολος εὑρίσκοιτο, ὅπερ οὐκ ὀφείλει ἐν τοιούτῳ ἀνδρὶ πολιτεύεσθαι, καὶ ταχέως ἀντικρὺ πρεσβυτέρου, ἢ διακόνου κινηθεὶς ἐκβαλεῖν ἐκκλησίας τινὰ ἐθελήσοι, προνοητέον ἐστὶ μὴ ἀθρόον τὸν τοιοῦτον κατακρίνεσθαι, καὶ τῆς κοινωνίας ἀποστερεῖσθαι. πάντες εἰρήκασιν. ὁ ἐκβαλλόμενος ἐχέτω ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας κατα-

S *I epiſcopus quis forte.*] Casus. Quidã eps iracundus iniuſte ſuũ clericũ excõmunicauit. quẽadmodũ ſtatuit in concilio Sardicen. quid ſit per hoc ſit faciendum? & reſpondet quod excommunicatus vicinos epiſcopos debet interpellare, vt cognoſcatur verum iuſte vel iniuſte ſit excommunicatus: & epiſcopus qui excommunicauit, patienter ferat, vt eius ſententia probetur vel reprobetur. ſed ante quam cauſa diligenter examinetur, nullus excõicato communicet. Hoc autẽ hodie per nouas conſtitutiones corrigitur: quia excõicatus ſtatim abſoluitur per metropolitanum, & nõ recurrit ad ſynodũ: ſed ad metropolitanũ.
e ¶ *Iracundus.*] idest, vt ex animo ſit iniuſta.
f ¶ *Cito.*] idest, non ſeruato ordine iuris.
g ¶ *Et aſpere.*] quia non adiit cauſa.
h ¶ *Poteſtatem.*] auctoritate huiꝰ canonis.
i ¶ *Interpellet.*] Secundum hæc iura quilibet excommunicatus audiebatur, qui volebat ſe probare iniuſte excommunicatum: hodie ſecꝰ, niſi ſit poſt appellationẽ excõicatus, vel niſi dicat errorẽ expreſſũ i ſentẽtia, vt extra eo. tit. per tuas. Si quis ergo conqueritur metropolitano de iniuſta excõmunicatione: aut appellauit ad eum, aut non. Si appellauit, primo præſtabit cautionem abſoluendus quòd ſtabit iuri: deinde in optione habet, an velit eum abſoluere, vel remittere abſoluendum ei à quo appellauit, vt extra de ſenten. excom. per tuas. Si nõ appellauit ad eũ: ſecundum priora iura debet remittere abſoluendũ: & ſi ille noluerit abſoluere, tunc metropolitanus poterit eũ abſoluere, vt extra de of. ord. ad reprimendã. ſi tñ viderit iniam excõicatiõis euidẽter iniuſtã, poteſt pronuntiare ipſam iniuſtã, licet nõ ſit appellatũ ad eũ, vt extra de app. ſolicitudinem. Itẽ ecõuerſo, ſi eſt appellatũ ad eũ, & viderit iuſtã eſſe cauſam excõicationis, tenet eũ remittere abſoluẽdũ, vt extra de ſent. excõ. p tuas. i ſi. hodie aũt licet non appellet ad ſuperiorẽ: ſi tñ eſt periculum in mora, põt eũ ſtatim abſoluere, vt extra ead. ſacro.

(Marg.: Hic dicit Io. de Fan. quòd ex iſta littera datur intelligi, quòd vbi dictũ eſt, ſi peccauerit in te frater tuus, &c. dictũ eſſe de notorijs. Nam prout ipſe not. 2. q. 1. ſi peccauerit. delictum iſtius erat notoriũ, vt ea. q. 1. Lotharius Accu.)

(Marg.: Excommunicatus cõquerens metropolitano, an poſſit ab eo abſolui.)

ma, Gualdradam ſuperduxit, quã legitimam eſſe dicebant vxorẽ. ſed lata ſententia diuortij inter eos, cũ Gualdrada nollet ſententiæ parere, fuit excommunicata. poſt quã excommunicationẽ ferebatur Lotharius ei occulte communicare. ſcribit ergo Nicolaus & monet Lotharium, vt eius cõionẽ declinet: quod ſi nõ fecerit, duobus vel tribus teſtibus adhibitis cũ ea pari mucrone ſentẽtiæ percelleretur: & quòd debeat abſtinere, probat: quia fortius puniuntur

S *I quis presbyter.*] C. v. c. Quidam episcopus suspendit quendam suum presbyterũ ab officio & sacramentis quæsitũ fuit qualiter super hoc sit procedendum? Et respondet q suspensus apud vicinos episcopos conqueri debet, vt per eos suo episcopo recõcilietur. si vero inflamatus schisma faciens diuina contra suspensionem præsumpserit celebrare, anathematizetur, & postea deponatur.

a *Correptus.*] idest suspensus vel excommunicatus minori excõmunicatione, vt patet per id quod sequitur, anathematizetur.

S *I quis episcopus.*] C. v. Dicitur in hoc c. q si episcopus presbyter, vel diaconus fuerint excõmunicati, nõ audeant in excommunicatione manentes diuina officia celebrare: quod si præsumpserint, spem restitutionis non habeant: communicantes vero cum eis scienter, debent ab ecclesia separari. Idem est casus sequentis c. sed in eo additur, q si talis incorrigibilis manserit ecclesiam concitando, expelli debet per secularem potestatem tamquã seditionarius ab omni plebe: & intellige, *maxime*, idest tantum.

b *In alia.*] Ergo episcopi non possunt dispensare cum talibus qui post excommunicationem celebrant, cũ nec concilium hoc possit. Argu. contra 2. q. 5. quæ de causa. posset tamen dici, q episcopus cum talibus posset dispensare: & expone q spem, &c. idest ipsi sic delinquentes non debeant habere spem restitutionis, quia sibi incluserunt. sic 7. q. 1. si quis presbyter. & 82. dist. plurimos. in fi. cõstat tamen q ipse potest in casibus talibus dispensare.

c *Maxime.*] idest tantum. sic 12. dist. illud. 18. dist. peruenit. 16. q. 3. per singulas.

d S *I quis.*] Videtur q isti clerici qui communicant excommunicato in diuinis officijs, pari excommunicatione ligentur, vt extra de sententia excommunicationis significauit.

Excommunicatum celebrantem nõ absoluit episcopus.

φυγεῖν. εἰ δὲ ὁ τῆς μητροπόλεως ἄπεστιν, ἐπὶ τὸν πλησιόχωρον κατατρέχειν, καὶ ἀξιοῦν, ἵνα μετ' ἀκριβείας αὐτοῦ ἐξετάζηται τὸ πρᾶγμα. οὐ χρὴ γὰρ μὴ ὑπέχειν τὰς ἀκοὰς τοῖς ἀξιοῦσι. κἀκεῖνος δὲ ὁ ἐπίσκοπος ὁ δικαίως ἢ ἀδίκως ἐκβαλὼν τὸν τοιοῦτον, γενναίως φέρειν ὀφείλει, ἵνα ἡ ἐξέτασις τοῦ πράγματος γένηται, καὶ ἢ κυρωθῇ αὐτοῦ ἡ ἀπόφασις, ἢ διορθώσεως τύχῃ. πρὶν δὲ ἐπιμελῶς καὶ μετὰ πίστεως ἕκαστα ἐξετασθῇ, ὁ μὴ ἔχων τὴν κοινωνίαν πρὸ τῆς διαγνώσεως τοῦ πράγματος ἑαυτῷ οὐκ ὀφείλει ἐκδικεῖν τὴν κοινωνίαν:

Osius episcopus dixit. Quod autem me vndequaque commouet, tacere non debeo. Si quis episcopus existat ad iracundiam procliuis (quod quidem à tali viro longe abesse debet) & cito aduersus presbyterum, vel diaconum commotus, ex ecclesia quemlibet eijcere voluerit, prouidendum est, ne is repente condemnetur, & communione priuetur. Omnes dixerunt. Qui eijcitur, facultatem habeat confugiendi ad episcopum metropolis eiusdem prouinciæ: si autem metropolitanus absit, finitimum adeundi, ac rogandi, vt ipsius causa diligenter cognoscatur. Minime enim decet aures non præbere rogantibus. Et ille vero episcopus, qui iure, vel iniuria istum eiecit, generose ferre debet causam cognosci, ipsiusque sententiam vel confirmari, vel corrigi. Verum, priusquam diligenter, ac fideliter singula quæque examinata fuerint, qui communionem non habet, ante causæ cognitionem non debet suo sibi iure communionem vendicare.

Item ex concilio Carthaginensi secundo, c. 8.

¶ De eodem. C. V.

ij SI quis presbyter ab episcopo a suo correptus fuerit; debet vtiq; apud vicinos episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia (quod absit) inflatus secernendum se ab episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificiũ Deo obtulerit; anathema habeatur, & locum amittat. At β si querimoniam γ iustam habuerit aduersus episcopum, inquirendum est †. Burc. l. 2. c. 194. Iuo p. 6. c. 239. Ansl. l. 12. c. 33. Poly. l. 7. tit. 1.

† ad. serie

α ¶ Episcopo.] *In secundo Carthaginensi, c. 8. cum Alipius proponit, ita legitur*, Si quis forte presbyter ab episcopo suo correptus, aut excommunicatus, &c. *Sed cum ab vniuersis episcopis canon fertur, loco episcopi affertur nomen præpositi. & ita in Carthaginensi codicis canonum, c. 11. legitur*, à præposito suo correptus. *Græce est*, ἐν τῇ διαγωγῇ αὐτοῦ κατεγνώσθη. *idest*, in † sua vitæ agendæ ratione condemnatus fuerit. *Burchardo autem & Iuoni conuenit cum Gratiano.*

† al. in sua conuersatione condemnatus

β ¶ At si.] *In codice canonum, & Carthaginensi græco, & apud collectores nihil hic est interiectum. Verum in exemplaribus concilij impressis, & manuscriptis ante istam clausulam, hæc inferuntur.* Nihilominus, & de ciuitate, & de congregatione, in qua fuerit, longius repellatur: ne vel ignorantes, vel simpliciter viuentes serpentina fraude decipiat: quoniam secundum Apostolum ecclesia vna est, vna fides, vnum baptisma. Et si querimoniam, &c. Ephe. 4.

γ ¶ At si querimoniam.] *Locus hic ita habet apud Burchardum, & Iuonem*, Si querimoniam iustam aduersus episcopum non habuerit, inquirendum erit. *Græce est.* σκοπουμένου, μήποτε κατὰ τοῦ ἐπισκόπου μέμψιν ἔχει δικαίαν *idest*, hoc considerato, numquid aduersus episcopum iustam habeat expostulationem.

Item ex concilio Antiocheno, c. 4.

¶ De his qui damnati à synodo sacra ministeria contingunt. C. VI.

iij SI quis episcopus damnatus a à synodo, vel presbyter, aut diaconus à suo episcopo ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, siue episcopus iuxta præcedentem consuetudinem, siue presbyter, aut diaconus; nullo modo liceat ei, nec in alia b synodo, restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis: sed & communicantes ei omnes abijci de ecclesia oportet †, & maxime c, si postquam didicerint aduersum memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentauerint.

Et Aquisgran. c. 47. extra de cler. exc. depo. c. 1. & 2. Nic. Papa epi. 8. Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 199. Iuo p. 5. c. 362. Ansl. l. 12. c. 26.

† abest à multis.

a ¶ Damnatus.] *Græce est*, καθαιρεθεὶς *idest*, depositus.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 37.

In capitulis Martini Bracharẽsis.

¶ Sine spe sit reconciliationis, qui excommunicatis communicare præsumit. C. VII.

iiij SI quis d episcopus in concilio excommunicatus fuerit, siue presbyter, aut diaconus à suo episcopo, & post excommunicationem præsumpserit, siue episcopus ille aut presbyter, aut diaconus facere oblationem, vel matutinum, aut vespertinum sacrificium, quasi in officio suo agere sicut prius; non liceat ei nec in alio concilio spem reconciliationis habere, nec vltra recolligi †: sed etiam eos, qui ei communicauerint, omnes ab ecclesia respui; maxime eos, qui sciebant eum esse deiectum. Si autem permanserit turbans, & concitans

† al. in conciliari

a ¶ *Per forinsecam.*] i. manu laicali. simile ſ. 17. diſt. nec licuit.

E *Piſcopi: ſi ſacerdotali*] Casus. Quidam epiſcopi quoſdam innocentes vel pro minimis cauſis culpabiles excõicauerunt: & ad baptiſmum feſtinantes recipere neglexerunt: quæſitum fuit quã pœnã propter hoc patiatur? Et videtur q ſi à vicinis epis cõmo-

b ¶ *Minimis.*] Ergo pro minoribus cauſis non eſt quis excommunicandus: quod verum eſt, vt ſ. ea. nullus. Sed contrarium ne pro ſola contumacia eſt quis excommunicandus, vt ſ. ea. certum 1. ergo ſiue crimen ſit magnum, ſiue paruum, numquam eſt excommunicandus aliquis niſi ſit contumax? Ad hoc dicunt quidam, q ab homine non ſit aliquis excommunicandus niſi pro contumacia, ſed à canone bene, vt 17. q. 4. ſi quis ſuadente. hoc non eſt verum: quia quandoque excommunicatur aliquis pro contumacia: quandoque pro crimine, vt extra de verbo. ſigni. ex parte. Ioan. Sed certe illa decre. dicit, q pro offenſa ſit aliquis excõicandus, cum non vult ſatisfacere: & ita pro contumacia. quare alia diſtinctio ẽ melior.

Excommunicatio an pro ſola cõtumacia ferıur.

¹ Et ſupra 5. q 2. c. 2. ſed forte hic loquitur de excommunicatione quæ pro diuerſis cauſis infertur. arg. 86. diſt. tanta.

citans eccleſiam per forinſecam a poteſtatem; oportet eum ſicut ſeditionarium ab omni plebe expelli.

a ¶ Forinſecam.] *In aliquot Gratiani & conciliis codicibus eſt*, foraſticam. *In canone quinto concilii Antiocheni, vnde hoc ſumptum eſt, legitur* διὰ τῆς ἔξωθεν ἐξουσίας: *quæ Dionyſius vertit*, per poteſtates exteras.

Et in Vormac. c. 14.

Item ex concilio Agathenſi, c. 3.

¶ De epiſcopis, qui innocentes, aut minimis cauſis culpabiles excommunicant. C. VIII.

Burc. l. 11. c. 32. Iuo p. 14. c. 16. & 81. Pann. l. 5. c. 128.

EPiſcopi, ſi ſacerdotali moderatione poſtpoſita innocentes, aut minimis b cauſis culpabiles excommunicare præſumpſerint, aut ad gratiam baptiſmatis a feſtinantes fortaſſe recipere noluerint; à vicinis epiſcopis eiuſdem † prouinciæ, litteris moneantur: & ſi parere † noluerint; communio illis vſque ad tempus ſynodi a reliquis epiſcopis denegetur γ: ne forte propter excommunicationis † peccatum c excommunicati longo tempore morte præueniantur.

† al. parere

† al. cuiuslibet 6. q. 2. c. fin. pauſo aliter apud Burch. & Iuonem, c. 81.

† al. excommunicatori] vera lectio.

a ¶ Baptiſmatis.] *Sic etiam in manuſcriptis: & doctores eam vocem agnoſcunt. Verum ab omnibus editionibus conciliorum, & duobus codicibus Vaticanis, tam in concilio Agathenſi, quam in Vormacienſi, c. 14 (vbi caput hoc repetitur) & à Burchardo, & Iuone abeſt ea dictio. Et cum hic de excommunicatis agatur, videtur eſſe locus iis tantum, qui ſunt baptizati, & ad gratiã, id eſt, ad reconciliationem cum ſuo epiſcopo feſtinant.*

γ ¶ Denegetur.] *Sic habet Iuo, & Pannormia, & antiquiores conciliorum editiones, & duo Vaticana exemplaria: videturque hunc ſenſum, quod legitur 6. 6. q. 2. c. fin. ſed in recentioribus editionibus eſt*, non denegetur.

c ¶ *Peccatum*] Arg. q citius moritur quis propter peccatum, vt 12. q 1. c. 2. & tollit Deus malos de medio ne peccatum eorum augeatur. 23. q. 4 ad vindictã. & tollit bonos ne malitia malorũ immutet intellectũ eorũ. de pe. diſt. 4. ſiex bono.

Moriuntur boni & mali, idest de hac vita 13. q. 4. hæc autem vita.

Item ex concilio Africano.

¶ De his qui tempore ſuæ excommunicationis communicare præſumunt. C. IX.

Burc. l. 11. c. 200. Iuo p. 5. c. 314. Anſ. l. 12. c. 27. Poly l. 7. tit. 2.

PLacuit vniuerſo concilio, vt qui excommunicatus fuerit pro ſuo neglectu d, ſiue epiſcopus, ſiue quilibet clericus, & tempore excommunicationis ſuæ ante audientiam communicare † præſumpſerit; ipſe in ſe damnationis iudicetur ſententiam protuliſſe.

† al. electionem

¶ *In concilio, quod hodie inſcribitur Africanum, caput hoc non habetur: ſed in Carthaginenſi poſterio in codice canonũ, & in Græco c. 29. & refertur in quinta ſynodo, ſeſſione 7. in epiſt. Vigilii.*

d ¶ *Placuit*] ¶ *Neglectu*] videtur ergo q pro negligentia aliquis excommunicetur, ſicut pro negligentia aliquis deponitur, vt 81. diſt. dictum eſt.

Sic neglectus culpa geminatur 27. q. 1. ſi cuſtos. in fine.

In ſynodo Romana, c. 2.

Item Nicolaus Papa.

¶ Deponantur epiſcopi, qui excommunicatis communicant. C. X.

† al. Thietgandũ Iuo p. 2. c. 206. † al. ſuggeſtorum

TEugualdum † Treuerenſem, & primatem Belgicæ prouinciæ, & Guntharium Agrippinæ coloniæ archiepiſcopos, nunc coram nobis, & ſancta ſynodo ſub geſtorum † inſinuatione, qualiter cauſam Lotharij regis, & duarum mulierum eius, Theibergæ ſcilicet, & Gualdradæ, recognouerint, & iudicauerint e, ſcriptum ſuper hoc proprijs manibus roboratum offerentes; nihil ſe plus, vel minus, aut aliter egiſſe ore proprio multis coram poſitis affirmantes, & ſententiam, quam à ſede Apoſtolica in Engeltrudem vxorem Butonis ſanctiſſimus frater noſter Mediolanenſis archiepiſcopus Thado, & ceteri coepiſcopi noſtri petiuerant emittendam, & nos diuino ſuccenſi zelo ſub anathematis atteſtatione canonice protuleramus, publice ſe viua † voce violaſſe confitentes, in quibus omnibus inuenimus eos Apoſtolicas, atque canonicas ſanctiones in pluribus exceſſiſſe, & æquitatis normam nequiter temeraſſe, omni iudicamus ſacerdotij officio manere penitus alienos, ſancti ſpiritus iudicio, & beati Petri per nos auctoritate, epiſcopatus exutos regimine conſiſtere definientes. Prædictis autem depoſitis licentiam concedimus eccleſiam ingrediendi, & communicandi, ſicut laici, & loquendi ſuas vtilitates f, non autem turbas concitandi, vel ſcandalum ſolicitandi, illis tribuimus facultatem. Quantum autem ad epiſcopale miniſterium ſpecialiter pertinet, nulla eis ſit licentia contingendi: ſicut nos cum ſancta ſynodo iam decreuiſſe conſtat.

† al. vna

¶ *Caput hoc Iuo citat ex Nicolao epiſcopis & archiepiſcopis per Galliam, Italiam, Germaniam atque per vniuerſas prouincias conſtitutis. In qua epiſtola videtur retuliſſe, quod in concilio à ſe*

T *Eugualdum Treuerenſem.*] Casus. Nicolaus Papa delegauit cauſam inter Lotharium & Theibergã & Gualdradam Teugualdo & Gunthario archiepiſcopis: qui amore Lotharij corrupti Gualdradam pellicem adiudicauerunt legitimam vxorem eius eſſe, & a petitione Theibergæ eumdem Lotharium abſoluerunt: & Engeltrudã excommunicatam, quia fauebat Gualdradæ cõtra Theibergam, iniuſte abſoluerunt. poſtea cum citati a Papa Romam venirent, hæc omnia proprio ore coram ſynodo ſunt cõfeſſi: & quia Nicolaus Papa dictos archiepiſcopos inuenit in hoc & in alijs pluribus exceſſiſſe, ideo eos ab epali depoſuit officio: ita tñ, q eis liceat eccleſiã ingredi, & cõmunicare ſicut laici: ſed non liceat eis eccleſia perturbare: & debet ſic ordinare conſtructionem. Nos iudicamus Teugualdũ & Guntharium archiepos, &c.

moniti parere noluerint, ab aliorũ epõrum cõione vſque ad tempus ſynodi ſeparentur: & non maiori tempore: ne in excommunicatione diu manentes, morte præueniantur. Sequens cap. patet.

e ¶ *Iudicauerint.*] ſic patet q punitur iudex qui male iudicat, vt dixi 2. q. 6. hoc etiam.

f ¶ *Vtilitates.*] quod nulli prohibetur, vt 4. q. 6. omnibus.

S *i autem.*] Casus. Docet hic Clemens, ꝙ omnes clerici & principes & populi si episcopis non obediant, infames erunt: & ab ecclesia repelluntur. Sequens c. patet.

a *Principes.*] Ergo Imperatores subsunt episcopis, & ab eis possunt excõmunicari 96.dist.duo. mitius tamen cum eis, agendum est quam cũ aliis, vt 12. q. 2. de rebus. & si in pluribus episcopatibus habet Imperator domicilium: quilibet potest eũ excommunicare. ff. ad munic. assumptio.

Imperator ab episcopo excommunicari potest.

Adde arg. cõtra. 5. ea. q. precipue. ver. deterius. 25. q. 1. nulli. Ac.

lam confabulationem interpretatur in deteriorem partem, vt 27. quæst. 1. nec aliqua.

f *Aut gladio.*] Hic habes ꝙ olim inobedientia capite puniebatur: ergo & hodie repelleret a promotione. 54. dist. multos. non tamen quælibet inobedientia capite puniebatur: sed sola illa quæ schisma

Inobedientia an si capite punienda.

S *i quis.*] Casus. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, ꝙ nullus debet superbire cõtra suũ epm se exaltando: nec aliquid facere simulando, vt eius auctoritate obũbret: quia regula veritatis est, vt nullus faciat aliquid commendandi sui causa, vt alius vituperetur. In secunda parte dicitur, ꝙ improbus defendi non debet, nec improbo sãcta debent cõmitti. In tertia parte dicitur, ꝙ iterum redargui & impugnari nõ debet cuius crimen est incognitum. Secũda pars icipit ibi, *Non defendas improbũ*. Tertia ibi, *Neque iterũ*.

b *Commendandi.*] nã aliorum honores aliis non debent esse occasio nocendi, vt C. de sta. & ima. l. vl. nec aliquis debet illud appetere per qd honor aliorum minuatur, vt 99. dist. nullus. nec tibi debes consulere cum alterius iniuria. 22. q. 2. primum. nec aliquid facias in domo tua, quod vicino noceat, vt ff. de reg. iur. domũ. si si tamen facias aliquid eo proposito, vt tibi psit, licet alii noceat: nõ peccas. ar. ff. de aqua pluuia arcen. l. 1. §. *Denique*. ff. de damno infecto, fluminum. §. vlt. & l. seq.

c *Ad deformationẽ.*] C. de sta. & ima. l. vlt.

d *Iterum arguas.*] idest, multoties.

Romæ habito de Metensi synodo penitus abolenda, & depositione Thietgandi, & Guntharii statutũ fuerit. De quo quidem concilio, & horum episcoporum depositione Regino lib. 2. chronicorum accurate hæc scribit. Interea Thietgandus, & Guntharius archiepiscopi Romam profecti sunt, ea animi intentione, vt Regem innoxium in prædicto facto demonstrarent, ac se cum ceteris coepiscopis Ecclesiastica, atque Apostolica exercuisse decreta: stultitiæ quidem elogio decorandi, qui illam Petri sedem aliquo prauo dogmate fallere posse arbitrati sunt, quæ nec se fefellit, nec ab aliqua hæresi vnquam falli potuit. Itaque cum in præsentiam Nicolai Papæ venissent, libellum obtulerunt, in quo continebantur gesta synodalia, quæ in Mediomatrico Vrbe, & Aquis ab eis statuta fuerant. Qui cum a notario coram omnibus recitatus esset, interrogauit Pontifex, si hæc scripta verbis confirmarent? Responderunt inconueniens videri, vt quod propriis manibus roborauerant, verbis infirmare mallent. Et sic nec repulsa, nec admissa eorum assertione iussi sunt ire ad hospitia sua, quousque reuocarentur. Paucis interpositis diebus ad synodum, quam Papa congregauerat, sunt accersiti: vbi eorum damnata, & anathematizata sunt scripta, & ipsi omnibus adiudicantibus episcopis, presbyteris, & diaconis, sunt depositi, & omni ecclesiastica dignitate priuati.

a *Consistere.*] *In secundo capite concilii locus hic ita habet,* consistere: Diffinientes, quòd si iuxta præcedentem consuetudinem tamquam episcopi ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere, nullo modo liceat eis, nec in alia synodo restitutionis spem, aut locum habere satisfactionis. Sed & communicantes eis omnes abiici de ecclesia; & maxime, si postea quam didicerint aduersus memoratos prolatam fuisse sententiam, eisdem communicare tentauerint, *& sunt verba sumpta ex capite, si quis episcopus damnatus. 5. eadem ex concilio Antiocheno.*

Item Clemens epistola tertia omnibus coepiscopis.

¶ Clerici & laici, qui non obediunt episcopis, infames efficiuntur. C. XI.

SI autem vobis episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesque principes a tam maioris ordinis, quàm inferioris, atque reliqui populi; non solum infames, sed & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, ac a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ alieni erunt.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

Clemens epist. ad Iacobum. & Alexãder epi. 1.

¶ In Christum peccat, qui veritatis doctorem contristat. C. XII.

QVicumque contristauerit doctorẽ veritatis, peccat in Christũ, & patrem omniũ exacerbat Deũ; propter quod & vita carebit.

Item Ambrosius libro secundo de officiis, c. 24.

Et in cõc. Aquisgran. c. 9.

¶ Simulata virtutum affectione †, obedientia episcopo non denegetur. C. XIII.

† al. affectatione

SI quis vero non obediat episcopo, extollere atque exaltare sese desiderans, quærens etiam obumbrare merita episcopi simulata affectione † doctrinæ aut humilitatis, aut misericordiæ; is à vero deuius superbit: quoniam veritatis ea est regula, vt nihil facias commendandi b tui causa †, quò minor alius fiat: neque si quid boni habeas, id ad deformationem c alterius, & vituperationem exerceas. ¶ Non defendas improbum, & sancta indigno committenda † non arbitreris. ¶ Neque iterum d arguas †, & impugnes eum, cuius crimen non deprehenderis.

† al. affectatione

† Concor. cũ hoc tex. iuncta sua gl. 1. l. nã hoc. ff. de cõdi. indebi. & l. nec auus. C. de emã. li.

† al. committẽda arbitreris

† al. vrgeas

Item Anterus Papa episcopis Hispaniæ.

Hieronymus ad Heliodorum.

A *bsit.*] Casus. Quidam subditi propter suspicionem delictorum suis episcopis non obediebant. vnde quæsitum fuit ab Anterio Papa, quam pœnam pati deberent. & respõsum est, ꝙ in veteri lege tales lapidabantur vel decapitabantur. sed in nouo testamento debent anathematizari.

¶ Episcopo non obediens, dæmonum ore discerpitur. C. XIIII.

ABsit, vt quidquã sinistrum e de his arbitremur †, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt: per quos nos etiam Christiani sumus: qui claues Regni cælorum habentes, ante † iudicii diẽ iudicant. Veteri quidem lege habetur: quicumque sacerdotibus non obtẽperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio f ceruice subiecta cõtemptũ expiabat cruore †. Nũc vero inobediens spiritali animaduersione † truncatur, & eiectus ab ecclesia rabido dæmonum g ore discerpitur.

† loquar] orig.

† quodammodo ante] Hier.

Deuter. 17.

† mucrone] Hier.

† Adde ad huc tex. in l. 3. §. qui statio nis. & §. in bello. ff. de re militari.

e *Sinistrum.*] Hoc est verum in his quæ possunt trahi ad bonum & ad malum: vbi semper in meliorem partem est interpretandũ, vt 42. dist. cap. 1. & extra de reg. iur. estote. Si ergo clericus amplectitur mulierem, interpretabitur quòd causa benedicendi eam hoc faciat, vt 96. dist. in scripturis. tamen quandoque canon so-

Clericus amplectens mulierem præsumitur bene agere.

schisma inducebat, vt 7. q. 1. denique. in fi. & de hoc notaui 4. quæst. 1. in princ.

g *Dæmonum.*] Hoc olim fiebat ad litteram a. hodie tamen satanæ traditur vt citius conuertatur, vt 5. c. audi. in prin. & cap. omnis Christianus.

Vt 45. dist. §. Salomon.

S *I inimicus.*] C a s u s. Dicit hic, q si Papa est alicui inimicus, omnes debent eum vitare, nec debent expectare vt ipsi moneãtur a Papa, Hoc c. planius habetur s. 93. dist. si inimicus.
a *Si inimicus.*] ab hoc loco incipit tractare de duplici excõicatione. Et no. q quædam excõicatio est simplex siue minor, quæ separat

Excõicatio duas habet species.

pœnæ eũ vult pænitere, q̃nq̃ a canone, f. cum quis cõicat excõicato. in his duobus casibus est necessaria reconciliatio, vt j. ea. excellentissimus. 50. dist. in capite. Si ergo quis sit excõicatus, semper a suo excõicatore est absoluendus, nisi vel si appellatum ab eo, vel ipse sit negligens, vt dix s. ead. si eps forte. Sed si a canone est excõicatus, potest absolui a suo sacerdote, secũdum distinctionem, extra de sent. excom. nuper. Hæc autem pœna est nõ seruantis excõicationẽ. Si clericus est, deponitur, vt s. ea. si qs presbyter. si laicus, tardius absoluitur. j. ea. q iubente.

Excõicatus s quo est absolui nadus.

Clemens epi. 1.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

¶ Quibus Papa est inimicus, his nec loqui debemus. C. XV.

Ansl. 1. c. 6. Iuo p. 14. c. 82. dist. 93. si inimicus.

SI inimicus a est iste Clemens alicui pro actibus suis; vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, &c. *vt supra in tractatu ordinandorum: vbi agitur de obedientia minorum erga maiores.*

Item Fabianus episcopus, epist. prima.

¶ Excommunicatus est, qui excommunicatis communicat. C. XVI.

can. Apost. 11. Burc. l. 11. c. 35. Pane. l. 5. c. 95. † al. auertendo

SIcut Apostoli b statuerunt dicentes [Cum excommunicatis non est communicãdum: & si quis cum excõmunicatis, auersando † c regulas, scienter saltem a d in domo e simul locutus fuerit, vel orauerit f; ille communione g priuetur.]

a ¶ Saltem.] *In epistola Fabiani est,* scienter psallat in domo, aut simul locutus, &c. *Sed lectio Gratiani videtur magis consentire cum canone Apostolico* εἴ τις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω. *quæ Dionysius vertit,* Si quis cum excommunicato, saltem in domo simul orauerit, ille communione priuetur.

Item Calixtus Papa epistola secunda, c. 2.

¶ De eodem. C. XVII.

Polyc. l. 7. tit. 1. Ansl. l. 12. c. 14. Burh. l. 11. c. 38. Iuo par. 14. c. 23. & 102. Pano. l. 5. c. 94. can. Apost. 11. † al. quosque

EXcommunicatos quoscumque † à sacerdotibus nullus recipiat ante vtriusque h partis iustam examinationem: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut osculo communicet: nec aue i eis dicat: quia quicumque in his, vel alijs prohibitis, scienter excommunicatis communicauerit, iuxta Apostolorum institutionem, & ipse simili excommunicationi subiacebit.

Item Isidorus in regula monachorum, c. 18.

¶ De eodem. C. XVIII.

Polyc. ibidem Burch. l. 11. c. 31. & 32. Ansl. l. 12. c. 16. Iuo p. 14. c. 95. & 96.

CVm excommunicato neque orare neque loqui (nisi quæ ad eamdem excommunicationem pertinent) nec vesci liceat. Si quis β enim cum eo aut palam, aut absconse locutus fuerit; statim k cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

α *Prior pars huius capituli vsque ad vers.* Si qs enim *habetur in regula sancti Isidori (quæ missa est ex Hispania) c. 18. ex qua citat hoc Smaragdus in expositione regulæ sancti Benedicti, c. 26. excepta tamen ista clausula,* nisi quæ ad eamdem excommunicationem pertinent, *quæ neque in regula B. Isidori legitur, neque apud Smaragdum. Est tamen apud Burchardum, & Iuonem.*
β ¶ Si quis enim.] *Hæc vsque ad finem refert Smaragdus ex quodam magistro monachorũ, quod notabitur infra ead. c. si quis frater.*

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 73.

¶ De eodem. C. XIX.

Polyc. ibidem Ansl. l. 12. c. 18. Burc. l. 11. c. 44. Iuo par. 14. cap. 28. & 108. Pano. l. 5. c. 99.

QVi communicauerit, vel orauerit cum excommunicato; si laicus γ est, excommunicetur l; si clericus, deponatur.

γ ¶ Si laicus.] *Ita apud Burchardũ, & Iuonẽ par. 14. c. 108. & in Pannormia. Sed in concilio ipso cum varijs codicibus collato, & apud Iuonem eadem parte, c. 28. legitur,* siue clericus, siue laicus, excommunicetur.

Item ex decreto Honorij Papæ.

¶ *Burchardus etiam, Anselmus, & Iuo par. 14. c. 113. citant ex decretis Honorij. Sed idem Iuo eadem parte, c. 69. hoc ipsum tribuit Ioanni octauo in concilio apud Rauennam.*

S *Icut Apostoli.*] C a s u s. In hoc cap. & tribus sequentibus fere idem dr̃, scilicet q cũ excõicatis scienter non cõicetur. si quis vero eis cõicauerit vel palã, vel occulte, si clericus est, deponatur; si laicus est, excõicetur.
b ¶ *Sicut Apostoli.*] Paulus statuit 2. q. 1. multi. & Ioan. 24. q. 1. omnis.
c ¶ *Auersando.*] id est, contemnendo.
d ¶ *Saltem.*] nedum alibi.
e ¶ *Domo.*] id est, sub eodẽ tecto, vt 35. q. 6. eps in synodo. largius sumitur domus. ff. ad Sill. l. 1. s. e.
f ¶ *Vel orauerit.*] si ergo excõicatus intrat ecclesiam, omnes exibũt, vt 24. q. 1. omnes qui. sacerdos tñ si incepit Missam, non exibit, qa nõ relinquet officiũ inceptũ, vt 7. q. 1. nihil.
g ¶ *Communione.*] scilicet maiori, quia iam inciderat in minorẽ s. ea. q. si quis presbyter.

Excõicatus non intret ecclesiam.

E *Xcommunicatos.*
h ¶ *Vtriusque.*] scilicet, excommunicantis, & excommunicati. Per hoc cap. dixerunt quidam, quòd ignorante aduersario non posset excõmunicatus absolui 1 quod falsum est, vt extra de ap. quia fronte. nisi pro crimine sit excõmunicatus. tunc enim oportet vt primo satisfaciat, vt extra de verb. sig. ex parte 2. in fi. Vel dic, quòd si iudex ad querelã alicuius excõicauit aliquem, tunc non absoluet eum anteq̃ã ab aduersario intelligatur, an sit pro manifesto delicto excõicatus, vel non, vt j. c. sequitur. si autem iudex non ad alicuius querelam excommunicauit aliquem; tunc superior ipsum statim potest absoluere, vt in consti. Innoc. extra de app. eum specialis.
i ¶ *Nec aue.*] 24. q. 1. omnis qui recedit.

Excõicatus an possit absolui aduersario ignorãte.

1 Ar. ad hoc extra, li. 6. de appel. Romana. §. sententia. qa merita causarum, &c. extra de in integ. rest. tum ex litteris. Arch.

rat à sacramentis, & ab ingressu ecclesiæ. Alia solennis, quæ proprie dr̃ anathema, quæ separat etiam a cõione fidelium. De vtraque istarum habes 3. q. 4. Engeltrudã. Maior excõicatio imponitur vel pro maiori crimine, vel pro contumacia. Minor infligit pro quolibet mortali, vt j. ea. audi. & imponi siue pænitenti, siue non pænitenti, vel a seipso 2, vel a suo sacerdote loco pœnæ: pænitens tñ melius facit si auctoritate sacerdotis abstinet a sacramentis, vt de pæ. dist. 1. in actione. Impœnitenti autem imponit q̃nq̃ a Deo: s. qñ est in mortali peccato, tunc enim quantũ ad Deum priuatus est sacramentis, vt j. ea. audi. q̃nq̃ a seipso, & male, s. cũ non vult pænitere, & cessat a sacramentis, qa hoc sibi putat sufficere ad pœnã sine pænitentia, vt de pæ. dist. 1. sunt qui arbitrantur. sed si non putat sibi sufficere, sed abstinet quia putat se indignũ, bene facit, vt de conse. dist. 2. q scelerate. q̃nq; infligit a sacerdote loco

2 Vt de pæn. dist. 1. porro. aliàs incipit, facilius. j. e. § euidenter. Archid.

k ¶ *Vm excommunicato.* ¶ *Statim.*] Ergo est canon iste latæ sententiæ minoris excommunicationis 3. præterea si ob corrigi se, excommunicatur per sententiam, vt j. ea. c. proxi.
l ¶ *Vi communicauerit.* ¶ *Excommunicetur.*] Si communicat in crimine & criminoso, est pari excommunicatione cũ ipso ligatus, nec põt absolui nisi ab excõmunicatore: sed si communicat ei, sed non in crimine, tunc potest a solo sacerdote absolui. extra ea. nuper.

3 Sic j. sic qs frater. Arch.

CVra.] CASVS. Dicitur hic q epi' nomina excōicatorū debent tam vicinis epis q̃ suis parochianis indicare, vt eis non cōicent: debent etiam ea p̄ foribus ecclesiæ ponere, vt nec sui parochiani nec extranei possint aliquo modo prætēdere ignorantiā, & excommunicatis ecclesiasticus aditus excludatur.

Litteris epi an sit credendum.

a ¶ Episcopus.] hic habes q litteris epi creditur. & habes expresse extra de proba. post cessionem. & instrumētis aliorum principū creditur, si cōsuetudo regionis hoc habet, vt extra de fi. instr. cū dilectus. Sed obijciē, cum viua vox potior sit q̃ mortua, quare non creditur verbo epi in talibus, vt 6. q. 2. si tū. & cap. placuit. nec Papa epo credit, qui dicit se excōicasse aliū, vt extra de testi. cum tu filij. q̄nque enī elogia ex mala fide scribunt, vt ff. de custo. & exhi. re. diu'. nec scripturæ tabellionis creditur, nisi habeat testiū subscriptionem, vt in authen. de hære. & fal. §. sancimus. coll. 1. nec instrumento procuratoris. extra de procu. c. 1. nec instrumento iudicis, vt extra de testibus, cū à nobis: . Et H. dicit q semper statur sigillo epi. quia obtinet vicē publici instrumenti. extra de fide instru. scripta. & de fideius. p̄uenit. Alij dicunt, q nō creditur ei nisi redactū sit in publicam formā, vt in auth. vt nulli iud. §. si vero. colla. 9. & C. de dona. in donationibus. Vel nisi habeat subscriptionem testiū, & si non sit per publicam manum factum: quia forte ibi nō sunt publicæ personæ, vt 26. q. 2. §. potest. Hodie expeditū est circa ordinē iudiciorum, q non præsumit pro iudice nisi quātum alias probari potest. extra de p̄ba. quoniā p̄. in omnibus alijs præsumo pro sententia iudicis, scilicet, q sit iusta ex animo & ex causa, & quantum ad ius litigatoris, vt in constitutione, cum speciali. extra de appel.

¶ Hęc decre. loquitur l ei uitate Beneuentana, vbi notarij dicūtur iudices, & hoc est veritas secūdum Innocen.

¶ Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palam, & publice annuntientur. C. XX.

Polyc. ibidem. Ans. l. 12. c. 32. Burh. l. 11. c. 49. Iuo p. 14. c. 65. & 113.

CVræ sit omnibus episcopis[a] excommunicatorū omnino† nomina tam episcopis vicinis, quam suis parochianis pariter indicare †, eaque in celebri loco posita præ† foribus ecclesiæ cunctis cōuenientibus inculcare: quatenus in vtraque diligentia, & excommunicatis[b] vbique ecclesiasticus aditus excludatur, & excusationis causa omnibus auferatur.

† al. omnium

† al. pro

¶ Côcor. tex. in l. monumētorū. cum gl. C. de religio. & sump. fu. & l. instrumēta. & l. ratiocinia. C. de probatio.

2 *Verum hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excommunicationis enim pœnam dupliciter subimus, & dum reatum incurrimus, & dum sententia notamur.*

Vnde Hieronymus in librum Iudicum, homilia secunda.

Origenes hom. 2. ad c. 2. Iudicum.

¶ *In hoc & sequenti capite citatur B. Hieronymus, quod ipse has Origenis homilias Latinas fecit, sicut etiam supra dist. 36. c. si quis. est adnotatum.*

¶ Duobus modis aliquis satanæ traditur. C. XXI.

AVdi denique Apostolum dicentem de eo qui peccauerat: [Tradidi, inquit, huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat.] Vides ergo, quia non solum per Apostolos suos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum; sed & per eos, qui ecclesiæ præsident, & potestatem habent non solum soluendi, sed etiā ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis, cum pro delictis suis à Christi corpore separantur. Et vt mihi videtur, dupliciter etiam nunc tradūtur homines de ecclesia in potestatem zabuli. Vno modo quo superius diximus, cum delictum eius manifestum fit ecclesiæ, & per sacerdotes de ecclesia pellitur, vt notatus ab omnibus erubescat: & conuerso conueniat illi illud, quod sequitur [vt spiritus saluus fiat in die Domini nostri Iesu Christi.] Alio autē modo quis traditur zabulo, cum peccatum eius manifestum non sit hominibus: Deus autē qui videt in occulto, perspiciens eius mentem, & animam, vitijs ac passionibus seruientem, & in corde eius non† se diligi, sed aut auaritiam aut libidinem, aut iactantiam, vel alia huiusmodi; istum talem ipse Dominus tradit satanæ[c]. Quomodo eum tradit satanæ? Discedit à mente eius, & auertit se, & refugit à cogitationibus eius malis, & desideriis indignis, & relinquit domum cordis eius vacuam.

1. Cor. 5.

Ibidem.

† non solum amorem seculi, sed] orig.

Cum ergo per sententiam quis nominatus fuerit; cum eo communicare non debemus. Cum autem solo reatu, occulte excommunicationis contraxeris pœnam; non est ab eius communione cessandum. Vnde Dominus in Euāgelio tunc demum peccatorem dixit habendum sicut ethnicum & publicanum, cum ecclesiam audire contempserit. Apostolus quoque non ait; si quis frater est fornicator, sed [si quis frater nominatur fornicator, &c.] sententia nominationem intelligens. Hinc etiam Vrbanus Papa II. Guitmundo episcopo. [Sane quod super Ricardo] Require in causa. [Quidā[d] episcopus in hæresim lapsus.] Hinc etiam Christus in Euangelio zizania dixit esse toleranda vsque ad messem.

Matt. 18.

1. Cor. 5. Vide ꝟ. ead. c. Ad mensam.] in notatione. 24 q. 2. sane qđ. Matt. 13.

Hinc etiam Hieronymus.

Origenes hom. 21. ad c. 15. Iosue.

¶ Mali à bonis penitus separari non possunt. C. XXII.

NOlite recedere, à Domino in hodierno† die:] hoc est, donec se-

† al. vsque in hodiernum diem

b ¶ Excōicatis.] Arg. q ꝫ ea quæ publice facta sunt, nemo postmodum audiendus est, vt 8. q. 1. licet. 54. dist. nullus. 16. dis. quod dicitis. 12. q. 2. q & humanis. Arg. contra 82. dist. propositum. in fi.

VERVM. Hæc est secunda pars q. in qua vult probare, q nō tenemur vitare omnes excōicatos, sed illos solos q sunt excōicati nominatim, & ponit multos modos excōicationis, & hoc probat per 7. auctoritates sanctorum patrum. Io. de Fant.

CASVS. Dictum est ꝟ. q excōicatis non est cōicandum. Nunc vero dicit hoc esse intelligendum de nominatim excōicatis, q̄bus non est cōicandū. Et ostendit Gra. q dupliciter quis excōicatus sit, scilicet a cōmunione fidelium, cui numquā est cōicandum, & a corpore Christi p̄p mortale peccatum quod egit, cui quandiu toleratus sine peccato communicamus, quod probat p̄ sequens c.

AVdi denique.] CASVS. Ostendit Hieron. in hoc cap. q duplicter dicitur quis excōicari, & tradi satanæ. Primo quando quis anathematizatur, sicut fecit Paulus de fornicatore Corinthio, quem tradidit satanæ in interitum carnis, vt spiritus eius in die iudicij saluaretur, quod non solum per Apostolos, sed per eos qui in ecclesia præsident, fit quotidie: & dicuntur homines tradi satanæ, cum à tota ecclesia separantur. Secundo modo excommunicatūr quis vel traditur diabolo, cum per occultum peccatū qđ sol' Deus in abscondito videt, separat̄ à Deo. Vacuā, à gratia Dei.

c ¶ Satanæ] satanæ dr̄ tradi, quia diabolus in eo habet potestatē quasi in pecore suo, vt 24. q. 3. ꝑ. his auctoritatibus. in fine.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis c. q cum nominatim excōicato cōicare non debemus. quod p̄bat duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij, & Pauli apostoli. cum eo vero qui p̄p mortale delictum quod cōmisit est excommunicatus possumus communicare; & hoc probat auctoritate Vrbani.

d ¶ Quidam.] infra 24. q. 2. c. 3.

NOlite recedere.] CASVS. Hiero. ostēdit in hoc c. q peccatores occultos non possumus euitare: & p̄bat hoc auctoritate veteris testamenti, vbi legit̄ q filij Iuda non potuerūt eijcere Hiebuseos de Hierusalem, siue de terra p̄missionis vsq; ad hodiernū diem, q spiritualiter significant malos Christianos, quibus ecclesia cōicat. Et auctoritate Euangelij, vbi dr̄, q zizania no sunt eradicanda vel

da vel eruenda à frumento, ne simul eradicetur & triticũ, p quã zizaniã designatur, q occulti pctõres debent ab ecclesia tolerari, de quibus dr: Nolite mittere sanctum canibus, neque margaritas ante porcos. Manifesti aũt peccatores si incorrigibiles sunt, nõ debẽt in ecclesia tolerari. *Patiamini*. tolerando malos manifestos. *Patiatur*.

a ¶ *Ostendat*.] supple qui hoc ad litteram vult intelligere.
ADDITIO. Nec semper etiam ad litteram intelligendæ sunt auctoritates. de conse. dist. 2. accesserunt. 17. dist. relatum. 33. q. 4. ecce arg. extra de verbo. sign. præterea. ff. de leg. 3. non aliter. 26. q. 5. nec mirum. Archid.

culum stat: ostendat [a] ergo mihi, quomodo Hiebusæus, donec sæculum stat, habitet cum filijs Iuda in Hierusalem: quippe cũ ne ipsi quidem filij Iuda habitent in Hierusalem. Ideo ergo nec istud verum esse poterit, quòd Hiebusæi cum Iudæis habitent in Hierusalem, quandoquidem ne ipsi quidem habitant in ea. Sed nos intelligamus hæc spiritaliter, assumentes Euangelij parabolam, quæ dicit de zizanijs [b] [Sinite vtraque [c] crescere: ne forte cum vultis eradicare zizania, eradicetis simul cum ipsis etiam triticum [d].] *& infra*. ¶ Audi ergo scripturam dicentem; quia non potuerunt filij Iuda disperdere Hiebusæos: sed habitauerunt cum ipsis vsque in hodiernum diem in Hierusalẽ. Vnde deprecor vos, qui fideles estis, vt ita vitam vestram, & conuersationẽ seruetis, ne in aliquo vel ipsi scandalum patiamini, vel alijs scandalum faciatis: sed sit vobis summi studij, summæq; cautelæ: ne quis in hanc sanctam congregationem vestrã pollutus introeat: ne quis Hiebusæus habitet vobiscum. Vides ergo, quia dicit scriptura, quòd non potuerunt eijcere filij Iuda Hiebusæos de Hierusalem. Hiebusæus autẽ interpretatur conculcatio. Ergo, quia non possumus eijcere istos, qui nos conculcant, eos saltem, quos possumus, quorũ peccata manifesta sunt, eijciamus. Vbi enim peccatum non est euidens; eijcere de ecclesia neminem possumus: ne forte eradicantes zizania, eradicemus simul cũ ipsis etiã triticum. Mouet me tamen quod dixit; quia nõ potuerunt eijcere Hiebusæos, id est eos, qui interpretantur cõculcatio: & ideo videamus, qui sunt in ecclesia conculcantes. Illi sine dubio, de quibus dicit Dominus in Euangelijs. [Nolite mittere sanctum canibus, neque margaritas [e] vestras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant vos.] Iste est ergo Hiebusæus cõculcatio: qui indigni † audiũt verbũ Dei; & cũ audierint, neque vt infideles discedũt, neq; permanent, vt fideles: sed percepta mysteriorum notitia, & fidei nostræ secretioribus scrutatis, conuersi postmodũ impugnant nos, & cõtradictionibus suis corda nostra dirumpunt, conculcantes verbi Dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. De istis ergo dicitur; quia non potuerunt filij Iuda eijcere Hiebusæum de Hierusalem vsque in hodiernũ diem.

Margin: *Matt. 13.* — *Ios. 15.* — *Matt. 7.* — † *al. indigne*

Item idem super duodecim prophetas,

Margin: Hiero. in Amos prophetam, c. 5. circa medium.

¶ Porcis & canibus sancta non sunt committenda. C. XXIII.

QVando [f] ergo vir ecclesiasticus, & prudens, atque intelligens, multas impietates in ea, quæ vocatur domus Dei, esse cognouerit, & non solum multas, sed & fortes, & quæ opprimere possint iustitiam, & in tãtum doctorum rabiem processisse, vt accipiant [g] pretium in iudició, & omnia pro muneribus faciant pauperes quoque deuitẽt in portis, & audire contemnant; taceat in illo tempore, ne det sanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos; qui conuersi conculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentem [Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum:] & illud in psal. [Singulariter sum ego, donec trãseã.]

Margin: *Matt. 7.* — *Hier. 15.* — *Psal. 49.*

Item Ioannes Chrysostomus hom. 25. ad c. 11. epist. ad Hebræos.

¶ Cum pagano comedere, sed cum excommunicato minime licet. C. XXIIII.

AD mensam quippe paganorum si volueris ire, sine vlla prohibitione permittimus [h]. *& infra*. ¶ [Si enim quis frater, inquit, nominatur inter vos.] fratrem in hoc loco omnem fidelem simpliciter intellige, non monachum tantum. Quid autem est quod facit fraternitatẽ, nisi lauacrum regenerationis, quod facit posse vocari Deum patrem? *& infra*. ¶ [Si quis, inquit, nominatus [a] fuerit frater fornicator, aut auarus, aut ebriosus; cum huiusmodi nec cibum sumere.] Cum autem de paganis ageret; non ita: sed [Si quis vos vocauerit ex infidelibus (paganos significans), & vultis ire; omne, quod apponitur vobis, comedite. Si quis frater nominatur ebriosus, &c.] O quanta integritas †. Nos autem non solum non fugimus ebriosos; sed etiam imus ad eos, participantes cum eis.

Margin: *1. Cor. 5.* — † *al. diligentia*, ἀκρίβεια

a ¶ Nominatus.] *Gratianus putauit Chrysostomum eo modo interpretari istam vocem, quo supra interpretatus est Augustinus 2. 2. q. 1. c. multi. Locus integer græce sic habet.*

b ¶ *De zizanijs*.] idest, de occultis pctõribus.
c ¶ *Vtraque crescere*.] id est, malos esse cum bonis.
d ¶ *Triticum*.] arg. ad quæstionem vbi vnus interfectus est ab vno de tribus, si dubitatur à quo: quòd ratione dubitationis omnes debeant promoueri: quia ratione dubitationis vitiosa & superflua tolerantur. 23. q. 2. non æstimemus. extra de sepul. sacris. simile 14. q. 5. denique. & sanctius est impunitum, &c. ff. de pœ. absentem. arg. 3 de pæn. dist. 5. si quis vero. ff. ad leg. Aqui. ita vulneratus. 6. quæ. 2. si tantum & c. placuit. Item est hic arg. quòd ratione connexionis permittitur, quod alias non licet. sic 81. dist. tantis, & c. cum omnibus. & ff. de mi. denique. & l. verum. & l. etiam. & quid iuris sit de hoc, in quæstionibus notaui. B.

Margin: Dubitatio facit vitiosa tolerari.

e ¶ *Neque margaritas*.] 3. 43. dist. in mandatis.
QVando.] CASVS. Docet Hieron. in hoc c. quòd quando multitudo est in scelere, ita vt etiam judices pro pretio iudicent, & pauperes vitẽt, & audire contemnãt, quia non habent quid offerant: taceat tunc prælatus, ne det sanctũ canibus, & mittat margaritas ante porcos: sed imitetur potius Hiere. dicentem, Solus sedebam: quia amaritudine repletus eram.
f ¶ *Quando*.] argu. ex hoc c. q non nocet taciturnitas, quando non prodest contradictio, vt notaui 28. distinct. diaconi.
g ¶ *Accipiant*.] 3. 43. dist. in mandatis.
AD mensam.] CASVS. Ioan. Chrysostomus ostendit hic, quòd cum paganis, licet sint peccatores, & à Deo separati, comedere possumus, & alias communicare: sed cum Christianis anathematizatis non possumus, & hoc vtrumque probat auctoritate Apostoli. O quanta, ironice loquitur.

sis. eijciendo malos occultos. Beneuent. tamen dixit in casu suo, q occulti & manifesti peccatores sunt tolerandi: sed litera contradicit. Beneuent.

h ¶ *Permittimus*.] ad hoc, vt eos lucremur. 23. quæstio. 4. infideles. cum Iudæis tamen non possumus comedere, vt 28. q. 1. omnes. sed nec hodie cum paganis licitũ est comedere, cũ & ipsa

Q q 2 dilec-

discernant cibos sicut Iudæi. Hæc ergo est causa, quare possumus communicare paganis, & non excommunicatis; cum tamen & illi sint membrum diaboli, vt eos lucri faciamus: tamen ideo quia non multum curarent, licet eos vitaremus: sed excommunicati erubescunt, si non communicatur eis, vt s. ea. c. audi denique.

Excommunicatis cõmunicare non possumus, sed bene paganis.

Scilicet pagani.

tantum est separatus a sacramẽtis, & ab ingressu ecclesiæ: nec obstat ille canon si quis suadente, 17. q. 5. quia anathema ibi est idem quod separatio: hoc tamen non tenet ecclesia, & contra eum est extra de app. peruenit. .Io. Fauen. voluit eum corrigere, & dixit talem esse excommunicatum, sed non vitandum ante q̃ denũtiet. sed

Vbi Vin. idem not. q hic dicitur. Arch.

EVIDENTER VE. Casus.

Concludit Grat. ex supradictis, q eorum peccatorum communionẽ vitare non cogimur, qui non sunt sententia notati. Et ostendit, q notatio tribus modis intelligitur. Primus modus est, quando aliquis committit mortale delictum, propter quod sentit se indignum cõmunione corporis & sanguinis Christi: iste notatus est conscientia teste. Secundus modus est, quando iniungitur alicui pœnitenti vt vsq; ad certum tẽpus a corpore Christi abstineat, vt postea recõcilietur: & cum istis duobus generibus hominum possumus communicare. Tertius modus est, quando aliquis anathematizatur, cum quo non est communicandum; & ad hanc triplicem sententiam excommunicationis siue notationis probandam inducunt quædam capitula, quæ iam habuimus, & quædam quæ infra habentur. Si autem ab omnibus excommunicatis abstineamus, iam esset falsum quod dicitur s. 6. q. 2. c. si tantum. & c. placuit. Primus incipit ibi, *Aliquando enim.* Secundus ibi, *Vel sñia.* Tertius ibi, *Est & alia.*

a *Vel teste.*] ergo aliquis contra seipsum fert sententiam, vt 22. d. si. nunc autem. argu. contra quia nemo sibi imperare potest, vt ff. de arbit. l. pen. melius tamen est, si hoc faciat auctoritate superioris, s. de pœ. distin. 1. in actione. B.

Imperare sibi nemo potest.

b *Quæstione.*] id est, distinctione. nam tractatus de pœ. per distinctiones diuiditur.

c *De pœnitentia.*] s. de pœ. distin. 1. §. item sicut.

d *Tempore præfinito.*] in cœna Domini.

1 Vt 50. di. in capite. de cõse. dist. 2. § cœna aliàs incipit, à quibusdã. Arch.

e *Sententia.*] sic index secularis potest aliquem excommunicare, id est, a legitimis actibus prohibere, vt ff. de pœ. l. minutis.

f *Engeltrudem.*] s. 3. q. 4. ca. vlti.

g *Si quis domum.*] 17. q. 4. quisquis. §. si quis domum s. 5. q. 2. c. 2. Ioan.

h *Ab ingressu.*] G. videtur hic sentire, q qui clericum verberat sed expresse cõtra eũ est, extra de sen. excom. cum nõ ab homine.

i *Vrbani.*] s. ead. quibus episcopi.

καὶ οὐδὲ τὸν Παῦλον δέδοικας, εἰς μὲν ἑλλήνων τράπεζαν, εἰ βουλοίμεθα, ἀκωλύτως συγχωροῦντα ἀπελθεῖν, εἰς δὲ τὰς τῶν πλεονεκτῶν οὐδὲ βουλομένους ἐῶντα; ἐὰν γάρ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι. ἀδελφὸν ἐνταῦθα λέγων πάντα τὸν πιστὸν ἁπλῶς, οὐ τὸν μονάζοντα. τί γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν ἀδελφότητα; τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δυνηθῆναι καλέσαι πατέρα τὸν θεόν. ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος, κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφός. ὁ δὲ πιστός, κἂν κοσμικὸς ᾖ, ἀδελφός ἐστιν. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέγετο ὁ μακάριος οὗτος. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ᾖ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ μέθυσος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐπὶ τῶν ἑλλήνων οὕτως, ἀλλ᾽ ἐάν τις ὑμᾶς καλέσῃ τῶν ἀπίστων (τοὺς ἕλληνας λέγων) καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι μέθυσος. βαβαί πόση ἡ ἀκρίβεια. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐ φεύγομεν τοὺς μεθύσους, ἀλλὰ καὶ ἀπερχόμεθα πρὸς αὐτούς, μετέχοντες τῶν παρ† αὐτῶν. idest,

† In Veronensi est πρὸς

Et neque Paulum veritus es; ad mensam quidem græcorũ si voluerimus ire, non prohibentem: ad mensam autem auarorum, & aliena auferentium ne volentes quidem permittentem. [Nam si quis, inquit, qui frater nominatur inter vos] fratrem hoc loco dicens omnem fidelem simpliciter, non monachum tantum. Quid autem est, quod facit fraternitatem? lauacrum regenerationis, id quòd possumus Deum vocare patrem. Proinde, qui catechumenus est, etiam si monachus sit, non est frater: qui vero fidelis est, etiam si sæcularis sit, frater est. [Si quis, inquit, qui frater nominatur.] Neque enim vestigium tunc monachi erat: sed omnia ad sæculares loquebatur tunc beatus Paulus. [Si quis, inquit, qui frater nominatur, fuerit fornicator, aut auarus, aut ebriosus, cum huiusmodi nec cibum sumere.] Cum autem de græcis ageret; non ita, sed [Si quis vocat vos infidelium] græcos significans [& vultis ire; omne, q̃d vobis apponitur, manducate.] [Si quis, inquit, qui frater nominatur, sit ebriosus.] Papæ quanta diligentia. Nos autem non solum non fugimus ebriosos, sed etiam abimus ad eos, vnà sumpturi quæ ab ipsis.

1. Corin. 5.

1. Corinth. 10.

Euidenter itaque ex præmissis apparet, quòd eorũ communionẽ vitare non cogimur, qui sententia notati nõ sunt. Sed ipsius sententiæ notatio multipliciter intelligitur. ¶ *Aliquando enim arcetur quis à liminibus ecclesiæ, & à cõmunione corporis & sanguinis Christi, vel teste* [a] *conscientia, iuxta illud Apostoli, [Probet se homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indigne manducat & bibit, iudicium sibi manducat & bibit.] Item illud Prosperi [facilius sibi Deum placabunt, &c.] require infra causa xxxiij. Maleficijs impeditus, quæstione* [b] *prima de pœnitẽtia* [c]*. Vel sententia ecclesiastica: sicut pœnitentes, quibus tempore præfinito* [d] *beneficium reconciliationis impenditur. Hæc sententia* [e] *excõmunicatio vocatur: quia à communione corporis & sanguinis Christi notatũ prohibet: sicut & Adã ab esu ligni vitæ excommunicatus est, Domino dicente. [Videte, ne forte sumat is de ligno vitæ.] Qua sententia non separatur quis à consortio fideliũ. Est & alia sententia, quæ anathema vocatur: qua quisq; separatur à cõsortio fidelium, de qua supra [Cum excõmunicatis nolite cõmunicare.]* ¶ *Hanc distinctionẽ licet cuique aduertere ex auctoritate Ioannis Papæ. [Engeltrudem* [f] *vxorẽ Bosonis, &c.] requirẽ supra in causa [Quidam episcopus à propria sede deiectus.] Item ex auctoritate eiusdem [Si quis domum* [g] *Dei violauerit, &c.] require infra in causa xvij. [Quidã presbyter infirmitate grauatus.]* ¶ *Itẽ ex auctoritate Siluestri Papæ [Præsenti decreto censemus, &c.] require supra in causa [In infamia cuiusdã episcopi.] Iuxta igitur hãc distinctionẽ intelligenda est illa auctoritas Innocẽtij Papæ secundi [Si quis suadente diabolo, &c.] vt infra in causa [Quidam presbyter,] vt iuxta etymologiã vocabuli anathemati, id est separationi subiaceat, qui in edictũ illud inciderit, qui à corpore & sanguine Christi, & ab ingressu* [h] *ecclesiæ se alienũ facit: qui impias manus in clericum inijcere ausus fuerit: qui etiam à nullo episcoporũ absolui, id est more pœnitentium reconciliari poterit, nisi primum Apostolico conspectui se repræsentare curauerit.* ¶ *Illud autẽ Petri de Clemẽte [Si inimicus est iste Clemens, &c.] de sententia notatis intelligendũ est, sicut & illud Vrbani* [i]*. [Quibus episcopi non cõmunicãt, &c.]*

1. Corin. 11.

Gen. 3.

s. ead. multis capitibus habetur sententia. 3. q. 4. c. fin.

17. q. 4. quisquis §. idem. si quis domum.

5. q. 2. c. 2.

17. q. 4.

s. ead.

a ¶ Cete-

a ¶ *Ceterum.*] quasi dicat bene distinguo inter excõicatos simpliciter, & anathematizatos, vt scilicet isti sint vitandi, isti non.
b ¶ *Si tantum.*] s. 6. q. 2. placuit. c. 2 & vlt.
c ¶ *Item Grego.*] cõtra id quod dixerat simpliciter excõicatos nõ esse vitandos, modo ostendit omnes excõmunicatos esse vitãdos, Rogo.

personam. j. ea. quoniam multos. nec ob. 19. dist. Anastasius. quia ibi communicabant ei in crimine hæresis.

S *I quis laicus.*] CASVS. Statutũ fuit in concilio Toletano, q si ue clericus siue laicus sit anathematizatus, nullus ei cõicare p̃sumat. si vero ꝙ fecerit, et ipse excõicet. & hoc verũ est de p̃sentibus, vel et̃ de absentib⁹ q nouerunt clericũ vel laicũ anathematizatũ. *Excõicetur.* i. pro excõicato habeatur, quo ad sacramenta ecclesiæ.

f ¶ *Episcopi.*] isti enim non poterant ignorare sententiam sui epi, vt 12. q. 2. qui humanis.

g ¶ *Commoniti.*] arg. q sufficit, si alicui dictũ est de excõicatione alicuius, vt ipsum teneat vitare, vt extra de elect. venerabilem. vltra mediũ, in parte decisa. & de postu. prælat. ad hæc. ar. ꝙ extra de cler. excõmuni. illud? Respon. prima sñia vera est, qñ excõicatio alicuius peruenit ad aliũ per famã publicam, alias forte secus esset, vt in contrario.

SED HOC. Hæc est tertia pars q. in qua dicitur, q hæc regula de vitandis excõicatis habet locũ i excõicatis nominatim, & ad hoc probandũ inducit ix. c. Ioan. de Fane.

CASVS. Supra dictũ est i c. rogo. q clericus Salonitanus non cõicaret sacerdotibus cõicãtibus Maximo nominatim excõicato, pp qđ videtur, vt et̃ ab illis q non sunt noiatim excõicati, sit abstinẽdũ. Soluit aũt hoc Gra. & dicit, q illi sacerdotes n fuerũt noiatim excõicati cum Maximo. ita dicit Hug. Gra. sentire. vel secundũ Ben. illud c. rogo. intelligunt de illis sacerdotibus, qui licet non fuerint nominatim excõicati, fuerunt tñ anathematizati pariter cũ Maximo nominatim excõicato. sic enim dixit Greg. excõico Maximũ cum omnibus sibi fauẽtibus. & ad hãc solutionem probandã inducit duas concordantias. Sequẽtia duo c. plana sũt. *Excommunicationis.* id est, suspensionis á sacramentis, & ingressu ecclesiæ. ita dicit Hug.

I. ead. si eps] & [Placuit.]

In Toletano 4. c. 27. Burc. l. 2. c. 92. Ans. l. 8. c. 27. Poly. l. 2. tit. 36. Iuo p. 5. c. 367. & p. 6. c. 237. Pann. l. 3. c. 80.

¶ Qui damnatur a synodo, quomodo in secunda innocens reperitur. C. LXV.

Episcopus, presbyter, aut diaconus à gradu suo iniuste deiectus, si ...

a *Eius.*] idest, Hierusalem.

b *Dilatauit.*] loquitur humano more.

c *Homo.*] i. minor.

c *Homo.*] i. superbia.

d *Vir.*] idest maior.

d *Vir.*] i. superbus.

e *Exaltabitur.*] idest, altus apparebit.

f *Sanctificabitur.*] idest, sanctus apparebit. vt ibi, *Sanctificetur nomen tuum.*

g *Ipse*] *Priuat.*] idest, meretur priuari. sic 11. q. 3. sæpe sit. vel proprie, quia priuilegium non conceduntur ad abusum.

Idest, facit propter quod debet priuari, & est ii. 55. distin. præterea tes in fin. 82. disti. plerimos. iuxta fi. 4. q. 5. quisquis.

h *Iudicare.*] *Sua.*] vt j. ea. quattuor.

i *Tunc vera est.*] Inducit hoc c. Gratianus, quod etiam iniusta absolutio non prodest: & à contrario sensu, nec iusta condemnatio. Est ergo casus. Ostendit Gratianus quod prælatus non debet absoluere delinquentem, nisi prius videat à Domino peccatum sibi esse remissum. Et hoc probat exemplo Lazari mortui quatriduani quem discipuli non absoluerunt prius quam viderint ipsum à Christo viuificatum. Seq. duo cap. patent.

i *Interni.*] idest, conscientiæ, vel Dei.

k *Iudicis.*] idest, Dei. hic vult dicere, quod sacerdos neminem absoluet, nisi præcesserit absolutio Dei, idest, contritio.

Priuilegium.] Hæc est pars illius s. dist. 74. vbi ista. & capit. gesta.

l *Priuilegium.*] Perditur priuilegium propter abusum, vt hic. Propter delictum 25. q. 2. ita nos. Item propter contrarium factum. extra de priuile. si de terra. & extra de consti. cum accessissent. Item propter negligentiam. ff. de nundinis. l. 1. Item propter enorme damnum superueniens. extra de deci. suggestum. Sed nunquid ecclesia perdit priuilegium si delinquant canonici vel monachi? Videtur quòd sic: quia & ciuitas perdit, si deliquerint ciues. 25. q. 2. ita nos. Item nauis ecclesiæ publicatur propter delictum. C. de sacrosanct. eccle. iubemus. argu. extra de pri. l. cum & plantare. in fin. Sed dicas quòd non, argu. extra de arbi. capi. cum tempore.

Contra tex. in l. liberam. ff. de pecu. & in l. qui si ne. ff. de neg. gest.

m *Non debet.*] *Pœnam.*] Si ergo constet ibi, quod sententia iudicis est iniqua, potes iudici violenter resistere. extra de appel. significauerunt. 61. dist. cap. nullus inuitis. Est ergo hic arg. quod si quis celebrat post excommunicationem iniuste latam, quod non debet substinere aliquam pœnam: quia qui probat sententiam ex... potest. Et ad hoc probandum sophistice inducit c. Gelasij Papæ. s. ea. cui est illata. & ideo dicit ab eius communione non esse abstinendum. Sed postea huic solutioni obijcit duo c. scilicet Carthaginensis concilij, & Africani. s. c. clericus. & c. placuit. obijcit etiam c. Moguntinen. concilij, vt j. ea. c. proxi.

Excommunicatus iniuste celebrans, an sit puniendus.

n *Ex Gelasij.*] supra ead. cui est.

o *Carthaginensis.*] supra ead. si episcopus.

p *Et Africani.*] supra ead. cap. placuit.

Episcopus.] Quidam eps vel presbyter vel diaconus iniuste fuit degradatus. quæsitum fuit in concil. Moguntin.

vtrum

verum posſit exercere officium ſuum ſicut prius faciebat? Et reſpõdetur ꝙ non, niſi inſignia graduũ recipiat corã altari de manu epiſcoporũ, ſicut prius amiſerat. Idem eſt de reliquis clericis, hodie ſolus Papa reſtituit depoſitos, vt I. 2.q.6.ideo.2. vnde hoc cap. eſt correctum. Vel loquitur ſecundum antiqua tempora: vel de delega-

ſcopus. licet ſit arg. contra. 15. diſt. epiſcopus.

SI ERGO. Hæc eſt 5. pars, i. qua facit diſtinctionẽ, &c. Io. de Fã.

CASVS. Concludit Gra. ex c. ſ. prox. dicens, ꝙ ſi iniuſte degradati nõ poſſunt eſſe qđ fuerunt, niſi de manibus epiſcoporũ recipiãt quod iniuſte amiſerũt, apparet ꝙ iniqua ſentẽtia excõicationis ligat. Sed ſtatim reſpondendo facit trimẽbrẽ diuiſionẽ iniuſtæ ſententiæ: dicẽs ꝙ ſententia quandoque iniuſta eſt tantum ex animo: quandoque tantũ ex ordine: quandoque tantum ex cauſa. Et ad probandũ iſtam diuiſionẽ ſequẽtia cap. inducit: & dicit ꝙ in oĩbus caſibus illis eſt parendũ ſententiæ.

[^a] inueniatur

in ſecunda ſynodo [a] innocens reperiatur †, non poteſt eſſe quod fuerat, niſi gradus amiſſos recipiat coram altari de manibus epiſcoporum: ſi epiſcopus eſt, orarium [b], annulum, & baculum; ſi presbyter, orarium, & planetam [c]; ſi diaconus, orarium, & albam; ſi ſubdiaconus, patenam, & calicem. Sic & reliqui [d] gradus in reparatione ſua recipiant ea, quæ, cum ordinarentur, perceperant.

¶ *Hoc habetur in concilio Toletano 4.c.27.ex quo citant Iuo par.5.c.367.& Polycarpus l. 2. tit. 36. Idem tamen Iuo par. 6.c. 337. & Burchardus tribuunt concilio Moguntino: auctor autem Panormiæ & Moguntino, & Toletano.*

§ *Si ergo iniuſte deiecti, nec etiam per epiſcopos reparari poſſunt, niſi de manibus eorum recipiant quæ amiſerant; quomodo ſua auctoritate cuique licet iniuſte ligatis communicare, & eis, non petita abſolutione, ſua celebrare officia, ſicut Gelaſius videtur ſentire? Ad hoc reſpondendum eſt, quòd ſententia aliquando eſt iniuſta ex animo proferentis, iuſta vero ex ordine & cauſa: aliquando eſt iuſta ex animo & cauſa, ſed non ex ordine: aliquando iuſta ex animo & ordine, ſed non ex cauſa [e]. Cum autem ex cauſa iniuſta fuerit; aliquando nullum in eo omnino, qui accuſatur, delictum eſt, quod ſit damnatione dignum: aliquando non eſt in eo illud, ſupra quod fertur ſententia: ſed ex alio notandus eſt. Ex animo eſt iniuſta, cum aliquis ſeruata integritate iudiciarij ordinis in adulterum, vel in quẽlibet crimi noſum, non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij, vel pretio, aut fauore aduerſariorum inductus ſententiam profert. Vnde Beda ſuper epiſtolam Iacobi ait. ¶ [Ira enim viri iuſtitiam Dei non operatur:] quia qui iratus in aliquem ſententiam profert, & ſi ille, quantum [f] ad ſe iuſtam reportet ſententiam; iſte tamen, qui non amore iuſtitiæ, ſed liuore odij in eum ſententiam dedit, iuſtitiam Dei, in quem perturbatio non cadit, non imitatur.*

Mutatis verbis, ſed ſalua ſẽtẽtia Iac. 1.

Item Gregorius.

¶ Sententia iuſtitiæ non eſt pro præmio ferenda. C. LXVI.

Iſidorus ſententiarũ de ſummo bono, l.3.c.58. Beda in ſcintil. 15,c.71. Burc.l.16.c. 28.

QVi recte iudicat, & præmium inde remunerationis expectat [g]; fraudem in Deum perpetrat: quia iuſtitiam, quam gratis impertiri debuit, acceptione pecuniæ vendit. Bonis male vtuntur, qui iuſte pro temporali lucro iudicant. Tales quippe ad veritatem non iuſtitiæ defenſio, ſed amor præmij † prouocat: quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à iuſtitiæ defenſione recedunt. Acceptio nummorum †, præuaricatio veritatis eſt. Vnde & pro iuſto dicitur. [Qui excutit manus ſuas ab omni [h] munere, iſte in excelſis habitabit.]

† al. pecuniæ

† al. munerum Iſa. 33.

¶ *Apud B. Gregorium non eſt inuentum: ſed apud Iſidorum lib.3.de ſum.bono, c. 58. quem citant Burchardus, & Beda in ſcintillis.*

Item Gregorius lib.8.epiſt.12.ad Guidiſcalcum.

¶ In præpoſitorum operibus ſibi totum ratio vendicet. C. LXVII.

Burc.l.15.c. 29. Iuo p.16.c.30.

ILla præpoſitorum ſolicitudo vtilis, illa eſt cautela laudabilis; in qua totum ratio agit, & furor ſibi nihil vendicat. Reſtringenda ſub ratione poteſtas eſt: nec quidquam agendum prius, quàm concitata ad tranquillitatem mens redeat. Nam commotionis [i] tempore iuſtum omne † putat, quod fecerit.

† al. ira

e ¶ *Ex cauſa.*] ff. de li. & poſthu. ſed etſi. & l. ſi poſthumus. §. vlt. & l. idem. & ff. de condi. & demonſt. cum talo. §. falſũ. & §. ie. & l. falſa.

IRA. CASVS. Quidam ſeruato ordine iudiciario quemdã delinquentem ex odio condemnauit; quæſitũ fuit an recte iudicauerit? Et reſpondetur ꝙ ſic quantum ad condemnatum: ſed tamen condẽnans Dei iuſtitiã non imitabit, in quem nõ cadit perturbatio, cũ hoc ex odio fecerit.

f ¶ *Quantum ad ſe.*] Not. ſententiam quo ad vnum tenere, quo ad alium non, vt 23.q. 5.miles. & c. cum miniſter. ſic 49.diſt.c.vlt.

QVi recte.] CASVS. Quidam iudex ordine iudiciario ſeruato iuſtã tulit ſententiam, pro pretio tamen. quæſitum fuit à Greg. vtrum talis iudex debeat dici bonus? Et reſpon. ꝙ non: quia non amor iuſtitiæ, ſed pecunia illud ad veritatem prouocauit: cui ſi ſpes nummi non adeſſet, à iuſtitiæ tramite deuiabit: ſed bonus iudex ab omni munere excutit manus ſuas: qui pro recto iudicio vitã accipiet ſempiternam.

g ¶ *Expectat.*] Arg. ꝙ licet non interceſſit pactio, peccat tamen qui expectat remunerationẽ, ſicut fœnerator, vt 14.q.3.c.1. Sed nũquid peccat qui iudici dat pecuniã vt iuſte iudicet? Dicũt quidã: ſi dãs hoc exprimit, ꝙ iõ det pecuniã vt ꝓ eo ferat ſentẽtiã, turpiter facit: nec tũc repetet qđ dedit. ſed ſi ſimpliciter det ei vt iuſte iudicet, vel vt iuſte teſtef, nõ peccat: & tũc repetet qđ dedit, 14.q.5.nõ ſane. Pleriq; doctores legũ dicũt: qualitercũque det, nõ repetit: quia voluit corrũpere iudicẽ, vt ff. de condi. ob tur. cãm. l. 2. & venales iniæ nulliꝫ sũt 2.q.6.§.venales.

h ¶ *Ab omni.*] ſ. 1.q.1. ſunt nonnulli.

ILla.] CASVS. Mauricius Imperator furioſe delinquentes feriebat quandoque. quare Greg. ex hoc eũ redarguit: quia tẽpore cõmotionis iudex putat eſſe iuſtũ quod facit: & tamen eſt iniuſtũ. vnde iudex iudicare nõ debet, niſi mente tota trãquilla & pacifica.

i ¶ *Commotionis.*] Iudex ergo cum offenditur, debet dare inducias. arg. 23.q.5.c.2. & 5.q.2. relatum, in fin. & q.5. qui ambulat.

Iudici dãs pecuniam vt iuſte iudicet an peccet.

legatis à domino Papa.

a ¶ *Synodo.*] Hodie concilium non deponit epiſcopum, ſed ſolus Papa: nec concilium reſtituit epiſcopum, ſed ſolus Papa, vt 2.q.6. ideo. Et hic eſt ar. ꝙ eps poteſt reſtituere clericum depoſitũ: qđ verum eſt cũ dicit depoſitionem nullã: quia per falſos teſtes, vel per allegationes eſt conuictus: licet ſit ar. cõtra. ff. de quæſt. l. 1. in fine.

ADDITIO. Vbi habetur ꝙ præſes prouinciæ illum quem damnauit, reſtituere non poteſt: ſed illud intellige cum petitur reſtitutio officio iudicis: ſecus vbi iure actionis. Archid.

b ¶ *Orarium.*] ideſt, ſtolam.

c ¶ *Planetam.*] ideſt, caſulam.

d ¶ *Reliqui.*] Hic patet, ꝙ æque deponitur aliquis à minoribus ordinibus, ſicut à maioribus, vt 24. diſt. c. vlt. & 26.q.1. ſi quis epi

Epiſcopus deponitur & reſtituitur à ſolo Papa.

Ad hoc ff. de condi. ob turpem cau. l. 3 & l. ſi ob turpem. Acc.

Ira.

IRa.] Casus. Docet hic Ambro. q prælatus in corrigendo delinquentes, iram debet à se remouere. Et hoc probat duabus auctoritatibus, scilicet Christi, & Pauli.

a ¶ Coercere.] Iudex non debet plus iusto incãdescere in eos quos malos putat. ff. de offic. præsi. obseruandum.

b ¶ Vindicantes.] repercutiendo. 23. q. 1. §. 2. alias possumus vi vi repellere. ff. de iust. & iu. vt vi. & C. vñ vi. l. 2. †

Vel. 1. dif. ius naturale. & sic hoc verbum Apostoli est consiliũ: sed subtilius intuentibus videtur esse preceptũ, secundũ Lau.

CVm apud.] Casus. Quidã miles impetu furentis populi apud Thessalonicã fuit interfectus: quo audito Theodosius Imperator atrocitate sceleris commotus, ad ludos Circẽses iussit populum conuocari: & præcepit militibus vt populum indifferenter obtruncarent. Super quo facto cum ab epis Italiæ redargueretur, in conspectu ecclesiæ indumentis regalibus depositis publicã pœnitentiam egit: & statuit vt sententiæ principũ super capitali causa prolatæ, ab executoribus vsque ad dies triginta differantur, vt locus esset misericordiæ, si videretur expedire, vel æquitati condonare.

c ¶ Animaduersione.] In ciuilibus causis si actio est personalis, vsque ad quattuor menses non mandatur sententia executioni. extra de offi. de leg. quærẽtis. si est realis, statim mandatur executioni, vt instit. de offi. iud. §. 1. Sed si sententia sit lata super crimine, statim mandatur executioni, vt 2. q. 1. sicut. C. de pœnis, cũ reis. nisi in casibus, s. cũ princeps ex iracundia tulit sententiã, vt hic, & C. de pœnis, si vindicari. Itẽ cũ sententia lata est cõtra mulierẽ prægnãtẽ, differtur executio vsque ad tẽpus partus. ff. de pœ. prægnãtis. Itẽ si est lata in seruũ, differt executio quousque dño reddiderit ratiocinia. C. de bo. proscrip. l. 1. Itẽ differtur quando insula est assignanda à principe. 2. q. 6. biduum. §. si quidem. Item differtur cũ quis est confessus de crimine[a] donec appareat an velit in confessione perseuerare. C. de custo. re. l. 2. Hæc habentur in his versibus:

In personali post menses quatuor, in re
Protinus est omnis sententia perficienda.
Sic in criminibus: sed casus excipe quinque
Confessus, prægnans, iratus, & insula, seruus.

Sententis in tra qđ tẽpus mãdetur executioni.

Sententia super crimine lata statĩ mãdatur executioni præterquã in casib9 quinque.

Hoc ideo quia non statuit cõfessioni, nisi confitens perseuerat. ff. de quæstio. l. 1. §. diuus. & §. si qs vlsto. Arch.

SVmmopere.] Casus. Quidam rectores ecclesiæ vel sæculares iudices ex leuitate vel furore sententias proferebant. Sed Greg. docet hoc non esse faciendũ: sed re pleniter inuestigata, sine acceptione personarũ secundum leges & canones dicit esse definiendum: & hoc probat exemplo Moysi, qui querelas populi ad Deũ referens iuxta Domini præceptum iudicabat: nos instruens vt nõ ex corde nostro, sed ex præcepto Dei condemnationis & absolutionis sententiam proferamus. Seq. duo cap. plana sunt.

d ¶ Qui publica.] idest, sæcularia.

e ¶ Aut furore.] 2. q. 1. Deus omnipotens. ꝧ. 30. q. 5. iudicantem.

f ¶ Resoluatur.] idest, aperiatur.

g ¶ Et tunc secundum.] Tamen bene tenetur iudex iudicare secundum quod sibi videtur, vt in auth. iusiuran. quod præstatur ab his. §. 2. coll. 2. ff. de arb. qualẽ. Et est argu. q scđm allegationes potius q̃ secundum conscientiam sit procedendum, vt 3. 3. q. 7. iudicet.

Iudex an secundum cõscientiam debeat iudicare.

h ¶ NOn licet.] ¶ Iniustum.] multo magis iniustum. 14. q. 5. non sane. Gan. dixit q aduocatus vel iurisperitus non debet vẽdere vel consilium vel patrocinium: quia si causa est iniusta, non debet iudex eam assumere: immo semper acceptam vel assumptã deserere debet. C. de iudi. rem non nouam. si est iusta, gratis tenetur consulere vel patrocinari. & dicit Augustinum hic loqui secundũ leges. Sed tu dicas q tales operas bene potest locare quis[a], nemo enim de suo cogitur facere beneficium. 10. q. 2. precariæ. Tamen dico, q si sine labore possunt dare consilium non reuoluendo libros, nec laborando in perlegendis allegationibus: tunc gratis tenentur subuenire. De iudice delegato dicas, q nihil potest petere nisi expensas. extra de vi. & hone. cleri. cum ab omni. modica tamen xenia potest petere vel accipere: dum tamen talia sint quæ iudicantis

Aduocatus an possit operas suas locare.

[a] Adde in & quãdo aduocatus possit pacisci de salario. glo. 2. ꝧ l. sumptus. ff. de pac. & l. si qui aduocatorum. & ibi Cy. C. de post.

Contrariũ tenet Io. An. in Mercuri. Frã. Purpur. in l. si mu & Titiũ. 1 pri. si certũ pet. Hier. Cagnochar. 46. col. 2 de offi. assess. nisi pauperi. Alber. l. 1. C. de postul.

Item Ambrosius libro de sancto Ioseph, c. 13.

¶ Grauiter delinquit, qui ex ira sententiam profert: C. LXVIII.

IRa sæpe etiam innocentes in crimen abducit: quia, dum iusto amplius irascimur, & volumus alienum coercere[a] peccatum, grauiora peccata committimus. Ideo Apostolus ait. [Non vos ipsos vindicantes[b] charissimi: sed date locum iræ.] hoc est, declinemus eam: ne nos illa corripiat. Vnde Dominus Iesus dimittens ad Euangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pecunia, sine virga: idest, vt & incentiua litis, & instrumenta eriperet vltionis. Rom. 12. Luc. 9.

Item ex libro vndecimo ecclesiasticæ historiæ Rufini, c. 18.

¶ Ratio debet corrigere, quod furore promulgatum est. C. LXIX.

CVm apud Thessalonicam seditione exorta quidam vir ex militaribus impetu fuisset populi furentis extinctus, Theodosius repentini nuntij atrocitate succensus ad ludos Circenses inuitari populum, eique ex improuiso circumfundi milites, atque obtruncari passim vt quisque occurrisset, gladio iubet, & vindictam dari non crimini, sed furori: ob hoc, cum à sacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictũ, culpamque cum lacrymis professus, publicam pœnitentiam in conspectu totius ecclesiæ egit †; & in hoc sibi tempus adscriptum absque regali fastigio patienter impleuit. Quibus omnibus illud quoque mirabiliter adiecit. Lege sanxit in posterum, vt sententiæ principum super animaduersione[c] prolatæ, in diem vigesimum ab executoribus differrentur; quò locus misericordiæ, vel, si res tulisset, pœnitentiæ non periret.

† al. exegit

Item ex † dictis Gregorij.

† al. Gregorius

¶ In dictandis sententijs rectores nullo furore ducantur. C. LXX.

SVmmopere præcauere debent rectores ecclesiarũ, & qui publica[d] iudicia exercent, vt in dictandis sententijs nullatenus leuitate, aut furore[e] ducti sint præcipites: sed causis prius diligenter ventilatis, cum res, quæ ignorabatur, pleniter ad notitiam venerit; tunc diuina, & humana lex resoluatur †[f]: & tunc secundum[g] quod ibi constitutum est, remota personarum acceptione, definitiua proferatur sententia. Hinc est, quod Moyses querelas populi semper ad Dominum tabernaculum ingressus referebat, & iuxta quod Dominus imperabat, iudicia proponebat: nimirum nos instruens, vt non ex corde nostro, sed ex præcepto diuino condemnationis, vel iustificationis sententiam proferamus.

Burc. l. 16. c. 1. Ans. l. 13. c. 25.

† resoluitur

Exo. 33.

¶ De non præcipitanda sententia leguntur nonnulla apud B. Gregoriũ lib. 19. Mor. c. 23. ad ea verba Iob, Causam, quam nesciebam, diligẽtissime inuestigabã, & lib. 12. regesti, epi. 26. & alibi.

Item Augustinus ad Macedonium epistola 54.

¶ Iustum iudicium vendi non potest. C. LXXI.

NOn licet iudici vendere iustum[h] iudicium, & si liceat aduocato vendere iustum patrocinium, & iurisconsulto rectum consilium.

3. 14. q. 5. c. fin.

¶ Propria verba B. Augustini referuntur infra 14. q. 5. c. fin. vers. sed non ideo.

iudicantis an imum non immutent. arg. extra de simo. & si quæstio nes. quia illa non computantur inter lucra ff. de offi. proconsul. l. solet. §. vl. nec huiusmodi xenia debēt excedere i anno. 100. aureos. ff. ad l. Iuliam repetun. Lex. in fin. testis etiam sumptus petit. vt 4. q. 3 venturis. Ordinarius autem iudex non potest expensas petere, cum

Item Isidorus lib. 3. de summo bono, c. 58.

¶ De eodem. C. LXXII.

Burc. l. 16. c. 28.

PAuper [a] dum non habet quod offerat, non solum audiri contemnitur, sed etiam contra ueritatē opprimitur †. Cito violatur auro iustitia, nullamque reus pertimescit culpam, quam redimere nummis existimat [b].

† Adde au pauperi tenetur aduocatus impendere gratuitum patrocinium & dic q sic, vt not. Albe. de Rosa in l. 2. C. de post.

Huic itaque sententiæ, quæ non amore iustitiæ, sed ex alia qualibet causa fertur in quemquam, humiliter obediendum est.

Vnde in Niceno concilio, c. 5.

Et in Aquisgrā. c. 42.

¶ Non recipiantur ab alijs, qui suorum episcoporum contrahunt offensam. C. LXXIII.

Burc. l. 11. c. 36. Iuo p. 14. c. 100. Polyc. l. 7. tit. 1.

† al. excommunicati συνάγω-γοι

† μικροψυχίᾳ † ἀηδίᾳ

SEruetur ista sententia, vt hi, qui ab alijs excōmunicantur, ab alijs [c] ad communionem non recipiantur. Requiratur sane, si forte ex aliqua indignatione † animi, aut contentione, aut qualibet tali commotione † episcopi [d] sui abstenti † sint [e]. & infra. Vt ita demum hi, qui ob culpas suas episcoporum [f] suorum offensas merito contraxerunt, digne etiam a ceteris excōmunicati similiter habeantur, quousque episcopo [a] suo visum fuerit humaniorē circa eos ferre sententiā.

a ¶ Episcopo suo.] *In prisca versione, quæ est in collectione Isidori, & huic valde similis est, legitur*, quousque in communi, vel ipsi episcopo suo: *nec multo aliter in altera vulgata versione. Græce est* μέχρις ἂν τῷ κοινῷ τῶν ἐπισκόπων δόξῃ *id est*, quousque communi episcoporum videatur.

Item sententia est iniusta ex ordine, quando non seruato iudiciali ordine quilibet pro sua culpa damnatur.

Vnde Gregorius scribit Constantio Mediolanensi episcopo, lib. 8. ep. 30.

¶ Res dubia non definiatur certa sententia. C. LXXIIII.

† al. dicatur † al. prænuntiatur dicenda

GRaue [g] satis est, & indecens, vt in re dubia certa detur † sententia.

Item Augustinus in libro de pænitentia †, c. 3.

¶ Non credantur, quæ certis indicijs non demonstrantur. C. LXXV.

30. q. 5. si qs diuinis.] ea Sixto.

Iuo p. 5. c. 247. Pann. l. 4. c. 114. † facile sunt] nc. Aliquot verbis mutatis.

QVamuis vera sint quædam, non tamen iudici [h] sunt † credenda, nisi certis indicijs demonstrentur.

Item Damasus Papa epistola sexta.

¶ Antequam examinentur, aliqui non iudicentur. C. LXXVI.

Ansl. l. 3. c. 51.

† al. veritatem

Eccl. 11. sm. 70.

† al. deputati

EOrum, qui accusantur, causas discutere non licet, priusquam canonice vocati ad synodum veniant, & præsens per præsentē agnoscat veraciter †, & intelligat [i] quæ ei obijciuntur. Quod bene, & per sapientiam Salomonis [β] dicitur [Antequam scruteris, ne reprehendas. Intellige [k] prius, & tunc increpa. Antequam audieris, ne respondeas.] Et licet apertissima [l] sit contrariorum [m] reprehensio, verumtamen oportet ab his, qui dati † sunt ad eorum examinationem, ordinem seruari.

β ¶ Salomonis.] *Citat librum sapientiæ Sirach, idest Ecclesiasticum, nomine Salomonis. Et sic citatur etiam à B. Gregorio 1. q. 1. non est putanda. & à Cypriano libro 3. ad Quirinum, c. 20. & à Clemente Alexandrino Stromatum lib. 7. & ab Origene hom. 12. in Numeros. & ab Hilario in psal. 67. & ab alijs patribus: cuius rei rationem reddidit B. Augustinus l. 2. de doctr. Christiana, c. 8. & alibi.*

Isidorus l. 3. de sum. bono c. 59.

Item ex octaua synodo.

¶ Qui falsum de alio profert, & is qui crimina credit, vterque reus est. C. LXXVII.

NOn solum [n] ille reus est, qui falsum de alio profert, sed & is, qui aurem cito criminibus præbet.

¶ *De hac inscriptione octauæ synodi, notatum est ī. eadem q. 3. si quis frater.*

† Si vis de ista materia plenam habere notitiam videas quod no. I Spe. lib. 2. de salarijs. §. 1. & de assess. §. salariū. Archid.

cum ei certi sunt reditus statuti, 23. q. 1. militare [†].

a P ¶ Auper.] 23. q. 4. ne amisso.

b ¶ Existimat.] simile dist. 50. si lapsis.

HINC ITAQVE. Casus. Concludit Gratianus ex supradictis cap. dicens quòd quamuis sententia non feratur amore iustitiæ, tamen ei humiliter est obediendum.

S Eruetur. Casus. Quæsitum fuit in Niceno concilio, vtrum illi qui sunt excōicati ab epis suis, sint ab alijs epis recipiendi? Et respon. q non: sed requirēdū est vtrū iuste vel iniuste sint excōicati, vt si iniuste fuerint excōicati, absoluātur. Illi vero q iuste fuerint excōicati a ceteris epis habeātur excōicati quousq; resipiscāt.

c ¶ Ab alijs.] licet etiā priuilegiati sint aliqui: tamen tenentur vitare excommunicatos.

d ¶ Episcopi] extra de sent. excom. nulli.

e ¶ Abstenti sint.] idest, excōicati sunt.

Additio. sic ī. ea: si quis laicus in princ.

f ¶ Episcoporum.] Ergo si ex iusta causa episcopus aliquē excōicauit, superior non debet absoluere eum: sed debet eū remittere absoluendū ad epm, & si appellatū sit ad ip. ū: qd verū est, cū euidens est ipsā sentētiā esse iustā. extra de sen. ex. c. c. per tuas. in fine. alioquin secus, vt eadem decre. ī. ea. si episcopus forte.

ITEM SENTENTIA. Casus. Hic Grat. ostendit secundū membrū dist. s. q sentētia tūc est iniusta ex ordine, quādo iudiciario ordine non seruato aliquis propter culpā suā condēnatur; qd nō est faciendū: & hoc pbat per seq. cap. Duo sequētia cap. plana sunt.

g G ¶ Raue.] ī. distin. 33. cap. vlt. de hoc notatū est. sed vbi ius dubiū est, bene ferē sentētia certa 30. q. 3. c. vl. q̄nque ēt in dubio facto certū ius statuit. extra de spon. iuuenis.

h Q ¶ Vamuis.] ¶ Iudici.] Ar. q iudicandū est secūdū allegata, & non secundum opinionem iudicis.

E ¶ Orum.] Casus. Quæsitū fuit à Damaso Papa, vtrum crimina aliquorum sint examinanda vel puniēda antequam canonice vocentur ad synodum. Et respōdet q non: qd probat auctoritate Salomonis: & quamuis obiecta crimina sint manifesta, non tamen iudici tamquā iudici: & ideo semper est examinatio facienda.

i ¶ Intelligat.] nā nisi intelligat, non dicitur fieri eo præsente. ff. de verb. signific. coram.

k ¶ Intellige. aliàs dicitur: sicut praue intellexisti, sic praue respondes. de consec. distin. 2. c. 1.

l ¶ Apertissima.] idest, aperta & manifesta: non tamen vt iudici notoria. Vel intellige cum iudici est manifesta.

m ¶ Contrariorum.] idest, aduersariorum.

n N ¶ On solum.] supra 86. dist. si quid. ī. ea. q. c. in cunctis. & cap. si quis dixerit.

CVM ERGO. Hæc est sexta pars q. in qua probat, quòd si sententia excommunicationis ex ordine nulla fuerit; tamen seruanda est, etiam si sit ex causa iniusta: quia ligatur propter contemptũ. & hoc probat per 22. auctor. Ioan. de Fant.

CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, quòd licet sententia sit iniusta ex ordine: et tñ est obediendum. & allegando quandã falsam rationẽ assignat, dicẽs aliquando cõtingere, q aliquis ligatus est apud Deũ pro aliquo reatu: & tamẽ pro reatu alio quẽ non fecit, condenatur: velut si adulter de crimine sacrilegij quod nõ fecit, nõ seruato ordine iudiciario cõdẽnatur: quæ tamẽ sentẽtia tenet non sacrilegij ratiõe qđ nõ fecit, sed ratione adulterij pro quo iãdiu apud Deũ fuerat excõmunicatus. Et ad hoc probandũ inducit c. Greg. s. e. sentẽtia. & exponit cap. illud qualiter intelligi debeat.

a ¶ Pro sacrilegio.] G. male intelligit illud c. s. e. c. 1. innuit enim hic, q etiã est tunc timẽda sentẽtia pastoris quãdo vel illud crimẽ pro quo est excõicatus, vel aliud est in eo: alias si nullũ est in eo crimẽ, nulla est vel non est timẽda sententia. & fuit deceptus ex illo verbo, siue ex alia culpa mereat. sed Greg. vocat aliam culpam quã de nouo quæritur contẽnendo scilicet excõmunicationem, vel dicas eum allegando, boc dicere.

b ¶ Non habet.] Sic 24. q. 3. notandum. in fine vbi dicitur, q iniusta excõmunicatio nõ nocet nisi contenatur. sic extra de sent. excõ. per tuas. sic nec denunciatio iniusta est cõtemnenda. extra de noui operis nunciatione. capitulo ex iniuncto.

ALIQVANDO. CASVS. Hic prosequitur tertium membrum, s. quando sentẽtia est iniusta ex causa: s. quando nullũ crimẽ subest: sed odio iudicis vel machinatione aduersariorũ seruato ordine iudiciario condẽnatur, quod probat sequenti cap.

[Margin:] a Et hoc patet in si §. ibi sat culpa. Ad hoc dictum facit s. ea. § hæc et si. & vbi patet q ita intelligatur vt dictum est. Archid.

6 *Cum ergo sententia ex ordine iniusta est; nec tunc ab ea recedendum est: quin etiam, antequam sententia daretur in eum; pro qualitate reatus sui ligatus apud Deum tenebatur. Contingit aliquando, vt adulter sententiã pro sacrilegio a reportet, cuius reatum in conscientia non habet b. Hac sententia & si iniusta sit, quia non est in eo crimen, super quod lata est sententia; tamen iuste ab eo reportata est, quia ex reatu adulterij iamdiu apud Deum excommunicatus fuerat. Et in hoc casu intelligenda est illa auctoritas Gregorij [Sententia pastoris, &c.] Iustam sententiam vocat, quando crimen subest, super quod fertur: iniustam, quando illud non subest; quæ tamen timenda, vel seruanda est; quia ex alia iam dudum damnandus erat. Vnde, cum præmisisset Gregorius [Vtrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est,] subsecutus adiecit [Ne is, qui subest, & cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suæ sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absoluere indiscrete timeat, vel ligare. Is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste; nec pastoris sui iudicium temere reprehendat: ne, & si iniuste ligatus est, ex ipsa tumida reprehensionis superbia, culpa, quæ non erat, fiat.] ¶ Aliquando nullum subest crimen: & tamen vel odio iudicis, vel factione inimicorum oppositam sibi sententiam damnationis in se excipit.* [Margin: S. ead. c. 1.] [Margin: Hom. 26. in Eua]

Vnde Gregorius ait. [Margin: Isidorus l. 3. de sum. bonn. c. 58.]

¶ Quot modis humanum iudicium peruertitur. C. LXXVIII.

QVattuor c modis peruertitur humanum iudicium: timore d, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus; cupiditate, dum præmio animum † alicuius corrumpimus: odio, dum contra quemlibet aduersarium † molimur: amore, dum amico, vel propinquo complacere contendimus. [Margin: Burc. l. 16. c. 28.] [Margin: † al. muneris alicuius corrumpitur. Isid.] [Margin: † al. aduersa]

¶ *Apud Gregorium non est inuentum: sed apud Isidorum (quem citat Burchardus) & paulo etiã plenius: & sequuntur nonnulla interiecta post caput qui recte. supra ead.*

Quàm vero graue sit vel odio, vel amicitia, vel metu, vel munere, vel quolibet modo iudicium peruertere, testatur Hieronymus in Amos, cap. 6. dicens. [Margin: Similia apud Isidorum eod. l. 3. c. 57. & apud B. Hier. in Amos, c. 6. ad illud [Qui conuertistis in amaritudinẽ iudicium.]]

¶ De ijs, qui aliquo modo iudicium peruertunt. C. LXXIX.

QVicumque aut consanguinitate, aut amicitia, & econtrario vel hostili odio, vel inimicitijs f in iudicando ducitur; peruertit iudicium Christi, qui est iustitia, & fructum illius vertit in amaritudinem.

Item Augustinus ad Casulanum. [Margin: Isid. ibid. c. 59.]

¶ De ijs, qui metu potestatis veritatem occultant. C. LXXX.

QVisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat g; iram Dei super se prouocat: quia magis timet hominem, quàm Deum, *& post pauca.* ¶ Vterque reus est, & qui veritatem occultat h, & qui mendaciũ dicit: quia & ille prodesse i non uult, & iste nocere desiderat. [Margin: Deusdedit p. 1. Burc. l. 16. c. 12.] [Margin: Extra de crim. falsi. c. 1.]

¶ *Caput hoc non est inuentum apud B. Augustinum, cuius posteriorem partem citat etiam Burchardus ex dictis Augustini. similima leguntur in eodem libro tertio Isidori, c. 59.*

Item.

QVattuor.] CASVS. Docet hic Gre. q quattuor sunt, quibus humana iudicia peruertuntur: scilicet timor, cupiditas, odium, & amor: & de quolibet ponit exemplum.

c ¶ Quattuor.] Est & quintus modus, quado iudex pauperibus mi seretur, vt 23. q. 4. est iniusta. & cap. ne amitto. Item sunt alij duo modi: nimia seueritas & nimia remissio, vt 45. dist. disciplina. non enim est constans iudex cuius animi motũ vultus detegit. ff. de off. præs. obseruandum. Itẽ est & alius modus quando per imprudentiam male iudicat. instit. de obli. quæ ex quasi deli. nas. §. 1.

d ¶ Timore.] Sed si aliquid tenet sentẽtia, quã iudex per metũ tulit? sic: sed elidi potest per exceptionẽ, 15. q. 1. omne. ff. de iure. interdi. §. 1 A g. & ff. de acqui. hære. l. 6. §. vlt. sententia autem quæ per p. mũ lata est, nulla est, vt 2. q. 6. §. venales. sed si odio vel amore

minori causa recusat iudex q̃ testis, vt dixi 3. q. 5. accusatores. sed ideo, q facilius habẽt mille iudices q̃ vnus testis. extra de ap. postremo.

QVisquis.] CASVS. Docet Aug. q excusari nõ debet qui metu alicuius potestatis celat in iudicio veritatẽ: quia vterque reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit: quia ille prodesse non vult: & iste nocere desiderat.

g ¶ Occultat.] tunc scilicet cum inducitur in testem: aliás bene potest: & etiam debet quandoque quis occultare veritatem, vt 23. q. 2. primum. ver. septimum. & c. ne quis. & 43. dist. in mandatis. & cum á Christo quæreretur quid est veritas, non respondit.

h ¶ Occultat.] ff. de fal. si quis obrepserit.

h ¶ Occultat.] contra 22. q. 2. ne quis arbitretur.

i ¶ Prodesse.] Aliquis ergo cogitur alij prodesse, cum sibi non obest. ff. de aqua pluuia arcend. l. 2. §. Item Varus.

[Margin:] Recusatur iudex facilius quàm testis.

[Margin:] Subau. & sic debet intelligi s. e. in iustũ. vbi de hoc secundũ Io. de Fant.

[Margin:] Adde hoc quod dicam 22. q. 2. §. iti quod dicitur. Archid.

N*Emo.*] Casus. Quæritur quis magis peccet, an qui mentitur, an qui sanguinem effundit? Et ri. quod æqualiter peccant. vnde non debet aliquis mentiri: sed melius est pro veritate pati supplicium: quam pro mendacio beneficium. *Melius*, electiue ponitur. Sequens cap. planum est.

A*bijt Iudas.*] Casus. Beda in hoc c. primo ponit verba Marci euangelistæ, quæ durant vsque ibi, *Multi*. Postea dicit, quòd multi hodie abhorrent scelus Iudæ, quod Deú pro pecunia vendidit: & tamen idem cómittunt. Nam qui dicit falsum testimoniú pro pecunia, Deú negat, qui est veritas. Similiter qui fraternam societatem discordat & cómaculat, Deú qui charitas est prodit, maxime cú nó ex infirmitate vel ignorátia hoc facit, immo faciendi opportunitaté quærit.

¶ De eodem. C. LXXXI.

iij NEmo peritorum, aut prudentiú putet, quòd minus sit periculum in verbis, lingua [a] mẽtiendo, quam manibus sanguinem fundendo. Melius [b] est autem pro veritate pati supplicium, quam pro adulatione recipere beneficium.

Item Pelagius Papa II. epist. 2. Benigno archiepiscopo.

¶ De eodem. C. LXXXII.

VNicuique prouidendum est, ne aliquem iniuste persequatur, iudicet, vel puniat; ne lesum persequatur, iudicet, vel puniat.

Hic quoque, qui veritatem pro pecunia negat, vel falsum testimonium contra aliquem dicit, Deum negare, vel vendere probatur.

Et ad c. 26. Matthæi. *Vnde Beda ad c. 14. Marci.*

¶ Qui falsum testimonium dicunt, & veritatem pro pecunia negant, sceleris Iudæ participes fiunt. C. LXXXIII.

Mar. 14. Matt. 26. ABijt Iudas ad summos sacerdotes, & constituerunt ei pecuniam se daturos.] ¶ Multi hodie scelus Iudæ, quia Dominú, ac magistrum, Deumque suum pecunia vendiderit, velut immane, & nefarium exhorrent: nec tamen cauent. Nam eum pro muneribus falsum contra quemlibet testimonium dicunt; profecto, quia veritatem pro pecunia negant, Deum pecuniæ vendunt [c]. Ipse enim dixit [Ego sum veritas.] Cum societatem fraternitatis aliqua discordiæ peste commaculant; Deum produnt: quia Deus charitas est [d]. Qui ergo charitatis, & veritatis iussa spernunt; Deum vtique, qui charitas est & veritas, produnt: maxime cum non infirmitate [e], vel ignorantia peccant, sed in similitudinem Iudæ quærút opportunitatem, qualiter arbitris [f] absentibus mendacio veritatem, virtutem crimine mutent.

Io. 14. 1. Io. 4. Matt. 26.

Item Hieronymus in epistolam ad Titum, c. 1 in extremo.

¶ Christum negat, qui peruersis se socium facit. C. LXXXIIII.

EXistimant quidam in eo tantum Christum negari, si in persecutione quis a gẽtilibus comprehẽsus, se renuerit esse Christianum. Sed ecce Apostolus omnibus, quæ peruersa sunt, factis [g], Deum asserit denegari. Christus sapientia est, iustitia, veritas, sanctitas, fortitudo. Negatur per insipientiam sapientia, per iniquitatem iustitia, per mendacium veritas, per turpitudinem sanctitas, per imbecillitatem animi, fortitudo. Et quotiescumque uincimur à uitijs atque peccatis; toties Deum negamus: & e contrario, quoties bene quid agimus; Deum confitemur. Nec arbitrandum est in die iudicij, illos tantum à Dei filio denegandos, qui in martyrio Christum denegarunt, sed † & illos omnes, quorum opere, uel sermone, uel cogitatione Christus negatus negat [h], uel confessus confitetur. De hac puto confessione, & discipulis præcepit dicens [Eritis mihi testes in Hierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & usque ad extremum terræ.]

Tit. 1. Matt. 10. † al. sed per omnia opera, sermones, cogitationes Christus vel negatus, &c.

Item Augustinus tractatu 113. ad c. 18. Ioannis.

¶ Qui Christianum se negat, Christum negare conuincitur. C. LXXXV.

ij NOn solú abnegat Christum, qui dicit eum non esse Christum; sed ille etiam, qui cú sit, negat se esse Christianum. Dominus enim non ait [i] Petro, discipulum meum te negabis: sed [me negabis.] Negauit ergo ipsum, cum se negauit esse eius discipulum. Quid autẽ aliud isto modo, quam se negauit esse Christianum? *Item* [a] *tractatu 66.* Timendo mortem carnis tuæ, mortem dabis animæ tuæ. Quanta enim vita est confiteri Christum; tanta mors est negare [k] Christum. An Apostolus Petrus (sicut eum quidam fauore peruerso excu-

Luc. 22. Lu. 11.

d ¶ *Vendunt.*] quantú in se est. nam ipse vẽdi nó pót. 1. q. 3. Saluator. Vel vendút, id est, à se separát sicut venditor rẽ venditá à se separat & alienat pretio accepto: ita illi Deum a se aliená: pro accepto. & sic dr per similitudinem.

Deus vendi non potest.

e ¶ *Infirmitate.*] Corporis 1. nam infirmus nescit quid faciat. 17. q. 2. cap. Gontaldus.

c Vt 15. q. 2. §. itaque.

f ¶ *Arbitris.*] id est, bonis viris, sicut Iudas cæpauit absentiam Apostolorum.

E*Xistimát*] Casus. Quidam putant quod Christus tunc tm negaret, cú a paganis quis captus se negaret Christianú esse. Sed probat Hiero. auctoritate Apostoli, quod non solum Deus verbis negatur, sed etiá prauis factis, sicut etiá bonis factis Deum confitemur. & ostendit quod nó solú illi sunt a Deo reprobádi, qui in martyrio ipsum negát, sed & alii quorú sermone, opere, & cogitatione, Christus negat. & omnes illos confitebitur Christus corá Patre, quorú opere bono & sermone Christus est cófessus. Passiue ponit hæc dictio *Confessus*, & *Vel*, ponit pro id est, potest etiam proprie poni.

g ¶ *Factis.*] No. quod ipso facto negatur Christus, vt hic. & ipso facto mẽtimur. 22. q. 5. cauete. ipso facto appellamus. extra de ap. dilecti. ipso facto habemus ratú. ff de inoffi. testa. si proponas. l. si, st. se. ra. hab. l. 5. ipso facto eligim⁹. extra de ijs quæ fiunt a maio. par. cap. ex ore.

Ipso facto multa fiunt.

h ¶ *Negat.*] quidá habent, negatus negans vt hic.

a Et sic habes hic argu. quod quis opere negat loquitur, confitet. prædicat. 14. q. 5. cauete. 46 dist. habet hoc. & 8. q. 1. cum annis. Arch.

N*On solú.*] Casus. Quæsitum est ab August. vtrum ille qui timore mortis negaret esse Christianum, Christú negare dicatur? & respondet quod sic, quia non solú negat ille Christú qui dicit eum non esse, sed etiam qui negat se Christianum, quod probatur exemplo Petri, qui Christú negauit eo ipso quod se eius discipulum esse negauit.

a ¶ *Lingua.*] mentiendo de aliquo pp quod ipse perdit vitam. talis enim est homicida. j. de pæ. dist. 1. periculose. 50. dist. si qs viduá.

b ¶ *Melius.*] electiue, vt j. ca. multum. 22. q. 1. considerat.

c ¶ *Nunquam.* ¶ *Ne lesum*] 7. q. 1. omnis qui gemebat.

V HIC QVOQVE. Casus. Dictum est s. in præcedenti cap. quod qui iniuste aliqué condemnat, Deum negat. Dicit núc Gratianus, quòd sic Deum negat, qui veritatem occultat pro pecunia, vel falsum testimonium dicit, quod probat per seq. cap.

i ¶ *Non ait.*] Ar. hic & ex præsenti c. quod qui vnu dicit, & omne id quod sequit ex illo dicit, vt j. eod. s. quo iure extra de do. & contu. cum dilecti, in fin. extra de offic. dele. cum super ff. quod met. caus. l. 2.

k ¶ *Negare Christú.*] id est quando aliqs coact⁹ negat Christú ore, sed

Christum negás etiá solo ore, peccat.

Et cordi:

corde non negat? non vſ peccare: nam ex corde procedunt vitia. 15.q.6.c.1.& Deus cor interrogat. 14.q.5 ſi quid. tñ dico ꝙ mortaliter peccat: quia nulla conditione debet ad hoc adduci. 12.q.2. primum. Nam etſi non vult negare Christum, vult tamen istud ꝓpter quod negat, ſcilicet vitam. 15.q.1.merito.

communicat, puniatur. ſ ea.temerarium.
d ¶ *Immeritam.*] id eſt, ſine cauſa. nam ſine culpa ſæpe aliquis punitur temporaliter. 45 diſt. ſed illud.
e ¶ *Pax.*] id eſt, ſpiritus ſanctus.
f ¶ *Petra.*] id eſt, Christus.

N ¶ *Olite timere eos.*] CASVS. Hoc c. diuidit i duas ptes. In prima dr̃, ꝙ timore mortis non debet aliquis veritaté tacere. In ſa parte tractat de tribus proditoribus veritatis. ſ. de eo qui pro veritate mēdaciū loquit, & de eo qui per timorem negligit veritatem prædicare, & de eo qui veritaté auditā nō defendit: Nā ſicut ſacerdos veritaté quam audiuit à Deo, debet libere prædicare: ſic laicus veritatem quā audiuit à ſacerdotibus, debet libere defendere.
a ¶ *Nolite timere.*] nō remouet naturalem timoré mortis. naturale enim eſt quēlibet timere & horrere mortem: vnde Ieſus eā timuit, ſicut legit: Cœpit Ieſus pauere & tædere. & alibi. Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte. ſed dicit ne io tātum timeamus eā, vt per eius timorem aliquid ꝓ iuſtitiam agamus, vel qđ nobis per ſcripturā, vel magiſtros, vel ꝓ reuelationem diuinam reuelatum eſt, ſubticeamus. Vnde ſuodit quaſi exponendo, ne forte, &c.
b ¶ *Proditor.*] proditor eſt qui loquitur mendaciū, vel non libere pronunciat veritaté, vt hic. ꝙ ſibi crimē cognitum maliciose publicat. 2.q. 1.ſi peccauerit. qui aliū circumuenit, & eū in periculū trahit. & 24. q. 3. tranſierunt. ꝙ res vel munitiones hoſtib⁹ tradunt. 22.q.5. de forma. qui ſecreta ſibi commiſſa reuelat. de pœ. diſt. 6. ſacerdos.

Mortē timere naturale eſt.

HAEC SENTENTIA. CASVS. Supra in §. aliquando. dictum eſt, ꝙ iudex quādoque ex odio condemnat non delinquenté. Nunc vero dicit G. ꝙ talis ſententia potius iudicem lędit, quam condemnatum: quod probat ſequenti capitulo.

ſare nituntur) Christum non negauit: quia interrogatus ab ancilla, hominem ſe neſcire reſpondit?

a ¶ Item.] *In duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus hoc eſt aliud caput, & rubricā habet,* De eodem. *eſt enim ex tractatu 66. in Ioannem.*

Item Ioannes Chryſoſtomus, [*ideſt, Auctor operis imperfecti, in Matt. hom.* 25.]

¶ Veritatem prodit non ſolum qui pro veritate mendacium loquitur, ſed etiam, quī veritatem non libere prædicat. C. LXXXVI.

NOlite timere[a] eos, qui occidunt corpus:] ne forte propter timorem mortis non libere dicatis quod audiſtis, nec fiducialiter prædicetis omnibus, quod in aure ſoli audiſtis. Sic ergo ex his verbis oſtenditur, quòd non ſolum ille proditor[b] eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur: ſed etiam ille, qui non libere veritatem pronuntiat, quam libere pronuntiare oportet, aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere conuenit; proditor eſt veritatis. Nam ſicut ſacerdos debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit à Deo, libere prædicet; ſic laicus debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit quidem à ſacerdotibus probatam in ſcripturis, defendat fiducialiter. Quod ſi non fecerit, proditor eſt veritatis. [Corde enim creditur ad iuſtitiam: ore autem confeſſio fit ad ſalutē.]

Matt. 10.

Rom. 10.

Hæc ſententia potius iudicem lædit, quàm eum, in quem temere fertur. Vnde Auguſtinus ait.

¶ Iniuſte aliquem anathematizans ſibi, non alijs nocet. C. LXXXVII.

ILlud plane non temere dixerim, quòd ſi quiſquam fidelium fuerit anathematizatus iniuſte; potius ei oberit, qui facit, quam qui hāc patitur iniuriam[c]. ſpiritus enim ſanctus habitans in ſanctis, per quē quiſque ligatur, aut ſoluitur, immeritam[d] nulli ingerit pœnam. Per eum quippe diffunditur charitas in cordibus noſtris, quæ non agit perperam. Pax[e] eccleſiæ dimittit peccata, & ab eccleſiæ pace alienatio tenet peccata, non ſecundum arbitrium hominum, ſed ſecundum arbitrium Dei. Petra[f] enim tenet, petra dimittit: columba[g] tenet, columba dimittit: vnitas tenet, vnitas dimittit.

Anſ.l.12.c.67. Polyc.l.7. tit.1. ſine auctoris nomine.

Rom. 5.

Aug. de baptiſmo cōtra Donatiſtas l.3.cap.18

e ¶ Pax] *Hæc pars (nam ſuperior non eſt inuenta apud S. Auguſtinum) ex ipſo eſt emendata, & nonnihil aucta.*

Item Salomon [*ſicut auis in incertum volans*[h], *& paſſer quolibet vadens: ſic maledictum fruſtra prolatum veniet ſuper eum, qui miſit illud.*

Prou. 26. ſed paulo aliter.

Item Gregorius Papa homilia 26. in Euangelia.

¶ Cuius vita officio non congruit, alios ligatus ſoluit. C. LXXXVIII.

PLerumque contingit, vt hic iudicis † locū teneat, cuius ad locum vita minime concordat: ac proinde ſæpe agitur, vt vel damnet immeritos, vel alios ipſe ligatus ſoluat; ſæpe in ſoluendis, ac ligandis ſubditis, ſuæ voluntatis motus, non autem cauſarum merita ſequatur. Vnde fit, vt ipſe †[i] ligandi, aut ſoluendi poteſtate ſe priuet, *& infra.* ¶ Sæpe fit, vt erga quemlibet proximum odio, vel gratia moueatur paſtor. Iudicare autem digne de ſubditis, &c. Vnde recte per prophetam[k] dicitur [Mortificabant animas, quæ non moriebantur: & viuificabant animas, quæ non viuunt.] Non morientem quippe mortificat; qui iuſtum damnat: & non victurū viuificare nititur; qui reum à

Iuo p.14.c.3. Pann.l.5.c.78. & 79.& 80.

† al. iudicij

† al. hac ipſa ſ.ea. ipſe ligādi. ſ. ead. iudicare

Ezech. 13.

I ¶ *Llud.*] CASVS. Quidam prælatus iniuſte quendam ſuum parochianum excōicauit. quæſitū fuit ab Auguſtino cui talis ſententia potius obſit. Et rñdet quod prælato. Et hoc probatur vna ratione, ſ. quia ſpiritus ſanctus nulli ingerit pœnam immeritam, & peccata tenet, vel dimittit ſm arbitrium Dei, & non hominum. Similiter probat vna ſimilitudine Salomonis dicētis, ꝙ ſicut paſſer vel auis alia redit illuc vñ volauit: ſic maledictū iniuſte prolatum reuertitur ſuper maledicentem. Et expone, *tenet,* id eſt, nō dimittit.
c ¶ *Iniuriam.*] poteſt ergo agere contra excōicatorem actione iniuriarum: qđ verum eſt cum dolo excōicauit, aliás non. ff. vt bo. ꝑ. l. 1. §. ſi ꝑublicanus. Lau. Immo ſemper poteſt eū conuenire ad intereſſe, niſi iudex probabiliter errauerit, & etiā agere vt alias puniatur. extra de ſen. excom. ſacro. 2. q. 1. nemo. ſit ꝑ temerarie ex-

g ¶ *Columba.*] id eſt, eccleſia.
h ¶ *Volans.*] ſupple reuertitur quandoque.
P ¶ *Lerumque.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte reprehēdit Greg. illos ꝑlatos, qui iniuſte vel indiſcrete ſubiectos ligant vel abſoluunt. In ſecunda parte oſtendit, ꝙ prælatus debet cautas conſiderare, quibus peccator ſit ligādus vel abſoluendus. Vnde ſi viderit peccatoré interius, id eſt, in mente à domino viuificatum, abſoluat eum exterius: quod probat exemplo Lazari. Si vero viderit illum impœnitentem, non abſoluat: cum ſ hoc remedium ei conterat. Secunda pars incipit ibi, *Cauſa ergo.* Hæc ſolutionis verba ſunt Greg. & non Grat.
i ¶ *Vt ipſe.*] repetit hic tenorem illorum cap. ſ. ea. ipſe. & cap. iudicare. & capi. tunc vera.
k ¶ *Per prophetam.*] Ezechielem 13. cap.

Ad idē de conſec. di. 5. ſ ſancta. vbi de hoc ſ.1.q. 4. in prin.

Iniuſt-

INiustum.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima dicitur, quod sententia lata per metum regis vel alterius, nõ valet. In secunda parte dicitur, quod parũ est religioso homini inimicitias nõ exercere, nisi eas extinguere conetur. In tertia parte dicitur, quod melius est mala humiliter confiteri, quàm de bonis superbe gloriari. Secunda pars est ibi, *Homini religioso.* Tertia ibi, *Melior est in malis factis.* Seq. c. per se patet.

alijs inimicitias, nisi studeat & alijs eas extinguere. 22. q. 5. § forma. c ¶ *Vt iustus est.*] *Præmium.*] In hoc quod patienter sustinet.

QVI iustus. CASVS. Dictũ est supra in duobus membris distinctionis sententiæ excõicationis esse parendum. Nunc dicit Gratianus, quod etiã sententiæ excõicationis est parendum secundũ tertium membrum. s. quã apud Deum ligatus nõ erat, ne ex superbia sua ligandus videatur: postea ostendit, quod si prælatus præcipiat aliquid mali subditis suis, subditi ei obedire non debent. quod probat per seq. ca. vsque ad §. cum ergo.

IDEM EST. Hæc est 9. pars q. in qua intẽdit probare per 14. aucto. quod in malis non est obediendum prælatis. s. vbi iussio eorũ continet errorẽ intolerabilẽ. extra de offi. deleg. cum contingat. & extra de sent. exc. per tuas. q̃ de hoc loco tractæ sunt. Ioan. de Fant.

d ¶ *Aequitatem.*] ab hoc loco ostendit quid iuris sit de sententia p̃cepti. & dicas, quod semper parendũ est iudici in rebus licitis dũ tamẽ illa spectent ad officiũ eius præcipere, vt 7. q. 1. quã. & ff. de reg. iur. factũ & si dubium est an sit licitum, parendum est ei. 23. q. 1. quid culpatur.

SI quis episcopus.] CASVS. Quæsitũ fuit ab Eutychiano si epũs aut abbas, præcipiat presbytero, vel monacho Missam pro hæreticis cantare, vtrum ei sit obediendum? Et respond. quòd non. Sequens c. patet.

e ¶ *Pro hæreticis*] mortuis, quod non licet speciali oratione, vt 13. q. 2. non æstimemus. sed pro viuis hæreticis, & alijs malis etiam speciali oratiõe licitũ est orare, vt 13. q. 2. pro obeuntibus. sed generali oratione pro omnibus defunctis licitum est orare, vt de pœnit. dist. 5. falsas. & 24. quæst. 3. corripiantur.

Oratiõe speciali pro hęreticis orare licet.

f NOn semper.] *Præcepto.*] nõ solum iniusto, sed et inhonesto. vel etiã si à iudice præcipitur aliquid quod sit inhonestum, vel incommodum, vt ff. de recep. si cum dies. §. compromisso. & 2. q. 2. præceptum. & ff. de iudi. si longius. & 3. q. 9. hortamur.

SI dominus.] CASVS. Dicitur hic, quod si dñs præcipiat ea quæ bona sunt, ei est obediendũ: si vero mala p̃cipiat, Deo cæli potius q̃ terreno est obediendũ. Idẽ dicit de seruis, vxoribus, & filiis, qui in bonis tantum debent obedire. Sequentia duo cap. plana sunt.

g ¶ *Si dominus.*] ff. de re iudi. ad ea quæ.

q. 1. § primis. 15. q. 6. cap. 2. 33. q. 5. no tificasti. ext. lib. 6. de his quæ vi met. cau. si absolutionis Anca.

supplicio absoluere conatur. Causæ ergo pensandæ sunt, & tunc ligandi, atque soluendi potestas exercenda. Videndum est, quæ culpa præcessit †, & quæ sit pœnitentia secuta post culpam: vt quos omnipotens Deus per compunctionis gratiam visitat, illos pastoris sententia absoluat. Tunc enim vera est absolutio, &c. *& infra.* ¶ Ex qua consideratione intuendum est, quòd illos nos debemus per pastoralem auctoritatem soluere, quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam viuificare. *& infra.* ¶ Veniat itaque foras mortuus, id est, culpam confiteatur peccator. Venientem vero foras soluant discipuli: vt pastores ecclesiæ ei pœnam debeant amouere: quam meruit, qui non erubuit confiteri quod fecit. ¶ Hæc de solutionis ordine breuiter dixerim, vt sub magno moderamine pastores ecclesiæ, vel soluere studeant, uel ligare.

† abest ab orig.

§. ea. tunc vera

Item Calixtus Papa epist. 1. ad Benedictum episcopum.

¶ Viribus caret sententia iniuste prolata. C. LXXXIX.

25. q. 1. omne. §. iniustum. ex Marcellino in c. Hadri. c. 78. capitul. l. 5. c. 251. Burch l. 15. c. 8. Ansl. 3. c. 84. Iuo p. 5. c. 235. & p. 16. c. 9.

Aug l. cõfes. 2. c. 9.

O *Mnis ætas.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima loquitur de impuberibus clericis & adolescētibus: quorū vita quia semper ad malum prona est, ideo in vno cōclaui oēs manere debent, deputati probatissimo seniori, qui magister sit doctrinæ, & testis vitę eorū. In secunda parte loquitur de laicis pu pillis ecclesiæ cōmendatis, quos prælatus ecclesiæ debet in omni- bus custodire. Si autem aliqui eorum cū adulti fuerint, luxuriose viuere voluerint, si aliter corrigi noluerint, ponantur in monaste- riis, vt ibi districtius viuant. Secunda pars incipit ibi, *Quòd si ali- qui.* Et nota, quod oīa c. quæ dicunt, quod clerici nō possunt habere pro- prium, intelligunt de illis qui renūtiant propriis tacite, aut expsse.
c ¶ *Ab adolescentia.*] in clericis expectantur xviij. anni, & tūc quæ- ritur an velint in sæculo perseuerare, vt s. dist. 28. de his. In mona chis xiiij. vt j. an. q. 1. illud.
d ¶ *Probatissimo.*] pupillus enim apud tales educari debet, qui nō insidientur eius pudicitiæ, vt ff. vbi pu. edu. de. l. pe. Vel dic, seniori, id est presbytero. 84. dist. porro.
e ¶ *Magistrum.*] no. quod magister perhibere debet testimoniū de vi ta discipuli, similiter de eius doctrina, vt C. de aduoc. diuer. iud. l. nemini. sic domestica testimonia quãque admittuntur. sic & pater perhibet testimoniū de filio. an q. 3. præsens. sic & aliàs 2. q. 7. cū pastoris & j. ea. q. manifesta. 2. q. 1. Deus omnipotens.
f ¶ *Pupilli.*] hic de laicis loquitur, qui sunt commēdati ecclesiæ.
f ¶ *Pupilli.*] pupilli, orphani, viduæ, liberti, miserabiles psonę [a] spectant ad iudicium ecclesiasticū, vt 88 dist. c. 1. & 2. & C. quan- do Imperator inter pu. & vid. l. vnica. §. quod si pupilli. & 16. q. 1. ge-

Pupillus vbi debet educa- ri.

a Idem Ale xād. de tmo. in l. 1. ff. de

iur. om. iud. col. 2. vbi di- cit, quod pro mi serabilibus p sonis iudex pōtest inter- ponere offi- cium etiam nō implora- tū per l. 1. C. quādo imp. inter pupil. & vid.

bant. & ideo Clemens Papa scribit Iacobo & secum habitātibus, & primo salutans eos docet, quod omnia debent esse communia. Et hoc probat sex rationibus, Prima est, quia de iure naturali à prin- cipio omnia fuerunt communia: sed per iniquitatē est proprietas inducta, vt dicatur, hoc est meum, illud tuum. Secundo auctorita- te Platonis dicentis omnia debere esse communia, etiam vxores. Tertio, auctoritate prophetæ. Quarto, exemplo Apostolorū. Quin to, exemplo Christianorum primitiuæ ecclesiæ, qui vendebant a- gros, & pretia eorum dabant Apostolis. Sexto, exēplo Ananiæ & Sapphiræ, qui mortui sunt ante pedes Petri: quia mentiti sunt de pretio agrorum. In fine hortatur eos, vt ab Apostolicis regulis nō recedant. Prima ratio incipit ibi, *Communis enim vsus.* Secunda ibi, *Denique.* Tertia ibi, *Ecce quàm bonum.* Quarta ibi, *Istius enim.* Quin ta ibi, *Omnes vero.* Sexta ibi, *Ananias.* Breuius repete. probat sex ra- tionibus, quod omnia debent esse communia.
g ¶ *Dilectissimis.*] sex rationibus probat omnia esse communia. Et nota, quòd Papa hic se postponit, sic postponitur supra 97. distinct. victor.
h ¶ *Omnium.*] vnde Tullius: Dulcissima rerum possessio commu nis est. & dicit Philosophus, Quietissime viuerēt homines in hoc mundo, si de medio sublata essent duo verba, scilicet meū & tuū.
i ¶ *Sed per iniquitatem.*] id est, per consuetudinem iurisgentium æquitati naturali contrarium: nec sit cōtra. s. dist. 8. c. 1. Vel per ini- quitatem, id est, per solicitudinem, vt ibi, Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, id est, de pecunia, quæ per solicitudinem est quæsita. 14. q. 5. §. sed hoc multipliciter.
k ¶ *Et coniuges.*] nō quo ad vsum carnis, sed quo ad vsum obse- quij.

Meū & tuū turbant hu- manū otiū.

Amicos face re de mam mona iniqui tatis qd est.

quij, vel quo ad dilectionem 31. dist. omnino. Et est arg. quod verbū generale generaliter intelligendum est. 19. dist. si Romanorum. i. a ¶ *Aer*] Aer communis dicitur quo ad vsum, vt insti. de rerum diui. §. 1. sed quo ad ius ædificandi cuius est solum, eius est aer vsque ad cælum, vt ff. quod vi aut clam l. vlt. in fine. potest enim ædificare

b ¶ *Cor vnū & anima vna.*] scilicet vt fine vniti vinculo charitatis. c ¶ *Possidebat.*] Ergo aliquis potest possidere rem, cuius non potest habere proprietatē. Arg. contra, extra de præscrip. causam. Sed dic possidebat, idest, detinebat sicut seruus dicitur possidere. ff. de acquirend. pos. quod seruus.

Cōcor. tex. in l. 1. & fina. C. quæ res pigno. obli. pos. & in l. 2. §. cum vrbē. ff. de offi. præfec. vrb.

Et sicut non potest, inquit, diuidi aer [a], neque splendor solis; ita nec reliqua, quæ communiter in hoc mundo omnibus data sunt ad habendum, diuidi debere; sed habenda esse communia. Vnde & Dominus per prophetam loquitur dicens [Ecce quàm bonum, & quàm iucundum, &c.] ¶ Istius enim consuetudinis more retento etiam Apostoli, eorumque discipuli, vt prædictum est, vnà nobiscum, & vobiscum communem vitam duxere. Vnde, vt bene nostis, erat multitudinis eorum cor vnum, & anima una [b]: nec quisquam eorum, aut nostrum de his, quæ possidebat [c], aliquid suum esse dicebat: sed omnia illis & nobis erant communia: nec quisquam egens erat inter nos. ¶ Omnes autem, qui domos, vel agros possidebant, uendebant eos, & pretia eorum, & reliquas res, quas habebant, afferebant ponentes ante pedes Apostolorum (sicut nobiscum quidam uestrum cognouerunt, & uiderunt:) & diuidebantur singulis, prout cuique opus erat. ¶ Ananias autem uir austerus, & Sapphira [d] uxor eius, qui mentiti sunt Apostolis de pretio agrorum suorum, quos uendiderant, nobis præsentibus, in conspectu omnium circumadstantium à conspectu Apostolorum propter peccatum [e] eorum, & mendacium, quod fecerunt, mortui elati sunt ambo. Cetera, quæ de talibus cognouimus, & uidimus, nec recordatione [f], nec demonstratione digna sunt. Quapropter hæc uobis cauenda mandamus, & doctrinis, & exemplis Apostolorum obedire præcipimus [g]: quia hi, qui mandata eorum postponunt, non solum rei, sed extorres fiunt. Quæ non solum uobis cauenda, sed & omnibus prædicanda sunt. *& infra.* ¶ Vnde consilium dantes, uestram prudentiam hortamur, ut ab Apostolicis regulis non recedatis: sed communem uitam ducentes, & scripturas sacras rectè intelligentes, quæ Domino uouistis, adimplere satagatis.

Psal. 132.

Act. 4.

Act. 5.

a ¶ In omnibus autem sunt sine dubio & coniuges.] *Verba hæc absunt ab originali in recentioribus conciliorum editionibus impresso, & duobus ipsius manuscriptis codicibus, uno Vaticano, altero bibliothecæ sancti Marci Florentiæ, & ab Ansolmo. Hanc vero sententiam à Platone ortam hæretici quidam volebant in Christianam religionem inuehere. Ita enim scribit Epiphanius hæresi 32.* Primum quidem, quòd ipse Epiphanes cum patre suo, & sectæ antistite Carpocrate, ac sodalibus eius, communes esse hominum vxores sanciuit, ex Platonis de repub. libris occasionem nactus, & propriam concupiscentiam perficiens. *Verum apud veteres etiam Christianos hanc vxorum communionem vehementer damnari solitam Tertullianus in Apologetico euidenter testatur his verbis.* Omnia indiscreta sunt apud nos præter vxores. In illo loco cōsortium solumus, in quo solo ceteri homines consortium exercent: qui non amicorum solummodo matrimonia vsurpant, sed & sua amicis patientissime subministrant, ex illa credo maiorum & sapientissimorum disciplina, Græci Socratis, & Romani Catonis, qui vxores suas amicis communicauerunt, &c.

Item Eugenius Papa II. & Leo quartus, c. 7.

¶ Iuxta ecclesiam, clericorum claustra constituantur. C. III.

Ansl. 7. c. 5. & l. 4. c. 2.

NEcessaria [h] etenim res exigit, vt iuxta ecclesiam claustra [i] constituantur, in quibus clerici disciplinis ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus vnum sit refectorium, ac dormitorium, seu ceteræ officinæ [k] ad vsus clericorum necessariæ. Ministri vero post episcopum super eos eligantur; quorum vita, atque doctrina illos potius exornet, quàm dehonestet.

¶ *Est caput septimum concilij Romæ ab Eugenio II. primum habiti, & postea à Leone IIII. innouati. Antea citabatur Leo nonus.*

Nec in atrio ecclesiæ alia ædificia, nisi clericorum ponantur.

In concil. Salegunst. c. 12.

Vnde Nicolaus Papa.

¶ Nec in atrio ecclesiæ, nisi clericorum ædificia ponantur. C. IIII.

Iuo p. 15. c. 178.

NVlla ædificia in atrio [l] ecclesiæ ponantur, nisi tantum clericorum.

¶ *Fere eadem leguntur in concilio Salegunstadensi, c. 12. quod habetur in fine collectionis Burchardi, & refertur ab Iuone par. 15.*

Item Hieronymus ad Nepotianum.

ficare homo quàm alte velit: tamen non excedat vsitatum modū altitudinis, vt C. de ædi. priua. l. 1.

peratoris non est priuatorum parietibus opē. publi. quecunque.

d ¶ *Et Sapphira.*] j. 13. quæst. 8. legi. & c. Veterum.
e ¶ *Propter peccatum.*] propter peccatum moritur quis citius, vt 1. 3. q. 4. ea vindicta.
f ¶ *Recordatione.*] aliàs retractatione.
g ¶ *Præcipimus.*] idest, monemus. simile 18. q. 2. sic eum. videtur tamen quod hoc fuit præceptum: quia primitiua ecclesia hoc potuit præcipere: sicut continentiam. sed si hoc hodie præciperetur, deformaret statum ecclesiæ vniuersalis: quod non debet esse. 1. q. vlt. & si illa. Vel dic quod præceptū erat eis qui tunc renuntiauerant proprijs, non alijs. 17. q. 1. c. 1.

NEcessaria.] CASVS. Hic reprehenduntur quidam regulares, qui communiter viuere nolebāt, nec volebāt habere prælatos. præcipiunt ergo duo Papæ, scilicet Eugenius & Leo, quod communiter viuant, & prælatos habeā. tales, qui eos exornent, & non dehonestent. *Ministri*, idest, plebani, vel archipresbyteri, vel œconomi, vel huiusmodi. Sequens §. cum cap. planus est.
h ¶ *Necessaria.*] idest, vtilis & honesta.
i ¶ *Claustra.*] idem dicitur de conse. dist. 5. in omnibus. & dist. 32. præter.
k ¶ *Officinæ.*] 5. dist. 32. si qui vero. contra. 2. 2. q. 2. sacerdos. contra, j. ea. quia tua. sed ibi loquitur de ecclesijs collegiatis: hic non. vel consuetudo diuersarū ecclesiarum solum contrariatur.
ADDITIO. Quia prouidetur eis vt pauperibus, non vt clericis, secundū H. hic autē loquitur quando viuunt in communi, & de communi, secundum Lauren.
l ¶ *Vlla.*] ¶ *In atrio.*] idest, in cœmeterio, quod habebit xl. passus in circuitu ecclesiæ maioris capellę, vel minoris eccleæ xxx. vt j. 17. q. 4. sicut antiquitus. sic palatium Imperatoris non est priuatorum parietibus coarctandum. C. de ope. publi. quecumque.

Peccatum vitam abbreuiat.

Cōtra hoc facit littera consilium, &c. & hortamur, &c. sed sæpe quæ sunt præcepti colorantur & monētur, vt in præd. c. sic tenet Archid.

Atrium est cœmeterium.

Clericus.

Clericus.] C. a. V. s. Nepotianus rogauit Hier. vt dictaret sibi libellum de clericorum vita. quod Hier. fecit. hoc ergo cap. quod est pars illius libri, tria ostēdit, s. q clericus debet nomē suū interpretari: & iuxta interpretationē viuere. Secūdo ostēdit, q clericus nō debet habere diuitias: quia cū is q talia possidēt dominus esse dedignatur, nec vult fieri pars eorum. Tertio ostendit, q cleric' de decimis & oblationibus viuere debet, & relinquere hereditatē parentibus. Hoc vltimū est de consilio, quod datur perfectis. Vel secūdū vetus testamentū qō leuitæ de decimis & oblationib' contenti erant, sicut dicit H. cum hodie etiā monachi ab hereditate paterna vel materna non excludantur, vt 18. q. 2. statutum. & 19. q. 3. præsens.

17 q. 4. quisquis. & verberans talē incidit in canonē. extra de sent. excō. non dubiū. & habebunt habitū illorum cum quibus conuersantur, vt 16. q. 7. in nona. & licet cōuersi hic dicātur Deo deuoti, non tñ tenētur continere. nā quidā taliū profitentur, quidā non, vt 27. q. 1. vt lex. nam acolythi sunt ecclesiasticæ personæ, & tamē nō te- | Conuersum verberans incidit in canonem.

¶ Clericus nihil sæculare possideat. C. V.

Clericus, qui Christi seruit ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum: & nominis definitione prolata nitatur a esse quod dicitur. Si enim κλῆρος græce, sors latine appellatur; propterea vocantur clerici, vel quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus sors, idest pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominū partem habet; talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum, & possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum propheta dicit [Pars mea Dominus,] nihil extra Dominum habere potest. Quód si quidpiam aliud habuerit præter Dominum; pars eius non erit Dominus: Verbi gratia, si aurum b, si argentum, si possessiones, si variā supellectilem; cum istis partibus Dominus fieri pars eius non dignatur. Si autem ego pars Domini sum, & funiculus c hereditatis eius; nec accipio d partem inter ceteras e tribus: sed quasi leuita, & sacerdos viuo de decimis; & altari seruiens, altaris oblatione substentor. Habēs victum & vestitum, his contentus ero, & nudam crucē nudus sequar.

Deusdedit p. 3. Aos. l. 7. c. 2. luo par. 6. c. 2.

Psal. 15.

Psal. 15.

1. Tim. 6.

Item Ambrosius de fuga sæculi, c. 2.

¶ Nihil præter Deum debet curare, qui in eius sortem eligitur. C. VI.

Cui portio Deus est, nihil debet curare, nisi Deum: ne alterius impediatur necessitatis f munere. Quod enim ad alia officia g confertur; hoc religionis cultui, atque huic nostro officio decerpitur h. Hæc enim vera est sacerdotis fuga, abdicatio i domesticorū, & quædā alienatio charissimorum: vt suis se abneget, qui seruire Deo elegerit †.

† *gessit*] orig.

Item Hieronymus ad quemdā suum leuitā de duobus generibus hominū.

¶ Clericis, & Deo deuotis nec causas agere, nec aliquid proprium habere licet. C. VII.

Dvo sunt genera Christianorum. Est autem vnum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit: vt sunt clerici, & Deo deuoti, videlicet conuersi k, κλῆρος enim græce, latine sors. Inde huiusmodi homines vocantur clerici, idest sorte electi. Omnes enim Deus in suos elegit. Hi namque sunt reges, idest se, & alios in virtutibus regentes: & ita in Deo regnum habent. Et hoc designat corona in capite. Hanc coronam habent ab institutione Romanæ ecclesiæ in signum regni, quod in Christo expectatur. Rasio vero capitis, est temporalium omnium depositio l. Illi enim victu & vestitu contenti, nullam inter se proprietatem m habentes, debent habere omnia cōmunia. Aliud vero genus est Christianorum, vt sunt laici. λαὸς enim græce, est populus latine. His licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum n. Nihil enim miserius est, quàm propter nummum Deū contemnere. His concessum est vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, causas agere, oblationes o super altari apponere, decimas reddere: & ita saluari poterunt, si vitia tamen benefaciendo euitauerint.

Augu. ser. 21. ad fratres i eremo.

a *Nitatur.*] Argu. à nominis interpretatione 16. q. 1. si cupis. nomina enim debent esse consona rebus. instit. de dona. §. est & aliud.

Diuitias habere peccatū non est.

b *Si aurum.*] non tamen est peccatum habere diuitias, si adsint bona opera, vt 35. dist. hæc autem scripsimus. sed tunc est peccatum, si propter eas iustitia deseritur. j. ea habebat. vel cum homo in eis spem suam ponit, vt 8. q. 1. sunt in ecclesia.

Funiculus quid sit.

c *Et funiculus.*] Funiculus hic dicitur mēsura quædam, qua diuidebatur hereditas post funus defuncti, secundum illud: Funes ceciderunt mihi in præclaris. & dicitur à funere.

d *Nec accipio.*] Monachus tamē succedit in hereditatē, vt 19. q. 3. non liceat. & ecclesia nomine eius recipit, vt 18. quæst. 1. c. 1. Vnde Ouidius.

Alterius vires subtrahit alter amor.

e *Inter ceteras.*] sed singulariter: & est arg. q clerici non debent partiri hereditatem cū fratribus.

Vnde.] C. a. V. v. Quidam rogauit Ambro. vt scriberet sibi qualiter posset sæculum fugere, & Deo seruire: cui Ambro rescribit dicens, q sæculum duobus modis fugitur, scilicet renuntiando rebus proprijs & sæcularibus curis: & abdicando se à domesticis personis & consanguineis, vt suis se abneget, q Deo seruire eligit.

f *Necessitatis.*] idest, solicitudinis.

g *Officia.*] scilicet sæcularia.

h *Decerpitur.*] idest, subtrahitur. sic 99. dist. ecce.

i *Abdicatio.*] quo ad carnalem affectum, vel copulam.

Duo sunt.] C. a. V. a. Quidam leuita rogauit Hiero. vt assignaret sibi differentiam inter clericos & laicos: & quod esset officium vniuscuiusque. Hiero. ergo rescribit ei assignādo duo genera hominū, scilicet clericos & laicos. clericorū est officium diuina contemplari, orationibus & diuinis officijs insistendo: & ab omni strepitu tēporaliū cessare. illi dicūtur reges: quia se & alios regere in virtutibus debent. & in signū huius rei gestant coronā in vertice. Laicorū vero officiū est ducere vxorē, terrā colere, & ea quæ continentur in s. cap. & ostendit qualiter vtrique interpretentur.

k *Conuersi.*] Conuersi omnes dicuntur ecclesiasticæ personæ, vt tenentur continere, vt 32. dist. si quis eorū. quia possunt contrahere matrimoniū legitimū. Itē licet templarij sint ecclesiasticæ personæ, tamen possunt mouere arma ex permissione ecclesiæ.

l *Depositio.*] sic 8. dist. 23. prohibere. & capilli qui remanent, designant q aliqua debemus retinere ad substentationem.

m *Proprietatem.*] rerum ecclesiasticarum tamen bene concedēdum est, q clericus sit dominus fructuum collectorum. sed licet proprietas fructuum sua sit: tamen non potest eam in morte eius alicui largiri ratione testamenti, sed intuitu eleemosynæ sic, vt extra de testa. ad hæc, sicut heres licet sit dominus rerum quas tenetur per fideicommissum restituere alij: tamē nihil potest inde alienare. ff. ad Trebel. deducta. §. vlt. & l. quidam. §. si quis.

n *Ad vsum.*] Prohibetur etiam laicis ne seruent pecuniam, vt 47. dist. sicut hi. hoc ideo ne quis in auaritiam incidat: alias bene licet: quia non debet quis omnia bona sua statim effundere, vt 86. dist. non satis. & dic non nisi ad vsum, idest, non ad abusum. bene enim possunt habere proprium. | Pecuniā seruare verum licitum sit.

o *Oblationes.*] immo præcipitur eis oblationes dare, vt 16. q. 1. statuimus. j. de cōs. dist. 1. ōis Christianus. 10. q. 1. quia sacerdotes.

QVia tua.] Casus. Tres quęstiones fecit Aug. Gregorio: quibus quæstionibus Greg. tres dat responsiones. Prima fuit, an clerici Anglorũ debeant proprijs renuntiare, & communiter viuere. & respondet q sic, vt habetur in principio c. Secunda fuit, an clerici cõiugati, & in minoribus ordinibus cõstituti debeãt habere stipendia ecclesiastica. Et respondetur q sic, sicut est à patribus scriptum q diuidebãt, &c. qui sub regula ecclesiastica sunt tenẽdi. Tertia fuit si quid superest cõmuniter viuẽtibus de annuo reditu, quid debeat inde fieri. Et respõdet q debet pauperibus erogari: & hoc ꝓbat auctoritate Christi dicẽtis, Quod superest, &c. Secũda pars ibi, *Si qui vero sunt.* Tertia ibi, *Cõiter autem viuentibus.*

a ¶ *Seorsum.*] Ergo monachus episcopus factus non potest habere proprium. sed si hereditas aliqua deuoluitur ad eum, erit ecclesiæ, vt 18.q.1.c.1.in fi.

b ¶ *Si qui vero.*] ĩ.dist.32.si qui vero.& cap.placuit.hoc hodie nõ tenet [1], extra de cle.coniuga. Ioannes.& cap.1.

c ¶ *Vxores.*] si sint clerici, numquid ergo dormiunt cum alijs, vt ĩ.ea.necessaria.non: quia esset inhonestum in vxorato. Item, cantabunt ne cum clericis? quod videtur: quia non aliter perciperent stipendia. & quod hic dicitur, speciale est in Anglicis: nec enim simul habebit quis ecclesiasticum beneficium & vxorem. extra de cleric.coniuga.diuersis.& cap. Ioannes.

d ¶ *Sub ecclesiastica regula.*] Hic patet, q si aliquis in minoribus ordinibus constitutus ducat vxorem, non tamen potest more laicorum viuere: nec potest conueniri coram sæculari iudice: nec verberari sine sacrilegio, vt 20.q.3.eos.& 81.dist.dictum. Io., quod falsum est, vt extra de cle.coniug. Ioannes. B.

Monach' factus episcopus propriũ habere non potest.

[1] Hæc est vera sententia secũdũ Vin. & Inn. & qd̃ hic dicitur ẽ ius vetus: & statur hodie ei qd̃ dicitur in decre. hic alle.de cle.cõiug.capit. 1. Archidia.

Ioan.diac.in vita l.2.c.37.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, responsionum, c.1. & 2.

¶ Clerici nihil propium possideant. C. VIII.

Ansl.l.7.c.3.
† al. viuere

QVia tua fraternitas monasterij regulis erudita seorsum [a] non debet fieri † à clericis suis in ecclesia Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta est; hanc debet instituere conuersationem, quæ in initio nascentis ecclesiæ fuit patribus nostris: in quibus nullus eorum ex ijs, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. ¶ Si qui vero [b] sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se non possunt continere, sortiri uxores [c] debent, & stipendia sua exterius accipere: quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, [quòd diuidebatur singulis, prout cuique opus erat.] De eorum ergo stipendio cogitandum, atque prouidendum est: & sub ecclesiastica [d] regula sunt tenendi: ut bonis moribus uiuant, & canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent. Communiter † autem uiuentibus iam de faciendis portionibus [e], vel exhibenda hospitalitate, & adimplenda misericordia nobis quid erit loquẽdum? cum omne, quod superest, in causis pijs, ac religiosis erogandum est: Domino & magistrõ omnibus dicente. [Quod superest [f], date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis.]

32.dist.si q vero.
Resp. 2.
Act. 4.
† al. Cõmuni autem vita
Luc. 11.

e ¶ *Portionibus.*] idest, dandis decimas. monachi enĩ cõiter viuentes nõ dant decimas, vt ĩ.16.q.1.decimas. extra de deci. fraternitatem.

Monachi nõ tenentur ad decimas.

f ¶ *Quod superest.*] Videtur ergo q si aliquis ita pauper est: q ei nõ sufficiant sua, videtur q non teneatur dare decimas: quia nullo præcepto sibi aliquis tenetur subtrahere necessaria, vt 86.dist.non satis.in fi. quod non est verum.

Decimas soluere pauper non tenetur.

Item Vrbanus Papa omnibus catholicis, epistola unica, c.1.

¶ Clericis omnia communia esse debent. C. IX.

Ansl.l.7.c.4.
Iuo p 3 c. 139.
† al. bonos

SCimus uos non ignorare, quia hactenus uita communis inter omnes † Christianos uiguit, & adhuc gratia Dei uiget: & maxime inter eos, qui in sortem Domini sunt electi, idest clericos: sicut in actibus legitur Apostolorum [Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat: sed erant illis omnia communia.] *& infra.* ¶ Quicumque uestrum communem uitam susceptam habet, & uouit se nihil proprium habere; uideat, ne pollicitationem [g] suam irritam faciat: sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat, ne damnationem, sed præmium sibi acquirat: quoniam satius est non uouere; quàm uotum, prout melius potest, non perficere. Grauius enim puniuntur, qui uotum fecerunt, aut fidem [h] perceperunt, & uotum nõ persecerunt, aut in malis uitam finierunt; quàm illi, qui uitam sine uoto finierunt; aut sine fide mortui sunt, & tamen bona egerunt opera.

Act. 4.
In ead.epist.c.6.

SCimus.] Casus. Quidam clerici catholici vouerant se nihil propriũ velle habere: quod votum male seruabant. hortatur ergo Papa Vrbanus illos omnes ad communem vitam habendam, exẽplo Apostolorum, quibus erant omnia communia: & vt votũ qđ fecerũ: Domino, fideliter custodiãt, ne damnationem, sed præmiũ sibi acquirant: quoniá melius est non vouere, quam votũ prout melius potest non adimplere: grauius enim puniuntur qui votum vel fidem non seruauerũt, quàm illi qui nũquam votum fecerunt, & sẽper sine fide fuerunt.

g ¶ *Pollicitationem.*] Nota q ex nuda pollicitatione, quam quis facit Deo, potest conueniri. 22.q.5.c. iuramenti. sic ex nuda pollicitatione facta reipublicæ, vt ff.de pollici.l.1.

Pollicitatio nuda quãdoque obligat.

h ¶ *Aut fidem.*] Hic videtur Vrbanus soluere quæstionem Aug. 6.q.1.quæro.in fin. Dicunt tamen quidam magis puniendum esse illum, qui semper fuit infidelis: quam illũ qui quandoque fuit bonus. nam illius opera quãdoque viua fuerunt. tamen hæc littera contradicit eis [a].

Serm.52.ad fratres in eremo. in cõc. Aqsgrã. c 112.

Item Augustinus in sermone de communi uita clericorum.

¶ De eodem. C. X.

Ansl.l.7.c.6.
Rom.12.& 2. Cor.8.

Beda 2. Cor. 8.
11.q.3. non sũt audiendi.

NOlo [i], ut aliquis de uobis inueniat male uiuendi occasionem. Prouidemus enim bona, ut ait Apostolus, non solum corã Deo, sed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos, conscientia nostra sufficit nobis: propter uos fama nostra non pollui, sed pollere debet in uobis. Tenete quod dixi, atque distinguite. Duæ res sunt consciẽtia, & fama. Conscientia necessaria [k] est tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conscientiæ suæ negligit famam suam, crudelis est. *& infra.*

NOlo.] Casus. Ad euidentiam huius c. nota q Augu. fecit tres constitutiones. Primo constituit nullum ordinare clericũ, nisi proprijs renuntiet: sed quidã vt clerici fierent, proprijs renuntiabant: qđ postea male seruabant. quare Aug videns hoc esse multis occasionẽ peccãdi, primã constitutionẽ retractauit, vt ĩ.c. certe. volẽs potius habere claudos q̃ mortuos. Tertio iterata voluntatẽ suorũ clericorũ primã constitutionẽ cõfirmauit, sicut cõtinetur in hoc c. in quo statuit, vt nullus clericus habeat ꝓpriũ. Qđ multipliciter ostẽdit, rõnes plures assignãdo. & si habuit, nõ potest facere testamẽtũ: imo deponetur. facit etiã mentionem de prima constitutiõe, & ei' retractatiõe. ĩ.c.certe. Sequẽs § Qui non vult. patet.

[a] Arg. Teuth. de lit. §. si vero spud. insi. Archid.

i ¶ *Nolo.*] Aug. fecerat tres constitutiones: prima fuit, q clerici nõ possent habere propria: sed illa male seruabat. & plurimi erãt trãsgressores: ideo secũdo reuocauit eã, vt ĩ.ea. certe. Tertio de cõsẽsu clericorũ suorũ confirmauit primam constitutionem, vt in hoc c.

k ¶ *Necessaria.*] 11.q.3.sentit contra hoc ibi solutum est.

a ¶ *Aurum.*] 86. dist. fratrem. quod loquitur de illis qui ante tetra ctationem renuntiauerant proprijs, & tamen volūt habere ꝓpriū.
b ¶ *Dixeram.*] in secunda constitutione, quam feceram.
c ¶ *Non illis tollerem.*] idest, non præcluderem eos fieri clericos.
d ¶ *Claudos.*] quia adhuc temporalibus non renuntiauerant.
e ¶ *Mortuos.*] idest, qui renuntiauerūt proprijs, & tamen volunt habere proprium.

abbatis, quia hoc iure ius conceditur. extra de accus. ex parte.

E *Exemplum.*] C. a s e s. Dictum est s. q clerici non debent habere propria. Sed quia posset aliquis dicere, q ecclesia nō debet habere propria eadem ratione, quia si haberent clerici nō possent ea possidere: ideo Gratianus ab hoc loco vsque ad §. his omnibus

¶ Nulli liceat in societate nostra habere aliquid proprium: sed si forte aliqui † habent, nulli licet: & qui habuerint, faciunt quod non licet. *& infra.* ¶ Enthecam nobis habere non licet. Non enim episcopi est seruare aurū a, & à se reuocare mendicantis manū. Quotidie tā multi petunt, tā multi gemunt, tā multi inopes nos interpellant: vt plures tristes relinquamus: quia, quod possimus dare omnibus, non habemus. Nō habeamus ergo entheca. *& infra.* ¶ Qui habere voluerit propriū, & de proprio viuere, & contra ista præcepta facere; parum est vt dicā, non mecum manebit, sed nec clericus erit. Dixeram b enim, & scio me dixisse, quòd si nollent suscipere vitam socialem mecum; non illis tollerem c clericatum: sed seorsum manerent, seorsum viuerent: quomodo nollent, Deo viuerent; & tamen ante oculos posui, quantū mali sit à proposito cadere. Malui enim habere cœcos, vel claudos d, quàm plangere mortuos e. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergo, quicūque voluisset extra manere, & de suo viuere, non tollerem ei clericatum: ita modo, quia placuit illis, Deo propitio, socialis hæc vita, quisquis cum hypocrisi vixerit, quisquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde faciat testamentum; sed delebo eum de tabula clericorum. *Item supra.* ¶ Qui a non vult mecum manere, & in communi viuere, habeat libertatem; sed videat, vtrū habere possit felicitatis hereditatem †.

† *aliquid*] orig.
J. 2. q. vobis eni.
Serm. 53.
Serm. 52. in extremo.
† *al. æternitatē*

¶ *Initium huius capitis vsque ad vers.* Qui habere voluerit. *legitur in sermone 2. de communi vita clericorum, siue 52. ad fratres in eremo: cetera vero partim in sermone 53. ad fratres in eremo, siue serm 3. de communi vita clericorum, partim in eodem 52. siue 2. de quibus sermonibus adnotatum est s. dist. 86 Partem huius capitis refert Beda in comment. 2. Cor. c. 8. sub hoc titulo,* Ex sermone de vita & moribus clericorum.

a ¶ Qui non vult.] *In sermone ipso præcedit, c. certe ego. infra eadem, & paucis interiectis sequitur,* qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.

Idem sermone tertio de communi vita clericorum.

Et epist. 109. ad monachas.

¶ Non licet habere proprium ijs, qui suis renuntiant, & communiter viuere spondent. C. XI.

NOn dicatis f aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. *& infra.* ¶ Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occulte ab aliquo litteras, vel quodlibet munus accipiat; si hoc vltro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque conuincitur; secundum arbitrium presbyteri, vel præpositi grauius emendetur. *& infra.* ¶ Cum a huius nostræ congregationis fratres nō solum facultatibus, sed voluntatibus proprijs in ipsa ordinationis susceptione renuntiauerint, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperijs in Christo, & pro Christo subdiderint; certum b est eos nihil habere, possidere g, dare, vel accipere debere sine superioris h licentia. Quod si propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit; primo quidem priori insinuetur: & sic suscipiatur, si ipse mandauerit. De quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod priori placuerit.

In prima regula, c. 4.

¶ *Caput hoc sumptū est ex sermone 3. de communi vita clericorum, in quo regula B. Augustini continetur, ac repetitur epistola 109. sed in ea ad monachas oratio conuertitur.*

a ¶ Cum huius nostræ.] *Hæc vsque ad vers.* certum est. *non sunt inuenta apud B. Augustinum.*

b ¶ *Hæc habentur in prima regula, c 4.*

Idem tractatu 50. ad c. 12. Ioannis.

¶ De eodem. C. XII.

EXemplum i Domini accipe conuersantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli ministrauerunt; nisi quia ecclesia ipsius, loculos suos habitura erat? Quare furem admisit; nisi vt eius ecclesia fures k patienter toleret?

f ¶ *Non dicatis.*] extra de accu. ex parte. extra ne cleri. vel mona. non magnopere.

Dicit Aug. in hoc c. q qui renuntiauerunt mundo, proprium habere non possunt: & si litteras vel munus aliquod occulte receperint: si sponte confiteantur, parcetur illis. si autē de hoc conuicti fuerint, secundū arbitriū sui præpositi vel presbyteri punientur. Tales enim nihil possunt habere vel possidere, vel dare vel accipere sine licentia superioris. & si de eius licētia aliquid receperint, de accepto fiat quod superiori placuerit.

g ¶ *Possidere.*] Numquid pauperi famę morienti tenentur subuenire sine licētia: hīc nec obstat 1. q. 1. nō est putanda. quia in hoc casu quilibet ei subuenire tenetur. res enim quæ nobis superabundant, pauperū sunt, vt 47. dist. sicut hi. Si autem est in scholis, de licētia agere potest, & mutuare sicut filius familias, vt C. ad Mace. l. vl. ff. de iudi. si lōgius. §. filius familias. ar. extra de offi. iudi. delega. pterea. ff. de iurisd. om. iudic. l. 2. Sed nūquid vestis est sua, quam habet? vel nūquid dicitur possidere res temporales, vel vestem? nō videtur: quia vestis quā semper vtitur seruus, de peculio dñi est. ff. de peculio, id vestimentū. sed seruus nō possidet eaq sunt in peculio. vt ff. de acqr. pos. quod seruus. Item qui ab alio possidet, ipse nihil possidet, vt ff. de adulte. l. sic eueniet. Sed dicas q ex pmissiōe prælati sui possunt possidere, vt extra de sta. mona. c. monachi. Et nota q monachꝰ ratione ꝯctus nec agere potest, nec cōueniri 1 sicut ille qui cessit bonis, vt ff. de arbi. item si vnus, in prin. Sed hoc notatur 1 1. q. 1. de persona. Item cū monachus dicatur seruus, vt 54. dist. multos. ergo non habet liberum arbitrium, vt 32. q. 3. cap. vnico. nec enim velle videtur qui ex necessitate obtemperat. ff. de reg. iur. l. velle. Item agere non potest de iniuria sibi illata 2 sed tamen eius prælatus potest agere, 3 ois prælatus absit, nec reliquerit procuratorem, ad instar filij familias. ff. de iniu. sed si vnus. §. ait prætor.

h ¶ *Sine superioris*] extra de of. ord. quāto. habet tñ ius eligendi 3 & ius accusādi suū platū siue abbatē: & aliud pōt facere sine licētia

Religiosus etiā in veste proprietatē non habet.

1 Extra de ꝯdeiuſ. de qui buldā. vbi de hoc.

2 Quod dic vi not. extra de seni. excō. parochianis.

3 V t extra. de rescrip. cum dilecta. de cō sue t. cū dilectus. Archi.

nibus. probat q ecclesia potest habere propria, & possessiones, & q clerici nomine ecclesiæ possidere possunt, etsi nomine suo nihil possideant. Probatur ergo in hoc cap. q ecclesia loculos & possessiones habere potest: & hoc probat exemplo Domini, qui loculos habuit, & qui furem admisit, vt ostenderet, q quando ecclesia persecutionem patitur a furibus, idest, malis, patienter ferat. B.

i ¶ *Exemplum.*] Ab hinc ostēdit q ecclesia possit habere propriū: & hoc vsque ad §. econtra.

k ¶ *Fures.*] idest, occultos peccatores. s. 23. q. 4. tu bonus. extra de tempo. ordi. cap. vlti.

& expedit

EXpedit.] Casus. In hoc cap. ostendit Prosper, quòd ecclesia potest habere possessiones. & hoc probat duobus exemplis. scilicet Paulini, qui sua pauperibus erogauit: nihilominus tamen factus episcopus, possessiones ecclesiæ possedit & dispensauit. Et Hilarij, qui omnia reliquit pauperibus: qui factus episcopus non solum res ecclesiæ possedit, sed etiam acquisitis innumerosis hereditatibus fidelium possessiones ecclesiæ augmentauit, qui episcopi si sciuissent esse peccatum ecclesiam habere possessiones, numquam eas dispensandas suscepissent.

Sit in cōc. Aquisgran. c. 35.

Item Prosper de vita contemplatiua, lib. 2. c. 9.

¶ Ecclesiarum præpositi, rerum dispensatores efficiuntur. C. XIII.

EXpedit facultates ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriæ sunt, sed communes [a] ecclesiæ facultates: & ideo quisquis omnibus, quæ habuit, dimissis, aut venditus fit rei suæ contemptor; cum præpositus [b] fuerit factus ecclesiæ; omnium, quæ habet ecclesia, efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus, vt ipsi melius nostis, ingentia prædia, quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogauit: sed cum factus esset episcopus, non contempsit ecclesiæ facultates, sed fidelissime dispensauit. Quo facto satis ostendit & propria debere propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis posse ecclesiæ facultates, quæ [c] sunt profecto communes, possideri. Quid sanctus Hilarius? nonne & ipse omnia bona sua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen, cum merito perfectionis suæ fieret ecclesiæ Arelatensis episcopus; quæ illa tunc habebat ecclesia, non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hereditatibus ampliauit. Isti ergo tam sancti, tam perfecti pontifices, factis euidenter clamant posse, & debere fieri quod fecerunt. Qui vtique homines tam sæcularium, quàm diuinarum rerum sine ambiguitate doctissimi, si scirent res ecclesiæ debere contemni, numquam eas debuerant, qui omnia sua reliquerant, retinere.

Margin: ¶ quæ sunt profecto communes] oc. — Addita ex orig. hæc clausula. — ¶ al. suscipere

Item Gregorius Felici episcopo de Acropoli, lib. 2. epist. 29.

¶ Diaconi, vel quælibet religiosæ personæ regularem vitam ducere cogantur. C. XIIII.

Ans. l. 7. c. 7.

QVoniam Velina [d], Buxentina, & Blandana ecclesiæ, quæ tibi in vicino sunt constitutæ [e], sacerdotis noscuntur vacare regimine; propterea fraternitati tuæ earum solenniter operam visitationis iniunximus: illud præ omnibus commonentes, vt vbi præfatarum ecclesiarum, siue diœceseos earum, vel diaconi, vel religiosæ personæ inuentæ fuerint; districte, canoniceque viuant.

Item Melchiades [f] Papa.

¶ Quare in primitiua ecclesia prædia vendebantur. C. XV.

Poly. l. 1. tit. 19. Burch. l. 3. c. 20. & 3. Iuo p. 3. c. 4. & 7 Pann. l. 2. c. 3.

FVturam ecclesiam in gentibus Apostoli præuidebant: idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fouendos egentes. At vero, cum inter turbines, & aduersa mundi succresceret ecclesia; eousque peruenit, ut non solum Gentes, sed etiam Romani [g] principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerent. E quibus uir religiosissimus Constantinus, primus fidem ueritatis patenter adeptus, licentiam dedit per uniuersum orbem, sub suo degentes imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias, & prædia tribuere posse constituit. Denique idem præfatus princeps donaria immensa contulit, & fabricam templi primæ [h] sedis beati Petri principis Apostolorum instituit: adeo, ut sedem imperialem, quam Romani principes possederant, relinqueret, & beato Petro, successoribusque [a] suis profuturam concederet [i]. Idem uero præsidens in sancta synodo [k], quæ apud Nicæam congregata est, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait; Vos a nemine dijudicari potestis: quia solius Dei judicio reseruamini. Dij etenim uocati estis: & idcirco non potestis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, uiri religiosissimi non solum possessiones, & prædia, quæ possedebant ...

Margin: ¶ al. suisque profuturis

a ¶ Communes.] quæritur quis sit dominus rerum ecclesiasticarũ, numquid pauperes dicunt esse dominos arg. q. sic. 16. q. 1. quoniam quidquid. Potest dici, q ecclesia sit domina, vt 16. q. 3. inter memoratos. sicut hereditas est domina, vt ff. de acq. re. do. hereditas.

Ecclesiastica rũ rerum dominiũ apud quem est.

Alij dicunt q ipse Deus, vt 7. ea. q. 2. qui Christi. & c. qui abstulit. Vel dic dominium esse apud clericos, sicut dominium rerum vniuersitatis apud ciues. insti. de re. di. §. vniuersitatis. dicuntur etiã pauperes domini, quia inde sustentantur. Abbas. De hoc etiam no. extra de verb. sig. causa. & per Innoc. & Hostien. extra de causa pos. cũ super. & ibi videas. Arch.

Et cum omnia eis or sint: hoc tamen specialius f. 1. q. 3. Salua tos. versi. q. quis. c. res q. 16. q. 1. ro ca nonibus. vers. si qs. & hoc verum secundum Ray. & Vin. Arch.

b ¶ Cum præpositus.] & confirmatus. nam ante non potest administrare, nisi sit valde remotus, vt extra de elect. q sicut. & c. nihil.

c ¶ Sunt fuerunt.] simile 7. q. 1. omnis qui ar bonum pro illis qui sua renũtiauerunt, q semp præsumitur illos multã cautam & lite fouere. & est bonum. sim. extra de no. oper. nun. c. 1.

d ¶ QVoniam. ¶ Velina.] Not. plurũ ecclesiarum visitationẽ vni committi. Et est arg. q ratione propinquitatis aliquid statuitur cõtra ius. sic extra de postul. ad hoc. & sic rõne remotiõis. 63 di. cũ lõge.

e ¶ Constitutæ.] 7. q. 1. constitutum. & ff. 61. dist. obitum.

f ¶ Melchiades.] falsus est titul. quia Melchiades fuit proximus ante Siluestrũ, & eius tẽpore est Cõstantinus conuersus. 96. dist. in illa palea, Cõstantinus.

FVturam.] Casus. Dicebant quidam, q ecclesia non debeat recipere prædia: & hoc probant exemplo Apostolorũ, qui in Iudæa prædia nõ recipiebãt; sed pretia prædiorũ, vt pauperes sustentarẽt. quibus Melchiades Papa respondet dicens, q ideo Apostoli in Iudæa prædia non recipiebãt, quia præuidebant ecclesiam ad Gentes transituram. quod cũ factũ esset, principes Romanorũ facti sunt Christiani: de quibus Cõstantinus fuit vnus, qui legẽ dedit, vt quicũque vellet fieri Christianus, & ecclesiã fabricaret, & prædia ecclesiæ donaret. & ipsemet multa donauit: & ecclesiã beati Petri instituit: & sedem imperialem ei reliquit & ab illo tẽpore cœpit ecclesia possessiones habere: & Christiani cœperunt ecclesias ædificare, & seipsos consecrare.

Ad hoc facit ca. ipse ff. 3. q. 6. dudũ, vbi L. approbat istam sententiam. Alij contra quia ecclesia Lateran. ẽ patriarchalis, sed ecclesia beati Petri nõ. nec etiam episcopalis, sed est de episcopatu Portuensi. & ideo exponũt vt sequitur, & hoc tenet Hugo.

g ¶ Romani.] ergo Imperator est dñs tot. mũdi ff. 7. q. 1. in apib.

h ¶ Primæ.] Videtur ergo q ecclesia beati Petri sit prior ecclesia beati Ioannis Apostoli Lateranen. 10. q. 1. sanctorum. sed expone primæ beati Petri, idest, Apostoli: vel primæ, idest, Apostolicæ.

i ¶ Concederet.] ergo imperium est apud ecclesiam Romanam, vt 96. dist. in illa palea, Constantinus.

k ¶ Synodo.] nam ante eum non fiebant generales synodi congregatæ, vt 15. dist. cap. 1.

a ¶ Basilicã.

a ¶ *Basilicas.*] de consec. dist. 1. nemo.

V *Identes.*] CASVS. Hoc c. diuiditur in quattuor partes. In prima parte ostenditur ratio, quare ecclesia habet possessiones, scilicet quia plus vtilitatis cõfert ecclesiæ de possessionibus quàm de pretio: cũ ex his plura possint fidelibus ministrari. In secunda parte dicit, quòd res ecclesiæ debẽt esse in potestate epõrũ: ex quibus debẽt communiter viuentibus necessaria ministrare. In tertia parte dicitur, quo nomine cẽseantur res ecclesiæ. scilicet hoc nomine, oblationes. In quarta parte cõtinetur pœna vsurpãtis res ecclesiæ. Secunda pars incipit ibi, *Ipsæ vero.* Tertia ibi, *Ipsæ enim.* Quarta ibi, *Ideo.*

C *Erte.*] CASVS. Aug. fecerat constitutionẽ quamdã, scilicet, quòd nullũ ordinaret clericũ nisi cõmuniter viuere, & proprijs renũtiaret. & si inueniretur transgressor, deponeret. Postea clerici renuntiabãt, & fiebant transgressores. quare Aug. cõuocatis omnibus clericis suis mutauit constitutionẽ, quam fecerat, volẽs potius

rant, sed etiam semetipsos Domino consecrarunt, ædificantes basilicas [a] in suis fundis in honorem sanctorum martyrum per ciuitates, ac monasteria innumera: in quibus cœtus Domino seruientiũ cõueniret.

¶ *Cæteri etiam collectores Melchiadem citant: quod constare non posse recte animaduertit auctor glossæ. Est enim in hoc capite mentio Nicænæ synodi: quo tempore (vt ex ipsa synodo, Eusebio, & cæteris historicis apparet) iam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in scripto de primitiua ecclesia, & munific. entia Constantini: quod in collectione Isidori, Lutetiæ bis impressa, sequitur statim post decreta Melchiadis, quemadmodum s. dist. 88. ad c. decreuit. adnotatum est.*

Item Vrbanus Papa, epistola vnica, c. 1.

¶ Quare prædia fidelium hodie ab ecclesia non alienentur. C. XVI.

V Identes autem summi sacerdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis posse conferre, si hereditates, & agros, quos vendebant, ecclesijs, quibus præsidebant, episcopi traderent; eo quòd ex sumptibus eorum, tam præsentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora ministrare possent fidelibus communem vitam † ducentibus, quàm ex pretio ipsorum: cœperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus [b] ecclesijs tradere, & ex sumptibus eorum viuere. ¶ Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarum episcoporum (qui locum tenent Apostolorum)[c] erant, & sunt usque adhuc, & futuris semper debent esse temporibus. E quibus episcopi, & fideles dispensatores eorum, omnibus communem vitam degere uolentibus, ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint, ut nemo in eis egens inueniatur. ¶ Ipsæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. *& infra c. 3.* ¶ Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantum ecclesiæ, quibus episcopi præsident, Domino adminiculante creuerunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus; ut nullus sit in eis communẽ gerens † uitam, indigens: sed omnia necessaria ab episcopo [d], suisque ministris percipit. ¶ Ideo, si aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur; iam dicta damnatione feriatur.

Ansl. 7. c. 6. Burch. l. 3. c. 3. Iuo par. 3. c. 5.

† al. *fidem*

† al. *eligens*] al. *degens*

Item Augustinus tractatu 62. in Ioannem.

¶ De eodem. C. XVII.

Et Beda ad c. 13. Io. & ibi glossa ordin.

H Abebat Dominus loculos: & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs Indigentibus [e] tribuebat. Tunc primum ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta: ubi intelligeremus, quod præcepit, non cogitandum [f] esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ seruetur à sanctis; sed ne Deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur.

Ansl. 5. c. 32. Poly. l. 3. tit. 24.

Matt. 6.

a *His omnibus auctoritatibus claret, quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium: quòd si habuerint, non clerici erunt; non tamen clericatus eis tollendus est.*

Vnde Augustinus in serm. 2. de communi vita clericorum.

al. 52. ad fratres in eremo.

¶ Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium. C. XVIII.

C Erte ego sum, qui statueram, sicut nostis, nullum ordinare clericum, nisi qui mecum uellet manere: aut si nellet recedere [g] à proposito; recte illi tollerem [h] clericatum: quia desereret sanctæ societatis promissum, cœptumque consortium. Ecce [i] in conspectu Dei, & uestro, muto consilium. Qui nolunt habere aliquid pro-

Ansl. l. 7. c. 8.

Ecclesiasticæ res facilius possunt alienari hodie quàm olim.

b ¶ *Matricibus*] videtur ergo quòd tantũ matrices ecclesiæ olim habuerunt prædia & possessiones. vnde videtur quòd illa solẽnitas quæ in alienatione rerũ ecclesiæ seruari præcipitur. 10. q. 2. casellas. alias hoc ius tantũ de maioribus ecclesijs intelligatur. cum enim olim ecclesiæ erant tenues, maior erat inquisitio adhibenda in alienatione. sed cũ hodie augmentatæ sunt possessiones ecclesiæ: sufficit cõsensus capituli ecclesiæ ad alienationẽ faciendã, vt j. ea. q. 2. fine.

Apostolorũ locũ tenent viri ecclesiastici diuersimode.

c ¶ *Apostolorum*] Episcopi tenent locũ Apostolorum, vt hic, scilicet quo ad dignitatem, monachi quo ad renũtiationẽ propriorũ, & cõmunẽ vitã. 16. q. 1. ex auctoritate omnes sacerdotes quo ad sacramentorũ dispensationem. 11. q. 3. absit. 21. dist. in nouo. 68. dist. quorum vices.

d ¶ *Ab episcopo.*] extra de præb. c. episcopus. ADDITIO. Et sic habes hic, quòd episcopus per se vel per aliũ tenetur prouidere cuilibet clerico indigenti. 70. dist. sanctorum. H.

H *Abebat.*] CASVS. Probatur in hoc cap. exemplo Domini, quòd ecclesia potest habere possessiones: quia Dominus loculos habuit & quòd dixit, nõ est cogitandũ de crastino, non ita intelligendum est, vt nihil habeamus, sed ne Deo propter mundana seruiatur. Sequens s. patet.

e ¶ *Indigentibus.*] argu. de eleemosyna fieri eleemosynam. 16. quæst. 1. decimæ tributa.

f ¶ *Cogitandum.*] supra 1. q. 7. conuenientibus. contra, vbi dicitur, de futuris inquiremus: & futuris casibus debemus occurrere, 23. dist. in omnibus. Solutio. cautela non prohibetur, sed solicitudo nimia, per quam cultus diuinus minuatur. 47. dist. cap. omnes hi ut. & cap. sicut hi.

Solicitudo nimia est prohibita.

HIS OMNIBVS. Hæc est secunda pars q. in qua probat quòd possunt habere proprium tam clerici, quam episcopi, & ecclesiæ. & hoc probat per 11. aucto. loan. de fant.

habere claudos, idest, propria habentes, quàm hypocritas, idest transgressores: quia si habet propria, dimidius cadit, idest, imperfectus est: sed si renunciat proprijs, & habet postea propria, totus cadit: quia perfectionem non seruat exterius nec interius in anima.

g ¶ *Recedere.*] idest non assumere propositum, renuntiandi vt ibi: Cadent a latere tuo.

h ¶ *Tollerem.*] idest, non admitterem.

i ¶ *Ecce.*] Arg. aliquem venire contra factum suum. 17. q. 2. Gonsaldus. 35. q. 9. quod quis. 22. q. 4. in malis. &c. iurauit. 55. dist. præsentes. ff. de ijs quibus vt indig. tutorem. Contra, 32. q. 5. horrendus. Argu. contra, 7. q. 1. quam periculosum. 8. q. 2. dilectissimi. 17. q. 4. sunt qui opes. C. de transact. ea causa. C. de cap. & postlim. recen

Non habet proprietas nõ .n. inde cadit qui non suscepit secundum Hug. Facto proprio potest quis cõtrauenire.

nec nos. C. de remissio. p̄ig. debitū. ff. de acqui. here. q superstitis. ff. de adopt post mortem. ⁊ ff. de serut. rustic. præ. per fundum. Ioan. Solu quilibet potest venire contra factum suū, vbi est expressum in iure, aliàs non. 55. dist. pænitentes B.

a ❡ Mali.] id est, occasio mali: qa rei familiaris cura sine peccato vix

sæ, vt extra de testa. quia nos.

f ❡ Habent.] de hoc dicemus ī. ea. q. 4 cap. 2.

g ❡ De prouisione.] clerici de rebus mobilibus nihil in vltima voluntate possunt dare, nisi talis sit ecclesiæ consuetudo, vt extra de testa. ad hæc. & c. relatum §. licet.

prium, quibus non sufficit Deus, & ecclesia sua; maneant vbi volunt, & vbi possunt: non eis aufero clericatum; nolo habere hypocritas. Malum [a] enim esse quis nesciat? Malum [b] est cadere [c] à proposito: sed peius est simulare propositum. *& post pauca.* ❡ Si non [r] seruat sanctitatem [d] foris; dimidius cecidit: si vero intus habuerit simulationem; totus cecidit. Nolo vt habeat necessitatem simulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti mecum communiter viuere.

❡ Si seruat] or.

Econtra sunt aliæ auctoritates, quibus conceditur propria habere, non solum alijs, sed etiam episcopis.

Vnde in concilio Agathensi, c. 48. legitur.

❡ De rebus proprijs, vel acquisitis episcopi heredibus suis derelinquant. C. X I X.

EPiscopi de rebus proprijs, vel acquisitis [e], vel quidquid de proprio habent [f], heredibus suis, si voluerint, derelinquant. Quidquid vero de prouisione [g] suæ ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de fructibus [†] [h], siue de oblationibus; omnia [i] in iure ecclesiæ reseruare censuimus.

† al. frugibus
‡ al. omnia iure

Item ex concilio Martini Papæ, c. 15.

In capitul. Martini Brachareñ. ex can. 4. conci. Antiocheni mutatis verbis, sed salua sententia.

❡ De eodem. C. X X.

MAnifesta [i] autem debent esse, quæ ad ecclesiam pertinent, his qui circa [k] ipsos sunt, presbyteris, & diaconis; vt si episcopo contigerit inopinatus transitus, res ecclesiæ nullo modo possint minui, & perire; neque res propriæ episcopi importunitatem patiantur pro rebus ecclesiæ: vt nec ecclesia incurrat damnum, nec episcopus in suis rebus pro rebus ecclesiæ proscribatur.

Idem statutum est in canonibus Apostolorum, c. 40. vbi legitur.

❡ De eodem. C. X X I.

Ansl. l. 6 c. 167.

¶ Nulli liceat in societate nostra habere aliquid proprium: sed si forte aliqui † habent, nulli licet: & qui habuerint, faciunt quod non licet. *& infra.* ¶ Enthecam nobis habere non licet. Non enim episcopi est seruare aurū [a], & à se reuocare mendicantis manū. Quotidie tā multi petunt, tā multi gemunt, tā multi inopes nos interpellant: vt plures tristes relinquamus: quia, quod possimus dare omnibus, non habemus. Nō habeamus ergo entheca. *& infra.* ¶ Qui habere voluerit propriū, & de proprio viuere, & contra ista præcepta facere; parum est vt dicā, non mecum manebit, sed nec clericus erit. Dixeram [b] enim, & scio me dixisse, quòd si nollent suscipere vitam socialem mecum; non illis tollerem [c] clericatum: sed seorsum manerent, seorsum viuerent: quomodo nollent, Deo viuerent; & tamen ante oculos posui, quantū mali sit à proposito cadere. Malui enim habere cœcos, vel claudos [d], quàm plangere mortuos [e]. Qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergo, quicūque voluisset extra manere, & de suo viuere, non tollerem ei clericatum: ita modo, quia placuit illis, Deo propitio, socialis hæc vita, quisquis cum hypocrisi vixerit, quisquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde faciat testamentum; sed delebo eum de tabula clericorum. *Item supra.* ¶ Qui [a] non vult mecum manere, & in communi viuere, habeat libertatem; sed videat, vtrū habere possit felicitatis hereditatem †.

Right margin: † *aliquid*] orig. — j. 2. q. vobis eni. — Serm. 53. — Serm. 52. in extremo. — † al. æternitatis

¶ *Initium huius capitis vsque ad vers.* Qui habere voluerit. *legitur in sermone 2. de communi vita clericorum, seu 52. ad fratres in eremo: cætera vero partim in sermone 53. ad fratres in eremo, siue serm. 3. de communi vita clericorum, partim in eodem 52. siue 2. de quibus sermonibus adnotatum est s. dist. 86. Partem huius capitis refert Beda in comment. 2. Cor. c. 8. sub hoc titulo,* Ex sermone de vita & moribus clericorum.
a ¶ Qui non vult.] *In sermone ipso præcedit, c. certe ego. infra eadem, & paucis interiectis sequitur,* qui hoc non vult, habeat libertatem, &c.

Idem sermone tertio de communi vita clericorum.

Right margin: Et epist. 109. ad monachas.

¶ Non licet habere proprium ijs, qui suis renuntiant, & communiter viuere spondent. C. XI.

NOn dicatis [f] aliquid proprium: sed sint vobis omnia communia. *& infra.* ¶ Quicumque autem in tantum progressus fuerit malum, vt occulte ab aliquo litteras, vel quodlibet munus accipiat; si hoc vltro confitetur, parcatur illi, & oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atque conuincitur; secundum arbitrium presbyteri, vel præpositi grauius emendetur. *& infra.* ¶ Cum [β] huius nostræ congregationis fratres nō solum facultatibus, sed voluntatibus proprijs in ipsa ordinationis susceptione renuntiauerint, & se per promissam obedientiam penitus aliorum potestati, & imperijs in Christo, & pro Christo subdiderint; certum [γ] est eos nihil habere, possidere [g], dare, vel accipere debere sine superioris [h] licentia. Quod si propinquus, vel amicus, vel quilibet fratrum cuiquam aliquid offerre voluerit; primo quidem priori insinuetur: & sic suscipiatur, si ipse mandauerit. De quo tamen nihil fiat aliud, nisi quod priori placuerit.

Right margin: In prima regula, c. 4.

¶ *Caput hoc sumptū est ex sermone 3. de communi vita clericorum, in quo regula B. Augustini continetur, ac repetitur epistola 109. sed in ea ad monachas oratio conuertitur.*
β ¶ Cum huius nostræ.] *Hæc vsque ad vers.* certum est. *non sunt inuenta apud B. Augustinum.*
γ ¶ *Hæc habentur in prima regula, c. 4.*

Idem tractatu 50. ad c. 12. Ioannis.

¶ De eodem. C. XII.

EXemplum [i] Domini accipe conuersantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli ministrauerunt; nisi quia ecclesia ipsius, loculos suos habitura erat? Quare furem admisit; nisi vt eius ecclesia fures [k] patienter toleret?

N ¶ *On dicatis.*] C a s u s. Dicit Aug. in hoc c. q qui renuntiauerunt mundo, proprium habere non possunt: & si litteras vel munus aliquod occulte receperint: si sponte confiteantur, parcetur illis. si autē de hoc conuicti fuerint, secundū arbitriū sui præpositi vel presbyteri punientur. Tales enim nihil possunt habere vel possidere, vel dare vel accipere sine licentia superioris. & si de eius licētia aliquid receperint, de accepto fiat quod superiori placuerit.
f ¶ *Non dicatis.*] extra de accu. ex parte. extra ne cleri. vel mona. non magnopere.
g ¶ *Possidere.*] Numquid pauperi famę morienti tenentur subuenire sine licētia? ita. nec obstat 1. q. 2. nō est putanda. quia in hoc casu quilibet ei subueniret. res enim quæ nobis superabundant, pauperū sunt, vt 47. dis. sicut hi. Si autem est in scholis, de licētia agere potest, & mutuare sicut filius familias, vt C. ad Mace. l. vl. ff. de iudi. si longius. §. filius familias. ar. extra de offi. iudi. delega. ꝓterea. ff. de iurisd. om. iudic. l. 2. Sed nūquid vestis est sua, quam habet? vel nūquid dicitur possidere res temporales, vel vestem? nō videtur: quia vestis quā sēper vtitur seruus, de peculio dñi est. ff. de peculio, id vestimentū. sed seruus nō possidet ea q sunt in peculio. vt ff. de acqr. pos. quod seruus. Item qui ab alio possidet, ipse nihil possidet, vt ff. de adulte. l. sic enim. Sed dicas q ex ꝑmissiōe prælati sui possunt possidere, vt extra de sta. mona. c. monachi. Et nota q monach[9] ratione ꝯtus nec agere potest, nec cōueniri [1] sicut ille qui cessit bonis, vt ff. de arbi. item si vnus, in prin. Sed hoc notatū 51. q. 1. de persona. Item cū monachus dicatur seruus, vt 54. dist. multos. ergo non habet liberum arbitrium, vt 32. q. 3. cap. vnico. nec enim velle videtur qui ex necessitate obtemperat. ff. de reg. iur. l. velle. Item agere non potest de iniuria sibi illata [2] sed tamen eius prælatus potest agere [3], nisi prælatus absit, nec reliquerit procuratorem, ad instar filij familias. ff. de iniu. sed si vnus. §. ait prætor.
h ¶ *Sine superioris*] extra de of. ord. quāto. habet tñ ius eligendi [3] & ius accusādi suū prælatū sine abbatē: & illud pōt facere sine licētia

nibus. probat q ecclesia potest habere propria, & possessiones, & q clerici nomine ecclesiæ possidere possunt, etsi nomine suo nihil possideant. Probatur ergo in hoc cap. q ecclesia loculos & possessiones habere potest: & hoc probat exemplo Domini, qui loculos habuit, & qui furem admisit, vt ostenderet, q quando ecclesia persecutionem patitur a furibus, idest, malis, patienter ferat. B.
i ¶ *Exemplum.*] Ab hinc ostēdit q ecclesia possit habere propriū: & hoc vsque ad §. econtra.
k ¶ *Fures.*] idest, occultos peccatores. s. 23. q. 4. tu bonus. extra de tempo. ordi. cap. vlti.

Left margin: Religiosus etiā in veste proprietatē non habet.
1 Extra de iudicijs. de quibusdā. vbi de hoc.
2 Quod dic vt nor. extra de sent. excō. parochianis.
3 Vt extra. de rescrip. cum dilecta. de cō sue t. cū dilectus. Archi.

E expedit

Et in cōc. Aquisgran. c. 35.

Item Prosper de vita contemplatiua, lib. 2. c. 9.

¶ Ecclesiarum præpositi, rerum dispensatores efficiuntur. C. XIII.

EXpedit facultates ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriæ sunt, sed communes [a] ecclesiæ facultates: & ideo quisquis omnibus, quæ habuit, dimissis, aut venditis fit rei suæ contemptor; cum præpositus [b] fuerit factus ecclesiæ; omnium, quæ habet ecclesia, efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus, vt ipsi melius nostis, ingentia prædia, quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogauit: sed cum factus esset episcopus; non contempsit ecclesiæ facultates, sed fidelissime dispensauit. Quo facto satis ostendit & propria debere propter perfectionem contemni; & sine impedimento perfectionis posse ecclesiæ facultates, quæ † sunt profecto communes, possideri. Quid sanctus Hilarius? nonne & ipse omnia bona sua aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen, cum merito perfectionis suæ fieret ecclesiæ Arelatensis episcopus; quæ illa tunc habebat ecclesia, non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hereditatibus ampliauit. Isti ergo tam sancti, tam perfecti pontifices, factis euidenter clamant posse, & debere fieri quod fecerunt. Qui vtique homines tam sæcularium, quàm diuinarum rerum sine ambiguitate doctissimi, si scirent [c] res ecclesiæ debere contemni; numquam eas debuerant, qui omnia sua relinquebant, retinere †.

† quæ sunt professio communia] ut.

Addita ex orig. hæc clausula.

† al. suscipere

Item Gregorius Felici episcopo de Acropoli, lib. 2. epist. 29.

¶ Diaconi, vel quælibet religiosæ personæ regularem vitam ducere cogantur. C. XIIII.

Ansl. 7. c. 7.

QVoniam Velina [d], Buxentina, & Blandana ecclesiæ, quæ tibi in vicino sunt constitutæ [e], sacerdotis noscuntur vacare regimine; propterea fraternitati tuæ earum solenniter operam visitationis iniunximus: illud præ omnibus commonentes, vt vbi præfatarum ecclesiarum, siue diœceseos earum, vel diaconi, vel religiosæ personæ inuentæ fuerint; districte, canoniceque viuant.

Item Melchiades [f] Papa.

¶ Quare in primitiua ecclesia prædia vendebantur. C. XV.

Poly. l. 1. tit. 19. Burch. l. 3. c. 2. & 5. Iuo p. 3. c. 4. & 7. Pann. l. 2. c. 1.

FVturam ecclesiam in gentibus Apostoli præuidebant: idcirco prædia in Iudæa minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fouendos egentes. At vero, cum inter turbines, & aduersa mundi succresceret ecclesia; eousque peruenit, ut non solum Gentes, sed etiam Romani [g] principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi, & baptismi sacramenta concurrerent. E quibus uir religiosissimus Constantinus, primus fidem ueritatis patenter adeptus, licentiam dedit per uniuersum orbem, sub suo degentes imperio, non solum fieri Christianos, sed etiam fabricare ecclesias, & prædia tribuere posse constituit. Denique idem præfatus princeps donaria immensa contulit, & fabricam templi primæ [h] sedis beati Petri principis Apostolorum instituit: adeo, ut sedem imperialem, quam Romani principes possederant, relinqueret, & beato Petro, successoribusque † suis profuturam concederet [i]. Idem uero præsidens in sancta synodo [k], quæ apud Nicæam congregata est, cum querelam quorumdam conspiceret coram se delatam, ait; Vos à nemine dijudicari potestis: quia solius Dei iudicio reseruamini. Dij etenim uocati estis: & idcirco non potestis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tempore, & deinceps, uiri religiosissimi non solum possessiones, & prædia, quæ possede-

† al. suisque profuturam

EXpedit.] CASVS. In hoc cap. ostendit Prosper, quòd ecclesia potest habere possessiones. & hoc probat duobus exemplis. scilicet Paulini, qui sua pauperibus erogauit: nihilominus tamen factus episcopus, possessiones ecclesiæ possedit & dispensauit. Et Hilarij, qui omnia reliquit pauperibus, qui factus episcopus non solum res ecclesiæ possedit, sed etiam acquisitis innumerosis hereditatibus fidelium possessiones ecclesiæ augmentauit, qui episcopi si sciuissent esse peccatum ecclesiam habere possessiones, numquam eas dispensandas suscepissent.

Ecclesiasticarum rerum dominiū apud quem est.

a ¶ Communes.] quæritur quis sit dominus rerum ecclesiasticarū, numquid pauperes dicunt esse dominos arg. q. sic. 16. q. 1. quoniam quidquid. Potest dici, q ecclesia sit domina, vt 16. q. 3. inter memoratos. sicut hereditas est domina, vt ff. de acq. re. do. hereditas. Alij dicunt q ipse Deus, vt 7. ea. q. 3. qui Christi. & c. qui abstulit. Vel dic dominium esse apud clericos, sicut dominium rerum vniuersitatis apud ciues. insti. de re. di. §. vniuersitatis. dicuntur etiā pauperes domini, quia inde sustentantur.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de verb. sig. causa. & per Innoc. & Hostien. extra de causa pos. cū super. & ibi videas. Arch.

Et cum omnia eius sint: hoc tamen specialius s. 2. q. 5. Saluator. vers. q s. quis. c. res q. 16. q. 1. in canonibus. ver. si qs. & hoc verum secundum Ray. & Vin. Archid.

b ¶ Cum præpositus.] & confirmatus. nam ante non potest administrare, nisi sit valde remotus, vt extra de elect. q sicut. & c. nihil.

c ¶ Si scirent.] simile 7. q. 1. omnis qui ar do num pro illis qui sua renūtiauerunt, q semper præsumitur illos sultā cautam & litē fouere. & est bonum. sīms. extra de no. oper. nun. c. 1.

d ¶ Quoniam. ¶ Velina.] Nota plurium ecclesiarum visitationē vni committi. Et est arg. q ratione propinquitatis aliquid statuitur cōtra ius. sic ex. a de postul. ad hoc. & sic rōne remotiōis. 63 di. cū lōge.

e ¶ Constituta.] 7. q. 1. constitutum. & s. 61. dist. obitum.

f ¶ Melchiades.] falsus est titul^o. quia Melchiades fuit proximus ante Siluestrū, & eius tēpore est Cōstantinus conuersus. 96. dist. in illa palea, Cōstantinus.

FVturam.] CASVS. Dicebant quidam, q ecclesia non debeat recipere prædia: & hoc probant exemplo Apostolorū, qui in Iudæa prædia nō recipiebāt, sed pretia prædiorū, vt pauperes substētarēt. quibus Melchiades Papa respondet dicens, q ideo Apostoli in Iudæa prædia non recipiebāt, quia præuidebant ecclesiam ad Gentes transituram. quod cū factū esse, principes Romanorū facti sunt Christiani: de quibus Cōstātinus fuit vnus, qui legē dedit, vt quicūque vellet fieri Christian^o, & ecclesiā fabricaret, & prædia ecclesiæ donaret. & ipsemet multa donauit: & eccl siā beati Petri instituit: & sedem imperialem ei reliquit & ab illo tēpore cœpit ecclesia possessiones habere. & Christiani cœperunt ecclesias ædificare, & seipsos consecrare.

Ad hoc facit ex psse s. 3. q. 6. dudū. vbi L. approbat istam sententiam. Alij contra quia ecclesia Lateran. ē patriarchalis, sed ecclesia beati Petri nō. nec etiam episcopalis, sed est de episcopatu Portuensi. & ideo eapōnūt vt sequitur, & hoc tenet Hugo.

g ¶ Romani.] ergo Imperator est dñs tot^o mūdi s. 7. q. 1. in apib^o.

h ¶ Prima.] Videtur ergo q ecclesia beati Petri sit prior ecclesia beati Ioannis Apostoli Lateranen. 12. q. 1. sanctorum. sed capone primæ beati Petri, idest, Apostoli: vel primæ, idest, Apostolicæ.

i ¶ Concederet.] ergo imperium est apud ecclesiam Romanam, vt 96. dist. in illa palea, Constantinus.

k ¶ Synodo.] nam ante eum non fiebant generales synodi congregatæ, vt 15. dist. cap. 1.

a ¶ Basilicas.

nec nos. C. de remissio. p'g. debitu. ff. de acqui. here. q superstitis. ff. de adopt post mortem. §. ff. de seruit. rustic. præ. per fundum. Ioan. Solu quilibet potest venire contra factum suũ, vbi est expressum in iure, aliàs non. 55. dist. pænitentes B.

a ¶ *Malũ.*] id est, occasio mali: qa rei familiaris cura sine peccato vix [...]

fiæ, vt extra de testa. quia nos.

f ¶ *Habent.*] de hoc dicemus ĩ. ea. q. 4 cap. 1.

g ¶ *De prouisione*] clerici de rebus mobilibus nihil in vltima voluntate possunt dare, nisi talis sit ecclesiæ consuetudo, vt extra de testa. ad hæc. & c. relatum § licet.

Clerici nihil possunt dare in vltima voluntate.

prium, quibus non sufficit Deus, & ecclesia sua; maneant vbi volunt, & vbi possunt: non eis aufero clericatum; nolo habere hypocritas. Malum [a] enim esse quis nesciat? Malum [b] est cadere [c] à proposito: sed peius est simulare propositum. *& post pauca.* ¶ Si non [r] seruat sanctitatem [d] foris; dimidius cecidit: si vero intus habuerit simulationem; totus cecidit. Nolo vt habeat necessitatem simulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolenti mecum communiter viuere.

¶ Si seruat] or.

Econtra sunt aliæ auctoritates, quibus conceditur propria habere, non solum alijs, sed etiam episcopis.

Vnde in concilio Agathensi, c. 48. legitur.

¶ De rebus proprijs, vel acquisitis episcopi heredibus suis derelinquant. C. X I X.

EPiscopi de rebus proprijs, vel acquisitis [e], vel quidquid de proprio habent [f], heredibus suis, si voluerint, derelinquant. Quidquid vero de prouisione [g] suæ ecclesiæ fuerit, siue de agris, siue de fructibus [† h], siue de oblationibus; omnia [‡] in iure ecclesiæ reseruare censuimus.

† al. frugibus
‡ al. omnia iure

Item ex concilio Martini Papæ, c. 15.

In capitul. Martini Brachareñ. ex can. 4. conci. Antiocheni mutatis verbis, sed salua sententia.

¶ De eodem. C. X X.

MAnifesta [i] autem debent esse, quæ ad ecclesiam pertinent, his qui circa [k] ipsos sunt, presbyteris, & diaconis; vt si episcopo contigerit inopinatus transitus, res ecclesiæ nullo modo possint minui, & perire; neque res propriæ episcopi importunitatem patiantur pro rebus ecclesiæ: vt nec ecclesia incurrat damnum, nec episcopus in suis rebus pro rebus ecclesiæ proscribatur.

Idem statutum est in canonibus Apostolorum, c. 40. vbi legitur.

¶ De eodem. C. X X I.

Ansl. 6 c. 167.

SInt manifestæ [l] res propriæ episcopi (si tamen habet proprias) & manifestæ Dominicæ [m]: vt potestatem habeat de proprijs moriens episcopus sicut voluerit, & quibus voluerit, derelinquere: nec sub occasione ecclesiasticarum rerum ea, quæ episcopi esse probantur [n], intercidant. Fortassis enim aut vxorem habet, aut filios [o], aut propinquos, aut seruos [p]. Et iustum est hoc apud Deum & homines; vt nec ecclesia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis; nec episcopus, vel eius propinqui sub obtentu ecclesiæ proscribantur, & in causas [q] incidant, qui ad eum pertinent, morsque [*] eius iniurijs malæ famæ subijciatur.

* ¶ Morsque eius.] *Antea legebatur*, mortisque eius iniurijs infamentur. *Restitutus est locus ex prisca versione, cui totum reliquum caput conuenit. Græce est*, καὶ τὸν αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις † περιβάλλεσθαι. *id est*, & eius mors maledictis vndique appetatur.

† al. δυσφημία

h ¶ *De fructibus.*] nondũ perceptis. arg. ff. quemadmo. vsusfruc. amit. si vsufructuarius, in fine. immo etiã de perceptis nõ possunt cõdere testamentũ. extra de testa. qa nos admonet.

MAnifesta.] Dicitur, q manifestum debet esse ijs q circa epos morantur, quæ sunt res ecclesiæ. & q sunt res ppriæ eporum, ne si transitus inopinatus emergat, pp confusionem res epi p rebus ecclesiæ, vel econuerso detrimentum patiantur.

i ¶ *Manifesta.*] facit ergo inuentarium, vt 28. dist. de Syracusanæ.

k ¶ *Iis qui circa*] id est, vicedominis, vt 89. dist. volumus. & cap. sequẽti. qui erit testis administrationis suæ. alij erũt testes vitæ sui. 8. 2. q. 7. cum pastoris.

SInt manifesta.] Dicitur q res propriæ epi, & res ecclesiæ debent esse separatæ, vt eps i obitu suo sine interdictione vel cõdictione quibus voluerit, propria relinquere possit. iustum enim est, vt nec ecclesia nec ppriæ epi detrimentũ patiantur, & in causas incidant vel lites. Sequens c. planum est, & inducitur a cõtrario sensu, quasi non sufficiant ei sua propria.

l ¶ *Sint manifesta.*] id est, distinctæ.

m ¶ *Dominica.*] id est, ecclesiæ.

n ¶ *Probantur.*] ex hoc c. & in auth. de eccl. titu. §. interdicimus. colla. 9. ff. de dona. inter vi rum & vxor. Quintus Mutius. C. e. tit. etiam videtur q semper res acquisitæ præsumũtur esse de bonis ecclesiæ, nisi probetur cõtrium. Arg. cõ. C. arbi. tut. si defunctus. ibi enim dicitur, q tutor qui nihil ante habebat, postea per industriam suam multa potuit fuisse lucratus. vnde pupillus cogitur probare illas suas esse. Tu dicas, q. si eps vel alius prælatus permistim vtitur rebus suis & ecclesiæ, cum non sit facta distinctio, cogent heredes epi probare illas res non esse ecclesiæ: sicut vxor cogitur pbare res aliquas non esse mariti: quia promiscue vtitur rebus mariti vt suis. Vel aliter distinguas. Si certum est, q episcopus ante epatum habuit proprium; tunc incumbit ecclesiæ onus probandi res acquisitas esse tantũ de rebus ecclesiæ. arg. ĩ. q. 4. c. 1. & 2. Vel dic q si post mortẽ episcopi ecclesia inuenitur in possessione rerum, tunc heredibus incumbit probatio. Sed si heredes sunt in possessione, tunc ecclesia probabit, vt ĩ. ead. q. 5. c. 1. in fine.

Clericorum bona an præsumantur esse de bonis ecclesiæ.

Arg. cõtra ĩ. ea. q. c. 2. & seq. Dic q licet illo tempore primitiuo nõ liceret clericis habere ppria: tñ Apostoli instinctu spiritus sancti, puiderunt ecclesiã & clericos possessiones habituros ĩ. e. futurũ. & sic potuit esse iste canon Apostolorum. Archid.

o ¶ *Aut filios.*] ĩ. 28. dist. de Syracusanæ. contra. Sed hoc permittebatur tempore Apostolorum, quorum canon ille est.

p ¶ *Aut seruos*] quos potest facere heredes & liberos.

q ¶ *In causas incidant.*] id est, litigare cogantur.

vix põt exerceri. 25. dist. qualis. Vel intellige pprie. peius enim est per hypocrisim peccare, q manifeste, vt extra de hære. cũ ex iniuncto. ff. de ritu nupt. palam, & plus est veneno occidere q gladio. C. de malefi. l. vnica. & plus est persuadere q compellere. ff. de ser. corrup. l. 1. § vlti. & sic non obstat 32. q. 4. nemo.

Hypocrita pl' peccat q manifeste delinquens

b ¶ *Malum.*] hoc scilicet.

c ¶ *Cadere.*] id est, non assumere.

d ¶ *Sanctitatem*] id est, minus periculum est esse manifestũ quàm occultum. & sic non est contra 32. q. 4. nemo. vbi dicitur quòd tolerabilior est culpa, si lateat.

ECONTRA. CASVS. Amodo vult Gratianus, q clerici possint habere propria. quod verum est ijs qui nõ renunciauerũt proprijs: in quo casu loquitur vsque ad §. *De rebus.*

EPiscopi.] CASVS. Statuitur in hoc c. q si epi habent aliquid de rebus proprijs, possunt relinquere cui velint. Sed quidquid de rebus ecclesiæ habuerunt, totum ecclesiæ reseruetur.

e ¶ *Acquisitis.*] de proprio. Vel dic, acquisitis non occasione eccle

Item in eisdem canonibus, c.41.

¶ Ex rebus ecclesiæ episcopus, si indiget, sibi, & suis necessaria sumat. C. XXII.

EX his autem, quibus episcopus indiget (si tamen indiget [a]) ad suas necessitates, & peregrinorum fratrum vsus & ipse percipiat, vt nihil ei [a] possit omnino deesse. Lex enim Dei præcipit, vt qui altario deseruiunt, pascantur de ipso. 1.Cor.9.

a ¶ Ei possit.] *Legitur etiam*, eis possit. *Nam & in græcis codicibus partim est* αὐτοῦ, *partim* αὐτοὺς

Item ex concilio Antiocheno, c.25. Et in Parisiensi conc.l.1.c.15.

¶ Res ecclesiasticas episcopus dispenset. C. XXIII.

EPiscopus [b] ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipse quibus indiget (si tamen indiget) tam in suis, quàm in fratrum, qui ab eo suscipiuntur, necessarijs vsibus [c] profuturis: ita vt in nullo qualibet occasione fraudentur, iuxta sanctum Apostolum sic dicentem [Habentes victum, & tegumentũ, his contenti sumus.] Quòd si contentus istis minime fuerit, conuertat autem res ecclesiæ in suos vsus domesticos, & eius commoda, vel agrorum fructus [d], non cum presbyterorum conscientia [e], diaconorumque pertractet, sed horum potestatem domesticis suis, aut propinquis [f] aut fratribus, filijsque committat, vt per huiusmodi personas occulte [a] res lædantur ecclesiæ; synodo prouinciæ pœnas iste persoluat. Si autem & aliter accusetur episcopus, aut presbyteri, qui cum ipso sunt, quòd ea, quæ pertinẽt ad ecclesiã, vel ex agris, vel ex alia qualibet ecclesiastica facultate sibimet vsurpent; ita vt ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi vero, & blasphemiis tam sermo prædicationis, quàm ij, qui dispensant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, sancta synodo id quod condecet, approbante.

Ansl.l.6.c.163. — 1.Tim.6. — † al.cetera lædantur ecclesiæ.

a ¶ Occulte res.] *In versione Dionysii legitur*, vt per huiusmodi personas occulte ceteri lædantur fratres ecclesiæ, *& concordat cum alia antiqua versione, quæ & ipsa est in tomis conciliorum*, vt per eorum secretam diligentiam ecclesiastici lædi videantur. *Græce in codicibus, qui lecti sunt, habetur* εἰς τὸ διὰ τῶν τοιούτων λανθανόντως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας *id est*, vt ex his rationes ecclesiæ latenter lædantur.

Item in canonibus Apostolorum, c.41.

¶ Res ecclesiæ sint in episcopi potestate. C. XXIIII. Ansl.6.c.160.

PRæcipimus, vt in potestate sua episcopus ecclesiæ res habeat. Si enim animæ hominũ pretiosiores † [g] illi sunt creditæ †, multo magis [h] oportet eum curam pecuniarũ gerere, ita vt potestate eius, indigentibus omnia dispensentur per presbyteros [i], & diaconos, & cum Dei timore, & omni solicitudine † ministrentur. Ex his autem, quibus indiget, &c. *vt supra.*

† pretiosa] orig. † πολύτιμοι i.credendæ † εὐλαβείας i.integritate ¶.ea. c.ex his autem.

Cum ergo [k] *in concilio Agathensi, & Martini, & canonibus Apostolorum dicatur [Sint manifestæ res propriæ episcopi,] cum in eisdem canonibus, & in concilio Antiocheno præcipiatur, vt episcopus participet res † ecclesiæ, si tamen indiget; nonne patenter ostenditur, quòd episcopus habeat libere proprio? Dicendo enim [si indiget rebus ecclesiæ] notat eum habere propria, quæ fortasse suis necessitatibus non sufficiunt. Quomodo ergo* [l] *clericus, si proprium habere voluerit, clericus non erit? & episcopus habens propria, non solum non desinit esse episcopus, verumetiam cunctas ecclesiasticas facultates in sua iubetur habere potestate? ¶ Sed notandum est* [m] *episcopos orientales vxores habere, & filios: quosdam autem ex nostris partibus, cum in laicatu, siue in minoribus ordinibus constituti haberent vxores, & filios, siue morte vxoris interueniente, siue continentia pari voto seruato, ad sacros ordines accedere. His omnibus conceditur ha-*

† al rebus

a EX his ¶ Indiget] quia de rebus ecclesiæ non debet quis pasci, si habet propria, vt 1.q.2.clericos. & c.pastor. E Piscopus.] CASVS. In concilio Antiocheno super quattuor querimonia facta fuit de epis. Primo, q res ecclesiæ vertebãt in suos vsus. Secundo, q res ecclesiæ sine conscientia clericorum pertractabant. Tertio, q domesticis & cõsanguineis & propinquis de rebus ecclesiæ potestatem dabant, vt per huiusmodi psonas res ecclesię lęderent. Quarto, q quidã ex eis pauperibus alimoniã subtrahebant. vnde sermo prædicationis, & hi qui res ecclesiæ dispensabant, infamabant: quare statutum fuit in cõcilio Antiocheno, vt epi habeant rerum ecclesiasticarum potestatem ad sui & fratrum suorum victum & vestitũ, si indigent. si vero sup prædictis quattuor accusati & conuicti fuerint, pœnas sustineant.

b ¶ Episcopus] hoc c. habes 10.q 2.epi.

c ¶ Vsibus.] hic ostenditur qua necessitate clerici debent esse cõtenti, scilicet vt habeant victũ & vestitũ: & ius refert hic necessitas ad naturę necessitatem. & est arg. cõ illos, q dicunt se pp necessitatem habere plures ecclesias.

d ¶ Fructus.] ergo res mobiles nõ potest dare sine cõscientia [i] clericorum. extra de do cap.2.

e ¶ Conscientia.] s.e.q.1.fine. & c.alienationes.

f ¶ Propinquis.] s. 89. dist.decenter.

[i] Hoc nõ verum. extra de dona. ceterum. vbi de hoc. & s.e. c. vlti. 16.q.1. possessiones. in glo. in fi. Archid.

P Ræcipimus.] CASVS. Quæsitũ fuit, an epi debent habere potestatem de rebus ecclesiæ. Et rñdetur q sic ad dispensandũ eas per presbyteros & diaconos cum timore & solicitudine. Et hoc probatur argumẽto a maiori, qa animæ hominum multo pretiosiores rebus sunt illis commissis.

g ¶ Pretiosiores.] sic s. 16.q 7.cap.1.

h ¶ Multo magis.] simile est quod ostẽdit ius. ex quo mulier credit se viro de corpore, dignũ est vt eredat de dote restituenda. vnde non tenet vir dare fideiussorẽ de dote restituẽda, nisi vir laberet in facultatibus, extra de don. inter vir. & vxo. per vestras. C.ne fideiui.do.dẽ.l. 1.

Vir pro dote non tenetur fideiussorem dare.

i ¶ Presbyteros.] s. 89. dist.cap.volumus.

CVM ERGO. CASVS. Cõcludit Gra. ex c.epi. & ex c.manifesta. & ex c.sint manifestæ. & ex c.eps. q epis licet habere ppria. sed ex hoc mouet quandam q̃stionem, cum eps habeat propria, quare clericus habens propria nõ erit clericus? cui re dĩ s.in c. nolo. q clericus habens propria nõ erit clericus? cui quæstioni rñdet Gratia. pro suo arbitrio, dicens quosdam epos in oriente habere vxores & filios. & quosdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere vxores & filios, quibus licet habere ppria: alijs vero clericis q ab infantia clerici facti sunt, nõ licet habere propria nisi retinendo sua, à sumptibus ecclesiæ abstineant. & ad hoc inducit sequens capitulum.

k ¶ Cum ergo in concilio.] cõcludit q clerici possunt habere ppria.

l ¶ Quomodo ergo] modo quærit de contrarietate illorum capitu. s.cap.nolo. & s. ead. expedit.

m ¶ Sed notandum est.] male soluitur [i]. Sed dic vt dixi s. ead. in princip. quæstionis.

[i] quod nulla nititur ratione, nulla fulcitur veritate. Lau.H.

Cum

Illi au-

Illi autem.] Casus. Quidam clerici proprijs renūtiare nolebāt quæsitū est à Prospero, an sine peccato possint hoc facere? Et respondet q̄ sic, si præbendā dispensatori relinquant: quia quodammodo sua relinquunt, quando contenti rebus proprijs nihil de rebus ecclesiæ accipiunt.

bus cap. seq. Sequens cap. patet.

e Res ecclesiæ] Propria.] si ergo de rebus ecclesiæ emisti equū vel aliud, illud nō est tuū: sed dicas, q̄ illud solū clericorū est, qd̄ probabili rōne colunt, vt s. ea. expedit. & j. ea. si priuatū. & j. e. q. 2. sine exceptione. Quidquid. n. habes supra illud qd̄ sufficit tibi, illud violenter detines, vt s. dist. 47. sicut.

Clerici quæ bona habēt.

Ad hoc facit quod leg. & no. 44 dist. in prin. ver. si sacerdos. & 47. dist. c. sicut hi. ver. propriū & s. ca. epi. ver. quid. vbi de hoc. Arch.

Iu-bere propria ad suos, & suorum vsus. Qui autem ab infantia sacræ militia traditi sunt, nullo modo eis permittitur habere propria: quia nulla est eis excusatio proprietatis: nisi fortaßè res inuendo sua, à sumptibus ecclesiæ abstineant. Quod fieri posse Prosper de vita contemplatiua, l. 2. c. 12. testatur dicens.

De ijs, qui tam infirmi sunt, vt suis rebus renuntiare non possint. C. XXV.

ILli autem, qui tam infirmi [a] sunt, ut possessionibus suis renuntiare non possint, si ea, quæ accepturi erant, dispensatori [b] relinquāt nihil habentibus [c] conferenda; sine peccato [d] possident sua: quia & ipsi quodammodo sua relinquunt; quando proprijs contenti rebus, nihil eorum, quæ labori, uel ordini suo deberi arbitrantur, accipiunt.

De rebus vero ecclesiæ quæritur, an liceat eas per prebendas diuidi, vt annuos reditus quisque sibi specialiter vēdicet. Hoc nō posse fieri, argumento, & auctoritate probatur: clerici successores eorum sunt, de quibus dicitur [Multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna.] Act. 4.
Necesse est ergo, vt eorum sequantur vitam, quorum in ecclesia gradum administrant. Non ergo aliquid proprium sibi vendicabunt, sed erunt eis omnia communia.

Item Vrbanus Papa ait in epistola vnica, c. 2.

Res ecclesiæ quasi communes episcopus dispenset. C. XXVI.

Ans. l. 5. c. 35. Poly. l. 6. ti. 15.
RES ecclesiæ non quasi propriæ [e], sed vt communes, & Domino oblatæ, cum summo timore non in alios, quam in præfatos usus sunt fideliter dispensandæ.

Item ex synodo habita Roma ab Eugenio Papa II. c. 16.

Non liceat episcopo res ecclesiarum in proprios vsus convertere. C. XXVII.

NVlli episcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de subiectis plebibus, alijsque pijs locis in proprio usu habere: ne maiores enormiter [f] locupletentur, & minores tali facto pauperes inueniantur. Contra agens, canonica auctoritate coarctatus existat.

Si ergo res ecclesiæ, nō quasi propria, sed quasi communes habendæ sunt, cum de communi nullus dicat, hoc meum est [g]: nec de rebus ecclesiæ, hæc est mea, potest aliquis dicere: ne videatur non imitari charitatem illorum, in qua nulli aliquid erat proprium; sed erant illis omnia communia. His ita respondetur. Sicut perfectione charitatis manente, secundum discretionem ecclesiarum, distributio fit ecclesiasticarum facultatum, dum alijs possessiones huius ecclesiæ ad dispensandum committuntur, ex quibus, licet res ecclesiæ omnibus debeant esse communes, primum tamen sibi, & suæ ecclesiæ deseruientibus necessaria subministret [*], reliqua, quæ supersunt, fidelium vsibus ministraturus: ita & præbendæ ecclesiarum, eadem charitate manente, pie & religiose possunt distribui: nec tunc rebus ecclesiæ, vt proprijs, sed vt communibus vtilitatibus deseruituris: vt ex his, quæ sibi assignata sunt, primum sibi necessaria percipiat: si qua vero suis necessitatibus supersunt, in communes vsus ecclesiæ expendat [h].

Act. 4.

[*] al. est subministret.

Nulli.] Casus. Præcepit Eugen. ī synodo habita Romę, vt nullus eps res mobiles vel immobiles de ecclesiis sibi subiectis in proprios vsus assumat, ne maiores eccl'æ locupletent, & minores pauperes hant. & q̄ ꝯ hoc fecerit, canonica sentētia feriatur.

f. Enormiter.] arg. q̄ eps de iure vnius ecclesiæ pōt detrahere, & alij conferre, dummodo alij ecclesiæ grauia damna non infligat, vt j. ea. q. 2. bonæ. Quid iuris sit, dicemus ibi, & 16. q. 1. §. quod autem.

Si ergo. Casus. Concludit Grat. ex supradictis duobus cap. dicens: si res ecclesiæ sint habendæ tāquā communes, & non tāquam propriæ, cum de communi nullus dicat, hoc est meum, ergo de rebus ecclesię nō potest q̄s dicere, hæc est mea: quia si diceret, non videretur imitari Apostolos, q̄bus nihil proprii erat, sed omnia cōmuniter possidebant. Postea huic cōclusioni respondet, dicens q̄ sicut possessiones diuisæ sūt per vniuersum orbem, & aliæ sunt assignatæ vni ecclesiæ, & aliæ alii ex q̄bus licet res ecclesiæ debeāt esse communes omnibus, dispēsator tā ecclesiæ sibi & suis p̄mo necessaria ministrabit, & reliqua quę supersunt, fidelibus ministrentur, ita & præbēdæ & prædia ecclesiarū inter canonicos diuidi possunt, vt ex his nō tāquam proprius, sed cōmunibus primo sibi necessaria percipiāt, & residua in cōmunes vsus ecclesiæ expendant.

a Infirmi.] scilicet animo.
b Dispensatori.] scilicet suo: vel dispensatori, id est, episcopo.
c Nihil habentibus.] id est, pauperibus. 16. q. 1. c. si.
d Sine peccato.] hic patet, q̄ si clerico sufficiāt propria, non habebit ecclesiastica, vt 16. q. 1. qm̄ quidquid. 1. q. 2. clericos. & c. pastor. & j. ea. si priuatū. 10. q. 3. cauēdū. Sed ꝯ, nemo suis stipēdiis cogitur militare. extra de simo. cū sit Romana. & q̄ altario deseruit, &c. vt s. ea. ex his. Solu. hoc c. de consilio loqtur, vel de clericis vagabundis, vel loquitur de oblationibus quæ illis non sunt communicandæ: vel possunt habere dona ecclesiastica, non vt ibi referuent, sed vt distribuant pauperibus. 16. q. 1. c. fin.

De rebus. Casus. Hic Grat. mouet quādam quæstionem incidentem, an possessiones ecclesiæ possint diuidi per præbendas. Et primo probat, q̄ non, exemplo Apostolorum, & duo-

g Hoc meum est.] falsum dicit. nā res q̄ communis est aliq̄bus, omnium illorum est [a], vt ff. de ritu nupt. illud. vnde hoc verbum, suum, ambiguum est pro toto, & pro parte. & qui iurat suum non esse, iurabit etiam sibi commune non esse. ff. de ver. sigo. pupillus. §. vlti. & cum quis legat seruos suos, tam illi qui ex toto sui sunt, quam qui pro parte, intelliguntur legati, vt ff. de leg. 3. si quis seruos. Si autem est aliquid vniuersitatis vel ciuitatis, illud non est cuiuslibet. j. ead. quæstio. 2. qui manumittitur.
h Expendat.] mirum est quare Gratianus non inducit cap. quòd possessiones ecclesiæ possunt diuidi, quæ longe melius faciunt ad propositum, vt j. quæstio. 2. quisquis. & cap. sæpe fit. 10. quæst. 2. casellas. in fin. & 16. quæstio. 1. possessiones. & quæst. 3. clerici. argum. contra j. quæstio. 2. vobis. 10. quæst. 3. vnio. & s. ead. quia tua. & cap. necessaria.

[a] Arg. extra de vsu pal. c. 1. & de præben. pro illorū. in prin. & de priuileg. pastoralis. in p̄ꝫin. arg. s. & cōtrah. emp. qui tabulas. Arch.

a S *I priuatum*] Potest intelligi si, id est, quamuis priuatum, separatum aliquid ecclesiasticum possidemus: non tamen illud est nostrum. quorum procurationem, id est, quia tantum illius procuratio nobis est commissa. Vel dic, priuatum, id est, proprium.

sunt[r] . & olim quidē duo de vicinis epīs intererāt, & de causa alie nationis cognoscebāt, & subscribebāt, vt 10.q.2.casellas.in fi.J.ē. quicūq; suffragio.& 17.q.4.nullus.sed hodie sufficit cōsensus capituli & epi, vt J.e.c.fine. & si res sit modica, & necessitas magna, nō est necessarius cōsensus capituli, vt J.ca.terrulas. In rebus mo-

r Adde quæ solennitates requiruntur in alienatione rerū ecclesiæ no. in authen hoc ius porrectū. quæ est canonizata 10.q.2.C. & sac.san.ec.

Vnde Augustinus ad Bonifacium comitem, epist. 50.

¶ De eodem. C. XXVIII.

SI priuatum † a possidemus, quod nobis sufficiat; non illa nostra sunt b, sed pauperum: quorum procurationem c quodammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpatione damnabili uendicamus.

† *priuatim, quæ nobis sufficiant. possidemus*] ori. & J.23. q. 7. quod autem.] §. si aūt priuatim.

Ostensum est, quomodo liceat clericis habere proprium, & quomodo non. Item, quomodo res ecclesiæ per præbendas diuidi possint.

QVÆSTIO SECVNDA.

NVnc quæritur d, si sacerdotes aliqua de rebus ecclesiæ dedisse noscuntur, an his, qui eas acceperunt, aliqua firmitate constabunt. Quòd res ecclesiæ nullo modo distrahi possunt, & distracta possideri, multis auctoritatibus probatur.

Ait enim Stephanus Papa.

¶ Ecclesiæ pecunias auferens velut homicida damnatur. C. I.

Anacletus epi.1.c.2. Lucius.c.6. Incōc.Trib.c.7. Burc.l.11.c.18. Iuo p.14.c.88.

QVi Christi pecunias e, & ecclesiæ aufert, fraudat f, & rapit g; ut homicida h in conspectu iudicis deputabitur.

¶ *In epistolis Stephani primi, quæ extant, caput hoc non habetur: sed in epistola prima Anacleti, ex quo citatur à Burchardo, & Iuone, & in concilio Triburiensi, & infra ead. c. qui abstulerit. Idem etiam legitur apud Lucium Papam.*

Item Pelagius Hostilio episcopo.

¶ Quicquid de sacratis vasis, vel ministerijs à quolibet clerico usurpatum fuerit, ecclesiæ restituatur. C. II.

AVgustino i nostræ sedis notario suggerente didicimus, quòd ei dilectio tua directis apicibus indicasset, quoddā de clero tuo, & maxime parochiarum ad te pertinentium non pauca sacrata uasa, uel ministeria distraxisse, & aliqua huiusmodi perpetrasse, quæ à religioso aliena sunt proposito. Charitatem uero tuam (ut hoc competenti sollicitudine debeat insequi, uel ulcisci) nostræ præceptionis auctoritate cupis communiri k. Qua de te præsentibus mandamus afflatibus; ut competentis uiuacitatis instantia, quidquid de sacratis uasis, uel ministerijs a quolibet clericorum usurpatum, uel distractum fuisse compereris; sine cuiusquam moræ interuentu exigere non dimittas, & ecclesiasticis usibus reformare.

6.capitul.c.303. † al. *Ex decretis Bonifacij Papæ.*

Item Bonifacius † Papa.

b *Non illa nostra sunt.*] id est, a nobis recipienda & retinenda.

c *Procurationem.*] ergo prælati dicuntur procuratores rerum ecclesiasticarum, vt hic, & 14.q.1.§.1. quandoque domini dicuntur. 16.q.1.& temporis. quandoque defensores. 16.q.1.in canonibus. quandoque patres, vt 68.distin. quorum vices. non tamen habent liberam & generalem administrationem sicut procurator Cæsaris, vt ff. de offic. proc. Cæsaris. l.1. modicum tamē donare possunt. extra de donat. ceterum. tamē loco domini habentur, cum bene administrant; loco prædonis, cum male, vt ff. pro emptor. qui fundum. §. si tutor.

Prælati dīr procuratores rerum ecclesiasticarum.

N *Vnc quæritur.*] Hæc quæstio diuiditur in nouē partes: in quarum prima probat magister p 16. canones, q res ecclesię vendi non debent, vel alienari in casu non concesso, & ponit pœnas diuersas alienantibus, & vendentibus eas quoquo modo. Secūda ibi, *Quæ vero.* Tertia ibi, *Monemus.* Quarta ibi, *Vobis enim.* Quinta ibi, *Statuimus.* Sexta ibi, *Terrulas.* Septima ibi, *Item si re(l)ictores.* Octaua ibi, *Ad si seruus.* Nona ibi, *Ne uero.* 10. de Fane.

CASVS. Supra dictū est, quomodo liceat clericis habere propriū, & quomodo non, & qualiter res ecclesię possint diuidi per præbendas Nunc aūt in hac 2.q. quæritur, an res ecclesiæ alienatæ possint apud alios remanere quibus alienatę sunt. & certum est, q nō, nisi sint alienatæ in casibus concessis a iure, vt J.ca.aurum.& c.sine exceptione. in quo c. dicitur, q pro vtilitate possunt res ecclesiæ alienari, vt 10 q. 2. hoc ius porrectū. & procedit hoc ordine Gra. primo probat, q res alienari nō possunt, nec alienatæ possideri, vsque ad §. his omnibus auctoritatibus. postea supponit quosdam casus speciales, in quibus licite res ecclesiæ alienantur. Primum autem cap. huius quæstionis planum est.

d *Nunc quæritur.*] Alienatio est omnis actus per quē dominiū transfertur, vt C. de fun. do. l. 1. sed hic largius sumitur alienatio; quia nec obligari pōt res ecclesiæ. Quid aūt sub se contineat hoc nomen, alienatio, dicitur extra de reb.ec. nō alie.c. nulli. in auth. de nō alie. vel permu coll. 2.§. nos igitur. prohibentur res ecclesiæ alienari, vt J e. fine.10.q. 2. hoc ius. & res Cæsaris ff. de leg. 1. apud Iulianū.§. vlt. Sed excipiūtur quattuor casus. Causa necessitatis, vt si debitū vrget, vt in illa l. hoc ius. Causa pietatis pro redēptione captiuorum, vel alimonia pauperū, vt J.e. aurū. Causa necessitatis vel vtilitatis, vt J.c. fine exceptione. Causa incōmoditatis vel minoris vtilitatis, vt J. ea. terrulas. aliæ causæ possunt assignari; sed ad has possunt oēs canones reduci: res tamen ecclesię q seruando seruari nō possunt, citra aliquā solēnitatē alienantur, vt C. de admin. tut. l. lex, quæ. §. vlt. C. quando decre. non est opus. l. vlt. & 96. distin. bene. Sed aliæ res ecclesiæ cum solennitate alienandæ

Alienatio qd cōprehendit.

Ecclesiasticæ res in quattuor casibus licite alienātur.

Ecclesię bona cum qua solennitate sunt alienanda.

nasteriorū alienādis reqritur cōsensus abbatis & capituli & epi. J. ea. abbatibus. 17.q.4. in venditionibus. Idē in ecclesijs parochialibus, vbi & cōsensus sacerdotis requiritur. J. ea. placuit. 10. q. 2. si quis eps. Facta alienatio contra dictā formam, est nulla, licet sit in casu licito ², vt J.e. fine. sed cum præscripta forma facta, & ē in casu non concesso, tenet ipso iure. arg. extra de his quæ fi. à præla. sine consensu c. cum nos. extra de emp. & ven. cum dilecti. sed si damnosa fuerit ecclesiæ, restituitur. extra de rest. in integ. c. 1.

e Q*Vi Christi pecunias.*] large sumitur, vt J. q. 3. per totum.

f *Fraudat.*] occulte.

g *Et rapit.*] vi.

h *Homicida.*] & est sacrilegus, vt J.c. prox. & 16. q. 1. decimas.

A*Vgustino.*] CASVS. Hostilius eps significauit Augustino notario Papæ, q quidam clerici sui distraxerāt illicite multa sacra vasa vel ministeria suarū ecclesiarū, pp quæ reuocāda cupiebat auctoritate Apostolica cōmuniri. Augustinus ergo illud Papæ significauit. quo audito Pelagius scripsit Hostilio epo, vt Apostolica functus auctoritate, sine mora omnia reuocet ad vsus ecclesiarum, per quemcumque clericum fuerint alienata.

i *Augustino.*] alias incipit, Notario nostræ sedis Augustino suggerente, &c.

k *Communiri.*] cū tñ & illud de iure cōi posset facere ³. & sic est contra id quod dicit lex, superfluū est postulare quod lex indulsit. C. de thesau. l. 1. sed fit ideo, quia plus timetur qd singulariter pollicet, q quod generali sponsione fit, vt 23. dist. quamquam.

² Licito. Cōtrariū ex diametro ad hāc gl. no. doct. in l. cū his. §. cū trāsactione ff. de transl. vide Aur. Corf. in sing. ver. alienatio. & qd melius tenet gl. pen. J. ead. q. c. sine exceptione.

³ Siml. est huic extra de off. ord. licet. & cap. graue. 11. dist. c. fin. in fi. Archid.

Nulli.

NVlli.] CASVS. Docet Bonifacius Papa in hoc ca. quòd quicquid fuerit semel ecclesiæ oblatum, Domini est, & ad ius pertinet sacerdotũ. vnde quicũque illud inuaserit vel vsurpauerit, sacrilegiũ committit: & si nō emendauerit, debet excōicari. *Cōsecratur*, id est datur vel deputatur vel offertur. *Sanctũ.* i. ecclesiæ deputatũ erit.

g *A quocumque.*] ille ergo conueniendus est, qui rem ecclesiæ qualēcũq; detinet, licet exhibeat auctorē suũ, vt J. 16. q. 2. in canonibus. Sed distingue, an rē mobilē detineat, vel jmobilē, vt C. vbi in rē act. l. 2. extra vt lit. nō cōte. qm. & hoc intelligas qñ quis suo noīe aliquid possidet, vt tūc semper possessor sit cōueniendus, & tūc nō est necesse vocare illũ cuius auctoritate possidet. secus si alieno noīe. vt extra vt lit. nō contest. qm. Itē hoc scias, q licet cōuentus res vendicatione posset dñm nominare, non tñ conuentus possessorio iudicio, vt hic.

Possidens rē ecclesiæ siue suo siue alieno nomine an semp sit cōueniendus.

Possidens ab Imperatore non est semper tutus.

¶ Quidquid Domino consecretur, ad ius pertinet sacerdotum. C. III.

Poly. l. 6. tit. 15.
Burc. l. 11. c. 17.
Iuo p. 14. c. 87.
Pano. l. 5. c. 113.

NVlli [a] liceat ignorare, omne, quod Domino cōsecratur [b], siue fuerit homo, siue animal [c], siue ager, vel quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum [d] Domino erit, & ad ius pertinebit sacerdotum. Propter quod inexcusabilis erit omnis, qui à Domino, & ecclesia, cui competunt, aufert, vastat, inuadit [e], vel eripit, & vsq; ad emendationem, ecclesiæque satisfactionem, vt sacrilegus iudicetur: & si emendare noluerit, excommunicetur [f].

Item Gregorius vij lib. 6. Regesti, in concilio, c. 1.

¶ Excommunicationi subiaceat, qui ecclesiastica prædia inuadit. C. IIII.

Poly. l. 6. tit. 15.

QVicumque militum, vel cuiuscumque ordinis, vel professionis persona, prædia ecclesiastica à quocumque [g] rege, seu sæculari principe, vel ab episcopis inuitis, seu abbatibus [h], aut aliquibus ecclesiarum rectoribus [i] susceperit, vel inuaserit, vel de rectorum deprauato, seu vitioso consensu [k] tenuerit; nisi eadem prædia ecclesijs restituerit, excommunicationi subiaceat.

Item Pius Papa, epist. 2.

¶ Sacrilegij crimen incurrit, qui prædia ecclesiastica vexat. C. V.

Poly. ibidem.
Ans. l. 5. c. 36.
Iuo p. 13. c. 39.
[1] al. suis vsibus

PRædia diuinis vsibus tradita quidam humanis applicant vsibus, & Domino, cui tradita sunt, ea subtrahunt, vt sibi [1] inseruiant. Quapropter ab omnibus illius vsurpationis contumelia depellenda est: ne prædia vsibus secretorum cælestium [l] dicata à quibusdam irruentibus vexētur [m]. Quod si quisquam præsumpserit; vt sacrilegus [n] habeatur.

Et in episto. Lucij, c. 6.

Item Anacletus Papa, epist. 2.

¶ De eodem. C. VI.

Poly. ibidem
Burc. l. 11. c. 18.
Iuo p. 14. c. 88.

QVi abstulerit aliquid patri [o], vel matri, dicitque hoc peccatũ non esse; homicidæ particeps est. Pater noster sine dubio Deus est, qui nos creauit †: mater vero nostra, ecclesia, quæ nos in baptismo spiritaliter regenerauit. Ergo, qui Christi pecunias, & ecclesiæ rapit, aufert, vel fraudat; homicida est.

† Cōcor. Alexād. de Imo. ff. l. cū alienā. C. de lega.

J. ea. q. Christi.

Item Ioannes Papa primus ad Zachariam archiepiscopum.

Et in epist. 2. Eusebij Papæ ad Aegyptios, & in decre. Iulij c. 4. & Symmachus in 5. synodo.

¶ Quadruplum restituat, qui res ecclesiæ inuadit. C. VII.

Burch. l. 11. c. 25.
Iuo par. 3. c. 149. & 13. c. 1 & par. 5. c. 249.

Luc. 19.
J. ea. in legibus.

IN antiquis ecclesiæ statutis decretum est, vt qui aliena inuadit, non exeat impunitus: sed cum multiplicatione [p] omnia restituat. Vnde & in Euangelio scriptum est [Quòd si aliquid defraudaui, reddo quadruplum]. Et in legibus sæculi cautum habetur [Qui rem surripit alienam, & c.] *vt infra in auctoritate* [q] *Eusebij Papa.*

Item Gregorius ad Constantiam reginam Galliæ, libro. 4. epistola 33. sen. c. 77.

erit. *Sanctorũ*, id est, sacerdotũ. & *Domino*, id est ad honorē Domini. sic construe, q omne sanctũ quod cōsecratur Dño, erit sanctũ.

a *Nulli.*] quod semel est consecratum Deo, etiam licet sit alienum, postea non fiet profanũ, vt J. 17. q. 4. quæstio. ff. de re. diui. in tantum. arg. contra s. dist. 54. ex antiquis. & c. frequens.

b *Consecratur.*] id est, datur.

c *Siue animal.*] aliud ab homine. aliàs sequeretur quòd homo non esset animal.

d *Sanctum sanctorum.*] i. ad vsum sanctorũ sacerdotũ pertinet.

e *Inuadit.*] ergo qui seruum ecclesiæ inuadit, sacrilegus est, sed forte non est: sed reputatur. ff. s. c. c. 2.

f *Excommunicetur.*] ergo nō omnis sacrilegus ipso iure est excommunicatus, vt J. cap. prox. De hoc dixi 11. q. 3. canonica.

QVicumque.] CASVS. In hoc cap. dr, q quicumq; prædia ecclesiastica à rege, vel ab alio principe sæculari susceperit, nisi restituat, debet excōicari. Idē statuitur de eo qui ab inuitis prælatis bona ecclesiæ susceperit, vel inuaserit, vel de consensu eorum retinuerit.

h *Seu abbatibus.*] inuitis.

i *Rectoribus.*] inuitis.

k *Consensu.*] consensus enim prælati nō obstat clericis repetētibus res ecclesiæ, vt J. ea. nō liceat. Sed quare nō est ille tutus q ab Imperatore possidet. C. d quadri. præscrip. bene. cum iuste possidet q auctore prætore possidet, vt ff. de acq. poss. iuste. Sed dicas [1] illud obtinere i rebus priuatorum: quia nec ecclesia tuta est, si rem recipit ab Imperatore, nisi eam præscripserit, vt 16. quæst. 3. placuit 2.

1 Dicas gl. sing. fm Ludo. Rom. sin. 612. lib. 7. Alexā. consi. 52. lib. 7. Fely. c. quæ in ecclesiarum. col. 12. de constitu.

PRædia.] CASVS. Significatũ fuit Pio Papæ, q quidā prædia ecclesiarum vsurpabāt, & Deo eis tradita sunt subtrahunt. quare Pius Papa statuit, vt quicumque hoc præsumpserit, debeat vt sacrilegus iudicari.

l *Secretorũ Cælestiũ.*] id est, ecclesiæ.

ADDITIO Vbi tractātur secreta cælestia. de consec. dist. 1. cap. 1. Archid.

m *Vexentur.*] iniuste. nam ad tributa & seruitia tenentur. 11. q. 1. si tributum. vel expone, vt ibi dixi.

n *Sacrilegus.*] alia pœna sacrilegi est secũdum legem. ff. ad leg. Iuliam pecul. sacrilegii. Alia secundum canones. 17. quæst. 4. per totum.

QVi abstulerit.] CASVS. Dicit Anacletus in hoc cap. quòd Deus est pater noster, & ecclesia mater: & ideo qui Dei, & ecclesiæ pecuniam aufert, vsurpat & fraudat, homicida est: sicut ille qui patri vel matri carnali abstulit aliquid iniuste, dicitur homicida.

o *Patri.*] homicida enim est, qui non pascit patrem vel matrem [2], vt 22. q. 4. inter cetera. & 86. dist. non satis. in fin.

2 Arg. cōtra ista. s. 93. di. diaconi sunt. in princ. sed ibi aliter exponitur.

IN antiquis.] CASVS. Quæsitum fuit à Io. Papa, quam pœnam debeat pati qui inuadit aliena. & respondet q secundum antiqua statuta quadruplum debet reddere. Idem probat duabus auctoritatibus, scilicet Euangelij & Eusebij Papæ.

p *Multiplicatione.*] argum. pœnam pecuniariam posse ab ecclesia infligi. 12. quæst. 5. si quis cuiuslibet. 23. distin. quamquam. extra de arbi. dilecti. in fin. extra de relig. domi. constitutus. in fin. argum. contra infra ead. fraternitas. vbi de hoc dicitur. & extra de pœnis. suam [3]. Sed illud potest intelligi de æquitate canonica, hoc de rigore iuris.

Pœna pecuniaria an possit infligi ab ecclesia.

3 Et ca. licet vbi de hoc 14. q. 2. q̃ debetur. in princ. vbi de hoc. Arc.

q *In auctoritate.*] J. ead. in legibus.

Pro tenore sæcularium legum puniantur inuasores rerum ecclesiasticarum. C. VIII.

Burc. l. 11. c. 26. Iuo p. 13. c. 36.

Cvm deuotissimam † [a] dominam sciam de cælesti vita †, atque remedio animæ suæ sedulo cogitare; culpam me committere vehementer existimo, si ea, quæ pro timore omnipotētis Domini sunt suggerenda, siluero: & te sanctissimam de ecclesiastica pace sedulo non commonuero. Nimis me Iuliani fratris, & coepiscopi nostri proclamatio nuper contristauit, maxime cum villæ suæ, videlicet ecclesiæ à nequissimis prædonibus sint deprædatæ, atque nocturnis incendijs more furum combustæ: & dum ijdem maligni iuxta nostri prædecessoris Bonifacij decreta pro uiolata [a] emunitate [b] illud emendare noluerint: dum & sæculi leges [c] hæc eadem ita se habere uoluerint, lege uulgari [d] teste, in qua sic scribitur [Si quis manu armata usque ad quattuor homines in uicum alterius ad malefaciēdum uenerit; ille, qui prior est [e], pro illicita præsumptione componat [f] solidos nongentos: sequaces uero eius, unusquisque solidos octuaginta. Si uero incendium [g] fecerint, ibi nonies tantum componant: si prædam uero, in quadruplum restituant.

lib. 1. legū Longobard. tit. de aggress. in vic. fact. leg. 1.

† *al. patria, atque animæ suæ vita sedulo*

† *serenissimam*] orig.

Initium huius capitis usque ad versi. siluero, est acceptum ex epistola indicata. Reliqua non sunt inuenta.

a Violata.] *hæc dictio abest à plerisque vetustis & his, & in sequenti capite, ubi in vulgatis est,* emunitas violata.

Item.

De eodem. C. IX.

Burc. & Iuo ibi. Luc. 19.

SI sæculi leges talem iustitiam habere uoluerunt; lex diuina cur inferior esse debebit? cum in ipsius ueritatis præsentia à Zachæo collaudatum sit, ut si aliquem defraudarat, in quadruplum restitueret? Et quia summum in rebus bonum est iustitiam colere [h], ac sua cuique iura seruare, & in subiectos non sinere quod potestatis est, fieri, sed quod æquum est, custodiri (quod & vos diligere, & omnino confidimus studere); ea propter excellentiæ vestræ, mense Nouembri præsentis anni, secunda indictione, Petrum fratrem & coepiscopum nostrum à gremio sanctæ Romanæ ecclesiæ transmittemus, vt fratribus eiusdem prouinciæ in vnum cōgregatis, emunitas violata, & præsumptio, & sacrilegium canonica auctoritate, & vestra regia [i] dignitate talem terminum accipiant; ne posthac membra diaboli, filij nequam, in sancta ecclesia, te etiam ibi regnante, talia præsumant.

In plerisque vetustis codicibus, & apud Burchardum, & Iuonem caput hoc est coniunctum superiori.

Item Eusebius Papa epist. 2.

Ecclesiæ res surripiens in decuplum restituat, quod abstulit. C. X.

Et Symmachus in 5. synodo, & Ioannes 1. ep. 1. §. ea.in antiqu. Poly. l. 8. tit. 15. Ans. l. 5. c. 41. Burc. l. 11. c. 27. Iuo p. 13. c. 37. & p. 5. c. 249. & p. 3. c. 149. Pann. l. 4. c. 47.

IN legibus sæculi [k] cautum habetur [Qui rem surripit alienam, illi, cuius res direpta est, in vndecuplum †, quæ sublata sunt, restituat]. Et in lege diuina legitur [Maledictus omnis, qui transfert terminos [l] proximi sui, & dicet omnis populus, Amen]. Talia ergo nō præsumantur absque vltione, nec exerceantur absque sua damnatione. Proinde [a], si quis ecclesiasticas oblationes, & quod Deo consecra-

† *al. decuplū*

Deut. 27. In decret. Inlq. c. 1.

Cvm deuotissimam.] Casvs. Iulianus episcopus conquestus est Papæ de quibusdā, qui de nocte quasdam villas suæ ecclesiæ cōbusserūt, & prædam inde exportauerunt: tñ sæpe admoniti dānū emendare noluerunt. Scribit ergo Papa Constantiæ Reginæ Galliæ, & ei primo applaudit commendando ipsam, & hoc in prima parte. In secūda parte ostendit, quod damnum illud debent cum multiplicatione pœnæ restituere. & hoc probat per legē Lombardam, & per exemplum Zachæi dicētis in præsentia Christi se velle restituere quadruplum si aliquem defraudauit, vt continetur in Euangelio secundum Lucam. In tertia parte insinuat ei, quod in mense Nouembris præsentis anni, mittet in Galliam Petrum episcopū, & monet ipsam Reginam, vt cum eo, & cū alijs episcopis eiusdem prouinciæ congregatis sic faciat damnū emendari, vt ceteri terreantur. Secunda pars incipit ibi, *Dum & sæculi.* Tertia ibi, *Ea propter.*

a Cum deuotissimā.] Intercedit Papa pro ecclesia apud Reginā, sicut alibi apud pricipē, vt 97. dist. ecclesiæ.

Emunitas ecclesiæ quæ est.

b Pro violata emunitate.] & dicitur emunitas priuilegium quo gaudet ecclesia, vt in ambitu suo non fiat pugna vel insultus, vel rapina per quadraginta vel triginta passus, vt 17. q. 4. sicut antiquitus. Quæ autem pœna pro emunitate ecclesiæ læsa sit soluenda, habes 17. q. 4. si quis contumax.

c Leges.] scilicet Lombardæ.

d Vulgari.] scilicet Lombarda. 23. q. 8. si quis membrorum. & c. pessimam.

e Qui prior est.] nam tot sunt iniuriæ, quot sunt iniuriātes, vt ff. de iniur. si plures. & ideo pœna vnius nō liberat alios. ff. ad legē Aquil. itē Mela. §. sed si plures.

Pœna an possit excedere quadruplū.

f Componat.] instit. de actio §. omnes contra. vbi dicitur, quod nulla pœna debet excedere quadruplū. Sol. quidā dicunt, quod pœna legalis non potest excedere quadruplum, sed conuentionalis pōt: melius dicas, quod legalis & conuentionalis in infinitum potest extendi sm qualitatem negotii vel delicti. sed si habetur respectus pure ad rē ipsam, tunc sufficit pœna quadrupli. ar. C. de ser. fug. quicumque. & l. si quis seruum. & licet hæc lex non teneat, tamen ex ea argumentatur hic Grego. sic extra de ind. nouit.

Incēdiarius an sit ipso iure excommunicatus.

g Si vero incendium.] incendiarius est ipso iure excommunicatus, nec prius absoluitur, quā satisfaciat, & iuret se id amodo non facturum. 23. q. 8. si quis membrorum. & cap. pessimam. & si fuerit denuntiatus, amodo nō potest absolui nisi à Papa, vt extra de sen. excom. tua. secundum leges capite punitur. ff. de pœn. capitalium. §. nōnumquam. vbi dicitur, quod si quis intra oppidum vel per inimicitias, vel ob prædam aliquid exusserit, igne crematur. sed si villam cōbussit, leuius punitur. ff. de incen. rui. nau. qui ædes. Io. non inuenio, quod incendiarius sit ipso iure excommunicatus, nisi incendiarius ecclesiæ, vt extra de rap. cap. in litteris.

h Iustitiam colere.] insti. de iusti. & iur. §. præcepta iuris.

i Regia.] ergo femina potest esse iudex, vt hic, & 13. quæst. 4. si quos. & 15. q. 3. c. 1. argum. contra 33. quæst. vlt. mulierem. C. de arbit. l. viti. Sed dic vbi consuetudo est, bene possunt iudicare. extra de arbit. dilecti.

Additio. Vbi not. onn. quod si femina habet regimē vel comitatum, de iure potest iudicare, vt hic patet. Archid.

† Hoc fuit ex commissione Papæ.

IN legibus.] Casvs. Quæsitum fuit ab Eusebio, quantam pœnam debeat pati raptor rerum ecclesiarum: & respondet, quòd secundum leges sæculi, scilicet Goticam & Salicam, in decuplum debet emendare. dicit enim in fin. cap. vt sacrilegus iudicetur, & quadruplum restituat, & canonicæ pænitentiæ subiciatur.

k In legibus sæculi.] in Lombarda & Gotica, & Salica, non in Romana.

l Terminos.] secundum leges punitur talis pœna quinquaginta aureorum, vt ff. de termi. moto. l. 1. & a

a Quo-

a ¶ *Quadruplū.*]vt in illo quadruplo rei persecutio cōputet, vt in ff. vi bon. rap. l. 10 prin. sed ī furto est rei psecutio pter pœnā furti, vt insti. de oblig. quæ ex delic. in fi. & est simile 79. dist. decenter.

CONTRA GREGORIVS. CASVS. Supra in quibusdā c. dictum est, q res ecclesiæ vsurpatæ cum pœna debent restitui. Nunc vero probat contrarium per sequens cap.

tum est rapuerit, vel consenserit facientibus; vt sacrilegus diiudicetur, & damnum in quadruplum a restituat, & canonice pæniteat.

a ¶ Protinde.]*Hinc vsque ad finem non sunt in epistola Eusebij, neque apud Ioannem, aut Symmachum. Habentur tamen apud Burchardum, & Iuonem par. 13. c. 37. & in Polycarpo interpositis etiam aliquot verbis, quæ in epistola habentur post vers.* damnatione.

Contra Gregorius scribit, c. 4. responsionum ad Augustinum Anglorū episcopum de his, qui furtim auferunt aliquid de ecclesia.

¶ Sine augmento sibi ablata ecclesiam recipere oportet. C. XI.

Poly. l. 6. tit. 16. Iuo par. 13. c. 5. FRaternitas tua ex persona furis pensare potest, qualiter valeat corrigi. Sunt enim quidam, qui habentes subsidia, furtum perpetrāt: & sunt alij, qui hac in re ex inopia b delinquūt. Vnde necesse est, vt quidam damnis, quidam vero verberibus c, & quidā districtius, quidam vero leuius corrigantur. Et cum paulo districtius agitur; ex charitate agendum est, & non ex furore: quia ipsi hoc præstatur, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. *& infra.* ¶ Addis etiam quo augmento ea, quæ furto de ecclesiis abstulerunt, reddere debeant. Sed absit, vt ecclesia cum augmento d recipiat, quod de terrenis rebus videtur amittere, & lucra damnis quærat.

† al. istud *Verum illud Eusebij de legum seueritate: illud † Gregorij de ecclesiastica mansuetudine dictum intelligitur.*

† al. Deodato *Idem Gregorius lib. 10. epist. 42. Deusdedit † episcopo Mediolanensi.*

¶ Non sunt alienanda in episcopatu acquisita. C. XII.

3. e. q. 5. c. nulli. REs in episcopatu acquisitas e sacerdotibus nulla est alienandi licentia.

Item ex octaua a synodo vniuersali, c. 15.

a ¶ Octaua.]*Sic est emendatum ex Anselmo, cum antea legeretur*, sexta. *Est autem canon decimusquintus synodi octauæ habitæ tempore Hadriani Papæ secundi contra Photium, ex versione Anastasij bibliothecarij.*

¶ Vasa sacra, nisi pro redemptione captiuorum, non sunt alienanda. C. XIII.

Ans. l. 6. c. 171. APostolicos, & f paternos canones renouans hæc sancta, & vniuersalis synodus diffiniuit neminem prorsus episcopum vendere, vel vtcumque alienare cimelia †, & vasa g sacrata, excepta causa olim ab antiquis canonibus ordinata, videlicet h pro redemptione captiuorum: sed nec tradere salaria ecclesiarum in emphyteutica pacta, nec alias rusticas possessiones venumdare, ac per hoc ecclesiasticos reditus lædere: quos ad propriam vtilitatem, & ob escam pauperum, & peregrinorum substentationem esse decernimus a. *& paulo post.* ¶ i Quisquis autem apparuerit post hanc diffinitionem nostram contrarium quid huic sanctæ, ac vniuersali synodo agere; deponatur vt præuaricator diuinarum legum, & præceptorum: cassata uidelicet omnino, quæ facta est in scriptis, uel sine scriptis ab episcopo, uenditione, uel emphyteutica traditione, uel alia qualibet alienatione, cimeliorum scilicet, & salariorum locorum. Qui uero emerit, aut perceperit aliquid ex prædictis cimelijs, uel salarijs, & non restituerit ecclesiæ iterum, quæ ecclesiæ sunt, uel non dederit ad incidendum chartam uenditionis, uel emphyteu-

† κειμήλια Græce thesauri dicuntur, opes, pecuniæ repositæ, instrumēta pretiosa, aurea vasa, elenodia. in de cimeliarchis. C. de agri. & censi. l. titibus. libro 12.

---

inopes, vt ff. de iurif. om. iud. si quis id. §. in seruos. & ff. de in ius uocan. l. ulti. ī. ea q. §. libertus. 14. q. 6. si res aliena. Alio etiam modo puniuntur nobiles quam ignobiles, ut 24. q. 1. qui contra.

d ¶ *Cum augmento.*]scilicet innaturali & illegitimo, ne sit ꝯ ī. d. ff. 89. decenter. 17. q. 4. quisquis. ī. ea. q. 5. c. pen. & s. ea. q. 1. ī antiquis. Ad hoc tridēt quidā, si uult libere fur uel ꝑdo restituere rem antequā conueniat, pœnā euitat: hoc falsum est, qa non sufficit raptori restituere rē ad euitādā pœnā, ut ff. ut bo. rap. l. non prodest. Vel dic q ecclesia nō petet pœnam, sed iudex ex officio suo eam infliget, & dabit ecclesiæ, cui sanctitas ignoscendi gloriam derelinquit. C. de episco. & cler. si qs. & est ad hoc bonum arg. 23. q. 3. §. 1. in fi. Vel dic q potest petere naturale augmentum, id est, interesse, sed innaturale non pōt. Vel dic, q non potest petere interesse quod est extra rē. uel si forte occasione rei sublatæ familia uel pecora mortua sunt, illud non potest petere, sicut nec emptor, ut ff. de act. emp. & uē. si sterilis. §. cū per uenditorem. Vel ponas casum sic. Quæsitū fuit si aliqs confessus fuit se furtū fecisse sacerdoti suo, an ī pænitētia debeat ei iniungi, ut illam rē restituat cum pœna, ? Rñdit q nō a: & sic ꝯria non tangunt casum.

VERVM. CASVS. Determinat Gratia. in hoc §. qualiter intelligunt duo proxima præcedentia cap. dicens q primum ex rigore, 2m ex mansuetudine intelligi. Sequens cap. patet.

e ¶ *Res acquisitas.*] R occasione ecclesiæ, vt ī. ea. q. 5. §. fin.

Apostolicos.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima pte statuit, q si qs clericus alienat quocumque titulo alienationis possessiones vel reditus vel vasa ecclesiæ in casu non concesso, depoui debet, alienatione rescissa: tune sit facta in scriptis, siue non: & emptor debet rem restituere, & chartam ad incidendum; quod si non fecerit, excōicetur. In secunda parte dicitur, q si eps construxerit monasterium de reditibus ecclesiæ, eidem ecclesiæ monasterium subijciat. Secūda pars incipit ibi, *Si autem eps. Salaria*, id est, reditus. iterum habeat sicut prius habebat. Et interserit Grat. tria sequentia cap. præter principale ꝓpositum, vt ostendat casum in quo licite res ecclesiæ possunt alienari, quorum primum patet.

Ecclesia an possit petere rem suam cū augmento.

a Istam gl. dicit esse sing. Alex. de Imo. in l. si pe tur. ff. de con di. indeb.

e Tenet tñ damnū restituere, vt extra de iniu. & iniuria. & duobus c. seq. & extra de rap. c. 1. 2. & 3. &c. in litteris. in fine.

Raternitas tua.] CASVS. Augu. Anglorum eps de duobus q̄siuit à Grego. Primo qua pœna sit puniendus fur: rñdet dicēs, q qdā furanť pp cupiditatem, quidam pp inopiam: & ideo q eu pditate furantur, damnis: q inopia, verberibus sunt corrigendi, & cū districtius agiť, in verberibus ex charitate agendū est. Secundo quæsiuit sub quo augmēto ecclesia suum debeat recipere. Et rñdet sub nullo augmento. Secunda pars incipit ibi, *Addis etiam.*

b ¶ *Ex inopia.*]in delictis nō excusat inopia, vt hic, & 32. q. 4. sicut latius ff. de rit. nup. l. palam. 32. q. 5. ita ne. 22. q. 2. faciat. Arg. ꝯ de conse. dist. 5. discipulos. & dist. 1. sicut ꝯ. extra de furt. si qs pp necessitatem. Quidam dicunt, q potius debet homo mori q̄ furari. Humanius est dicere, q summa necessitas excusat. extra de reg. iu. quod non est. vnde hic non fuit tanta necessitas q̄ posset excusare.

c ¶ *Verberibus.*]hoc generale est, vt verberibus castigenť qui sunt

Paupertas in delictis non excusat.

f ¶ *Et*]pro, id est.

g ¶ *Vasa.*]ī. 10. q. 2. hoc ius. contra.

h ¶ *Captiuorum.*]& alijs causis.

i ¶ *Deponatur.*]hæc est pœna male alienantis res ecclesiæ, vt ī. ea. q. quis. & c. nō liceat. & c. statuimus. Sed ꝯ extra de reb. eccl. nō alie. si qs pbyterorū. extra de elec. q sicut. in fi. ff. de alie. iud. mut. cau. l. ex hoc edicto. §. si qs alienauerit. Ex quibus omnibus habes, q sup-

Ecclesiasticas res male alienans qualiter puniť.

Et c. diaconi. 17. quęst. 4. potest tñ eps dispensare cum prælato sibi subdito, vt nō deponaf, vt 50. dist. si quis pbyter, Ar.

q sufficit si statim reddat ecclesiā indēnem. Posset dici hoc verū esse, quò ad hoc vt exinde non possit vlterius conueniri: sed non quò ad hoc ne p huiusmodi mala electione ab administratione remoueat. Arg. ℥. ff. vi bo. rap. non prodest. vbi habes q non sufficit prædoni ad pœnam euitandam rem restituere. Item sufficit se mel dolum cōmisisse, vt de depo l. 1. § si rem depositam. Ioan. Ego sto illi decr. si quis presbyterorum. B.

de quolibet capto verum est ita. Sed numquid de capto in malefi cijs? qd vr 86. dist. non satis. 23. q. 5. c. 1 & c. reos. & 14. q. 6. si res. Arg. contra 1. q. 1. iubemus. Tamen si priuatus det pecuniam pro redemptione alicuius, bene eam repetit, vt C. de cap. l. vlt.

d ¶ *Suos.* ¶ *Suos.*] Suis potius q̄ alienis subueniat, subueniat tñ &

1 Quod videtur. Idem Fely. in c. significauit, de Iudæis. Philip. Dec. I c. quæ in ecclesiarū de cōstit. Ludo. Gomes su p 6. cha. 100. in paruis.

seos; sit anathema vsque dum fecerit, quod ab hac sancta, & vniuersali synodo confirmatum est. ¶ Si autem episcopus conuictus fuerit construxisse a monasterium de reditibus ecclesiasticis; tradat b ipsum eidem ecclesiæ monasterium.

a ¶ *Construxisse.*] lædēdo ecclesiam priorem. potest tñ cōstruere, dū tñ non lædat ecclesiam J. c si eps. & cap. bonæ rei. Tradet ergo ecclesiæ, vt habeat in ipsa ius patronatus, quod habet ea ædificatione seu fundatione. 16. q. 7. quicumque & c. decernimus. & c. filijs. extra de eccle ædi. ad audientiam. vel aliquod honestum seruitiū. extra de iure pat. præterea. vel ab alia temporalia. extra de capel. mo. in ecclesijs. 16. q. 2. sane. Et est arg q acquisita de rebus ecclesiæ potest ecclesia vendicare. J cad. q. 4 sacerdotes. & q. vl. suum. Sed quid si clericus de peculio ecclesiæ in proprio solo ædificat tunc vr ædificium solo cedere. ff. de re. diui. in tantū. Sed dicas in fauorem ecclesiæ solū ædificio cedere 17. q. 4 c. quæsti. & hoc est speciale in ecclesia, q si res comparat de bonis ecclesiæ, statim est facta ecclesiæ, vt hic, & extra de pecu. cle. c. 1. & cap. si quis. Idem est in milite. C. de rei vēd. si vt proponis. & in pupillo. C. arbi. tut. l. 3. & in vxore. ff. de dona. inter vir. & vxo. vxor.

Aedificium d pecunia ecclesiæ factū an acquirat ipsi ecclesiæ.

1 Dicas hæc gl. seq. Spec. de empt. & vēd. §. tertio loco. 1. versi. qd si cleric. & ibi p Ioan. And. in addi tio. Bal. in l. in tantum. de rerum diuis. Phil. Fran. in cap. semel. de reg. iur. l. 6.

b ¶ *Tradat.*] id est, subijciat. J. 14. q. 6. comperimus. 17. q. 4. quæsti. p. vbi habes q res consecrata non debeat restitui. sed supple laicis, & ad profanos vsus. & licet hic dicatur q debet subijci priori ecclesiæ: nihilominus tñ eps potest vnam ecclesiam alij subijcere cui vult: arg. extra de exces. præla. sicut vnire.

a ¶ Videlicet pro redemptione.] *In concilio ipso, & apud Anselmū legitur*, quæ accipiuntur in redemptionem captiuorum.

β ¶ Decernimus.] *In ipso canone sequuntur hæc.* Omnem vero ecclesiasticā si rerum potestatem habentem, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit: ecclesiastica loca, quæ per reditus fiunt, & insuper propriam rerum dispositionem distribuere, ac committere, seu conferre quibuscumque voluerit, & iudicauerit, iuxta propriam potestatem, ac dominatum. Quisquis autem apparuerit, &c.

Item Gregorius lib. 8. epist. 35. seu c. 199. domino episcopo Messanensi.

¶ Pro redemptione captiuorum sacra vasa non prohibentur alienari. C. XIIII.

Le. Sancimus, cod. de sacros. eccl. Ans. l. 5. c. 48.

ET sacrorum canonum, & legalia statuta permittunt ministeria ecclesiæ pro captiuorum esse redemptione vendenda.

Idem Demetrio, & Valeriano clericis Firmanis, lib. 7. indict. 2. epist. 14.

¶ Res ecclesiæ licite impenduntur pro redemptione captiuorum. C. XV.

Iuo. p. 3. c. 145.

SAcrorum canonum statuta. & legalis permittit auctoritas licite res ecclesiasticas in redemptionem captiuorum impendi. Et ideo, quia edocti à vobis sumus ante annos fere xviij. virum reuerentissimum quemdam Fabium episcopum ecclesiæ Firmanæ libras xi. argenti de eadem ecclesia pro redemptione vestra, ac patris vestri Passiui, fratris, & coepiscopi nostri, tunc vero clerici, nec non matris vestræ, hostibus impendisse, atque ex hoc quamdam formidinem vos habere, ne hoc, quod datum est, à vobis quolibet tempore repetatur; huius præcepti auctoritate suspicionem vestram præuidimus auferendam; constituentes nullam vos exinde, heredesque vestros quolibet tempore repetitionis c molestiam sustinere: nec à quoquam vobis aliquam obijci quæstionem.

Idem libro 6. epist. 35. ad Domnum episcopum.

¶ Res ecclesiæ desolatæ non præponantur captiuis. C. XVI.

Iuo p. 3. c. 196.

SIcut omnino graue est frustra ecclesiastica ministeria venumdare, sic iterum culpa est, imminente huiusmodi necessitate res maxime desolatæ ecclesiæ captiuis suis præponere, & in eorum redemptione cessare.

2 *Quæ vero pænitentia huiusmodi inuasoribus, atque prædonibus, qui vasa sacra, & reliqua diuino cultui dedicata arripiunt, & quasi profana contrectant, sit indicenda; Nicolaus Papa definit scribens Frontario archiepiscopo Burdegalensi.*

¶ Inuasoribus rerum ecclesiasticarum quæ pœnitentia sit imponenda. C. XVII.

DE viro nefando, Burgando nomine, qui rabie insana commotus diabolicis se irretire laqueis non dubitauit, atque genti-

Sacrorum.] CASVS. Fabius Firmianæ ciuitatis eps dedit xj. libras argenti de sua ecclesia pro redēptione quattuor persona rū, s. Passiui tūc clerici, & vxoris, & duorum suorū filiorū, scilicet Demetrij & Valeriani, quo pfato epo mortuo Passiuus factus est eps, post cuius obitum filij timebant ne ille xj libræ argenti ab eis vel heredibus eorū repeterent. & ideo à Papa sup hoc postulauerunt securitatē. Papa igit eis plenam securitatem cōcedit, ita vt de cetero super hoc nulla quæstio eis moueatur. Sequens cap. patet.

c ¶ *Repetitionis.*] quia quod ex causa pietatis impenditur, nō repetitū. C. de nego. gest. alimenta. nisi forte fuerit protestatus. ff. de reli. & sū. fu. l. si quis. §. hæc actio. & in alio casu. C. de nupt. patrē. hic tñ non valet, p̄testatum: quia ecclesia tenenē redimere, vt J. c. proxi. si vero priuatus redemisset, pretiū datum repeteret sine distinctione, sm quosdam. Et hic redemptus operas præstabit ecclesiæ p quinquennium, si nō possit soluere. C. de cap. l. 2. & vlt. Item numquid hoc

Redēptus ab ecclesia, illi seruiat per quinquēniū.

& extraneis. 86. dist. nō satis. 42. dist. quiescamus. Sed qui dicuntur hic captiui? Dic q si ab hæreticis vel gentilibus capti sunt, vel à talibus vbi timetur periculū corporis 1 vel animæ, tales tenetur redimere ecclesia, & etiam quilibet priuatus, vt 86. dist. non satis. J. ea. aurum. 13. q. 3. non inferenda.

Redemptio quandoq; est necessaria.

QVAE VERO. Hæc est secunda pars quæstio. I qua ponit pœnam sacrilegij, & hoc per capit. seq. Io. de Fan.

1 Id est, mortis, vt leg. & no. J. ea. aurū ver. cur tot. Archid.

CASVS. Supra facta est mentio de inuasoribus rerum ecclesiæ. Nunc vero docet Gratia. quæ pœnitentia sit huiusmodi inuasoribus imponēda, qui sacra vasa & alia Deo dedicata pollutis manibus quasi profana rapiunt, & contrectant.

De viro.] CASVS. Frontarius Burdegalen. archieps cū vellet beati Petri limina visitare, & i quadā villa suę ecclesiæ celebraret diuina, & populū saluberrimis dogmatibus erudiret, quidam nomine Burgandus vir nefandus insidians ei, cum complicibus suæ malitiæ venit ad villam prælatam, & sacra vasa dominici corporis

corporis, & sanctum chrisma pollutis manibus accipere psumpsit. quare dictus Frontanus quæ fuit a Nicolao, si aliquo tempore ad gremium matris ecclesiæ redierint, quæ pœnitentia sit eis indicenda. Qui respondet dicens, quod primo debent iurare, quod talia non faciãt decetero, & postea pœniteant iuxta modum in c. expressum. Et quam simile facturos. sic 23. q. 8. pessimam. & cap. si quis membro rum, vt dixi 12. q. 3. cum aliquis.

M [Onemus.] Hæc est tertia pars q. in qua reuertitur ad principale, & probat per v. c. quod res ecclesiæ non sunt alienandæ in casu non concesso. Io. de Fant.

linum more per abrupta itinera, & compita[a] insidians uobis in nostræ ecclesiæ uilla, unà cum clericis uestris manentibus, & populum salubribus instruere dogmatum monitis decertantibus, paneque spiritualis uerbi uacua hominum corda reficientibus, atque laudabile propriæ salutis desiderium habentibus, sancta apostolorum Petri, & Pauli limina uisitare, collectus malitiæ suæ sequacibus, & iniquitatis complicibus nefarias inuasiones, & deprædationes uiolentas inferre dæmoniaco ausu præsumpsit: &, ut epistolæ nostræ textus eloquitur, sacrum altare, sacraque Dominici corporis & sanguinis uasa, insuper & sanctum chrisma pollutus arripere manibus, quasi uilia, & ad usum communem apta præsumpsit; dilectio uos uestra consuluit[b] (si ipse, uel qui cum eo in tam impio, & iniquo scelere fuerunt, ad pœnitentiam quandoque gratia tracti † diuina uenire uoluerint, quo eos pœnitentiæ uinculo constringatis, nostræ institutionis censuram exposcere curastis. De quibus (si tamen ita est) iubemus, cum ad pœnitentiam reuerti accelerauerint, uno anno extra ecclesiam Dei consistere, cuius sacratissima uasa, extra ritum fidei Christianæ, diripiendo auferre non dubitauerunt. Secundo uero anno ante fores[c] ecclesiæ sine communione maneant. Tertio uero anno ecclesiam Dei ingrediantur, & inter audientes[d] adsistent sine oblatione, non manducantes carnem, neque bibentes uinum, præter Natalis, & Resurrectionis Dominicæ dies. Quarto præterea anno (si his prioribus tribus eorum fructuosus fuerit pænitentiæ labor) communioni fidelium restituantur: totaque mentis intentione spondentes[e] talia se ulterius numquam facturos, corpus & sanguinem Domini suscipere mereantur, & usque ad septimum annum tribus in hebdomada diebus sine esu carnium, & uini potatione maneant pœnitentes.

† al. tacti

¶ Caput hoc alibi non est inuentum, quàm in collectione canonum incerti auctoris.

Item in concilio Leonis Papæ quarti.

¶ Res ecclesiæ episcopus vsurpare, vel alienare non præsumat. C. XVIII.

Deusdedit p. 4. Poly. l. 4. tit. 19.

3 MOnemus, & irrefragabiliter affirmamus, ut nullus episcoporum uel sacerdotum, rem tituli[f] sui usurpare præsumat: sed neque salarium à Christianis, sanctis locis oblatum causa amicitiæ, uel timoris, aut muneris pertentet auferre: ne ecclesia Dei ad nihilum redigatur. Quod qui facere præsumpserit episcopus, uel sacerdos; canonicã sine dubio subeat ultionẽ, & quod ecclesiæ iniuste ablatum est, reddere[g] compellatur; ita ut deinceps nullas uires pro his ad litigandum[h], uel possidendum habere possit.

Item ex septima synodo, c. 12.

¶ Apud Gratianum, quemadmodum & apud Anselmum citabatur, ex historia Eusebij episcopi Cæsariensis. *Ivo verum auctorem citauit. Versio autem est Anastasii Bibliothecarij, ex cuius codicibus manuscriptis nonnulla sunt emendata.*

¶ Episcopo, vel abbati res ecclesiæ alienare non licet. C. XIX.

Poly. l. 6. tit. 15. Ans. l. 6. c. 184. Ivo p. 5. c. 375.

QVisquis episcopus, uel abbas inuentus fuerit de salarijs episcopij, uel monasterij transferre quidquam in principum manus, uel etiam alij personæ conferre; irritum sit, quod datũ esse constiterit, secundum canonem sanctorum Apostolorum, qui dicit [Omnium ecclesiasticarum rerum episcopus habeat solicitudinem, & dispenset eas, tamquam Deo contemplante. Non liceat autem ei frau-

Can. Apost. 39.

CASVS. [Quæsitũ fuit à Leone Papa quã pœnã pati debeat eps. vel sacerdos, qui causa amicitiæ, timoris vel muneris rẽ suæ ecclesiæ vel salariũ à Christianis oblatũ auferre vel vsurpare præsumit. Et respõdet, quod debet deponi, & qđ iniuste abstulit, reddere cõpellatur, & pro his nullas deinceps vires habeat ad litigandũ vel possidendum.

f [Rem tituli.] id est, spectantem ad ecclesiã suã non aufert alis propria auctoritate. Nã & tutor & curator punitur qui aufert aliis rẽ pupilli sui, vt C. vnde vi. meminerint. in fi.

g [Reddere.] ipse ergo qui alienauit, potest cõueniri, vt hic, & j. ead. statuimus. & duobus c. sequentibus. Itẽ & possessor potest conueniri, vt j. e. Augustino. & no, j. ead. quicumque. & j. ea. Apostolicos. cum. n. ecclesia habet in optione quẽ velit cõuenire, si primo cœpit vnũ cõuenire, & postea velit aliũ conuenire, nõ bet ei præiudiciũ aliquod per electionẽ, vt C. si tutor vel cura. l. vlt. Sed quid si eccl'a est cõsecuta ius suũ à possessore, nũquid adhuc potest cõuenire ipsum qui alienauit? non videtur: quia bona fides non patitur, vt bis idẽ exigatur. ff. de reg. iur. bona fides. Quòd autẽ possit ipsum cõuenire. ad hoc est arg. j. ea. Vulteranæ. & c. statuimus. & c. quicumq;. & ff. de peti. hære. nec vllam. §. vlt. Respondeo, aut ecclesia agit ad pœnã, aut ad interesse. si ad pœnã pôt agere adhuc contra alienatẽ: quia pœna vnius non liberat aliũ, vt j. e. cum deuotissimam. si agit ad interesse, nõ potest. Item quæritur si ecclesia consecuta est suũ ius a possessore, an teneat cedere actionẽ quã habet contra alienantẽ? Respondeo, quod nõ: quia qua fronte potest petere cessionem qui ex contumacia sua condemnatur, vt ff. de administ. tuto. si plures. & ff. de tuto. si plures. & ff. de tute. & ratio. distra. l. 1. §. nunc tractemus.

h [Litigandum.] arg. est hic, quod qui male alienauit rem ecclesiæ, non potest eam repetere.

* Nam pro tali excessu videtur deponendus. L.

Ecclesia ab vno suum ius cõsecuta est, an possit aliũ conuenire.

* Hoc ideo quia iã suum consecuta est, & ita interesse desiit. ff. de eo per quẽ factum est. l. 1. §. plures.

a [Et compita.] Compitum est locus vbi plures viæ concurrunt. 48. distin. sicut.

ADDITIO. Et dicitur à con, quod est simul, & pita, quod est via, secundum Hug. & Lau.

b [Consuluit.] quæ sit pœna talis qui inferunt iniuriam clericis dum insistunt diuinis officiis & obsequiis, habes 17. q. 4. §. qui autem. & c. si quis suadente. C. de epis. & cle. si quis in hoc genus.

c [Ante fores.] sed nonne in primo anno est extra ecclesiam? Sed dic quod in primo anno stet extra cœmeterium quod violauit, & secundo anno iuxta fores ecclesiæ.

d [Audientes.] non communicantes, vt 33. q. 2. latorem.

e [Spondentes.] sacrilegos argue promittere cogendos se numquam simile facturos.

Q [Visquis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod episcopus, vel abbas de salarijs episcopij, vel monasterij principi vel aliæ personæ in casu non concesso nil dare debeat, & si dederit, irritẽ. Et ad hoc probandũ inducitur canon Apostolorũ, qui dicit, quod de rebus ecclesiæ non debet aliquid defraudari. In secunda parte dr̃, quod si eps dicat agrum

oculum

nullum fructum ecclesiæ reddere, immo potius damnum, pp hoc principi concedere nō debet, sed clericis vel colonis. In tertia parte dicitur, q si princeps callide à colono vel clero agrum ecclesiæ emerit, venditione rescissa ager restituatur episcopo, vel monasterio. Episcopus autem vel abbas hoc faciens deponatur. Secunda pars icipit ibi, *Quòd si excusationē*. Tertia ibi, *Quòd si calliditate*.

a ¶ *Cognatis.*] nisi victum & vestitū, vt 86. dist. nō sani. & 16. q. 1. si cupis. 10 si.

b ¶ *A colono.*] licet enim colonus tradat alii possessionem, nō ideo perdit ecclesia possessionē. C. de acq. poss. l. vlt.

c ¶ *Abijciatur.*] mitius cū eo agitur, j. ea. si qs qualibet. & c. 5. si eps 1.

si fundū. nisi ita sit, q ille titulus habeatur pro non titulo [a], vt cū quis emit 3 interdicta legis, vt C. de agric. & censi. quemadmodū. lib. 11. & alios casus habes notatos ff. qđ met. cau. sed & partus.

I *Ndigne.*] CASVS. In hoc cap. notantur tria genera hominum qui 3ctant res ecclesiarum, scilicet inuasor, & iniuste posidēs sua

[a] Nam tunc etiam de pcipiendis tenetur. ff. de his quæ in fraud. cred. aut præter. §. p hāc. Laur.

dare [b] quidquam ex illis, vel cognatis [a] proprijs donare, quæ Dei sunt. Quòd si pauperes fuerint, vt pauperibus largiatur: sed non sub horum occasione, quæ sunt ecclesiæ, defraudētur.] ¶ Quòd si excusationem prætenderit damnum facere, & nihil ad profectum agrum existere; nec sic principibus, qui per loca illa sunt, tribuatur ager, vel locus: sed clericis, vel agricultoribus. ¶ Quòd si calliditate vsus fuerit, & à colono [b], vel, à clerico emerit princeps agrum; irrita sit vēditio, & restituatur episcopio, vel monasterio; & episcopus, vel abbas hoc faciens abijciatur [c]: episcopus [γ] quidem ab episcopio; abbas autem à monasterio, tamquam qui dispergit quæ non collegit.

α ¶ Salarijs] *græce est*, ἐκ τῶν αὐτουργιῶν, *pro qua voce in Parisiensi græcorum canonum editione legitur in rubrica*, ἐκ τῶν προαστείων, *id est*, ex suburbanis, *quasi suburbana vocentur autourgia, quòd ipsius possessoris manibus colantur. Balsamon tamē eos agros interpretatur, qui per se ipsi sine magna cultura fructum ferre possunt, vt silua, & alia huiusmodi.*

β ¶ Fraudare. σφετερίζεσθαι, *id est*, sibi uendicare, & suum facere.

γ ¶ Episcopus quidem ab episcopio, abbas autem à monasterio.] *Hæc ad sententiæ integritatem addita sunt ex ipso canone.*

Item Symmachus Papa in synodo tertia, c. 4. & sequentibus vsque ad nonum. Et in conc. Parisiensi, l. 1. c. 17.

¶ Prædia ecclesiæ non liceat Papæ alienare. C. XX.

NOn liceat Papæ [d] prædium ecclesiæ alienare aliquo modo pro aliqua necessitate, nec in vsumfructum [δ] ruta dare: nisi tantummodo domos, quæ in quibuslibet [e] vrbibus nō modica impēsa substētantur. Qua lege omnes custodes adstringantur; vt donator, accēsator, venditor honorem perdat. Et qui subscripserit, anathema sit cum eo, qui dedit, vel qui recepit, nisi restituatur. Liceat etiam quibuslibet ecclesiasticis personis contradicere, & cū fructibus [f] alienata reposcere. Quod [ε] non modo in Apostolica seruandum est ecclesia, verumetiam vniuersis ecclesijs per prouincias quidem dicitur conuenire. Ans. l. 4. c. 29.

[a] De hoc legit & no. S. c. Apostolicos. secūdū Hug. illæ intelligūtur cum actū fuit ab initio non loco eius ipsius ecclesiæ. Arch.

N *On liceat.*] CASVS. Symmachus Papa statuit in hoc c. vt Papæ nō liceat prædia ecclesiæ alienare, quo ad pprietatē vel vsumfructum, nisi tantū domos q in vrbibus modica impensa non sustētātur, sub qua lege omnes prælati ecclesiarum constringantur. Contra quam cōstitutionem si aliquid fuerit alienatū, donator vel venditor, & mediator deponantur. Subscribentes sint anathematizati cum eo qui dedit, & cum eo q recipit, nisi restituat quod alienatum est. Sit licentia cuilibet ecclesiasticæ personæ contradicēdi, & reposcere cū fructibus alienata. hoc intellige, nisi alienatio facta esset in casu licito & concesso.

d ¶ *Papa.*] Symmach. Papa successori suo legem imponit vt imperator suo. j. 16. q. 1. quia iusta. Sed qualiter hoc potuit, cum nullus mortalium Papā possit iudicare. extra de elect. innotuit. 40. dist. si Papa. nec inferior superiorē. 21. di. inferior. sed certe licet sit solutus legib., tamen secundum leges viuere debet. ff. de legi. princeps.

Papā nullus mortaliū iudicare potest.

e ¶ *Quibuslibet.*] Videtur ergo q ad hanc accusationē quilibet admittatur. extra de reb. eccl. non alie. si quis. & Auth. de non alie. aut permu. in fin. coll. 3. & not. 16. q. 7. filus. & quæst. 3. constitutum.

f ¶ *Et cum fructibus.*] hic aduerte, q fructus possunt peti. Sciēdū est, q si agitur per interdictum aliquod ad petendū rem cū fructibus, tūc restituetur oēs fructus percepti à tpe eo quo est propositū interdictū, nisi in interdicto vnde vi: in quo veniūt fructus oēs pcepti à tēpore deiectionis, vt ff. de interdic. l. interdictis. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. ex die. Si autem agitur rei vendicatio, aut possessor fuit bonæ fidei, aut malæ. Si bonæ restituet oēs fructus perceptos à tpe litis cotest. vel qui culpa sua nō sunt percepti, sed ante litē contestatā perceptos non tenetur restituere, sed tm extātes, vt C. de rei vendi. certū est. Instit. de offic. iud. §. post inchoatā. Si fuerit possessor malæ fidei tam perceptos, q quos percipere potuit, tenetur restituere, vt ext. de rest. spo. grauis. & ff. de rei vēdi. si nauis. §. gñaliter. & C. de rei vend. certū est. Si vero malæ fidei possessor titulum habuit, tunc excusatur à percipiendis pp titulū, vt C. de rei vend.

Fruct. an ab omni possessore sint restituendi.

δ Caput hoc collectum est ex pluribus capitibus synodi Romanæ tertiæ sub Symmacho, in epitomen tamen redactis.

δ ¶ In vsumfructū.] *In conciliorū editionibus partim legitur*, sed nec in vsufructuario iure aliquibus dare liceat, *partim*, sed nec in vsuf. uelū iura aliquibus, &c. *quēadmodū & in codice canonum impresso. Nam in vetusto manuscripto est*, sed nec vsufructuario aliquibus dati liceat. *Idem vero significare vsufructuarium, & vsumfructū scribit Smaragdus in expositione regulæ B. Benedicti. c. 59. his verbis.* Vsumfructum dicit, quod nos dicimus vsum fructuarium.

ε ¶ Quod non modo.] *In ipsa synodo longe aliter habetur.* Huius autem constitutionis legē in Apostolica tantum volumus sede seruari, vniuersis ecclesijs per prouincias secundum animarum considerationem, quem proposito religionis conuenire rectores earum viderint, more seruato.

Idem in synodo sexta.

¶ Qui res ecclesiasticas vendit, ad altare non audeat accedere. C. XXI.

INdigne ad altare [g] Dei properare permittitur; qui res ecclesiasticas audet inuadere, aut iniuste [a] possidere, aut iniqua, vel iniusta defensione in eis perdurat. *& paulo post.* ¶ Debet tamen esse prouisio, vt vindictam admonitio [h] præcedat, & res vsurpa- Ino p. 3. c. 182.

sua auctoritate, & qui iniuste possidet auctoritate alterius; & isti omnes nisi cito se correxerint male ablata restituendo, debent anathematizari etiam cum admonitione. Valde enim iniquum est, vt ab aliquo maxime Christiano vsurpetur quod ecclesiæ relinquitur vel confertur.

g ¶ *Ad altare.*] quia nec oblatio eius recipitur, vt 3. ea. de uiro. & etiam à sacramentis ecclesiæ suspensus est, ut 17. q. 4. quisquis.

h ¶ *Admonitio.*] arg. q admonitio semper præcedat uindictam ut hic, & 2. q. 7. accusatio. & ca. sequent. 11. q. 3. petimus. Sed uerū est cum agitur ad pœnam excommunicationis: quia nemo excommunicādus est nisi præcedat admonitio trina, ut 16. q. 7. omnes decimæ. & 17. q. 4. presbyterorum. & extra de senten. excommu. cap. sacro. Item & in illis criminibus præcedet admonitio ubi ad brachium sæculare est recurrendum, ut 5. q. 7 patet. Item ubicumque non agitur ad depositionē. Et generaliter ubicūque agitur ad denuntiationē, ut extra de simo. licet Hely. sed ubicūq; agetur ad depo-

Admonitio semper vindictam pcedat. Sed cōtra 24. q. 3. ca. 1a. ne. vet. impersinem. vbi de hoc in gl. & dicitur, &c.

depositionem, non præcedat admonitio. extra de accusat. qualiter. ad quid enim admoneretur tunc, cum sufficit ad depositionem quod homo semel deliquerit. 25. dist. primum. Non ob. extra de accusat. si quis. quia loquitur in denunciatione. Item non obst. 2. q. 7. si quis erga. quia loquitur ibi de alijs causis, quæ non inducunt depositionem, vt 5. quæstio. 4. in loco.

diaconi. & 63. di. Salonitanæ sed nō est hoc verū, vt ī. ea. quicūque. & licet hic dicatur, quod princeps sit redarguendus: bene tamē potest excōmunicari. 11. q. 3. si autem nobis. Sed qualiter agi potest contra illum, qui recipit possessionē vel à principe vel ab alio: cū scriptum sit in lege, Non videor vi possidere si recipio possessionem ab illo quem scio esse in possessione. ff. vti possi. si duo. §. non videor. & ar. extra de resti. spol. cū ad sedem? Sed hæc quæstio hodie exsufflata est per id quod est hodie extra de resti. spol. sæpe contingit.

tas iniuste qui abstulit, aut iniuste ablatas retinet, æquitate patrocinante legibus restituat. Quod si neglexerit, & necessitas compulerit; demum prædonem sacerdotalis districtio maturata [a] percellat. & infra.

16. q. 1. in canonibus. §. valde.

¶ Valde iniquum ergo & ingens sacrilegium est, vt quæcumque vel pro remedio peccatorum, vel salute, vel requie animarum suarum vnusquisque venerabili ecclesiæ contulerit, aut certe reliquerit; ab ijs, quibus hæc maxime seruari conuenit, idest, Christianis, & Deum timentibus hominibus [γ], & super omnia à principibus, & primis regionum in aliud transferri, vel conuerti permittatur. Propterea, qui hæc non præuiderit, & aliter quàm scriptum est, prædia ecclesijs tradita petierit, vel acceperit, aut possederit, vel [δ] iniuste defenderit, aut retinuerit; nisi cito se correxerit, quo iratus Deus animas percutit anathemate feriatur: sitque accipienti, & danti, & possidenti anathema, & institutæ [b] pœnæ contubernium assiduum. Nec aliquo se ante tribunal Christi obstaculo muniat, qui à religiosis animabus ad substantiam pauperum derelicta, contra fas sine aliqua pietatis consideratione dispergit.

α ¶ Aut iniuste.] *In synodo legitur*, aut iniuste, idest sine licentia episcopi possidere.
β ¶ Admonitio.] *In synodo additur*, manifesta.
γ ¶ Hominibus.] *Quæ sequuntur vsque ad vers.* in aliud *addita sunt ex synodo.*
δ ¶ Vel iniuste deuerint, aut retinuerint.] *Addita sunt & ista: sicque omnia, quæ in vsurpatione huiusmodi rerum accidere solent, exponuntur.*

Item Nicolaus Papa Adoni Viennensi archiepiscopo in epistola, cuius initium [Quia sanctitatis vestra.]

¶ Excommunicentur, qui principum auctoritate res inuadunt ecclesiæ. C. XXII.

Iuo p. 3. c. 152.

DE rebus, quæ semel Deo contributæ, atque dicatæ sunt, & postea sub occasione concessionis principum à quibusdam inuaduntur, atque diripiuntur; sancimus, vt prius [c] consulatus principem ad resecandam tam præsumptiuam factionem, & cognoscendum, vtrum illius sit concessio, an inuasoris præsumptio. Quod si principis inordinata fuerit largitio; ipse sit princeps pro emendatione redarguendus. Si autem inuasoris declaratur præsumptio; vsque ad emendationem, excommunicationis sit vindicta coercendus.

¶ *Extat epistola hæc in libro sæpe citato bibliothecæ Dominicanæ: in qua respondet Nicolaus ad nonnullas quæstiones ab Adone sibi propositas.*

¶ al. Odone

Item Gelasius Iustino archidiacono, & Faustino [‡] *defensori.*

‡ al. Fausto

¶ De rebus ecclesiæ non est aliquid alienandum. C. XXIII.

Deusdedit p. 3. c. 98.

VObis enim, & famæ vestræ consultum duximus, vt pontificis [d] vestri loco, vobiscum ab eodem [e] aliquis subrogetur, qui eius nomine pariter vniuersa disponat: quatenus omnia prædia ad uestrum reuocetis studium, nec cuiquam clerico pro portione sua aliquod solum ecclesiæ putetis esse deputandum: ne per incuriam, & negligentiam minuatur: sed omnis pensionis summam ex omnibus prædijs rusticis, vrbanisque collectam ad antistitem deferatis. Ex qua tamen collectione habeatur ratio, quid ad causas [f], vel expensas accidentium necessitatum opus esse perspicitur, vt de medio sequestretur: & quattuor portiones [g] vel de fidelium oblatione, uel de hac fiant modis omnibus pensione: ita, ut unam sibi tollat antistes, aliam clericis pro suo iudicio, & electione dispertiat, tertiam pauperibus sub omni [‡] conscientia faciat erogari: fabricis uero quartam, quæ competit, ad ordinationem pontificis erogatione uestra decernimus esse pensandam. Si

‡ al. omnium

Ohn.] Hæc est quarta pars quæstionis, in qua probat quod ecclesiæ facultates debēt diuidi in quattuor partes: & hoc probat per 9. auctorit. Ioa. de Fā.

C. XXII. Quidā episcopus suspectus remotus fuit ab administratione rerū ecclesiæ: remāsit tamē in officio & administratione spiritualiū. committit ergo Gelasius curam rerum ecclesiasticarum duobus, scilicet archidiacono Iustino, & Faustino defensori: & ne episcopus iste infametur, præcepit Gelasius, vt ab ipso epo tertius eligatur qui nomine episcopi vniuersa dispoạt, & vt omnia prędia praue alienata ad vsum ecclesiæ reuocent: nec alicui clerico pro sua portione aliquod prædiū assignent: & omnem pensionem prædiorum vrbanorum vel rusticorum ad episcopum deferant, vt sequestrando de medio quod ad causas & expensas superuenientium necessitatum esse opus prospicitur, de reliquo, & de fideliū oblatione quattuor inde fiat portiões. Primā habeat episcopus. Secundā canonici. Tertiam pauperes. De quarta ecclesiæ fabrica reparetur: & si aliquid fuerit residuū, idoneo custodi ab vtraque parte electo tradat, vt vel inde in futuro fabrica reparetur, vel emat inde possessio pro vtilitate communi. *Ad nostrū studium*, idest, per nostrum studium.

d ¶ *Pontificis vestri.*] Episcopus iste remotus fuit ab administratione temporalium: sed non spiritualium.

e ¶ *Ab eodem.*] Isto enim remoto ab administratione reseruatur, vt ipsius auctoritate administratores eligantur.

f ¶ *Quid ad causas.*] scilicet, vt expensæ prius deducantur, quæ factæ sunt in colligendis fructibus, quod ius deductionis nullius casus potest impedire. ff. fami. ercis. fundus. ff. de pet. heredi. si a domino. §. fructus. in decimis secus, vt extra de deci. cum homines. sed cum distinctione, quam habes extra de deci. pastoralis.

g ¶ *Portiones.*] Ar. quod prædia ecclesiarū non debent diuidi per præbendas, vt not. s. q. prox. §. vlt. hoc non est verum: hic autē prohibentur

a ¶ *Maturata.*] idest, mature prolata. J. 16. q. 1. in canonibus.
b ¶ *Et institutæ.*] idest, destinatæ a talibus.

E rebus.] C. XXII. Quidam inuadebant vel rapiebant res ecclesiarum, & dicebant se habere a principibus concessionē. quare Adon Vienēsis archiepiscopus quæsiuit a Nicolao quid esset super hoc faciendum. qui respondet dicens, quod si princeps concessit, redarguatur super hoc. si autem inuasor sua auctoritate facere præsumpserit, excommunicetur donec resipiscat.

c ¶ *Vt prius.*] sit hic arg. quod auctoritas maioris excusat. 28. dist.

Maioris auctoritas non semper excusat.

Hoc argu. sumitur ex eo quod dixit textus: ipse princeps sit redarguendus. q. d. non ille qui eius auctoritate accepit secūdum. Hug.

Intelliges suo omni: & hoc colligitur J. vbi dicit quod omnes reditus debent ad ipsum deferri, vel ab eo diuidi. Archid. Expensæ semper sunt deducendæ.

¶ Hoc colligitur ex illa littera, ne p in curiã, &c. vnde ibi annus videtur a contrario. quod si illa causa cessaret. s. quod essent diligentes clerici quod possunt diuidi secundum H. & Laur.

bentur diuidi ideo quia clerici fuerunt suspecti 1. sed vbi nõ sunt suspecti, bene diuidẽtur vt meliorẽtur per eos possessiões, vt ¶.ea. sæpe fit.nã diligentius tractantur res propriæ quam communes, vt 47.dist.§.necesse est.& C. qñ & q. quarta pars debe.l.vlt. lib.2. a ¶ *Vt si maior.*] optimum arg. contra prælatos ecclesiarũ, vt non possint allegare sterilitatẽ tẽporis, vel incursum hostium, si præcedentibus annis fuerũt vberes anni: sicut nec colon⁹.ff.l.loca.ex cõducto.§.si vno, huic cõtrarij signatur. 10.q.3. vnio. sed ibi soluitur.

Q ¶ *Vi & diuinis.*] Casvs. Serenus episcopus conquestus est de quibusdam, qui cõtẽptis diuinis & humanis legibus ecclesiastica priuilegia õprimebãt, siue dstruebãt, pauperes opprimẽtes, nec cõmoniti res ecclesiæ ablatas restituere volebãt: quos a cõmunione corporis Christi suspẽderat pp hoc: quibus supradict⁹ Cælestinus presbyter cõtra interdictũ proprij epi sacrã præbuit cõmunionem. Cõmisit ergo Gelasius Maiorico, & Sereno, & Ioanni episcopis mandans eis, vt illos vsurpatores participatione corporis Christi priuent. Cælestinus vero presbyter qui sentẽtiã sui epi, nec d'buit nec potuit ignorare, ab ecclesiastico repellatur officio, vt ceteri metũ habeãt. Ego Bartho. sic puto casum ponẽdũ: licet Bene. aliquantulũ minus dixerit. *In ciuili*, idest, non ciuili, sed praua & incongrua. b ¶ *Inciuili.*] idest, impia. c ¶ *Ignorare.*] sic supra 36.dist. quod dicitis. ¶. 1.q.1. si quis a simoniacis. & 36.q.2. nullus. ¶. dist.20. si decreta. ¶. 87 dist. c. vlt. & 17.q.2.c. vlt. audiretur tamẽ iste si vellet ꝓbare se ignorasse. 82.dist. proposuisti. in fi. & 1.q.1. si quis a simoniacis. & extra de ele. innotuit. in fin. Sed qualiter probabit se ignorasse? Respondeo, probabit quod fuit in alia prouincia, vt extra de testi. ex tenore. & C. de contrah. stipu. optimam. vel etiam proprio iuramento, vt 34.quæst.2. in lectum.

Ignorantia probatur dupliciter.

Sed ¶. 16.q.3. vniuersas. C. de euic. si fundus. Solu. hoc c. loquit de possessore bonæ fidei: ꝯria de possessore malæ fidei. sed ad hæc obuicitur: male fidei dicitur, qui contra legum interdicta mereatur. C. de agri. & censi. quemadmodum. l. 11. Respondeo: quantũ ad hoc est malæ fidei possessor, quia non vsucapit: sed quantũ ad hoc est bonæ

quid forte sub annua remanebit expensa; electo idoneo ab vtraque parte custode tradatur enthecis: vt si maior [a] emerserit fabrica; sit subsidio, quod ex diuersi temporis diligentia potuerit custodiri: aut certe ematur possessio, quæ vtilitates respiciat communes.

Idem Maiorico, Sereno, & Ioanni episcopis.

¶ Diuini muneris participatione priuentur, qui ecclesiastica priuilegia calcant. C. XXIIII.

QVi & † diuinis, & humanis legibus inciuili [b] damnatione calcatis, & reuerentia religionis abiecta, vel ecclesiastica priuilegia calcare contendunt, vel vbilibet in pauperum proslire dispendium, nec huiusmodi, saltem commoniti, conuictique, nequitiam sopire consentiunt, atque illata sacris rebus detrimenta sarcire; merito diuini muneris participatione sunt priuandi: vt huius perceptione careant, quod sacrilegis ausibus habuere despectui. Cælestinus vero presbyter fratris & coepiscopi nostri Sereni, qui contra pontificale iudicium, contraque Apostolicæ sedis mandata prorumpens, supradictis communionem sacram ministrare præsumpsit; cum nõ potuerit ignorare [c] sententiam proprij sacerdotis, ab officio protinus ecclesiastico pellatur: vt nullus ecclesiæ ministrorum contra pontificalia instituta venire contendat. Iuo p. 3. c. 150. & p. 4. c. 185. †*Qui & humanis*] plerique exempp. & Iuo.

Idem eisdem Iustino [a] *archidiacono, & Fausto defensori.*

a ¶ Iustino, &c.] *Antea legebatur*, Idem eisdem. *Emendatum est, & posita istorum virorum nomina ex Iuone: ad quos etiam scriptum est superius penultimum caput, vobis enim. Nec vero hæc, quæ nunc afferentur, pertinere posse ad episcopos, quibus proximo præcedens caput scribebatur, indicant non modo quæ a Gratiano hic referuntur, sed etiam apertius verba, quæ apud Iuonẽ post vltima huius capitis sequuntur.* Si quis vero in ecclesiæ vestræ damnum, aut in his, quæ sunt præceptionis nostræ prohibita, pontificem vestrum videritis admittere, &c.

¶ De eodem. C. XXV.

GLoria epiſcopi eſt pauperum inopiæ† prouidere; ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs. Natus in paupere domo, & in tugurio ruſticano, qui vix milio, & cibario[h] pane rugientem[i] ſaturare ventrem poteram; nunc ſimilam, & mella faſtidio. *Item paulo inferius.* ❡ Multi ædificant parietes[k], & columnas[l] eccleſiæ ſubtrahunt[m]†, marmora nitent, auro ſplendent laquearia, gemmis altare diſtinguitur: & miniſtrorum Chriſti nulla electio eſt. Neque vero mihi aliquis opponat[n] diues in Iudæa templum, menſam, lucernas, thuribula, patellas, ſcyphos, mortariola, & cetera ex auro fabrefacta. Tunc hæc probabantur[o] a Domino; quando ſacerdotes hoſtias immolabant, & ſanguis pecudum erat remiſſio† peccatorum[p]: quamquam hæc omnia præceſſerint in figura: ſcripta autem ſunt propter nos; in quos fines ſæculorum deuenerunt. Nunc vero, cum paupertatem domus ſuæ pauper Dominus dedicarit; portemus† crucem[q], & diuitias lutũ putabimus. *Item ibidem in extremo.* ❡ Amico quidpiam rapere furtum eſt: eccleſiam fraudare, ſacrilegium eſt: accepiſſe, quod pauperibus erogandum ſit; & eſurientibus plurimis, vel cautum[r] eſſe velle, vel timidũ[s], aut, quod apertiſſimi ſceleris eſt, aliquid inde ſubtrahere, omnium prædonum crudelitatem ſuperat. *Item eiuſdem ad Paulinum de inſtitutione monachi.* ❡ Crates ille Thebanus homo quomdam ditiſſimus, cum ad philoſophandum Athenas pergeret; magnum auri pondus abiecit: neque putauit ſe ſimul poſſe & virtutes, & diuitias[t] poſſidere. Nos ſuffarcinati auro Chriſtum pauperem ſequimur: & ſub prætextu eleemoſynæ priſtinis opibus incubantes, quomodo poſſumus aliena[u] fideliter diſtribuere, qui noſtra timide reſeruamus? Plenus venter[x] facile de ieiunijs diſputat. Non Hieroſolymis[y] fuiſſe, ſed Hieroſolymis bene vixiſſe laudandum eſt.

† al. opibus
† *ſubſtruunt*] vera lectio
† al. redemptio
1. Cor. 10.
† al. cogitemus
epiſt. 13.

GLoria epiſcopi] a ſvs. Hoc cap. diuiditur in quattuor partes. in prima parte Hie. reprehendit epoſ, q cũ pauperes erant, vili cibo libenter reficiebantur: cum vero facti ſunt diuites, vel delitijs incũbentes, cibos delicatos abhorrent. & vt eos liberius redarguat ſemet ipſum talibus cõnumerat. In ſecunda parte reprehẽdit epiſcopos, qui ornant templum gemmis & lapidibus ad inſtar ſacerdotum veteris teſtamẽti: ſed de clericis per quos eccleſia gubernatur, nullam curã habent. & dicit, q in veteri teſtamento factum fuit ex præcepto Domini ornatus in tẽplo. In tertia parte dicit, q amico aliquid rapere, furtũ eſt: eccleſiam vero fraudare, ſacrilegium eſt. & de his quæ pauperibus ſunt erogãda ſubtrahere ꝓdonis ſuperat crudelitatẽ. In quarta parte inuitat nos ad cõtemptum diuitiarum exemplo Cratis, qui cũ Athenas pergeret ad philoſophandum, aurũ proiecit quod portabat, cũ nõ crederet ſe poſſe virtutes ſimul & diuitias poſsidere. Secũda pars incipit ibi, *Multi ædificant.* Tertia ibi, *Amico rapere.* Quarta ibi, *Crates ille Thebanus.*
h ❡ *Cibario.*] ſcilicet familiæ.
i ❡ *Rugientem.*] id eſt, famelicum.
k ❡ *Parietes.*] id eſt, imperitos. ſic 46. diſtin. ſunt nonnulli.
l ❡ *Columnas.*] id eſt, peritos.
m ❡ *Subtrahunt.*] id eſt, non recipiunt.
o ❡ *Opponat.*] arg. ab exemplis non eſſe argumentandum.
n ❡ *Hæc probantur.*] ſed nonne hæc hodie probantur a Domino. infra de conſecra. diſtinct. 1. & calia? ſta: ſed non in ſuperabundantiam, vt non habeatur delectus perſonarum. 86. diſtin. non

a Scilicet eos promouẽdo ad beneficia, contra illud extra de ꝓbẽ. graue. & c ſa per inordinata. Arch.

ſ ❡ *Timidum.*] ſi ideo facit, quia timet ne ſibi deficiat.
t ❡ *Diuitias.*] nam vere philoſophantes contemnunt‡ pecuniã. ff. de vaca. mu. l. in honoribus. §. penult.
u ❡ *Aliena*] id eſt, res eccleſiæ.
x ❡ *Plenus venter.*] id eſt, prælatus plenus diuitiis.
y ❡ *Non Hieroſolymis.*] id eſt, non tantum eſſe prælatum: ſed opera prælati facere laudabile eſt. 27. q. 1. cauete.

‡ Ideſt, non ponũt amorem, ſine animũ ſ diuitijs cũ bonis operibus nõ abijcimus. 30. di. ca. pe. Arch.

ITEM

ITEM LARGITATE. Casus. Ponit Grat. nonū casū, in quo ep[s] res ecclesiasticas possunt alienare quo ad usumfructum, dan[do] eas clericis sub nomine precariæ: & ad hoc probandum inducit seq. cap.

Sæpe fit.] Casus. Quidam episcopus volebat cōcedere prædium ·

Item largitate etiam episcopi stipendium de rebus ecclesiæ clericus dare licet: cuius professio sub precaria nomine fieri debet.

Vnde in concilio Toletano 6. c. 5.

¶ Qui beneficium ab ecclesia accepit, eius professionem nomine precariæ faciat. C. LXXII.

Iuo p. 6. c. 372. Sæpe fit, vt proprietati originis obsistat [a] lōginquitas temporis. Quapropter prouidētes decernimus, vt si quis clericorum [a] stipendium de rebus ecclesiæ, cuiusquā episcopi [b] pcepit largitate [c] sub precariæ [d] nomine debeat professionem scribere: vt nec per tentionem † diuturnam præiudicium afferat ecclesiæ; & quæcumque in vsu perceperit, debeat vtiliter laborare [e] vt nec res diuini iuris videantur aliqua occasione negligi; & subsidiū ab ecclesia, cui deseruiunt, percipere possint clerici. Quod si quis eorum contempserit facere; ipse se stipendio suo uidebitur priuare [f].

† al. retentionem

a ¶ Clericorum.] *In codice conciliorum Lucensi regio sequitur*, vel aliarum quarumlibet personarum.

Religionis quoque intuitu ea, in quibus ecclesia detrimentum non patitur, monasterijs tradi possunt.

Vnde in 3. Toletano concilio, c. 4. legitur.

¶ Licet religionis intuitu res ecclesiæ alienare. C. LXXIII.

Iuo p. 3. c. 168. Si episcopus [g] vnam de parochianis ecclesijs suis monasterium dicare voluerit, vt in ea monachorum regulariter congregatio viuat; hoc de consensu concilij sui habeat licentiam faciendi. Qui etiam si de rebus ecclesiæ pro eorum substantia aliquid, quod detrimentum [h] ecclesiæ non exhibeat, eidem loco donauerit; sit stabile. Rei enim bonæ statuendæ sanctum concilium dat consensum [i].

Item ex Toletano 9. c. 5.

¶ Non vltra quinquagesimam partem rerum ecclesiæ, monasterio, quod construit, episcopo licet conferre. C. LXXIIII.

Iuo p. 3. c. 170.
‡ al. consilium

Bonæ rei dare consultum ‡, & præsentis habetur vitæ subsidium, & æternæ remunerationis expectare cernitur præmium. Quisquis itaque episcoporum in parochia sua monasterium construere forte voluerit, & hoc ex rebus ecclesiæ, cui præsidet, ditare decreuerit; non amplius ibidem, quàm quinquagesimam [g] partem dare debebit: ut hac temperamenti æquitate seruata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, dàmna grauia non infligat. Ad ecclesiam vero quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare † voluerit sepulturis; non amplius quàm centesimam partem

† al. munificare

dium ecclesię cuidam clerico quo ad vsumfructum. Quæsitū est in concilio Toleta. qualiter ei concedere posset, ne ecclesia præiudiciū patiatur propter diuturnam retentionē. Et respondet, sub precario nomine debet clericus ab ecclesia recipere, & professionem suā scribere, & qđ ab ecclesia recepit, fideliter colere: ne res deteriorentur: quod si quis facere contempserit, à precaria repelletur.

a ¶ Obsistat.] de facto, non de iure, vt ī. ea. cap. longinquitate.

b ¶ Cuiusquam episcopi.] infra 16. q. 3. si episcopus. & c. clerici.

c ¶ Largitate.] Sed quomodo est largitas, si dicitur precaria: cū de precaria certa pensio statuatur. 10. q. 2. precariæ? respon. non est precaria, sed donatio gratuita quoad vsumfructum: & ideo dicit, q interueniet scriptura, ne possit allegare pscriptionē. nā per quantūcunque tēpus possideret, nunquā pscriberet, vt 16. q. 3. clerici. Fructuarius. n. non potest prescribere. insti. per quas perso. no. acqri. §. fructuari⁹. nec ille qui alieno nomine possidet, vt extra de præscrip. si diligenti. C. de præscri. triginta annorum, male.

Fructuarius nō pscribit.

d ¶ Sub precarię.] id est, sicut solet fieri in precaria. non enim est hic contractus precariæ: sed donatio vsusfructus epi. 16. q. 3. si episcopus. & c. clerici.

e ¶ Laborare.] id est, colere.

f ¶ Priuare.] ar. clericū posse remoueri ab ecclesia si negligit agros, vel alias vtilitates ecclesiæ. sic ff. de pe. here. ei qui partes. §. cum prædia. & C. loca. l. 3. nam propter negligentiam aliquis deponitur, vt 81. dist. dictum.

RELIGIONIS. Casus. Ponit hic Grat. decimū casū, in quo pōt eps aliquid alienare de rebus ecclesiæ suæ tradēdo eas monasterijs causa religionis: dūmodo ecclesiā suā non lędat enormiter. Et ad hoc inducit sequentia cap.

Si episcopus.] Casus. Quidam episcopus volebat facere monasterium de quadam ecclesia parochiali: & aliquid de rebus episcopalis ecclesię ei, conferre volebat. Vnde quæsitum fuit in concilio Toletano vtrum hoc facere posset? Et respōdet q sic, dūmodo de cōsensu c. hoc faciat. & ecclesiæ suæ detrimentū nō exhibeat.

g ¶ Si episcopus.] hic habes q de sęculari ecclesia potest fieri ab epo monasteriū, vt extra de eccle. ædi. ad audiētiā. sed e conuerso nō potest, vt 19. q. 3. quæ semel. extra de reli. do. inter quatuor. nisi fiat auctoritate Papæ, vt extra de censi. cū venerabilis. & extra de cleri. vel mona. cap. relatum. vel vbi aliter nō possit locus reformari, nisi p canonicos sęculares, vt extra in eadem decre. inter quatuor.

Ecclesia sęcularis potest conuerti in monasteriū, sed non e cōtra.

h ¶ Detrimentum.] graue. si enim læderet ecclesiam grauiter, posset reuocari, vt ī. ea. Apostolicos. i fi. & ī. c. pxi.

i ¶ Consensum.] quæro de quorū clericorū cōsensu hoc intelligas, an de clericis episcopalis ecclesiæ, an de clericis parochiæ illius? respōdet de clericis ecclesiæ cathedralis. Nā cōsensus clericorū ecclesiæ cathedralis requiritur circa ordinationem & depositionē clericorū, vt 24. dist. episcop⁹. 67. dist. reliqui. ī. ea. alienationes. Lau. tñ. & H. intelligunt etiā requirendū ɔsensum clericorū parochialis ecclesiæ. Nā isti sine culpa non debent priuari suis stipendijs. 16. q. 7. inuentum. videt; tñ sufficere, si eps eis prouidet necessaria, vel ibi uel alibi: vt extra de eccle. ædifi. ad audientiā. & sic videt q eis inuitis possit hoc facere. arg. extra de exce. præ. sicut vnire.

Episcopus cōsentiens ecclesiam sęcularē in regularem quorū clericorum consensum requirere debeat.

Bonæ rei.] Casus. Quidam episcopus volebat ędificare monasteriū in parochia sua, vel aliquā ecclesiā sęcularē magnificare: apud quā forte sepeliri volebat, & desiderabat ditare monasteriū vel ecclesiā de reb⁹ ecclesiæ suæ. q̄situm est in cōcilio Toletano quātum monasterio vel ecclesiæ dare posset? Et rńdet, q monasterio dabit quinquagesimā partē de reb⁹ ecclesiæ suæ. dūmodo ei dāna grauia nō isligat: ecclesiæ vero sæculari nō ampli⁹ q̄ centesimā dabit partem, & in arbitrio episcopi erit vt vel monasteriū tantum, vel ecclesiam tantum debeat de rebus ecclesiæ ditare.

g ¶ Quinquagesimam.] Sed nunquid episcopus potest dare centesimā vel quinquagesimā sine cōsensu canonicorum? videtur q sic. extra de iis quæ fi. a præla. sine cōsen. ca. pastoralis. & nō obstāte iuramēto de nō alienādis reb⁹ ecclesiæ, vt extra de ecc. ędi. tua. nemo enim pōt accusare episcopum, q tēplū Dei ędificauerit, vt ī. ea. aurū. Itē qa sufficit semel a iure esse cōcessū: vnde nō est necesse requirere nouū cōsensū. ff. de cōdi. insti. quæ sub cōditione. §. vlt. sed cōtra de do. pastoralis. extra de iis quæ fi. a præla. cū vos. Tu dicas, q licet à iure permittatur ei talis donatio, tñ facit eandē de consensu clericorū: vt ī. ea. c. prox. ī. ea. Apostolicos. vehementer tñ obuiat illa decre. pastoralis. nisi uis fiat litteræ. Vnde dic. illis decret. standū est. Sed quid si episcopus plures donationes fecit, ita q omnes simul excedāt quinquagesimā: an dices ultimā reuocari, uel omnes? Videtur quòd tantum ultimam: quia sola illa fuit nociua

t Allegando dicit: quoniā non est necessariū secūdū Lau. Vin. Gof. & B. si ipsi nota. extra de rebus ecc. non alie. possessiones. de hoc not. in decre. ad audientiā. & alle. in gl. Archidia.

Episcopus potest dare quinquagesimam, vel cētesimā.

Quæstio singularis.

vt l.ea. si quos.& 17.q.4.questi.e contra videtur, quod de qualibet donatione est detrahendum: vt C. de inof. do. si mtas. ff. ad leg. Fal. pœnales §. annua. Hæc quæstio soluitur extra de dona. Apostolicæ. Quid iuris sit de hoc, in quæstionibus notaui. B.

ADDITIO Quæstio venerialis est,& incipit, esto quòd episcopus,&c. vbi dicit quòd Tan. dicebat, quòd tantum vltima reuocatur: quod verum credit ipse B.Brix. nam non restituitur minor, nisi in quo decipitur. ff. de mino. eadem quæstione. Nó obst. lex. præd. si totas. quoniam intelligitur in Falcidia, licet quidam flent illi legi. Archidiaconus.

persona, l. ex donatione amicorũ, vel successione ex testamẽto vel ab intestato, possunt de hoc facere quidquid volũt, dũmodo à suo proposito nõ recedãt, scilicet tali pecunia abutẽdo, vt negotiãdo vel fœnerãdo: quod si fecerint, indigni honore ecclesiastico iudicent in eũ.

d ¶ *Habentes.*] Ergo propter paupertatem nec impeditur nec excusatur

census [a] ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit: ea tamen cautela seruata, vt vnam tantummodo, quæ placuerit, ex his duabus remunerationem † assumat.

† al. remunerãdi

Item Gregorius lib. 2. indict. 11. epist. 17. Gratioso subdiacono.

¶ Iure proprietatis res ecclesiæ monasteriorum ædificijs tradere licet. C. LXXV.

Ansel. 5. c. 3.

REligiosam [b] vitam eligentibus congrua nos oportet consideratione prospicere, ne cuiusquam necessitatis occasio, aut desides faciat, aut robur (quod absit) conuersationis infringat. Idcirco præsenti tibi auctoritate præcipimus, quatenus domum positam in hac vrbe, regione quarta, iuxta locum, qui appellatur, ad gallinas albas, vel hortum iuris sanctæ Romanæ ecclesiæ, cui auctore Deo præsidemus, in qua Campana quondam vxor [a] Patritij mansisse dinoscitur, simul & hortum, atque hospitia, quæ intra eamdem domum ianua concludir, Floræ † abbatissæ debeas tradere proprietatis iure proculdubio possidendam: in qua domo monasterium virginum (vbi cum congregatione sua habitare possit) Christo queat adiuuante construere: & † tam ipsa, quàm quæ in eius loco, honoreque successerit, prædictã domum, & hortum cum omnibus ad se pertinentibus (sicut diximus) quieto, inconcussoque iure à nobis pietatis consideratione concessa valeat possidere.

† antea legebat, eodem

† al. vt] orig.

a ¶ Vxor.] *In aliquot epistolarum editionibus, & nonnullis Gratiani exemplaribus non est illa dictio. In vetusto autem Vaticano epistolarum codice legitur,* quondam patritia.

Ecce ostensum est, quomodo res ecclesiæ sine culpa dari possint, & constare his, quibus data fuerint.

QVÆSTIO III.

NVnc quæritur [c], *si ante tempus suæ ordinationis nihil habere videbantur, quid de his fieri debeat, quæ post ordinationem suam inuenisse noscuntur.*

De his ita statutũ est in cõcilio Carthaginẽsi 3. c. 49.

Et in Moguntino sub Rabano, c. 8.

¶ De his, qui primum nihil habentes, tempore suæ administrationis aliqua acquirunt. C. I.

PLacuit, vt episcopi, presbyteri, diaconi, vel quicumque clerici, qui nihil habentes [d] ordinantur, & tempore episcopatus, vel clericatus sui agros, vel quæcumque prædia nomine suo [e] comparant; tamquam rerum Dominicarum inuasionis crimine teneantur †; nisi admoniti ecclesiæ eadem ipsa contulerint. Si autem ipsis proprie aliquid liberalitate alicuius, vel successione cognationis [f] obuenerit; faciant inde, quod eorum proposito congruit. Quòd si à suo proposito retrorsum exorbitauerint; honore ecclesiastico indigni tamquam reprobi iudicentur.

Burc. l. 3. c. 120. Iuo p. 3. c. 96. Panor. l. 2. c. 52.

† al. teneatur obnoxij

Item ex concilio Toletano 9. c. 4.

¶ De ministris, qui nulla ecclesiæ occasione, sed sui vtilitate aliqua acquirunt. C. II.

QVicũque de sacerdotibus, vel ministris pro sui vtilitate, atque amicitia, vel præstatione, aut quocũque modo, aut per scripturæ se-

a ¶ *Census.*] propter hoc verbum, cẽsus, dicit L. & H. quod de censu posset episcopus dare partem, sed non de possessionibus ecclesiæ: alias reuocaretur vel eo viuo, vel post mortẽ suã: vt 16. q. 3. si sacerdotes. Sed hoc falsum est: quia decre. dicit etiã de possessionib⁹. extra de do. Apostolicæ.

REligiosam.] CASVS. Quædã abbatissa postulauit a Gregorio. ut quẽdam locum sibi concederet, in quo uolebat construere monasteriũ: quæ forte expulsa erat de suo monasterio cũ sua congregatione: quare Gregorius precibus suis annuit. Vnde mãdat cuidã (forte suo procuratori) vt tradat sibi & successoribus suis iure perpetuo possidendã quandã domũ & hortũ & hospitia quæ intra eãdẽ domũ ianua cõcludir, vt ipsa abbatissa sibi monasteriũ construat, vt ibi cũ sua habitet cõgregatiõe.

b ¶ *Religiosam.*] Ergo qui dat domũ vel aliã rem, non videtur dedisse ea quæ sunt annexa ei, nisi expressa fuerint. sic 63. di. ego Ludouicus. Ar. contra. ff. si ser. ven. testatrix. ff. de act. emp. creditor. in fi. 1

1 Dicas quod quod dat domũ, videtur ei donasse annexa. ff. de contrah. empt. creditor. §. vlt. C. de bo. vacan. l. 2. li. 10. licet hic sit ar. contra Lau. ad hoc facit quod le. & not. supra 1. q. 1. sicut Christus. Archid.

NVnc quæritur.] Hæc q. diuiditur i duas partes: in prima quarum probat per duo cap. quod si nihil habebat episcopus cum fuit promotus: in morte sua totum debet ecclesiæ dimittere. Secunda ibi, *Sed quæritur.* Io. de Fan.

CASVS. Hic tractatur 3. q. in qua connectuntur dicta dicendis: vbi quæritur quid fieri debeat de rebus illis, quas clerici acquisiuerunt de rebus ecclesiæ, qui ante suam ordinationẽ nihil habebant. & certũ est quod quidquid clericus acquirit de rebus ecclesiæ, & intuitu ecclesiæ, totũ debet ecclesiæ relinquere. si vero intuitu personæ aliquid acquisierit, potest relinquere cui velit, vt J. ea. c. 1. 2. & 3.

c ¶ *Nunc quæritur.*] Habeas pro summa quæstionis quod dicit in c. 1.

PLacuit.] CASVS. Statutum fuit in conc. Carthag. vt episcopi, presbyteri, diaconi, & alij clerici, qui nihil habebant anteq̃ ordinarentur, & postea de rebus ecclesiæ tantũ suo nomine possessiones cõparauerint, puniantur tamquã inuasores rerũ dñicarũ: nisi suæ ecclesiæ cõmoniti eas restituãt. Si autẽ aliquid acquisierint intuitu

cusatur etiã quis à prælatura. secus est in tutore, vt instit. de excu. tu. §. sed & propter paupertatem.

e ¶ *Suo.*] Hoc speciale est in ecclesia, quod licet sacerdos aliquid suo emat nomine de pecunia ecclesiæ, quod res illa stati facta est ecclesiæ. aliud est i rebus priuatorũ. vt C. de rei vẽd. si vt pponis. & de hoc notaui s. ea. q. 2. Apostolicos. idẽ quod hic dicit. habes extra de pecu. cle. c. 1. inquirendũ. & c. si quis. Verũ autẽ præsumatur de rebus ecclesiæ, vel de rebus suis cõparasse, dicitur s. ea. q. 1. sint manifestæ.

f ¶ *Cognationis.*] vsque ad quartũ gradũ 1. C. de epi. & cle. auth. licentiã. Vel vsque ad 7. defertur successio. Arg. cõtra 35. q. 2. c. 1.

QVicumque.] CASVS. Quidã sacerdotes aliquid acquisierũt ex artificio suo, vel ex donatione amicorũ, vel ex institutiõe facta in testamento. quæsitum est in concilio Toleta. vtrũ ecclesiæ suæ relinquere teneãtur. Et respon. quod nõ, sed dabunt cui voluerint: si vero post mortem suam remanserit inordinatũ, ecclesiæ sua

1 Sacerdos emens aliquid, ecclesiæ acquirit. 1 Ista est vera sententia secundam Gof. & Ho. de hoc not. extra de test. requisitis. §. si vero relinquatur. & ibi no. Archid.

fua in perpetuum vendicabit suæ vtilitati, idest, suo vtili officio.
a ¶ *Vendicabit.*] i. defendet, qñ ecclesia inuenitur in possessione. sed si heredes essent in possessione, oporteret ecclesiã probare de iure suo, vt j. ea. q. 5. c. 1. in fi. sicut not. s. ea. q. 2. sunt manifesta. Vel intellige quod hic dicit, cũ nõ habet sacerdos heredes. in auth. de eccle.

du. ciuibus. Hoc tamẽ scias, ꝙ aliud est dicere, relinquo hoc canonicis istis: & aliud, relinquo hoc ecclesiæ isti. In priori casu relictum intelligo eis, & non ecclesiæ. In secũdo casu ecclesiæ, & ad vsum eorũ: & licet sit ar. j. ff. de re. du. ciuibus.
ABOLISIO. Potest dici, ꝙ si exprimit propria nomina, vera est prima opinio: si autem non exprimit, valet vltima opinio. arg. ff. ad Trebel. quoties. 1. resp. Arch.

† Adde Alexan. de Imol. in l. cum fundus § seruũ. ff. si cer. pe. extra fin. di ...

riem aliquid meruerint à quolibet percipere †; in rebus ecclesiæ non poterit numerari: Sed quod exinde voluerint facere, ipsorum uoluntatis arbitrio subiacebit. Quòd si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit; ecclesia, cui præfuit, uel minister extitit, hoc sibi in perpetuum uendicabit [a].

Ecce quòd illa, quæ non ex officio ecclesiastico, sed ex aliqua præstatione suæ vtilitatis lucratus est, potest dare quibus voluerit.

2 *Sed quæritur de his, quæ sibi communiter cum ecclesia, vel sequestratim pro remedio animæ offeruntur, vel de tertia parte, quam de rebus parochialium ecclesiarum sibi debitam accipit; si ea poterit dimittere quibus voluerit. De his ita diffinitur in concilio Agathensi, c. 6.*

¶ De pontificibus, quibus ab extraneis, uel cum ecclesia, uel sequestratim aliquid dimittitur. C. III.

vel extraneis dimittatur

extra de testamẽtis c. requisisti. Burc. l. 1. c. 217. Iuo p. 5. c. 331.

PONTIFICES [b], quibus in summo sacerdotio cõstitutis ab extraneis † [c] aliquid aut cum ecclesia, aut sequestratim aut dimittitur, aut donatur (quia hoc ille, qui donat, pro redemptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis offerre probatur) non quasi suum proprium, sed quasi dimissum ecclesiæ inter facultates ecclesiæ computabunt: quia iustum est, ut sicut sacerdos habet [d] quod ecclesiæ dimissum est; ita & ecclesia habeat [e] quod relinquitur sacerdoti. ¶ Sane quidquid per fidei commissum aut sacerdoti, aut ecclesiæ fortasse dimittitur, cuicumque alij postmodum profuturum; id inter facultates suas ecclesia computare, aut retinere non poterit [f].

Item ex concilio Toletano 9. c. 6.

¶ Episcopus tertiam partem sibi debitam ecclesiæ relinquere poterit. C. IIII.

Iuo p. 3. c. 171.

EPISCOPUS, si tertiam partem, quam de rebus parochialium ecclesiarum sanctione paterna sibi debitam nouit, aut ipsi ecclesiæ, cuius res esse patebit, aut alteri ecclesiæ, quam elegit, conferre decreuerit; & licitum maneat, & irreuocabile [g] robur eius sententia ferat.

QVÆSTIO IIII.

QVod autem [h] quæritur, si de suis, & ecclesiæ rebus aliqua acquisisse noscuntur, cui proueniant; ita diffinitur in eodem concilio Toletano 9. c. 4.

¶ De his, qui de suis & ecclesiæ rebus aliqua acquisisse noscuntur. C. I.

Iuo p. 3. c. 169.

SAcerdotes [i], vel quicumque illi sunt, quibus ecclesiasticarum rerum cura commissa est; quæcũque administrationis suæ tempore emerint; si de rebus proprijs vel uile, uel charum habuerint; ad ecclesiæ nomen, cui præsunt, chartarum conficere instrumenta procurent [l]: nõ enim conuenit, vt ecclesia, quem suscepit extraneũ, efficiat in alieno [a]

d ¶ *Habet.*] quo ad vsum.
e ¶ *Habeat.*] quo ad proprietatem.
f ¶ *Non poterit.*] Tamen si est heres instituta, & rogata restituere alteri hereditatem illam, potest detrahere quartam, vt insti. de fideicom. hered. §. sed quia. Sed si ecclesiæ legaretur aliqd. vt illud ecclesiæ restituat, de hoc dubitari cõsueuit, an tunc possit partem de tali legato retinere, vt C. communia de leg. l. 1. respon. 1.

Legata ecclesiæ, an possit detalcari.

EPiscopus.] CASVS. Dicitur in hoc ca. ꝙ episcopus potest dare tertiam partem, quã recipit de parochianis ecclesijs irreuocabiliter, vel ecclesiæ à qua recipiebat; vel alteri ecclesiæ cui voluerit. quod intellige H. si velit subire onus fabricæ reparandæ.
g ¶ *Irreuocabile.*] Cũ de consensu canonicorũ hoc facit: alias successor potest illud reuocare, vt 16. q. 1. possessiones. & hic est ar. ꝙ si episcopus simpliciter dedit aliquid ecclesiæ, intelligitur illud perpetuo dedisse, vt 16. q. 3. quoniã quidquid. Argu. contra 16. q. 1. possessiones. & dixi 10. q. 2. hoc ius. i. ij.

Istis. Et sic demonstrando aliquos, sec[us] si simpliciter & sub solo nomine appellatiuo legaretur canonicis, quia idẽ est ac si dicatur, canonicis ecclesiæ, uel ecclesiæ. adde Bart. Soc. in l. cum bus. de leg. iur.

QVod autem.] ... hic ponit 4. q. in qua quæritur cui debeant dari res acquisitæ communiter ex rebus prælati & ecclesiæ, & qualiter debeant diuidi. & respondet ꝙ pro rata pretij dati debent diuidi inter ecclesiam & heredes prælati.

eccle. tit. §. si quis autem episcopis. coll. vlt. & j. q. 3. cap. vlt.
ECCE. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis, ꝙ ea quæ dantur clericis intuitu personæ, dare possunt cui volunt.
SED QVAERITVR. Hæc est secũda pars huius q. Io. de Fan. Et mouet Grat. incidentem quæst. vtrum ea quæ dantur episcopo cõmuniter cum ecclesia vel sequestratim pro remedio animarum, vel tertiã partẽ quã accepit de parochianis ecclesijs, possit relinquere cui velit. Et de hoc quid iuris sit, in c. seq. diffinitur.
POntifices.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicit, ꝙ si aliquis relinquit aliquid põtificũ ecclesiæ vel separatim pro redemptione animæ suæ: totũ inter ecclesiæ facultates cõputabitur. In secunda parte dicitur, ꝙ si aliquid relinquitur ecclesiæ vel sacerdoti alij restituendũ, nõ debet inter facultates ecclesiæ computari. Secunda pars incipit ibi, *Sane quidquid.*
b ¶ *Pontifices.*] idem in alijs.
c ¶ *Ab extraneis.*] Si aliquid datur tantum epõ, illud non tenetur diuidere cũ ecclesia. sed licet aliquid detur tãtũ ecclesiæ, illud diuidendũ est cum episcopo: & distingue an à propinquo vel extraneo sit relictum epõ, vt habes distinctum extra de testa. requisisti. Si autẽ simplici canonico aliquid est relictũ, illud nõ tenetur diuidere cũ ecclesia. semper enim præsumitur ꝙ id quod datũ est prælato, sit intuitu ecclesiæ datũ. & est si. ff. de an. le. annua. in §. 1. ff. de re.

Ecclesiæ data, cũ episcopo diuiduntur.

h ¶ *Quod autẽ.*] si de vtriusque pretio empta est res, pro rata pretij diuidẽda est inter ecclesiã & heredes prælati, ut j. e. c. 1. uer. hi uero. Io.
SAcerdotes.] CASVS hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte loquitur de rebus quas prælati emũt, & de pecunia ecclesiæ, & tantũ suo nomine: in quo casu si de rebus proprijs aliquid vile vel charũ habuerint, curẽt cõficere instrumẽta nomine ecclesiæ, cui præsunt. In secũda parte loquitur de reb[us] emptis cõiter ex pecunia prælati & ecclesiæ, quæ debet æqualiter diuidi inter ecclesiã & decedentis heredes, si te vtriusq; rei quantitas exæquauerit. Secũda pars incipit ibi, *Hi vero.* vile uel charũ ideo dicit, quia si constaret eos nihil habere: siue suo nõie siue nomine ecclesiæ emerint, totũ ecclesia vẽdicabit. Et licet c. videatur loqui in prælato tantum, tamẽ ego Bar. Brix. idẽ intelligo in quolibet clerico, vt s. ea. q. 3. placuit.
l ¶ *Procurent.*] vt faciant quantum habent de rebus ecclesiæ, & quantum de proprijs rebus.
... Sed pone prælatũ fuisse confessum plus esse in bonis ecclesiæ quã esset in ueritate: numquid ei præiudicaret? dicit Lau. quod non. nam hoc scriberet. C. de arb. tut. l. ulti. Ar.
a ¶ *In alieno.*] id est, in rebus proprijs ipsius sacerdotis, quæ sunt

diuitem, & in suo [a] retineat fraudatorem. ¶ Hi uero, qui suarum rerum noscuntur habere compendium; ex omni re, quam post ordinationis suæ diem usi sunt acquisisse, siue nulla, siue aliqua sint instrumenta confecta; compensatione [b] tam iuris sui, quàm ecclesiasticarum rerum habita, si se vtriusque rei quantitas exæquauerit; inter ecclesiam & decedentis heredes æquo iure conquisitio [c] pertinebit.

[a] Compensatione.] *In concilio ipso cum vetustis exemplaribus collato legitur* cõpensata tam iuris sui, quàm ecclesiasticarum rerum habitudine.

Si quis vero pro compendio suarum rerum, ecclesiæ rebus detrimentum intulerit, vel si occasione rerum ecclesiasticarum in rebus proprijs detrimẽtum passus fuerit; vicissim qui lucrum sentiunt, detrimentum patientibus resarcient.

Vnde in concilio Bracharensi 3. c. 8. legitur.

¶ Resarciantur detrimenta sacerdoti, uel ecclesiæ, quæ alterius occasione alter sensit. C. II.

QVicunque sub hoc neglectu [d] res diuinas laborare [e] distulerit; placito speciali distringendus est: qualiter si de rebus, seu augmentis ecclesiæ quæstum laboribus suis proprie [f] auxit, & ex hoc ecclesiasticis rebus aut neglectum [g] laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quidquid in rebus ecclesiæ minuit, illi restituat; ex cuius rebus, atque suffragijs suos conuictus fuerit ampliasse labores. Quòd si alquid pro vtilitatibus ecclesiæ, aut substantiæ expendit, aut dispendij, vel perditionis quidpiam pertulerit; si hoc comprobari potuerit, totum illi à rebus ecclesiæ eiusdem reformabitur †, pro cuius vtilitate id expendisse probatur.

Si vero de rebus ecclesiæ tantummodo aliqua acquisisse noscuntur; & ad nomen ecclesiæ instrumenta debent componere, nec aliquibus poterunt illa donare.

Vnde in Agathensi concilio, c. 54. legitur.

¶ De his, quæ sacerdotes emunt, ad ecclesiæ nomen scripturam faciant. C. III.

PResbyter, dum diœcesim tenet, de his, quæ emerit, ad ecclesiæ nomen scripturam faciat, aut ab eius, quam tenet, ecclesiæ ordinatione discedat.

¶ *Caput hoc ab Iuone etiam, & auctore Panormiæ citatur ex Agathensi: in quo extat. In decretalibus vero tit. de pecul. cler. ex concil. Arelatensi: & apud Burchardum, & in prima collectione decretalium ex concilio Arausico.*

QVÆSTIO V.

TEstamenta [i] vero non licet eis conficere, nisi de rebus proprijs.

Vnde Gregorius scribit Deusdedit [a] † *episcopo, lib. 10. epist. 42.*

[a] Deusdedit.] *Antea legebatur* Lucidio. *Restituta est inscriptio ex originali: quæ inscriptio integra est 3. eod. q. 2. vers. in episcopatu. Illud enim caput in hoc continetur.*

---

sunt alienæ ecclesiæ, vel propriæ intelligas poni.

a *Et in suo.*] idest, rebus ecclesiæ.

b *Compensatione.*] idest, computatione, vel comparatione, vel collatione. hoc vult dicere, quod computabit quantum de iuris rebus, & quantum de rebus ecclesiæ dedit pro re empta, vt secundum hoc diuidatur inter ecclesiam & heredes defuncti. Sed pone, postquam adeptus est ecclesiam: nullos sumptus voluit facere de patrimonio proprio: sed quidquid emit, emit de patrimonio proprio tantum: & solis redditibus ecclesiæ fuit vsus. Videtur quod computandi sunt illi sumptus, quos facere consueuit, vel quos facturus fuisset de proprio patrimonio, ac si non haberet ecclesiam, vt ff. de pe. her. sed & ff. §. adeo autem. in fi. Et sic proprie ponitur hoc verbum cõpensatione. Item non debet negligere lucrũ ecclesiæ propter lucrũ suum, vt j. cap proxi. Vel intellige quod hic dicit, quando dubium est, an de rebus ecclesiæ, an de suo patrimonio emerit. nam tunc diuidi deberet secundum quantitatem sui patrimonij, & rerum ecclesiæ. quid. nec enim præponere debet vtilitatem suam vtilitati ecclesiæ, sicut nec tutor vtilitatem suã vtilitati pupilli. ff. de admi. tu. tutor. §. 1. ff. commo. si vt certo. §. commodatum. in fi. & 7. q. 1. præsentium & cap. placuit.

h *Pro omnes.*] Sic extra de pro. cum procul causa

c *Conquisitio.*] idest, conquisitũ. sic C. communi diuidundo, ad officium. ff. de vsufruct. sed & si quis. §. interdum.

SI QVIS. CASVS. Supra ostensum est quid iuris sit de rebus proprijs clericorum, & de rebus ecclesiæ. sed quia occasione rerum ecclesiasticarũ clerici in rebus proprijs patiuntur detrimentum, vel econuerso: ideo dicit Gratianus, quòd vicissim debent sibi restituere detrimẽtum. & ad hoc inducit seq. cap.

QVicunque.] CASVS. Docet in hoc c. cõcilium Bracharense, quòd si prælatus res proprias augmentando, aliquod detrimentum vel damnum rebus ecclesiasticis intulerit: totum debet ecclesiæ resarcire. Si vero aliquid de rebus proprijs pro vtilitatibus ecclesiasticis expenderit, vel occasione ecclesiæ in rebus proprijs passus est detrimentum: si hoc probare poterit, totum sibi de rebus ecclesiæ restituatur. Quæ autem sequuntur plana sunt vsque ad quæstionem.

d *Neglectu.*] idest, quia negligit res ecclesiæ, augendo suas.

e *Laborare.*] idest, periclitari uel colere.

f *Proprie auxit.*] idest, in rebus proprijs locupletatus est.

g *Aut neglectum.*] Hic habes, quod si prælatus aliquid negligit acquirere ecclesiæ suæ cum posset, & maluit sibi acquirere: quod hoc imputatur ei. & de hoc tenetur ad instar tutoris. vt C. arbi. tu. quid.

Testamenta vero.] Hæc q. diuiditur in duas partes. In prima probat per 5. c. quod presbyter vel alius clericus potest de rebus proprijs facere testamentum. Secunda ibi, *Sed si episcopus.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur an liceat clericis condere testamentũ: & certũ est quod si habẽt propria, qui non renuntiauerũt proprijs, de rebus proprijs possunt cõdere testamẽtũ, vt j. c. 1. & 2. minus autẽ idoneos heredes nõ possunt instituere, vt 24. q. 2. sane. de rebus autẽ ecclesiæ testari non possunt, nisi tantũ de suo ecclesiæ recõpensent, vt j. c. si episcopus.

i *Testamenta.*] nec aliquid dare, nec testamentum condere licet de rebus ecclesiæ. si tamen consuetudo habet, potest mobilia aliqua dare, vt extra de testa. ad hæc. & c. quia.

Acquisita de bonis ecclesiæ & de bonis clericorũ ad quos pertinebunt. Et qui plus dedit, maiorem partem habebit. ff. de vsufruct. sed & si qs. §. sacerdotũ. secundũ Lau.

[b] Ecclesiæ. Panor. l. c. vl. de pecu. cler. Clau. vers. clericus.

† Idem Pan. consi. 10. li. 2.

Extra de pecul. cler. c. presbyter. Burc. l. 3. c. 159. Iuo par. 3. c. 97. Pana. l. 2. c. 51.

† al. Deodato

Prælatus tenetur acquirere ecclesiæ suæ.

NVlli dubium.] Casus. Lucidius episcopus conquestus est Greg. quòd Constantius suus antecessor reliquit Luminosæ ancillæ & fratribus suis in testamento & nomine legati quædam mobilia, quæ ipse Constantius acquisierat post tempus suæ ordinationis. Et respon. Greg. quòd sicut res in episcopatu acquisitas

pacior verior est, & magis videtur literæ consonare.

a ¶ Vesshoc.] ideo episcopo incumbit probationis onus, quia ille erat in possessione, vt dict. 3. ea. q. 1. sint manifesta.

OBitum.] Casus. Significatum fuit G. quod Theodorus episcopus in obitu suo de rebus ecclesiæ testamentum condiderat. quare Papa præcepit cuidam, vt subtiliter inquirat, an de rebus ecclesiæ testamentum condiderit: quod si inuenerit, omnia de rebus ecclesiæ alijs relicta modis omnibus restituantur ecclesiæ.

b ¶ Interest.] s. vt heres vniuersia restituat, vt 16. q. 6. si episcopũ. & 3. ead. quæst. 2. si episcopus.

Idem Bal. I antheo. ex testaméto, I 7. col. in ver. 18. c. d col. facit qđ not. Bar. in l. si inter. ff. de rebus dubijs. & Io. An. in addi. ad Spe. in tita. de te. §. f. super verbo. sed quid si dubitatur. & moderni legista in l. cũ fundus. §. ser uũ. circa fi. ff. si cer. petatur.

QVia Ioannes.] Casus. Ioannes archiepiscopus Rauennas quoddam monasterium construxerat iuxta ecclesiam sancti Apollinaris in ciuitate Rauennæ: & supplicauit Greg. vt bona quæ illi monasterio contulerat confirmaret. postea in mortis articulo constitutus testamentum condidit de rebus ecclesiæ: & præcepit in testamento, vt quæ præfato monasterio contulerat irreuocabiliter apud ipsum remanerent, quo mortuo successor eius Marianus volebat omnia reuocare. Sed cum fuisset significatum Gregorio, confirmauit ea quæ illi monasterio fuerant per Ioannem collata: non quòd eius sequatur vltimam voluntatem: sed quia promiserat hoc sibi viuenti. vnde Grego. mandat Mariano archiepiscopo, vt omnia illa firma studeat stabilitate seruare: sed omnia illa quæ ratione testamenti sunt data, vel facta in damnum ecclesiæ suæ, nullam habeant firmitatem.

c ¶ Supremam.] Nota quòd licet sit magnus fauor vltimæ voluntatis: tamen potius sequitur hic voluntatem viuẽtis quàm morientis[a]. Item argu. quòd licet aliqua voluntas non valeat tamquam testamentum: valet tamen tamquam simplex donatio: quod est contra l. 1. ff. de iure codi. Sed videtur quòd post mortem episcopi non possit rata haberi donatio facta ab ipso, quia oportet scilicet quòd eo tempore rata habeatur, quo potest donatio fieri, vt ff. de acqu. here. si quis alicui. ff. de bo. poss. l. 3. §. acquirere. & l. vlt. sed secus est: quia nec mors nec furor, nec petentis pœnitentia impedit ratihabitionem, vt ff. rem ratam hab. bonorum.

[a] Hoc ideo quia ipsa vltima voluntas fuit illegitima: aliàs nihil est quod sta debeatur, &c. C. de sac. san. eccle. l. 1. secundum L. qui dicit, quod hæc volũtas est deambulatoria sicut & circa depositum. ff. de po. l. 1. §. penuin. Sed arg. cõtra. ff. de lega. 3. si quis. in princi. Archid.

d ¶ Monasterio.] Sed nonne canon permittit ei legitimam portionem dare monasterio ad construendum monasterium? sic: sed non ad dandum. Vel fuit hic vltra legitimam portionem datum. 3. ea. q. 2. bonæ. & c. si quos.

¶ Quomodo de rebus ecclesiæ liceat testari sacerdotibus. C. I.

3. ead. q. 2. res in episcopatu. Poly. l. 4. tit. 19.

NVlli dubium est, quia sicut sacerdotibus res in episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia; ita de his, quas ante habuerint, quidquid iudicare voluerint, non vetantur. Itaque fraternitatem tuam tempore, quo ad nos fuit, questam esse recolimus, quòd quædam mobilia[a], quæ Constantius decessor vester Luminosæ ancillæ Dei filiæ fratris sui, testamenti serie, legati titulo reliquit, iam episcopus acquisisset, decreuisseque nos, vt si hoc[a] constaret, nullum ex his ecclesia vestra præiudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & molestiam aliquam prædictæ ancillæ Dei non facere, nec ei sine cognitione de his, quæ possidet, quidquam auferre.

a ¶ Mobilia.] *In originali impresso, & manuscripto est, immobilia: sed non est mutatum propter doctorum scripta: nonnulla vero alia sunt emendata.*

Idem lib. 4. epist. 22. seu c. 66. Cypriano diacono.

¶ De eodem. C. II.

† Adde an & quando subtilitas sit approbanda vel nõ: no. in capi. inter corporalia. de translat. præla. ff. de ver. bo. obliga. l. si seruom. §. sequitur.

OBitum Theodori episcopi dilectionem tuam iam credimus cognouisse. Sed quia ipse testamentum dicitur condidisse, subtiliter † te (ne quid de rebus ecclesiæ suæ consumpsisset) oportet inquirere. Et siquidem eum exinde aliquid incongrue minuisse didiceris; ita age, vt res ipsæ ab eo, cuius interest[b], modis omnibus reparentur.

Idem Gregorius Mariniano episcopo Rauennati, lib. 5. episto. 1. seu c. 101.

¶ Quæ monasterijs ab episcopo conferuntur, reuocari non debent. C. III.

QVia Ioannes[a] quondam decessor tuus, dum viueret, sæpius à nobis expetijt, vt ea, quæ in monasterio illo contulerat, quod iuxta ecclesiam sancti Apollinaris ipse construxerat, nostra debuissemus auctoritate firmare, & nos facturos hoc esse promisimus; fraternitatem vestram necessario duximus adhortandam, vt nihil de his, quæ illic contulit, atque constituit, aliquo modo patiatur imminui; sed omnia firma studeat stabilitate seruari. Huius igitur monasterij, & collatarum illic rerum quia in testamento, quod condidit, fecisse noscitur mentionem; sciendum vobis est, non ea nos ideo confirmasse, quoniã supremam[c] eius sequimur voluntatem: sed quia ei hoc (sicut diximus) viuenti promisimus. Hæc itaque sic sollicitè fraternitas vestra implere festinet: quatenus & quæ in suprascripto monasterio[d] constituit, & à nobis sunt firmata, seruentur; & illa, quæ in damnum dari, vel fieri per testamentum suæ decreuit ecclesiæ, nullam, prohibente nempe lege, obtineant firmitatem.

a ¶ Ioannes quondam decessor tuus.] *Hæc verba non sunt hoc loco apud B. Gregorium, sed ex superioribus huc comportata.*

Item ex concilio Hispalensi.

¶ *Sic etiam citant Burchardus, & Iuo: & in Hispalensi primò habentur nonnulla ad hanc rem facientia. Sed integrum caput habetur in concilio Parisiensi, lib. 1. c. 14. & in capitularibus lib. 5. c. 175. refertur inter alia decreta concilij Parisiensis.*

sitas alienare non potest prælatus: sic res proprias potest relinquere cui vult. Vnde propter hoc ecclesia non debet præiudicium pati, si potest constare res legatas post ordinationem acquisitas. ipse autem reuersus Luminosam illam super his rebus inquietabat. præcipit ergo Grego. sibi, quòd sine causæ cognitione nihil de his quæ possidet Luminosa, auferre præsumat. H. vero sic casum breuiter ponit. Constantius episcopus testamentum fecerat: in testamento legauerat quædam Luminosæ, quæ dicebantur fuisse ecclesiæ. Lucidius eius successor volebat ea reuocare. scribit ergo ei Gregorius vt de hoc cognoscatur ordine iuris: & si constiterit illa fuisse ecclesiæ, ordine iuris reuocentur. Nam ex quo illa est in possessione, non debet ei auferre sine iudiciali cognitione. sed

Idem

F *Ixum ab hinc*] C A S V S. Quæsitũ fuit in concilio Hispalen. cui debeat episcopus relinquere res, quas ante episcopatũ vel postea acquisiuit hereditaria successione? Respondetur q̃ potest relinquere cui vult: illa vero quæ de rebus ecclesiæ suo nomine vel alterius comparauit, in iura suæ ecclesiæ tantum deueniant. Sequens §. cum c. seq. per se planus est.

a ¶ *In episcopatu.*] cõtra in authen. de ecc. titu. §. iterdũ.cũ.⁹.coll. vlt. vbi dicitur, Quocũque modo res aliquas acquisiuit post episcopatũ, nisi iure cognationis ad eũ peruenerint, nõ potest eas relinquere alij quam ecclesiæ. sed illud non tenet.

c ¶ *Si episcopus*] ¶ *Legauerit.*] Licet enim heres teneatur redimere rẽ legatã à defuncto, vel dare eius æstimationẽ, vt institu. de leg. § non solũ. secus tamen est cum legatur res ecclesiæ, vt extra de testa. filius.

Vide Bal. & Alexand. de Imol. in l. cũ a. .. nam.

c ¶ *Nisi tantumdem.*] vt 12.q.2. si quis quælibet.

SED SI EPISCOPVS. Hæc est 2. pars huius q. 10. de Fã. CASVS. Dictum est 8.q̃ episcopus vel clericus res proprias potest reliquere cui vult. Nũc vero ostẽdit Gra. q̃ si episcopus vel clericus abintestato decedat, nec aliquos habeat consanguineos, qui ei succedant, sua ecclesia omnia vendicabit, vt 3.c. 1. & 2.

S *Icubi.*] C A S V S. In concilio Tarraconen. statutum fuit, vt si episcopus decesserit ab intestato, presbyteri & diacones ipsius ecclesiæ de rebus ipsius faciant inuentarium à minimo vsque ad maximum: ita vt si quis aliquid de illis fuerit furatus, & de hoc cõuictus, secundũ tenorẽ furti restitutionẽ faciat.

Q *Vicumque*] C A S V S. Dicitur q̃ si quis clericus sine cognatione ab intestato decesserit, hereditas eius deuoluatur ad ecclesiam.

d ¶ *Deuoluatur.*] Ecclesia enim est ei proximus heres, vt extra de prę. presbyteri, contrarium tamen est huic extra de success. ab intestato. cap. 1. & 2. sed illud fuit locale. Vel illud intelligitur secundum illud.

e ¶ *De sanctimonialibus.*] Argu. est hic pro sanctimonialibus Theutonicæ, quòd possunt habere propria: quia vestem religiosam potest quis habere in domo propria. 27. q. 1. de viduis ad id facit 27. q. 1. si quis rapuerit. tamen talium monialium vita condemnatur. 18. q. 2. perniciosam. Ioan.

a Arg. huius decr. presbyteri. & huius c. quicũque dicũt quidã q̃ si ab intestato decedit, & habet vxorem, q̃ vxor non præfertur eccl. ær. sed arg. contra. C. de epis. & cler. si q̃s presbyter. supra c. 4. to ... manifesta. secũdum L...

¶ Quæ ante suam ordinationem, vel post, hereditaria successione acquisiuit episcopus, cui vult, derelinquat. C. IIII.

Burc. l. 8. c. 114. Iuo p. 5. c. 318.

F Ixum ab hinc, & perpetuo mansurum esse decreuimus, vt episcopus res sui iuris, quas aut ante episcopatum, aut certe in episcopatu a hereditaria successione acquisiuit, secundum auctoritatem canonicam quidquid vult, faciat, & cui vult, conferat. Postquam autem episcopus factus est; quascumque res de facultatibus ecclesiæ aut suo, aut alterius nomine, qualibet conditione comparauerit; decreuimus, vt non in propinquorum suorum, sed in ecclesiæ, cui præest, iura deueniant.

De rebus vero ecclesiasticis testari licet episcopo, si tantumdem de proprijs restituat.

Vnde in Agathensi concilio, c. 51. statutum est.

Et in Epaunẽsi, c. 17.

¶ Quomodo possunt esse rata, quæ de ecclesiæ proprietate testamento legantur. C. V.

Burc. l. 8. c. 112. Iuo p. 5. c. 320.

S I episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici iuris proprietate legauerit b; aliter non valebit, nisi tantumdem c de iuris proprij facultate suppleuerit.

2 *Sed si episcopus, vel quilibet ex gradu ecclesiastico intestatus defunctus fuerit, nec aliqui inuenti fuerint, qui iure cognationis ei succedant; ecclesia sua ei succedat in integrum: nec licebit alicui aliqua ex rebus eius præsumere.*

Vnde in Tarraconensi concilio, c. 12. statutum est.

¶ Episcopo intestato ecclesia succedat in integrum. C. VI.

S Icubi defunctus fuerit episcopus intestatus; post defunctionem a eius à presbyteris, & diaconis de rebus ipsius inuentarium fideliter conscribatur à minimo vsque ad maximum, idest de vtensilibus, vel de omni supellectile: ita tamen, vt si quis exinde vel præsumpsisse aliquid, vel occulte fuerit tulisse conuictus; secundum furti tenorem restituat vniuersa.

a ¶ Defunctionem eius.] *Antea legebatur*, hanc diffinitionem. *Emendatum est ex varijs conciliorum editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, quemadmodum & nonnulla alia. In codice autem Lucensi regio legitur*, post depositionem eius.

Item ex concilio Triburiensi.

¶ De eodem. C. VII.

Burc. l. 2. c. 107. Iuo p. 6. c. 182.

Q Vicumque ex gradu ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit; hereditas eius ad ecclesiam, vbi deseruiuit, deuoluatur d. Similiter de sanctimonialibus e.

¶ *Burchardus etiam, & Iuo citant capitulum hoc ex concilio Triburiensi, cui præfuit Arnulphus. Sed in eo, quod extat, non habetur. Simillima legitur apud Iulianũ antecessorẽ nouella.* 131. c. 18.

Decessor,